BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
7 Q
94

C. 4
S. A
O. 2
N. 15

14.7.39

THEMISTII
PERIPATETICI LVCIDISSIMI,
PARAPHRASIS IN ARISTOTELIS.

POSTERIORA, &
PHYSICA. In libro item de
ANIMA,
MEMORIA ET REMINISCENTIA,
SOMNO ET VIGILIA,
INSOMNIIS, &
DIVINATIONE PER SOMNVM,

Hermolao Barbaro patricio Veneto Interprete.

ADDITAE SVNT ET LVCVBRATIONES,
quæ Themiſtij obſcuriora loca apertiſſima reddunt: Additus & index, necnon contradictionum ſolutiones Marci Antonij Zimarræ in dictis eiuſdem Themiſtij: omnia à ſtudioſo quodam & vtriuſq; linguæ peritiſſimo, ſumma fide recognita, & quibus ſcatebant erroribus repurgata:

HIS DEMVM OMNIBVS ADIECIMVS
Eiuſdem Themiſtij paraphraſem in librum Tertium de Anima nuper à Magnifico Comite. D. Ludouico Nogarola Veronenſi, latinitate donatam, ac ſuis ſubtiliſſimis ſcholiis illuſtratam.



VENETIIS, Apud Hieronymum Scotum. 1559.

COL. S. BONAVENTURAE

CONTRADICTIONES
AC SOLVTIONES
MARCI ANTONII ZIMARRAE
in dictis lucidiſſimi Themiſtij in libro Phyſicorum.

Contradi. in quarto Phyſi. ſuper Tex. 130.

LVCIDISSIMVS Themiſtius reprehẽdit Boethum opinantem numerũ remanere poſſe abſq; eo ꝙ numerat, contra Philoſophum, ſicut ſenſile pōt remanere abſq; eo ꝙ ſentit. Sed Them̃. inquit ipſum ſalli, quia ea quæ referuntur adinuicem ſimul ſunt, vt quæ poteſtate, poteſtate: & q̃ actu, actu. Verum Them̃. in reprehendendo non caret reprehenſione, qa ſic damnando Boethum, damnat Ariſt. in prædicamentis, qui hac ratione aſſeruit ſenſum & ſenſibile non referri mutuo, quia poteſt ſenſile remanere ſine ſenſu. Soluitur quia non eſt intelligendũ Philoſophum voluiſſe ſenſile remanere ſine ſenſu, inqnantum ſenſile eſt ſine ſenſu deſtructo actu & potentia, ſed actu tantũ, quia poteſt aliquid eſſe ſenſibile in potentia ſine eo quod actu ſentiatur, ſenſibilis.n. in actu, & ſenſus in actu, eſt vnus & idẽ actus. Vnde Ariſt. vult ſenſibile in potentia referri ad ſenſum in potentia, & non ad ſenſum in actu, quia ad illũ refertur ſenſatum in actu, vt patet ſecundo phyſi. tex. cõm. 38. ꝙ cauſæ in potentia referuntur ad cauſam in potentia, & cauſæ in actu ad cauſam in actu. Et licet cauſæ in potentia non ſint ſimul cum cauſatis in actu, ſunt tñ ſimul cum cauſatis in potẽtia, ſicut patet. Vnde Ariſt. intentio eſt, ꝙ ſenſibile in potentia nõ referatur mutuo, cum ſenſu in actu, propter antiquos, & Democritum qui ſenſibilia nullũ eſſe habere opinabatur niſi à ſenſibus, vt dicit Them̃. quarto phyſi. in expoſitione tex. 71. idéque aſſerit Simplicius in ſecundo de Anima in expoſitione tex. 146. & per hęc diluuntur cauillationes Porphyrij in prædicamentis cõtra Ariſt. quia nullius ſint roboris, ſicut vides.

Contradi. in quinto Phyſi. ſuper tex. 7.

THAMISTIVS exponẽs quomodo generatio ſit mutatio ex nõ ente ſimpliciter, quid nomine nõ entis ſimpliciter intelligatur, explicat dicens: Voco autem nõn ens ſimpliciter, non omnino ꝙ omnino & vſquequaq; ſit nihil, ſed id ꝙ nuda & mera potentia eſt, cuiuſmodi eſt originalis & prima materia. Sed huius oppoſitum habetur ab eodem primo phyſi. in digreſsione de priuatione & potẽtia materiæ, vbi expreſſe dicit materiã in prima ſui notione eſſe aliquod ens actu. Igitur non eſt pura potentia, & eſt etiam contra Auer. quinto phyſi. cõm. 8. vbi dicitur ꝙ in prima materia non eſt actus omnino. Soluitur, materia prima eſt pura potentia, quia non eſt forma, nec formam habẽs, ſed eſt capax omnium formarum ſubſtantialium & accidentalium, & in ſe eſt ſubſtantia quædam & natura, quæ ſpeciali nomine dicitur materia, in qua fundatur illa potentia reſpectu omniũ formarum, & ſic dicitur aliquid actu in ſe, quia materia actu eſt materia, & prius eſt actu materia quam ſit potẽtia ad formam, & ſic eſt aliquid in actu vt diſtinguitur contra nihil, ſed non dicitur aliquid in actu, quia actus exiſtendi ſit in ea ſine forma, aùt eſſe poſsit, vt quidam ſomniauerunt.

Contradi. in ſexto Phyſi. ſuper tex. 44.

THEMISTIVS dicit in pręſenti loco, ꝙ licet iſtæ ꝓpoſitiones ſint receptę homo audit, homo guſtat, homo olfacit & videt, non tñ ſunt primariæ quia hæ affectiones primo competunt ſenſoriis & internuntiis eius, vt auribus, oculis, naribus, linguæ. Sed obuiaui ex procœmio metaphyſicæ: Actus & generationes ſunt ſuppoſitorũ, & cõfirmaui, quia cuius eſt actus eius eſt potentia, ex libro de ſenſu & ſenſato, ſed actua ſunt coniuncti, igitur & potentiæ: Confirmatur, quia primo de Anima dicitur: Si quis dixerit aiam iraſci aut gaudere, eſt ac ſi diceret animam texere, aut ædificare. Soluitur & intelligitur dictum Ariſt. ꝙ actiones & generationes ſunt ſuppoſitorum, quia 7. metaphy. non generatur æs, neq; ſphæra, ſed ſphæra ęnea, diuiſibile.n. oportet eſſe id ꝙ per ſe fit, & iõ ſi forma aut materia fieret per ſe, tunc formæ eſſet forma, & materiæ eſſet materia in infinitum, ꝙ eſt impoſsibile. Similiter licet forma ſit principium agendi & mouendi, tñ non eſt ſine materia, aut extra materiam operans, & ideo actiones ſunt coniunctæ: ex hoc tñ non ſequitur quin ſint aliquę operationes per ſe primo competentes partibus & toti ratione partium, ſicut dicit Ariſt. in quinto phyſi. Aliqua attribuuntur toti per partem, vt ſanatur corpus, quia oculus ſanatur, aut thorax. Et ſimiliter in propoſito videre per ſe, primo attribuitur oculo qui eſt pars totius hominis, homini vero per ſe non primo, vnde homo non eſt per ſe primo videns in eo ꝙ homo: ſed in eo quod habens oculos, nec eſt per ſe primo audiens ſed in eo qđ habens aures. Et Auer. etiam huic aſtipulatur in cõm. magno primo poſter. in. c. de vniuerſali, vbi dicit quod homo non eſt ambulans inquantum homo, ſed inquantum habens pedes. Bene igitur Them̃. dicit, ꝙ licet huiuſmodi propoſitiones ſint in cõi vſu, hõ videt, homo olfacit, non tñ ſunt primariæ ſm̃ inductiuum modum, & ſic patet ſolutio, quia licet viſio nõ cõpetat virtuti viſiuæ ſine organo, nec organo ſine virtute viſiua, tñ competit coniuncto ex vtroq; & ideo denominatur homo videre in eo ꝙ eſt habens oculum, non in eo quod homo eſt abſolute.

IN LIBRO DE ANIMA.

Contradi. in primo de Anima ſuper tex. 6.

THEMISTIVS & Auer. per paſsiones animæ, proprias exponunt, ſicut eſt intelligere & contemplari. Sed huius oppoſitũ habet ibidẽ tex. cõm. 12. vbi dicit: Quod ſi quod opus eſt animæ proprium, maxime videtur eſſe intelligere, ſi autem hoc eſt phantaſia, aut non ſine phantaſia, nec hoc vtiq; contingit ſine corpore eſſe. Et confirmatur quia Ariſt. primo de Anima. tex. cõm. 42. & 42. probat neque ſentire nec intelligere motus eſſe, nec eſſe animæ motus: Vbi Them̃. ex-

preſſe dicit ꝙ intellectio nõ eſt ꝓpria animæ quia pendet tota ex ſenſibus, quæ ſine viſis & imaginibus non perficitur. Et hoc eſt achilles illorum qui tenent aĩam intellectiuã ſm Ariſt. eſſe mortalem. Soluitur, operatio animæ ꝓpria poteſt intelligi biſariam, aut quia ipſa prorſus dependet ab anima, ita quod nullo modo corpus cõcurrit, nec vt ſubiectum, nec vt obiectum, & ſic aĩa intellectiua, ſeu intellectus materialis nullam habet ꝓpriam operationem, aut quia depẽdet à corpore vel ab aliquo exiſtente in corpore, vt ab obiecto non vt à ſubto, & ſic intellectus materialis habet aliq̃ operationem ſibi propriam, & talis ſtat cum immaterialitate, & immortalitate ſubſtantiæ intellectus. Vnde Auer. expreſſe teſtaẽ in primo de aĩa cõm. 12. & 13. quod iſta eſt ſnĩa Ariſt. in intellectu materiali ꝙ eſt abſtractus à corpore, & qđ impoſſe eſt, vt intelligat ſine imaginatione. Sed locus conſequentis decepit iſtos, non. n. aĩaduerterunt ordinem in natura entiũ, nec viderunt in latitudine abſtractorum eſſe gradus, ſed adhæſerunt ei ꝙ diſtantiæ entium ſunt valde diuerſæ, vt ſcribit Cõm. in ſecundo cœli & mũdi. in tex. cõm. 64. & quod natura in ſuis operibus non facit ſaltum, vt dicit Ariſt. in octauo de natura aĩalium. Vnde non oẽ ens abſtractum ſm eſſentiam, eſt abſtractum ſm operationem oĩno. Fallit. n. in ente medio cuiuſmodi eſt intellectus materialis q̃ mediat inter abſtracta & materialia, & ideo participat quodammodo vtriuſq; extremi cõditiones, ſicut aer dicitur eſſe compoſitus ex grauitate & leuitate ſm comparationem & ſecundum ſimilitudinem, vt dicitur quarto cœli & mundi. tex. cõm. 26.

Contradi. in primo de Anima. ſuper tex. 44.

THemiſtius ponens differentiã inter actionem & motum, poſt nõnulla ſubdit ꝙ motus eſt ſpecies actionis: nã ſi motus eſt, actio eſt: ſi actio eſt, nõ ſequitur vt motus ſit. Sed huius oppoſitum legimus in primo de gñatio. & cor. tex. cõm. 43. vbi diciẽ quod actio eſt ſpecies motus. Soluiẽ, actio ꝓpriæ ſumpta fit cũ abiectione contrarij, & fundatur in motu, & ſit in tẽpore, & de hac agiẽ primo de gñatione. Cõmuniter vero ſumi ſolet ꝓ operatione in cõi, quæ eſt tanq̃ genus ad operationẽ immanentem & tranſeuntem, & ad actionẽ quæ fit cum abiectione contrarij & ſine, & ſic eſt tanq̃ genus motus, & ſic ſumpſit Them̃. hic. & Ariſt. in ſecundo de aĩa. tex. cõm. 54. vbi habet ꝙ motus eſt actus qdam. Actus. n. duplex eſt, impfectus & pfectus, & ideo actio, vt dicit Them̃. ibi, cũ fuſius ſit motu, tñ diſtat ab eo, q̃tum genus diſtat à ſpẽ: &, vt inquit, in hoc ſenſu ſæpiſſime vſurpatum à Pla. cõperitur. Actio. n. ꝓ operatione eſt genus ad verum motũ & ad alias actiones inſtantaneas, vt eſt viſio & auditio. Sed Ariſt. ſumpſit nomẽ actionis ſpecialiter pro illa quæ eſt cũ abiectione cõtrarij, & ſic eſt ſpẽs motus, quia motus inquãtum motus abſtrahit ab hoc, quia poteſt eſſe etiam ab eodem ad idem, vt eſt circularis: & motus eſſe poteſt de contrario in contrarium, vt eſt motus rectus & alij motus. Vnde, vt inquit Them̃. in præſenti loco, non eſt diſſenſio de nominibus. licet enim vnicuique pro arbitratu ſuo vocabula interpretari & fingere, & generibus abuti ſpecierum loco. & Cõm. in primo phyſi. cõm. 1. inquit: De nominibus modica eſt ſolicitudo apud Philoſophos.

Contradi. in primo de Anima. ſuper Cap. 20.

DIcit Them̃. hic, ꝙ non plus albedinis habet ꝙ bipedale album eſt q̃ quod pedale, neque tripedale quã bipedale. Sed huius oppoſitum habetur ab Ariſto. in prædicamentis in cap. de quanto. vbi dicit quod quanta ſuperficies fuerit tantam albedinem fore dices. Soluitur qualitates ſunt formæ indiuiduæ, ꝙ ſi diuiſionem capiunt, eſt per accidens rõne magnitudinis & ſubiecti in quo ſunt: vnde, vt inquit præfatus expoſitor, illud ad cuius conſtitutionẽ abſolutionemq́; nullus eſt vſus magnitudinis, ſuapte natura expers magnitudinis eſſe diciẽ, etiam ſi diuidi aut diſtrahi ex accidenti poſſit: & ideo eſſentia qualitatũ conſiſtit in rõne indiuidua, & æque bene ratio albedinis eſſentialiter ſaluaẽ in pedali albo, ſicut in bipedali & tripedali, & illo mõ nõ plus albedinis eſt in pedali q̃ in ſemipedali, ſicut non plus humanitatis eſt in puero q̃ in infante, nec plus in viro, q̃ in puero, ſpecies. n. ſunt, ſicut numeri. Sed loquẽdo de diuiſione per accidens, ſic plus albedinis eſt in pedali, quã in ſemipedali: & ita loquitur Ariſt. Et quod ille ſit ſenſus Them̃. manifeſtant verba eius ibidẽ, inquit. n. Quod amplitudo & menſus ad eſſentiam & ſubſtantiã qualitatum nihil pertinet, ſed albedo quatenus albedo eſt, indiuidua eſt, & in re diuidua. i. in magnitudine continetur. Inde collige ex mente peripateticorum, aliud eſſe totum eſſentiale, aliud integrale.

Contradi. in primo de Anima. ſuper cap. 24.

THemiſtius habet quod animæ ſingulorum hominũ non poſſunt eſſe ab aĩabus ſeparatæ, quia illæ nõ poſſent diſtingui abinuicem, cum oĩs diſtinctio rerum in eadem ſpecie ſit participatione materiæ. Idem habet Cõmentator in libro deſtructionũ diſputatione prima, in ſolutione ſeptimi dubij. Idẽ videẽ velle Ariſt. 7. met. tex. cõm. 28. Socrates quidẽ differt à Pla. propter materiã. Oppoſitum tñ videẽ ſentire Cõm. in ſcđo de anima cõm. 2. & 7. & primo de anima. cõm. 90. vbi videtur dicere formam eſſe principiũ vnitatis materialis, & ꝑ conſequens diſtinctio potius indiuiduorum eſt ꝑ formã quã ꝑ materiam. Dic reſolute ſm Peripateticorum fundamenta: Natura nihil fruſtra facit, formæ quæ poſſunt perpetuari in vnitate numerali, non ſunt niſi vna in vna ſpecie, quia natura non abundat in ſuperfluis, tales autẽ ſunt quæcũq; ſunt abſtractæ ſm eſſe à materia. In formis autẽ quæ hoc non habent, ibi multitudo eſt indiuiduorum in eadem ſpecie ſimul ſucceſſiue, & hoc nõ eſt niſi in formis exiſtentibus in mã, quia ꝑ materiam res poteſt eſſe & nõ eſſe: & illo modo dixerunt Peripatetici cauſam multiplicationis indiuiduorum in eadem ſpecie originem habuiſſe à materia. Vnde in via ipſorum oĩa quæ ſunt numero plura in eadem ſpecie, ſunt formæ in materia vel habentia formã in materia, & non poteſt eſſe ſine materia. Si vero cõparatio fiat materiæ & formæ ad cõpoſitum ex materia & forma, à quo iſtorum cõpoſitum habeat principalius eſſe, & vnitatẽ materialẽ an à materia vel à forma, & ſimiliter diſtinctionẽ dico ꝙ à forma principaliter, ſed non à materia. Sic igitur quia Peripatetici non viderunt neceſſariam talem multiplicationem in eadem ſpecie niſi in rebus materialibus, abſolute enuntiauerunt diſtinctionem indiuiduorum in eadem ſpecie eſſe participatione materiæ, ſed non negant ꝙ etiam talia diſtinguantur per ſuas formas, imo intenſius & principalius. Et iſto modo concorda dicta ſapientum, ſicut in ſimili dicit Ariſto. in ſecundo de anima. tex. cõm. 26. Anima non eſt corpus ſed non eſt ſine corpore. ſic diſtinctio principaliter non eſt à materia, ſed eſt à forma, tamen non eſt ſine materia.

Contradi,

Contradi. in ſecundo de Anima. ſuper tex. 147.

THemiſtius dicit in præſenti loco, ꝙ ipſa vis ſentiendi. i. ſenſus cõis ipſas contrarias qualitates non patitur, ſed ante ſe poſitas, & ad pedes genuaq; aduolutas iacenteſque cõtẽplatur, vbi videtur ſentire ſenſum cõem non eſſe paſſiuum & receptiuum. Sed huius oppoſitum habet Cõm. ſecundo de Anima cõm. 142. vbi dicit ꝙ vltimũ ſentiens eſt patiens tantũ. Debes ſcire ꝙ Ariſt. ad quæſtionem ibi ꝓpoſitam, an idẽ ſenſus ſit qui de cõtrariis ſenſibilibus iudicet, duas reſponſiones dedit, prima dicit ipſum eſſe vnũ numero ſed rõne diuerſa: vnum quidẽ quia eſt loco & numero vnum, plures vero rõne, quia plura recipit. Sed iſtam ſolõnem ſtatim improbat, quia licet potentia aliqd poſſit dici idem reſpectu cõtrariorũ, actu tñ hoc implicat. Et ideo dat aliã ſolõnem quæ eſt melior, ꝙ ſenſus cõis eſt vnus, vt eſt centrum vnũ in circulo, vbi Cõm. elicit ſubtiliter de intẽtione Ariſt. ꝙ recipere aliquid aliud eſt à iudicare illud. Vnde iudicium attribuitur formæ & actui, & receptio potẽtiæ & materiæ, & ideo melius eſt dicere ipſum eſſe vnũ, vt eſt iudex qui eſt copulatus cũ pluribus inſtrumentis aliorum ſenſuum particularium, qui ſunt ſicuti ſatellites & exploratores: Vnde nõ incõuenit vnũ iudicem de duobus litigantibus & aduerſantibus in eodẽ inſtanti iudicare. Iudicium autẽ ſi refertur ad agere, & receptio ad pati, nõ incõuenit actũ agentis tranſire in diuerſa, ſimul etiã in actione reali, vt ſol liquefacit ſimul & indurat lutũ & cerã, multo magis in actione ſpirituali, & hoc vult dicere lucidiſsimus Them. nam Cõmẽtator eſt eius interpres in præſenti loco. Senſus igiẽ cõis non recipit contrarias qualitates, quia eius iudicium nõ formaliter cõſiſtit in receptione, quia iudiciũ & comprehenſio ſimultanea contrariorũ obiectorum nõ eſt ipſa receptio, quia ſtat eſſe receptionem in potentia in qua non ſubſequitur iudicium: ad alia. n. fortiter intenti delata ſub oculis non videmus, vt dicit Ariſt. in libro de ſenſu & ſenſato. Vbi aduerte quod obiectum in potentia cognoſcente non eſt, ſicut forma in materia, nec ſenſus proprie materia eſt ipſius ſenſibilis, quia forma afficit materiam & ipſam qualificat, vt albedo quę formaliter eſt in pariete facit ipſum eſſe album, & denominat ipſum album, ſed albedo in viſu non reddit viſum album, neq; nigredo nigrum. Et hoc etiam eſt verũ de intelligibili cum intellectu quod eſt perfectio eius, ſicut forma, ſed non eſt ſicut forma perficiens formaliter & per inhærentiam: nam ſi obiectum ſenſibile illo nõ perficit modo ſenſum multo minus intelligibile. Sic intelligis dictũ Auer. in 12. primæ philoſophiæ cõm. 44. tunc. n. eſt illic cauſa & cauſatum ſicut intellectũ eſt cauſa intelligentis, intelligibile autẽ eſt cauſa formalis intelligẽtis, vt eſt declaratũ in tertio de aia, vt ſcribit Cõm. in paraphraſi metaphyſi. tracta. 4. nona colum. Sic igiẽ Them. dicit ſenſum cõem præferre iudicium de formis, ad genua eius aduolutis adiacentibusq;, quia iudicium eius tranſit ſuper obiecta relucentia in ſpeciebus receptis in ſenſorijs exteriorum ſenſuum, & tandem in organum ſenſus communis deductis: & ipſe inſpicit obiecta ibi relucentia, quæ non ſunt p modũ inhærentię formalis, ſed ſunt in eſſe abſtractionis, & ſicut cognitũ in cognoſcente, & iſta eſt ſnĩa abſtruſa Ariſt. quã expoſitores eius attigerunt. Bene igitur dicit Cõm. ꝙ primũ ſentiens eſt patiens tantũ quo ad organi receptionẽ, ſed tñ quo ad iudicium non dicit Cõm. ſenſum eſſe materiam, ſed actum & formam.

IN LIBRO DE INSOMNIIS.

ARISTO. in libro de inſomniis qui immediate eſt poſt librum de ſomno & vigilia, & ante librum de diuinatione oſtendit viſum eſſe dignorẽ tactu, quia quod tactui apparet duo re exiſtente vna, viſui apparet vnũ ex permutatione digitorũ, vbi Them. expreſſe dicit viſum eſſe acriorem & certiorem tactu: ſed eadem rõne ſequitur tactum eſſe certiorẽ viſu, quia bacculus in aqua iudicatur fractus p viſum, & p tactũ minime: igiẽ tactus eſt certior viſu: niſi cõcedatur quia viſus abſolute eſt dignior, & ex modo immutandi quia eſt ſpiritualior, & ex aliis cauſis poſitis in ſecundo de aĩa. Ad obiecta autem dicendum eſt, vt. Them. ait in ſecundo de aĩa, in expoſitione tex. cõm. 134. & ſm diuiſionem Them. & græcorum, eſt in tertio de aĩa. cap. 2. ꝙ ſenſus cõis ex triplici cauſa poteſt decipi: primo ſi de aliquo obiecto iudicauit de diuerſis formis per diuerſos ſenſus in aliquo tẽpore, vt de pomo colorem p viſum & ſaporem p guſtum, ſi alio tempore velit ſolum ex colore de cõſimili obiecto iudicare, de ſapore per viſum tantum cognito non guſtato ſapore poteſt errare. Secundo ſi ex ſolo ſenſibili ꝓprio & p ſe velit iudicare de ſenſibili per accidens, vt ſi ex colore velut iudicare de Cleonis filio, quũ hoc pluribus indiciis veſtigiisq; quibus vnus nõ ſufficit ſenſus, forteq; hoc p vim aliquam præſtantiorem ſenſu, quæ aĩalibus brutis adiũcta nõ ſit. Tertio circa cõia ſi vni ſenſui tantũ inſtiterit innixuſq; fuerit, vt ſi vni viſui de figura concredat quum viſui & tactui ſit cõis, vnde in caſibus prænarratis. deceptio & culpa temeritatis eſt ſenſus cõis & non proprij. Et ideo bene contingere poteſt vtrũque in aliquo caſu, vt tactus certius iudicet quã viſus de figura & fractura, quia hoc conuenit propter medium, vt dicunt perſpectiui: in alio vero caſu conuenit econtra, vt in caſu Philoſophi: Abſolute tamen viſus certior eſt.

Iſta contradictio eſt notanda in ſecundo phyſi. in cõm. 5.

THemiſtius & cõm. dicunt in principio ſecundi phyſi. ꝙ corpora ſimplicia non habẽt principiũ intrinſecum actiuũ ſuæ alterationis, ſed paſsiuũ tantum: & Alex. referente Simplicio illũ eſſe ante iſtos, dixit elementa non habere principium effectiuum niſi motus localis tñ. Sed opponebatur de aere cõdenſato qui ſeipſum rarefacit. Soluit Burleus quod hoc eſt per accidens, quia p ſe mouet ſe localiter, quia eſt præter naturam diſpoſitus, quia non eſt in loco conuenienter locatus: eſt. n. in anguſtiori loco quã ſua forma requirat, & ideo mouẽdo ſe localiter rarefacit ſe ipſum p accidens. Sed obiiciebat Gaetanus, quia tunc videẽ oppoſitum, quia aer ille illud p ſe acquirit, quo naturaliter eſt priuatum, ſed priuatus eſt ille aer per ſe raritate & non loco, quia cũ ſit idem locus totius & partis, ille locus eſſet naturalis alicui aeri eiuſdem ſpẽi cũ iſto: & ideo potius eſt naturaliter priuatus raritate quã loco: & ideo dicit quod aer ille p ſe rarefacit ſeipſum & mouetur localiter per accidens, quia talis rarefactio non poteſt induci ſine motu locali. Sed tũc niſi aliud dicaẽ, Gaetanus contradicit Auerroi qui vult quod elemẽta non habent principium intrinſecum effectiuum alterationis, & iſte concedit oppoſitũ. Alij autẽ dixerunt quod accidentia in elementis reperta ſunt in duplici differentia, quædam. n. ſunt accidentia ꝓpria, ad quorum variationem & deperditionem ſequitur deperditio ſubſtantiæ, vt ſunt quatuor qualitates primæ, & de

iſtis dicunt Commentatorē Intellexiſſe quod elemēta non habent principium alterationis intrinſecum actiuum. Sunt iterū alia accidentia cōia, vt raritas, & denſitas, figura, & id genus & in talibus poteſt eſſe alteratio in elementis abſq; trāſmutatione in ſubſtātia & ſic dicunt quod aer condenſatus in ꝓpria ſphæra rarefacit ſe p ſe, & p accidens mouet ſe localiter: ſed aer extra ꝓpriam ſphæram exiſtens mouet ſe p ſe localiter, & per accidens ſe rareſacit. Sed iſta poſitio eſt purus error, quia Cōm. abſolute & Themī. aſſerunt elementa nō habere principium actiuum intrinſecum alterationis. Et Alex. dixit quod non habent principium actiuum intrinſecum, niſi reſpectu motus localis tantū. Amplius qualitates attributæ alterationi ſunt duobus modis, vt ſcribit Cōm. in ſeptimo phyſi. in cōm. t t. primę, vt ſunt caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas, ſecūdę, vt raritas & dēſitas. Et idē habet ibidē in cōm. 1 5. vbi habet quod raritas & denſitas ſunt rerum qualitates inſequentes calidū & frigidū. Si igit elemēta poſſent p ſe rarefacere aut condenſare ſeipſa, ſequeretur quod poſſent ſeipſa calefacere & infrigidare, quia raritas & dēſitas inſequuntur caliditatem & frigiditatem. Vnde Cōm. in libro de ſubſtantia orbis. d. c. primo. ꝙ qn̄ aqua tranſmutatur in aerem p calefactionem, peruenit ad eam raritatem cum qua non poteſt ſtare ſua forma: & econtra qn̄ frigiditas condenſat aerem, peruenit ad eā denſitatem, ꝙ forma aeris ſtare non poteſt, & ſic conuertitur in aquam. Amplius Cōm. & Philoſophus in quarto cœli & mundi, in tex. cōm. 2 4. dicunt ꝙ alterans maxime in ſimplicibus, ſemper dr̄ eſſe extrinſecum ab alterabili. Philoſophus primo de generatio. & corrupt. tex. cōm. 7 8. dicit quod continuum & vnum & idem ens ipſum à ſeipſo eſt impoſſe, nam cum alteratio fiat p contactū. 7. phyſi. tex. cōm. 1 2. contangentia autē ſunt, quorum vltima ſunt ſimul: ſeqnitur quod alterans & alteratum dicuntur eſſe loco & ſubiecto diſtincta. Iſta. n. eſt ratio quare hecticus non ſentit ſuam febrem, & tn̄ alij ſebientes frebre humorali aut ephemera ſentiunt, quia ſentire in quoddā pati & moueri conſiſtit, & ſenſatio etiam fit per cōtactum, & ideo quia febris humoralis dependet ab humoribus, & ephemera à ſpiritibus quæ ſunt corpora loco & ſubiecto diſtincta à membris in quibus fit alteratio, ideo ibi eſt motus & ſenſatio: ſed in hectico calor ille eſt infixus & impreſſus in membris, & calor innatus eſt corruptus, & non eſt ibi mala cōplexio diuerſa, ſed eſt ſacta & radicata in membris, habitibus autem exiſtentibus in materia ceſſat motus: Amplius ſtante eadem cauſa dicitur eſſe idē effectus, ſed cauſa quare elementa nō poſſunt ſe alterare ſm alterationem factam in primis qualitatibus, eſt quia alterans dicitur eſſe diſtinctum loco & ſubiecto ab alterato: & eſt vniformitas, quia ſunt corpora cōſimilium partium. & iſtæ cauſæ etiam ſunt in raritate & denſitate, quare &c. Dicamus igitur nos ſnīam verā & quadrantem ſenſatis & viæ Auer. dico quod æquiuocatio plerunq; decipit intellectus nobiles. Ideo ſcire debes quod raritas & denſitas quandoque ſunt qualitates de tertia ſpecie qualitatis, & inſequūtur qualitates primas, videlicet, caliditatem & frigiditatem, & tales acquirūtur per veram alterationem, de quibus loquitur Philoſophus, & Cōm. in ſeptimo phyſi. t t. & 1 5. vt fuit allegatum. Quandoq; autem raritas & denſitas ſumūtur, vt ſunt accidentia pertinentia ad prædicamentum ſitus. De his loquitur Cōm. primo metaphyſi. in cōm. 1 5. vbi inquit: Denſitas & raritas non faciunt tramſmutationem in ſubſtantia, neq; in qualitate cum ſint de ſitu. Et videtur eſſe de intentione Ariſt. ibidem arguentis contra Emped. aſſerentem gn̄ationem & corruptionem fieri per congregationē & ſegregationem. Et tūc dico ꝙ eſt magna differentia, vt raritas & denſitas ſunt qualitates, & vt pertinent ad prædicamentū ſitus, quia vt ſunt qualitates acquirunt p ſe p motum alterationis, & inſequuntur calidum & frigidum, & præcipue in iſtis corruptibilibus: ꝙ dico ꝓpter raritatem & denſitatem ī cœleſtibus corporibus, quę æquiuoce dicunt cū iſtis, vt dicit Cōm. ī ſcd̄o cap. de ſubſtātia orbis. Sed raritas & denſitas vt ptinent ad prædicamentum ſitus, ſic acquirunt p motum localē ſaltem p accidens, quia ad ſitum non eſt per ſe motus, vt dicit Philoſophus in quinto phyſi. tex cōm. 1 0. & Cōm. contra Auic. ſexto phyſi cōm. 8 5. & quarto phyſi. cōm. 4 3. Stante iſta diſtinctione dico quod ſi loquamur de raritate & denſitate quæ ſunt qualitates tertiæ ſpeciei, elementa nō habent principium intrinſecum actiuum alterationis talis, ſed ſolum paſsiuum: nā ſi haberent, poſſent ſe calefacere & infrigidare, ſicut ſupra dictū eſt. Immo talis rarefactio & talis condenſatio inducuntur ab extrinſeco agēte alterante ipſa, ſicut & alię alterationes quæ ſunt ſm qualitates primas. Scd̄a concluſio elemēta quo ad raritatē & denſitatem, vt raritas & denſitas important diſtantiam partiū & approximationē, & p cōſequens vt ſpectant ad prædicamentum ſitus, iniciatiue etiam dependēt ab extrinſeco agēte tranſmutante ea p motum localem. Nā motor extrinſecus p motum impulſionis condenſat aerem & aquā, & p motū expulſionis in talibus inducit raritas, & iſti ſunt motus locales. vt patet ſeptimo phyſi. tex. cōm. 1 0 & videmus in motu proiectorū, ꝙ lapillus ꝓiectus in aqua cōdenſat aquā; & in loco in quo cadit fit centrum circuli parui, & ille facit alium maiorem, donec deueniat ad latera continētis. Vnde Cōm. in. 8. phyſi. in cōm. 8 2. dicit quod elementa innata ſunt recipere denſitatem & raritatem ab extrinſeco, & patiuntur quandam penetrationē in ſuis partibus, quę penetratio nihil aliud eſt niſi quia qn̄ mouentur & impelluntur ab extrinſeco mouente, tunc cōſtringuntur & cōdenſantur inquantū occupant minorē locū, ita quod talis denſitas nihil aliud eſt, niſi reductio partium in minorē & anguſtiorem locū. Et quia eſt ſnīa Auer. & Ariſt. in tertio cœli. tex. cōm. 28. ꝙ elemēta in motu violento ſunt talis naturę quod vbi ſumpſerunt initium motionis ab extrinſeco, poſtea mouētur ex ſe, tunc dico quod aer qui fuit condenſatus in principio expulſione facta ab extrinſeco motore, ille poſtea impellit aliū, & ad illam impulſionem ſequitur denſitas illa & penetratio in ſuis partibus modo declarato. Alter vero vim paſſus expellit aliū, & ex illo motu in expellente acquiritur rarefactio, ideſt diſtrictio partium, & in impulſo acquiritur condenſatio. Sic igit in iſto modo condenſationis & rarefactionis elementa, poſtquam aſſumpſerunt impedimentum ab extrinſeco ex ſe per motum localem ſe condenſant & rarefaciunt, ſed iſta non eſt alteratio, ſed eſt motus localis per quem elementum vim paſſum reſpectu motus localis per ſe quærit locum, aut loci diſpoſitionem naturalem, & per accidens acquiritur ſitus. Et iſto modo non ſequitur, quod elementa habeant principium intrinſecum actiuum per ſe motus alterationis: vnde æquiuocatio decepit expoſitores, ſicut vides.

EPISTOLA,

HERMOLAI BARBARI, PATRITII VENETI ZACHARIAE EQVITIS FILII, IN PARAPHRASIN THEMISTII PERIPATETICI,

PRAEFATIO ad Sixtum. IIII. Pont. Maximum.

QVi tibi ſtudiorum ſuorum opera nuncupant, Pontifex ſumme Sixte Quarte, alij id agunt ut te vtcunq; ſibi promereantur, alij vt fructum aliquem ſentiant iudicij tui de ſe, alij vt abs te tantum probentur, alij ob alias cauſas. Ego verò hæc tibi dedico, tum vt meam in te obſeruantiam, præſertimq; Zachariæ patris, qui iſtinc ad te pro Venetis agit Legatus, agnoſcas, tum vel maximè vt te pro fide ea, quæ à me tibi vt principi meo debetur, ſumma inſtituti illius tui præclari & diuini commoneam, quòd protinus quàm creatus Pontifex es, flagrantiſſimè amplexus uideris adiuuandi prouehendiq; literas: quæ proculdubio ſine auctoritate et diligentia doctiſſimi Principis, aut interituræ penitus videbantur, aut ad priſtinam barbariem rediture. Nam & ingenia vndiq; conduxiſti, & bibliothecam opulentiſſimam ære tuo impenſaq; publicaſti. Nunc te obſecrant obteſtanturq; bonæ omnes artes, ne (quæ tuæ maximæ occupationes ſunt) negligentiuſculè in poſterum habeantur. Errant qui credunt grauius eſſe cum quibuſuis hoſtibus, quàm cum imperitis & indiſertis bellum. Inteſtinum hoc, et intra parietes, ac perpetuum: illud externum temporariumq;. In eo libertas, imperium, vita ſub alea eſt: in hoc labes animi certa. Per illud deſinas viuere vt res peſſimè cedat: per hoc viuas omnino, ſed viuas nõ homo. A barbaris, à feris, à vulgo, differrimus, quod literas habemus: illi non habent. Cæteris vincimur. Tolle hoc diſcrimen, deteriores ſimus quam feræ quàm vulgus. Hoc tibi (quod cœpiſti) ſpectandum identidem, præmendumq; aſſiduè propoſitum eſt. Nullæ ſint cogitationes tuæ tam multæ, tam arduæ, quæ curam tibi hanc aut excutiant aut offundant. Sub Nicolao Principe exerere ſe ac reuireſcere ſtudia cœperunt. Niſi tu (quod facis) facere perſeueres, neceſſe eſt conſeneſcãt denuò atq; decedant. Igitur Themiſtium è familia Ariſto. elegantem Philoſophum, ad te in latinum ſermonem conuerti, ratus non ingratiſſimam tibi rem me facturum, ſi philoſophia ea (quæ de natura eſt) latinis literis quanta modò legitur in ſcholis contineretur. Videbam nihil incultius, horridius, ineptius, quàm partem iſtam literaturæ haberi. Placuit Periclitari in Themiſtio, an iſtæc quoque proprietatem & lucem Romanæ linguæ reciperent. Oppido quàm laboratum mihi in hac interpretatione eſt, non tam quòd nihil iuuari ab his auctoribus potui, qui Ariſtotelem commentati fœdè ac barbarè pridem ſunt, quàm quòd ne ab illis quoq; qui ætate noſtra latinam eloquentiam profeſſi græca eiuſdem Philoſophi commentaria tranſtulerunt. Horum pleriq; dum alienam inſcitiam inſectantur, ſuam prodidere. Adeo omnia ab his peruersè deprauateq; ſunt perſcripta, vt ſi quis interpretationes eorũ cum illis veteribus conferat quas reprehendunt, vel in aliqua Ariſtophanis libra aut Critolai appenſas examinet, vtræ earum vergant internoſci non poſſit. Percenſerem ſigillatim quæcunq; peccaſſent, niſi plura eorũ eſſent errata quàm verba. Alioquin non inceſſendi quanquam lacerandiue ſtudio, ſed iuuandi bonas mentes hæc ſcribimus. Magnam incomparabilemq; iacturam non pridem fecimus Pontifex maxime in Theodoro Gaza, qui vir Græcus latinos omnes in hoc munere ſcribendi interpretandiq; ſuperauit. Is ſi diutius vixiſſet, linguam latinam hac quoque parte locupletaſſet: quod & fecit in libris illis abſolutiſſimis de animalibus Ariſtotelis & Theophraſti de ſtirpibus. Hic vnus mihi certare cum vetuſtate ipſa viſus eſt, hunc mihi quem colerem quem imitarer propoſui, ab huius ſcriptis adiutum me & fateor & prædico, hunc ego non magnoperè incurioſius legi quàm. M. Tullium, Plinium, Columellam, Varronem Senecam, Apuleium & cæteros, quos in hoc genere cõmentandi diligenter euoluere neceſſarium eſt, Nec illæ quoq; minimus labor noſter fuit, quòd in his libris vertendis, non modò non expreſſimus verbum è verbo (quod interpretes indiſertos ſolere Cicero meminit) ſed libere & tranſlationibus & figuris & tropis vſi ſumus, ad morem Romanum ſenſibus ſtantibus. Luſimus arbitratu noſtro, ſed ſententiam integram dedimus auctori. Tantum verò abeſt vt aliquid prætermiſerimus diſſimulauerimusùe, vt illud periculum ſit, ne quod eruditioni impenſe ſtuduimus addidiſſe aliqua potius quàm detraxiſſe inuiſoribus videri poſſimus. In plenum, non tam latinum reddere Themiſtium quàm certare cum eo volui. Hæc.n.laus (vt ille ait) linguæ latinæ eſt, ut græcam proprietatem & gratiam in transferendo, aut æques aut etiam antecellas. Hoc me non dico aſſecutum fuiſſe, ſed crimen meum confiteor, laboraui plane hoc ambitu, ſed an effecerim quod quærebam, alij iudicent, ipſe certe mea nec magnifacio nec probo. Sed quid te Princeps humaniſſime oratione longa detineo? Finem faciam ſi quædam de Themiſtio dixero. Is Libanij ſophiſtæ & Iuliani Cæſaris temporibus floruit. A quibuſdam abbreuiator creditus Alexandri ex Aphroſiade eſt, ſed falſo. Nam & ab eo diſſentit haud timidè, quum collibuit, & ab ordine ac ſerie eius euariat. Præterea ipſemet ſe paraphraſten Ariſtotelis facit, Eſt autem paraphraſis exercitamenti apud rhetores genus. Ea finitur à græcis hoc modo, vt ſit quæ narrationi proportione reſpondeat: aut ſic, in qua vertimus aliorum ſcripta. Non in alia quæ humiliora grandiorauè ſint, vt à metaphraſi differat, ſed in paria ſenſu modo ſeruato, quod & fabius duobus locis ſic explicat: Tum mutatis verbis interpretari, tum paraphraſi audacius vertere, qua & breuiare quædam, & exornare ſaluo modo ſenſu dimittitur, quod opus conſumatis profeſſoribus difficile, qui cõmodè tractauerint, cuicũq; diſcendo ſufficiẽt. alio item loco: Sed & ipſis, inquit, ſententiis addicere licet oratorium robur, & omiſſa ſupplere, & effuſa ſubſtringere. Neq; ego paraphraſin eſſe interpretationem tantum volo, ſed circa eoſdem ſenſus certamen atq; æmulationem. Dictus eſt & à quibuſdam ecphraſtes. Eſt autem ecphraſis mera puraq; enarratio. Quod ergo diximus inter initia doctiſſime Pontifex ſuſceptum abs te patrocinium literarum ne deſere, cum dico literas, philoſophiam intelligo, quæ coniuncta cum eloquentia ſit. In te eruditio ſumma, & ſumma fortuna. Facile ſperare poſſumus temporibus tuis futurum, vt recta ſtudia volente te, (nam potes nec alius poteſt) ad dignitatem priſtinam reuocentur. Vale.

VENETIIS, *M. CCCC. LXXX.*

INDEX OMNIVM

CAPITVLORVM PRIMI LIBRI POSTERIORVM.

ANTEQVAM quid ſciatur, prænoſcere aliquid oportet. Cap. 1
Duas eſſe prænotiones, ut ſit, & quid ſit. Cap. 2
Concluſionem antequam demonſtrationes, partim ſciri, partim neſciri. Cap. 3
Quid ſcit ſcire, & quid ſit demonſtratio. Cap. 4
Quid ſit propoſitio immediata. Cap. 5
Plus credi propoſitionibus quam concluſioni. Cap. 6
Nec ſciri demonſtratione omnia, nec circulo. Cap. 7
Neceſſarias eſſe propoſitiones in demonſtratione. Cap. 8
Quid ſit dici de omni. Cap. 9
Quid ſit dici per ſe. Cap. 10
Qui modi eorum quæ per ſe dicuntur ad demonſtrationem pertineant. Cap. 11
Quid ſit uniuerſaliter dici. Cap. 12
Quemadmodum circa uniuerſale in demonſtrando error contingat. Cap. 13
In demonſtrationem neceſſaria ingredi. Cap. 14
Quæ ſunt per accidens, demonſtrationis rationem non ingredi. Cap. 15
Demonſtrationẽ ex propriis nõ ex extrariis conſtare. Cap. 16
Demonſtrationem conſtare communibus. Cap. 17
Demonſtrationis concluſionem eſſe perpetuam. Cap. 18
Demonſtrationem non eſſe caducorum. Cap. 19
Quid ſit principium commune, quid proprium. Cap. 20
Quot modis principia prænoſcantur. Cap. 21
Differre proloquia à poſtulatis ſubiectionibusq́;. Cap. 22
Qui uſus primorũ principiorũ in demõſtrationibus ſit. Cap. 23
In quibus communicent ſcientiæ, & quemadmodum propria philoſophia à dialectica differat. Cap. 24
An interrogatio aliqua demonſtrationi conueniat. Cap. 25
Commendatio Matheſeos, & quid ſit ſyllogiſmum ampliari in directum, in latus, per media. Cap. 26
Quemadmodum una ſcientia utraque demonſtratione utatur, & quamobrem & ut ſit. Cap. 27
Alius modus, quo in una ſc̃ia utraq; demonſtratio eſt. Cap. 28
Quemadmodum altera demonſtratio in altera ſcientia habeatur. Cap. 29
Qui modus ſit, quo in diuerſis ſcientiis demonſtretur ut ſit & quamobrem ſit. Cap. 30
Quæ figura ſyllogiſmi aptiſſima demõſtrationibus ſit. Cap. 31
De ſyllogiſmo imperitiæ ignorantiæue. Cap. 32
Quemadmodum ſyllogiſmo imperitiæ occurratur. Cap. 33
Abolito ſenſu aliquo ſcientiam illius ſenſus aboleri. Cap. 34
Quid ſit prædicari per aliud, ſeu per accidens. Cap. 35
An demonſtrationes in infinitum euadant. Cap. 36
Infinita non eſſe media, & ſi in affirmatis hoc uerum, in priuatiuis uerum. Cap. 37
Terminos prædicatos infinitos non eſſe rationibus logicis probatur. Cap. 38
De eodem rationibus propriis, terminosq́; ſubiectos non exire in immenſum. Cap. 39
Demonſtrationem uniuerſalem præſtare particulari. Cap. 40
Demonſtrationem affirmatiuam præſtare negatiue. Cap 41
Demonſtrationem aſſertoriam potiorem eſſe ducente ad incommodum. Cap. 42
Quot modis ſcientia prior & certior aliis ſit, item quæ una quæ diuerſa. Cap. 43
Plures demonſtrationes eiuſdem rei eſſe. Cap. 44
Fortuita non ſciri. Cap 45
Senſum non eſſe ſcientiam. Cap. 45
Non omnium eadem principia eſſe. Cap. 47
Scientiam differre ab opinione rebus ſubiectis. Cap. 48
Scientiam differre ab opinione genere approbandi. Cap. 49
Quid ſolertia ſit. Cap. 50

INDEX SECVNDI LIBRI.

QVatuor eſſe quæſtiones. Cap. 1
In omnibus quæſtionibus cauſam quæri. Cap. 2
Non eſſe eiuſdem omnino demonſtrationem finitionemque. Cap. 3
Non poſſe demonſtrari finitionem per ſyllogiſmum duplantem. Cap. 4
Non poſſe definitionem probari per ſyll'm diuidentem. Cap. 5
Diuiſionem conferre ad finiendum. Cap. 6
Per ſyllogiſmum finitiuum non probari finitionem. Cap. 7
Neque à contrariis neque per inductionem probari finitionem. Cap. 8.
In uniuerſum finitionem demonſtrari non poſſe. Cap. 9
Quantum aliquid ualet ad demonſtrandum rem eſſe, tantum ualet ad demonſtrandum quid ſit res. Item demonſtratione non ſciri finitionem, ſed innoteſcere. Cap. 10
Quæ cauſam non habent, eorum finitionem non innoteſcere per demonſtrationem. Cap. 11
Tres eſſe ſpecies finitionum. Cap. 12
Quatuor cauſas eſſe poſſe media demonſtrari. Cap. 13
Idem effectus per plures cauſas monſtratur. Cap. 14
Quẽadmodum effectus coæui cum eã demonſtrentur. Cap. 15
Quẽadmodum effectus non coæui eãm demonſtrent. Cap. 16
Quemadmodum cum hoc poſt hoc oritur, continuatio hæc accipienda ſit. Cap. 17
Quando demonſtrationes reciprocæ, circularesq́;, locum habeant. Cap. 18
Effectæ quæ maiori ex parte eueniant, probari per media eiuſdem generis. Cap. 19
Quẽadmodũ finitio indiuiduæ ſpeciei inueſtiganda ſit. Cap. 20
Quemadmodum definitio generum inueſtiganda ſit. Cap. 21
Facilius ſpecies quam genera definiri. Cap. 22
Quemadmodum diuiſio utilis finientibus ſit. Cap. 23
Contra Speuſippum, qui putabat ſcire oportere omnia eum qui recte finiret. Cap. 24
Tria præcepta diuiſionum. Cap. 25
Solum uniuerſalia definiri. Cap. 26
Ex ratione diuiſionum & cõmentatione diſſectionum, uberem copiam diſſoluendis quæſtionibus comparari. Cap. 27
Quæ ſint eædem quæſtiones. Cap. 28
Quæſtiones quaſdam ſub quibuſdam quæſtionibus contineri. Cap. 29
Demonſtrationes ex reciprocis conſtare. Cap. 30
Medium ſequi conditionem maioris extremitatis. Cap. 31
Quemadmodum reciprocent ſubiectum & affectio. Cap. 32
Eiuſdem effecti plura eſſe media, ſed nõ prima omnia. Cap. 33
De habitu principiorum, & quemadmodum cognitio uniuerſalium in homine pariatur. Cap. 34
Vniuerſale ſenſu ortũ habere, et ab intellectu formari. Ca. 35
Quemadmodum uniuerſale per inductionem accipi intelligendum ſit. Cap. 36
Principia in nobis non natura eſſe inſita, ſed creari ab intellectu. Cap. 37
Intellectum eſſe habitum principiorum, quemadmodum ſcientia habitus eſt ſcitorum. Cap. 38

INDEX OMNIVM CAPITVLORVM

PRIMI LIBRI DE ANIMA.

DE VTILITATE & præſtantia ſcientiæ de anima. Cap. 1
De difficultate ſcientiæ de anima, & definitionis. Cap. 2
De quæſtionibus pertinentibus ad ſubſtantiam animæ cognoſcendum, & quæ ſunt in definitione animæ adhibenda. Cap. 3
Vtrũ una definitio univerſalis ſit omnibus animis quærenda, an ſingulæ ſingulis generibus accommodanda. Cap. 4
Vtrum an animali uno multæ animæ cõtineantur, an una tantum quæ tamen diverſis partibus ac viribus cõſtet. Cap 5
Vtrum de membris prius quàm de integritate agendum ſit, & de actibus quàm de membris & partibus, & de ſubiectis quam de actibus. Cap. 6
Accidentia cognita conferre ad cognoſcendam naturam ſubſtantiæ. Cap. 7
Perquirendum eſſe utrum omnes affectiones ſint communes animæ & corpori, an alteræ alterius proprie peculiaresq; habeantur. Cap. 8
Animæ definitionem eſſe cum materia coniungenda, & quid ſit definitio phyſica & dialectica, & quæ ſcientiæ, quibus modis definiant. Cap. 9
De ſententiis veterum de anima, & de opinione Democriti. Cap. 10
De opinione quorundam Pythagoreorum de anima. Cap. 11
De opinione Empedoclis, & opiæ Timæi ſive Platonis in Timeo. Cap. 12
De opinionibus multorũ, qui de aĩa male ſenſerunt. Cap. 13
De opinione Thaletis, Alcmeonis, & aliorum. Cap. 14
Epilogus gñis, q omnes uno ex tribus aĩam definierunt, aut motu, aut cognitione, aut tenuitate. i. incorporeo. Cap. 15
Generaliter contra omnes, qui putant animam eſſe corpus movens & motum. Cap. 16
Contra Theophraſtum, qui rationes Ariſtote. reprehenderat. Cap. 17
Sẽtire & intelligere nec motus eſſe nec animæ motus. Cap. 18
Si motus ſit eſſentia animæ, futurum ut anima movendo ſe interimat. Cap. 19
Specialiter contra Timæum ſive Platonem. Cap. 20
Item contra eundem. Cap. 21
Animam nõ immigrare cuilibet corpori, contra antiquos, qui nihil de corpore dixerunt. Cap 22
Aĩam non eſſe harmoniam, & de aĩa mundi, et utrum anima noſtra ſit vita potius q̃ anima appellanda. Cap. 23
Declaratio exactior opinionis animam eſſe harmoniam aſſerentis. Cap. 24
Animam non moveri, ſed corpus per animam, & quod corpus movetur per animam dupliciter, ideſt per animam à qua & ad quam. Cap. 25
Vtrum anima intelligendo contemplandoq́; moveatur, & dubitationes ſuper verbis illic Ariſt. ubi dicit intellectus nobis ut ſubſtantiam quandam accidere. Cap. 26
Contra Xenocratem dicẽtem animam eſſe numerum ſeipſum moventem. Cap. 27
Contra Andronicum dicentem Ariſto. verba contra Xenocratem non intelligi. Cap 28
Contra eos qui dicunt aĩam ex elementis eſſe coalitũ. Cap 29
Contra Emped. dicentem, ſimilia cognoſci ſimilibus, & tamen ſimilia à ſimilibus pati non poſſe. Cap. 30
Veteres neq; de univerſa anima, neq; de humana perfecte loquutos. Cap. 31
Superfluo videri aliquibus animam ex utroq; contrario concretam eſſe: ſufficiat enim alterum, quia eadem ratio poll . t in contrariis. Cap. 32
Aĩam non eſſe per oĩa corpora invectam et fuſam. Cap 33
Veteres de anima nihil bene dixiſſe. Cap 34
Contra Platonem qui partes aĩæ diſcludebat locis. Cap. 35
Plantas & ſtirpes ſine dubia animata eſſe. Cap. 36

INDEX SECVNDI LIBRI.

DIviſio entiũ, et quid ſit pfecti habia, et quotuplex. Cap. 1
Animam eſſe formam & perfectionem corporis naturalis vitam habentis. Cap. 2
Animam non eſſe corporis, ſed formam corporis perfectionemq́;. Cap. 3
Aĩam eſſe actum primum & ſcdm, ſed primũ magis. Cap 4
Animam eſſe perfectionem organici corporis. Cap 5
Declaratio per exempla definitionis allatæ de anima, & q organicum idem eſt, quod vitam habens potentia. Cap. 6
Animæ partes alias abiunctas eſſe à corpore, alias non abiunctas. Cap. 7
A notioribus eſſe incipiendum, & definitionem afferendam, quæ cauſam quamobrem contineat: & omnia per animam vivere. Cap. 8
An definitio animæ communis ad intellectum, & vim motricem pertineat. Cap. 9
Per animam & corpus vivere animalia, ſed per animam primum: nec per quodlibet corpus, ſed per certum & diſpoſitum. Cap. 10
Omnibus animalibus tactum ineſſe & appetitionem aliquam: item ex quibus rebus omnia nutriantur. Cap. 11
Ordo potentiarum animæ, et differentia definitionum quæ per notiones cognominis, & quæ per eſſentiam conſtituuntur; item ſingulas definitiones accommodandas eſſe ad ſingulas animæ ſpecies. Cap. 12
In definitionibus particularibus à rebus ſubiectis incipiendum. Cap. 13
Initium præceptionis declarationisq́; partium animæ, item omnia deſiderio immortalitatis teneri, item duplicem haberi finem. Cap. 14.
Animam eſſe animanti cauſam triplici genere. Item contra Empedoclem et alios qui cauſam augumenti, aut elementa, aut ex elementis ignem conſtituebant. Cap. 15
De vi animæ altricis, & de natura alimenti. Cap. 16
Quæ differentia ſit inter altricem, auctricem, & procreatricem virtutem. Cap. 17
De inſtrumentis concoquendi cibi. Cap. 18
De vi ſentiendum generatum, & ſenſum eſſe paſſionem quandam, item ſimile pati tum à ſimili, tum à diſſimili, item actionem & paſſionẽ genera eſſe comparatione motus. Cap. 19
Adhuc generalia quædam in ſenſu, item de ſenſu actu & potentia, item differentia inter ſcientiam atq; ſenſum. Cap. 20
Aliqua eſſe ſenſilia communia, aliqua propria, aliqua per ſe, aliqua ex accidenti. Cap. 21
De viſu, & de incidentibus ſubiectisq́; viſui, & de perſpicuitate. Cap 22
De lumine & natura luminis, item lumen eſſe ad quendam modum viſile. Cap. 23
Quot modis accipiatur viſile, & quemadmodum aſtra reliqua de genere hoc, tum noctu tum interdiu videantur. Cap. 24
Vt viſus cõſtet opus eſſe intermedio pſpicuo corpore. Cap. 25
De auditu, & ſubiecto, & ſono, & de ſonantibus. Cap. 26
De Echo. Cap. 27
De intermedio in auditu. Cap. 28
Vnde oriatur ſonus, & quemadmodum exaudiatur. Cap. 29

De differentiis & diſcriminibus ſoni, item exanguia & piſces uocem non mittere. Cap. 30
De uoce. Cap. 31
De olfactu, quem hoīem hebetiſſimum habere eoq; odorū noīa propria non haberi, ſed à ſaporibus transferri. Cap. 32
Cognitionem ſubiecti & ſubiecto oppoſiti pertinere ad eundem ſenſum. Item quot ſignificatus ſint inodori & inuiſibilis & talium. Cap. 33
De intermedio ſenſus olfactus, & quemadmodum animalia odorentur præſertim inſecta. Cap. 34
De guſtu qui exteriore intermedio careat, item saporē in humido haberi, item quot modis inguſtabile dicatur. Cap. 35
Quot ſint guſtabilia, & quot inſtrumentum guſtus, & quale item differentiæ ſaporum & genera. Cap. 36
De tactu quæſtio an ſit unus, ſolutio non eſſe unum. Item carnem non eſſe ſenſorium tactus, ſed intermedium & operimentum ſenſorij. Cap. 37
Vtrum duo corpora ſolida de concurſo ſe inuicem tangant: & in quo differat, aut non differat guſtus & tactus à reliquis ſenſibus. Cap. 38
Epilogus eorum quæ de tactu dicta ſunt, hoc eſt tactum intermedio uti, Item tactum multos ſenſus eſſe. Cap. 39
Contra Alex. qui putauit carnē eſſe ſenſorium tactus. Cap. 40
Senſum tactus maxime corpulentū uideri, itē tactum mediocritatem eſſe et quoddam alio modo, q̄ ſenſus cæteri. Cap. 41
Communia ſenſuum, hoc eſt. ſenſum recipere res ſenſiles citra materiam, item ſenſum non proprie pati, item exuperantias ſenſilium omnibus officere ſenſibus. Cap. 42
Plantas expertes ſenſus eſſe, & ratio quamobrem ſint expertes, licet ſint compotes animæ. Cap. 43
Non ſentire omnia quæ recipiant ſenſile, item repetitur carnem non eſſe ſuum ſenſorium tactu. Cap. 44

INDEX TERTII LIBRI.

Omnes quinque ſenſus animalibus perfectis tribui, nec plures haberi. Cap. 1
Nullum ſenſum proprium eſſe, quo ſenſilia cōia cognoſcantur, item illa per ſe & non per accidens ſentiri, item quemadmodum ſenſus circa propria ſenſilia et communia, & quæ per accidens ſunt, fallatur. Cap. 2
Non poſſe unum tantū ſenſum eſſe ſenſilium omnium. Cap. 3
Quæſtio an eodem ſenſu quo ſentimus, percipiamus non ſentire. Cap. 4
Idem in ſubiecto ſenſuum in actu & genus ſenſile, item utriuſque actum in ſenſu haberi, item ſenſilia eſſe etiam cum non ſentiuntur actu. Cap. 5
Senſus omnes eſſe rōnes quaſdam proportionesq́;. Cap. 6
De ſenſu cōi quēadmodum unus ſit, tū in ſe, tū per reſpectū ad tempus, in quo multa cognoſcit atq; diſcriminat. Cap. 7
Quēadmodū ſenſus cōis contraria cognoſcat, et quēadmodum ſit ſimilis centro, item ſenſum cōem merito principem ſenſuum uocari, ut cui ſenſus cæteri ancillentur. Cap. 8
De mente intellectuq́; quem ueteres exiſtimauerunt, idem eſſe cum ſenſu, item in quo differat intellectus à ſenſu. Cap. 9
Intellectu non eſſe ſenſum neq; item imaginationem. Cap. 10
Imaginationem eſſe uirtutem diuerſum à ſenſu. Cap. 11
Imaginationem à ſciētia, intellectu, opinione differre. Cap. 12
Contra Platonem qui imaginationem dixi eſſe complexionem opinionis & ſenſu. Cap. 13
Imaginationē habere ſimilitudinem cū intellectu, item quæ ſit definitio eius, & quot modis diſtinguatur à ſenſu. Cap. 14
Imaginationes quot modis & cur ſint falſæ, item cur dicatur phantaſia, item abſolutio definitionis eius, item cur aīalia maiore ex parte uiſis & imaginatione ducantur. Cap. 15
De intellectu potentiæ, qui ut ſenſus à ſenſilibus, ita ipſe ab intelligibilibus patitur, nec ullam propriam formam obtinet. Cap. 16
Intellectū neq; corpus eſſe, neq; corpore ꝑ inſtrumēto uti, item intellectum eſſe locū et conceptaculum formarum. Cap. 17
Quemadmodum intellectus poßit, & quando incipiat perficit & ſeipſum agnoſcere. Cap. 18
In rebus materialibus aliud eſſe res ipſas, aliud rerū eſſentiam, et quemadmodum intellectus utrunq; intelligat, per ſimilitudinem ad lineam rectam, & flexam. Cap. 19
In mathematicis aliud eſſe rem, aliud eſſentiam rei, et quemadmodum ab intellectu noſcantur. Cap. 20
Anaxagoram imperfecte de intellectu dixiſſe, item pariter patiatur, item intellectum ceu nudam tabulam eſſe. Cap. 21
Cur idem intellectus & intelligibilis ſit, & cur aßiduitas contemplandi laborem, & ægritudinem afferat. Cap. 22
De intellectu agente qui neceſſarius ſit ad perficiendum intellectum potentiæ. Cap. 23
Intellectum agentem facere et res materiales intelligibiles intelligantur actu, item quomodo & quando intellectus poteſtatis agat ope intellectus agentis. Cap. 24
Intellectum agentem haberi coniunctum cum intellectu potentiæ, & quare & quoties collibitum eſt ſpeculari poßimus. Item intellectum agentem eſſe ad ſimilem deo, & nobiliorem intellectu potentiæ. Cap. 25
Nomine priorē eſſe intellectū poteſtatis q̄ agentē, item agentē ſemp intelligere et ſine diſcurſu, itē æternum & immortalē eſſe, itē eius ſubſtantiā merum actū intelligēdi eſſe. Cap. 26
Nominis eſſentiam eſſe intellectum agentem, itē agentē indiuiſibiliter intelligere, intellectum potentiæ diuiſibiliter. Cap. 27
Ariſtotelem ſenſiſſe hoīem eſſe intellectum agentem, item quid ſit intellectus paſſibilis, qui & corrumpitur & aboletur in nobis, & cur primo mortem recordemur. Cap. 28
De eodem ex quibus uerbis animaduerti poßit, quid Ariſto. de intellectu agente ſenſerit. Cap. 29
De eodē uerba Theophra. de cōiunctione utriuſq; intellectus, et cur nō ſemp intelligit, cur obliuiſcitur, cur fallitur. Cap. 30
Contra eos qui dicunt intellectum agentem eſſe deum, aut proportiones primas: item intellectum agentem eſſe ſpeciem animæ ceu partem. Cap. 31
Quæſtio an intellectus agēs unus in oībus hominibus ſit, et cur ſolus homo & intelligat & intelligatur ab alijs. Cap. 32
Melius quæri utrum omnes homines & omnes intellectus ſint unus, q̄ utrum omnes animæ ſint una, et q. intellectus docentis & addiſcentis eſt unus. Cap. 33
Vtrū intellectus potētiæ immortalis et impatibilis ſit. Cap. 34
Intellectū patibilem differre ab intellectu potentiæ. Cap. 35
Quid differat intellectus agens ab intellectu potentiæ, uter prior uter præſtantior. Cap. 36
Platonem quoq; poſuiſſe in homine intellectum alium mortalem alium immortalem. Cap. 37
De eodem intellectu mortali, item quo modo affectus humani cum ratione iungantur. Cap. 38
Quid Theophraſtus de tribus intellectibus ſenſerit. Cap. 39
Primā actionē intellectus eſſe ſimplices terminos uerſari, deinde circa cōpoſitionē in qua iā ſit ueritas et falſitas. Cap. 40
Non modo in rebus, ſed in temporibus quoque ueritatem aut falſitatem adeſſe: item tempus non à ſenſu, ſed ab intellectu cognoſci. Cap. 41
Quotuplex ſit indiuiſile, item intellectionem & tempus pari in re indiuiſilia & diuiſilia eſſe, item intellectum per ſe in non tempore intelligere. ſed ex accidenti in tempore, & quid ſit eſſe accidenti diuiſile. Cap. 42
Omne continuum indiuiſiliter intelligi ſed & quantitatem diſcretam quadantenus. Cap 43

Quemadmodum

Quemadmodum intelligantur puncta, & momenta, & priuationes. Cap.44
Potentiam & imperfectionem eſſe rationem, qua intelligantur priuationes et malum, item neq; deum, neq; intellectum agentem intelligere priuationes, ſed ſeipſos, ideoq; ueritates eſſe. Cap.45
Quãdo et quẽadmodũ intellectus intelligẽdo fallatur. Cap.46
Quod in ſenſu uoluptas et dolor eſt, hoc in intellectu eſſe bonũ & malum, item quomodo & quando tam ſenſus quam intellectus perſequatur aliquid aut fugiat. Cap.47
Quid differat ſenſus à ſecunda concupiſcentia, & intellectus à uoluntate, item eandem eſſe potentiam quæ perſecutionem dictet & fugam. Cap.48
Intellectum mouere tam præſente q̃ abſente ſenſu, item intellectum actiuum non ſpeculatum mouere. Cap.49
Mathematica intelligi citra materiã abſq; mendacio. Cap.50
Vtrum & quemadmodum ſubſtantiæ ſeparatæ intelligantur ab intellectu potentiæ. Cap.51
Repetitio eorum quæ hactenus dicta de animo ſunt, quemadmodum ſcit omnes res, & quemadmodum anima dicatur eſſe forma formarum. Cap.52
Nihil ſciri aut intelligi poſſe niſi uia ſenſuum, itẽ quẽadmodum uiſa et phãtaſmata intelligẽdo fingãtur formẽturq; Ca.53
Aliud eſſe ipſa uiſa ſeu phantaſmata ad propoſitiones, quæ de phantaſmatis componuntur. Cap.54
Differentiam eſſe inter phantaſma rerum & notionem ſiue conceptum. Cap.55
De aĩa motrice ſecus locũ, itẽ q̃õ utrum plures partes habeãtur aĩæ, q̃ tres illæ quas Plato exiſtimauit. Cap.56
Vim altricem eſſe cãm aĩalibus inceſſus & motus. Cap.57
Vim ſenſualẽ non eſſe cãm motus aĩalium localis. Cap.58
Intellectũ mentẽue non eſſe cãm motus aĩalium localis. Ca.59
Animam in qua iraſcentia & cupiditas continetur, non eſſe cauſam motus localis. Cap.60
Intellectum actiuum & appetitiuum iunctim cauſam eſſe animalium motus, item quæ differentia ſit inter intellectum actiuum & ſpectatiuum. Cap.61
Vnum & idem genus eſſe quod intelligitur & appetitur, de quo oritur localis motus. Cap.62
De appetibili, item de quo appetibili intelligamus, & de quo non. Cap.63
Appetitum inter potentias animæ connumerandum eſſe, item quemadmodũ unus appetitus ſit et actus tres, item contrarios appetitus in hoĩe reperiri, & cur reperiãtur. Cap.64
Plures numero appetitus haberi, itẽ plura appetibilia, item ad motum aĩalium localem neceſſaria eſſe quatuor. Cap 65
Quod & quale inſtrumentum ſit, quod motus animalium locali præſeruiat. Cap 66
Imaginationẽ eſſe ubi ſit appetitus, itẽ imaginationẽ rõnalem ad ſolum hoĩem pertinere, itẽ aliquid eſſe ceu menſurã per q̃ intellectus iudicat, & ſeligit melius quod eſt. Cap.67
Animalibus imperfectis imperfectam imaginationem & appetitionem adeſſe, per quas mouentur. Cap 68
Quemadmodum uniuerſalis & particularis propoſitio moueat. Cap.69
Aĩam altricem ineſſe oĩbus uiuis, item tactum eſſe in aliquibus ubi reliqui ſenſus non ſint non econtrario, item terroſa à cognitione & ſenſu altera eſſe, item quæ ex uno elemento conſtant, uacua eſſe conſtant. Cap.70
Quãobrẽ perfectis aĩalibus neceſſarij ſenſus ſint, et quãobrem cœleſtibus aĩalibus non ſint neceſſarij, neq; plantis. Cap.71
Quãobrem tactus animali neceſſarius ſit, & quia plantæ nec tactu utantur nec guſtu, & quia ſenſus cæteri per exterius internuntium ſentiant. Cap.72
Nullum animal ortus occaſusq; particeps ex uno elemento cõſtitui, item quemadmodum cœleſtia animalia cognoſcant res ſenſiles ſine ſenſu. Cap.73
Tactum attingere aĩalis uitam eſſentiamq; cæteros ſenſus ad cultum & ornatum adiunctos, item quæ tactum corrumpunt uniuerſo animali abolitionem afferre. Cap.74

INDEX CAPITVLORVM LIBRI. I.

De Memoria & reminiſcentia.

NON eoſdem facile meminiſci, qui facile reminiſcantur. Cap.1
Futura & præſentia ad memoriam non pertinere. Cap.2
Sola præterita eſſe ſubiecta memoriæ. Cap.3
Quẽadmodum in oĩ memoria adhibere tẽpus oportet. Cap.4
Quæ bruta habeant memoriam, & quæ differentia inter memoriam brutorum & hominum ſit. Cap.5
Quemadmodum memoria intelligibilium rerum ſit, & in quo diſtet memoria rerum ſenſibilium. Cap.6
Qui uſus quantitatis intelligentibus ſit, quum res etiam non quantæ intelligantur. Cap.7
Quomodo res quantæ intelligantur, quæ differentia inter id ſit quod ſibi intellectus fingit, & id quod imaginatio ſibi præſentat. Cap.8
Quas ad res intelligendas utilis imaginatio ſit, & ad quas inutilis. Cap.9
Quod memoria non ſit uis & affectio intellectus, ſed partis duntaxat ſenſibilis. Cap.10
Quamobrem recordemur rerum abſentium, item imaginationem proprie non eſſe ipſum ſimulachrum, ſed actum uirtutis imaginantis. Cap.11
Quæ temperaturæ ingeniorum recordari idoneæ ſint, & quæ non idoneæ. Cap.12
Quæſtio quod quoties meminimus, non eius potius ſimulachri meminimus, quod habetur in nobis præſens, quàm eius q̃ à ſimulachro refertur. Cap.13
Vnde eueniat ut ea quæ quis meminit, aliquando meminiſſe ſe neſciat. Cap.14
Vnde fit ut ea quæ quis imaginatur, fingitq; aliquando meminiſſe & recordari ſe putet. Cap.15

INDEX SECVNDI LIBRI.

REminiſcentiam non eſſe apprehenſionem diſciplinæ, neq; renouationem uniuerſæ memoriæ, ſed partis eius eius quis eſſet oblitus. Cap.1
Reminiſcentiam ſimplicium non eſſe niſi per raro Cap.2
Reminiſcentiam induci per multos motus, qui ordinem & conſecutionem habeant. Cap.3
Quædam ſimulachra neceſſario ſequi, quædam ex aſſuefactione. Cap.4
Ex principio ſimili uel diſſimili, aut proximo reminiſcentiam oriri. Cap.5
Reminiſcentiam aliquando prodire ſine principio, aliquando ex principio non poſſe erui. Cap.6.
Eandem rationem eſſe reminiſcendi uetera & recẽtia, item ordinem rerum uſui eſſe reminiſci uolentibus. Cap.7
Aliud eſſe reminiſci aliud iterum diſcere, item ultimum motum eſſe per quem reminiſcentia elicitur. Cap.8
Ex qualibus locis principiisue memoria rerum amiſſa facile reuocetur. Cap.9
In reminiſcendo id quod medium eſt, maximum habere momentum. Cap.10
Quod interdum reminiſcamur, interdum non, item cur aliquãdo plus moueant ueteres, q̃ recentes imagines. Cap.11

Quod

Quod erret interim reminiſcentia, & quomodo faciat ſolœciſmum. Cap. 12
Communia memoriæ & reminiſcentiæ, in omni memoria & reminiſcentia neceſſario adhiberi tempus, aut certum, aut incertum. Cap. 13
Vim ſenſualē eſſe q̃ intus iudicet de pluri minoriq; tpe. Cap. 14
Quæ differentia inter memoriam & reminiſcentiam totius et partium ſit, item uniuerſalis & ſingularis. Cap. 15
Semper reſpondere conceptioni rerum conceptionem temporum, ſiue certum id ſit ſiue incertum. Cap. 16
Dupliciter falli eos qui meminerunt aut reminiſcuntur, item tria adhiberi ad ueram memoriam et reminiſcentiam rem, tempus, animaduerſionem. Cap. 17
Hactenus communia memoriæ & reminiſcentiæ, nunc differentia & diſcrimen earum: item q. ſolus homo reminiſcendi uim habeat. Cap. 18
Memoriam et reminiſcentiam eſſe corporeas affectiones: item non eſſe illas in noſtra poteſtate, item melancholicos potiſſimum hoc genere tentari. Cap. 19
Quibus ex cauſis pomiliones pueri, ſenex ĩmemores ſint. Ca. 20
Peroratio. Cap. 21

INDEX CAPITVLORVM LIBRI
De ſomno & vigilia.

QVAESTIONES ad ſomnum & uigiliam pertinentes. Cap. 1
In eadem particula ſomnum & uigiliam collocari. Cap. 2
Somnum & uigiliam affectiones eſſe corpori & animæ communes. Cap. 3
In aĩalibus oĩbus ſomnũ & uigiliã uiuẽtibus cõtingere. Cap. 4
Quãobrẽ aĩalia oĩa dormiant, plãtæ non dormiant. Cap. 5
In ſomno omnes ſenſus haberi immobiles. Cap. 6
Soporem tactus & immobilitatem ſenſus communis cauſam eſſe ſomni. Cap. 7
Impotentiam omnium ſenſuum non eſſe ſomnum, etiam ſi omnes ſenſus in ſomno impotentes redduntur Cap. 8
Quis finis, qd agens, quæ forma quæ materia ſomni ſit. Cap. 9
De cauſa finali ſomni & neceßitate eius. Cap. 10
De cauſa agente ſomni, item omnis motus principium eſſe cor habentibus ſanguinem, & carentibus quidem uice cordis et ſpiritum interiorem. Cap. 11
In corde uigiliã & ſomnũ oriri eiusq; affectiones eſſe. Cap. 12
Quẽadmodũ cibi conuertantur in ſanguinẽ, de quo ſcire oportet, quia præcipua ratio ſomni ſunt cibi. Cap. 13
An imaginatione corũ qui linquãtur animo, uideri inſomnium poßit, & an morbus ipſe ſit ſomnus. Cap. 14
Quando incipiat dormire animal, & quando perfecte conſopitum dicatur. Cap. 15
Labores & morbos ſomnum inducere, item paruulos plurimum dormire, ideoq; frequenter incidere comitialem morbum. Cap. 16
Quod qui uenas conditas habent, item q. pueri & nani, ſomnolenti ſint. Cap. 17
Quod melãcholici parũ dormiant, & multũ comedãt. Cap. 18
Quod contemplantes ſomnus inuadit. Cap. 19
Quemadmodum aĩal dum dormire incipit alteraſcat. Cap. 20
Quod ſomnus refrigeratio quũ ſit, cauſas tñ calidas habeat: & q. homo ſolus quũ dormit ſternatur iaceatue. Cap. 21
Nõ oẽs cãs ſomni calidas eſſe, ſed aliquã eſſe frigidißimã: item partim cibi fluctiones mouere, partim ſomnũ facere. Ca. 22
Quando animalia expergiſcantur, & quemadmodum alentis ſanguinis efficiatur diſcretio. Cap. 23

INDEX CAPITVLORVM
Libri de Inſomnijs.

INSOMNIA ſenſu non percipi. Cap. 1
Inſomnia non eſſe opinionem nec actum intellectus, item quid præter ſomnium. Cap. 2
Non oẽ quod dormiẽti apparet ſomniũ eſſe, item quid ſit ꝓprie inſomniũ, & quid uiſum. Ca. 3
Qua ratione dormiendo in ſomnis fallimur. Cap. 4
Quanq̃ in ſomnio nihil ſentiant ſenſus, tñ afficiũtur intus. Ca. 5
Quod imaginibus ſomnij modo fallimur, mõ nõ fallimur. Ca. 6
Inſomnium eſſe potentiæ ſentientis affectionem, non qua ſentiens eſt, ſed qua imaginatrix. Cap. 7
Cauſa producens inſomnia, et iterum quando erremus aut non inſomniis. Cap. 8
Poſt receſſum rei ſenſilis imagines & affectiones in ſenſu manere. Cap. 9
Senſus differentijs leuibus pelli, nec ſolum pati ſed agere item de ſpeculo quod aſpectu ſordeſcit. Cap. 10
Facile decipi q. morbo aut affectu tentantur, item aliqñ decipiendũ itelligi, qa iudiciũ animi à iudicio ſenſuũ diſcrepat. Ca. 11
Iudicia ſenſuum inter ſe contraria eſſe deſidereq;. Cap. 12
Quod dormientibus & noctu magis quam interdiu & uigilantibus uiſa occurrant. Cap. 13
In ſomno q. imagines multæ occurrant, itẽ quæ primæ, q̃ mediæ, quæ nouißimæ motiones dicantur in ſomno. Cap. 14
Quod ſtatim à cibo non ſomnient animalia, item q. nec pueri, item q. modo ſomnient animalia, modo non ſomnient, item de turbatis & tranquillis inſomnijs. Cap. 15
Quod ſinceris ĩ ſomnijs aĩus mõ obſiſtat mõ cõſentiat. Ca. 16
Motiones in ſenſibus factas inducere ſomnia, item quæ actu earum, quæ potentia ſint, item ſomnia explanatoria ultimis ſomnis afferri. Cap. 17
Animam ſopiri alimoniæ, nec tamen ſemper ſopiri: item non idem eſſe aliqua apparere & uideri. Cap. 18
Imagines rerum abſentium modo in ipſis ſenſorijs modo in corde uerſari. Cap. 19
Definitio inſomnij et q̃ inſomnia uideãtur cũ non ſint. Cap. 20
Quamobrem aliqui nunquam ſomnient, & quamobrem quidam ſomniare ſero incipiant. Cap. 21

INDEX CAPITVLORVM LIBRI
De diuinatione per ſomnium.

AN EXISTIMANDVM ſit aliquam diuinationem haberi per ſomnium. Cap. 1
Somnia alia cauſas rerũ eſſe, alia ſigna, alia fortuita, & quemadmodum ſint ſigna. Cap. 2
Quemadmodum ſomnia poßint eſſe cauſa actionum noſtrarum. Cap. 3
Quæ ſint fortuita & temeraria ſomnia. Cap. 4
Somnia nõ uenire à deo, itẽ q. melãcholici aliqñ præſagiãt. Ca. 5
Quod pauca ſomnia euadant, item non ſequi ſemper quorum ſigna præceſſerint. Cap. 6
Democritum ſomnia imaginibus à corpore fluentibus tribuiſſe peripateticos motionibus quibuſdam. Cap. 7
Quod præſcita noctu potius et ſtolidis quam ſapientibus præbeantur. Cap. 8
Quod ecſtatici futura præuideant, et q. de amicis uera ſint ſæpe ſomnia. Cap. 9
Quod melancholici & phanatici futura præſentiant. Cap. 10
Quis artificioſißimus ſomniorum interpres ſit. Cap. 11

F I N I S.

LIBER I.

THEMISTII EVPHRADAE PERIPATETICI NOBILISSIMI,

PARAPHRASIS IN POSTERIORA ANALYTICA ARISTOTELIS,

Interprete Hermolao Barbaro patritio Veneto, viro clariſſimo.

FACTVRVM me ſuperfluo ſane perambitioſeq; connicio, ſi Ariſtotelicarum commentationum, poſt tales tantoſq; authores interpretationem iuſtã aggrediar: pręſertim quũ haud multa inuenies, quę illi perinde non dixerint atque ſi omiſſa pauca ſartias, tñ laboris à capite retexere, ſimile feceris, ac ſi Phidiæ Mineruã reformare de integro vniuerſam inſtituas, vt aut amentum ſoleis, aut anſulam crepidis, aut ligulam baſeis, aut quid aliud paxillum, quod ſubſuliet, reponas. Quod ſi prætermiſſa moroſitate diſputationis, ſummas rerũ diligenter collegero, iiſq; limatam & compendiariam enarrationem adiunxero, breuitatemq; & ſeriem philoſophi ſummis viribus aſſecutus imitatusq; fuero, videbor vtiq; rẽ nec vulgatam, neq; ad modum inutilem noſcentibus hæc paraſſe. Qđ genus exploratæ vtilitatis iis erit, quia aliqñ lib. Ariſt. legerint, vt qñ proprer prolixitatem explanationum repetere ſemper atq; adire illás non poſsint, id habeãt ſaltem quo ſe conferentes, in memoriam facile reuocent, quorum ſe repens forte obliuio tenuiſſet. Hac igitur forma (qua dixi) primum inſtiturionem, eam quæ Poſteriorum analyticorum. i. reſolutoriorum inſcribitur, ingreſsi ſumus exponere: qđ quidem laboris noſtri auſpiciũ ſtarim tibi dicauimus, nuncupauimusq;, cum vt ad exquiſitiorem doctrinã tibi aliquid operis vſusq; conferremus, tum vel maxime, vt hoc quaſi donatio, admonitus eſſes amoris erga te noſtri. [*Oĩa fere Ariſto ſcripto ſunt de cõpoſito caligine offuſa.*] Equidem in cõmentariis iis neq; diſsimulatum iri opinor, neque ignoratum, ſicubi deceſſum de via eſt. quod. n. pleraque Ariſtotelis ſcripta, quaſi de compoſito, caligine quadam offuſa oppletaq; habeantur, illud potiſsimum opere hoc cognoſcitur, cum ob ipſum genus elocutionis, quod (ſicubi) furto maxime preſſum præciſumq; eſt: tum ob capita quæ nullo ordine viſuntur diſpoſita. [*Paraphraſis modus.*] Quamobrem ab iis qui hęc cognoſcent, impetranda venia eſt, vti ne damnent, ſi qua liberius exornauero ampliaueroq;, (nec. n. totidem verbis exigi ſunt obſcura) aut ſi qua paulo audacius vertero, commutaueroúe, quod facere oportet, vt capita rerũ continentius & cohibilius collocentur. Quod ſi quædam quoq; breuiauero, cauſę ſunt quibus in eo coargui aut taxari non poſsim. Nam quæ tametſi artificioſam ſeorſum contemplationẽ habere poſſunt, non multum tñ conducunt ad peritiam demrandi ineptiſsimus ſim, ſi oratione longa circumloquar: alioquin cui propoſitum ſit, quę ad hoc negotium pertinent, non ſcrupuloſe & anxie, ſed leniter & commode perſequi.

Antequam quid ſciatur, prænoſcere aliquid oportere. Cap. I.

QVICVNQVE ad aliquã intellectualem doctrinam aut diſciplinam accedũt, neceſſe eſt vt principia quædam naturalia teneant, vnde aliquid de iis quorũ amplexuri ſcĩam ſunt prænoſcant. Non. n. oĩa accipere poſſumus à docẽte, ſed aliqua ſunt q̃ quaſi ſuppetias addiſcẽdum, domo afferre oportet, ſine quibus fruſtra aditum in ſcholas ſerimus. Proinde docemur à geometra punctũ eſſe cuius nulla pars ſit: ſed anteq̃ doceremur, compertum habuimus, quid nomine partis indicaretur. Arithmeticus monſtrat numerum imparẽ eſſe, qui ſm inæqualia diuidatur, ſed nos quid eſſet inęquale pręſciuimus. Non ſolum aũt doctrinas, diſciplinasq;, ſed artes quoq; anticipatione iſta conſequimur. Diſcimus ædificare, ſed non antequam quid lapides, quid intritum, quid maceries eſſet, noſſemus. Diſcimus dempſare pelles, & ſutoriam facere, ſed tum demum quodãmodo & quid eſſet corium, & quid culter, & qđ ſubula. perceptum nobis eſt. Eodem modo farbica nauium, excuſſoria, ſtatuaria, textoria: poſtremo oĩs vtenſiliũ peritia, ſuis quæq; pręnotionibus & antegreſsionibus condiſcuntur. Maxime [a] vero oratio noſtra manifeſta in eorum artibus eſt, quæ vtũtur diſcurſu, quales rhetores & dialectici. Dialectici ſyllogiſmo agunt & inductione Rhetores, qui & Sophiſtę vocantur, digreſsionibus & exemplis: in vtroq; hoc genere neceſſe eſt quædam ſingularia, aut prænotiones, aut ſimilia cognoſci, antequam explorata cõcluſio ſit. Cæterum [b] non modo qui ab aliis inſtituuntur, ſed & qui ꝓprio ingenio faciunt ex principiis, ex quibuſdã non dubiis, ad id quod dubitatur, quærendum & demõſtrandum mouenť. Quod ſi hæc vera ſunt, neceſſe eſt oẽm [c] rõnalẽ doctrinam diſciplinamq; ex notione aliq̃ pręcua, & quaſi præcurrenti contingere. Nec perturbent nos quæ ſenſu percipiuntur nulla horum præcedente cognitione qñquidem hæc neq; per diſciplinam, neque per aliquam inſtitutionem intellectualem noſcuntur.

[a] Ea Themiſtij uerba, ὅσαι τῶν διὰ λόγου τι διδασκόντων, interpretatus eſt, quæ ſermocinales dicuntur, ſed & alio fortaſsis modo latine exprimi poteſt, quod Them. uoluit, hoc eſt: Maxime uero ratio hæc manifeſte in eorum artibus eſt quæ dum docent ratione utuntur. λόγος enim rationẽ etiam ſignificat: quibus uero rationibus utantur ipſemet exponit: Dialectici ſyllogiſmo agunt: &c. [b] Hic uidetur Them. alludere expoſitioni Philo. ut tum de inuentione. tũ de ſcientia quam ab aliјs docemur ſeparatim loquatur Ariſt. in hoc principio. [c] Quod noſtri intellectualem expoſuerunt, id rationalem Them. dixit, & recte quidem, quaſi dixerit: quę ratiocinatione & diſcurſu conſtet. nam eam uim habere uidetur græcum illud uerbum διανοητικὴν apud Ariſto.

Duas eſſe prænotiones, vt ſit, & quid ſit Cap. II.

IN quibus itaq; prænoſcere neceſſe eſt, in iis dupliciter contingit prænoſcere: aliqua enim qa ſunt (ſiue quod ſint) neceſſarium eſt præſumere. Aliquorum quid nomẽ ſignificet, oportet præſcire. Nam quærẽtibus quamobrem à magnete ferrum trahitur? pręnoſcendum eſt ferrum à magnete trahi, & mores pati ſolere. Quærentes item, quidnã motus tempusúe ſit? exploratũ habere debemus cognitione, quod ſunt hic itaq; pręnotionis eſt modus. [a] In quibus vero id ſciſcitamur docemurq;, ſint, non ſint (v. g. ſint, non ſint

dij: ſit non ſit, prouidentia) in iis neceſſe eſt quid vocabulo indicetur prænoſſe. Adeo ſcire rem eſſe impoſſe eſt niſi ſcierimus, quid eius rei noīe deſignetur. Cōtra fieri poteſt vt ſciatur quidem, quid nomē rei ſignificet ſed neſciatur an ſit. Nemo.n.eſt q ignoret, quid Scille, quid Hippocentauri appellatio denotet, ſed an ſit dubitare & ignorari oēs videntur. Nec.n.putandum eſt, idem eſſe ſignificatum noīs, & id quod ſub hoc verbo quid ſit rei eſſe, intelligitur. Sed duo hæc interſtitio inſigni diſſentiunt, nam ſignificat omnium vocū etiam imperitiſsimis, & vulgo ſunt perſpecta. Neq;.n.nullū tam ſtupidum mācipium eſt, modo eadem nobiſcum lingua ſit quod audiēs hominem rogari, equum adducat, aut arculam poſci, caligam afferat. Quid tamē illæ res ſint, & quod illis eſſe, nonniſi exercitatiſsimis facile traditu depromptuq́; eſt.

ª καὶ οὗτος μὲν εἷς τρόπος τῆς προγνώσεως.i. atq; hic unus præcognitionis modus. Hæc ut uidere licet à translatore preterita ſunt.

Concluſionem antequam demonſtrationes, partim ſciri: partim neſciri. Cap. III.

EX iis ª quę modo diximus, patere ītuitu poteſt, inter cognoſcere & diſcere non paruam conſtitui drīam oportere. Qui cogniturus aliquid eſt, eſt idem ac ſi prænoſcat: qui vero condiſcit, poteſt cōtingere vt nihil prænoſcat. Præterea cognoſcūtur, quæ prius quodam genere ſcieris. Diſcuntur ſæpenumero quæ neſcieris, ſed ſimul atq; diſcuntur obiter: & ſciūtur: cuiuſmodi ſunt ea quæ ſub vlī aliquo cuius noticiā ante habueris, cōtinentur. Nā qui ſcit oē triangulum duobus rectis pares habere angulos īteriores nec ſciat hoc triangulum eſſe, qood hac ſcheda deliniatum ſit: quum primum oculos ad hoc triangulum coniecerit, ſtatim vtiq; agnoſcet & diſcet. Non tñ eodem modo agnoſcet & diſcet, ſed diſcet triangulū eſſe, agnoſcet duobus rectis pares habere. Nam triāgulum eſſe nūc, demū vidit didicitq́;, ſed habere hoc duobus rectis pares, in illo vlī pridem cognouit. Quū.n.cognitio deſignati huius trianguli duo hæc requirat, & vt triāgulus ſit, & vt duobus rectis æquales habere intelligatur, primum .i. triangulum eſſe, conſpectu, accipimus ac dicimus, alterū.i. duobus rectis æquales habere ſyllogiſmo conſequimur, ad quod quidem ſenſus aliquis non poſsit attingere, ſed mens & demřo. Demřo autem citra cognitionem vlīs non conſiſtit. Quum.n.oī triangulo īſit illud.ſ.duobus rectis pares habere treis angulos: qm̄ hoc quod cernitur, eſt triāgulus cōtinuo duobus rectis pares habeat, neceſſe eſt. Proinde ſi deſcriptus in abaco triangulus occultatur, partim fateberis neſcire, hoc eſt an hic duobus rectis pares angulos habeat, quia neſcias vtrum vſpiam triangulus ſit. partim non fateberis: quia de illo in cōi & vlr noueris. Quapropter captiones illę quę ab authoribus ſuis ſenticoſę confragoſæq́; appellantur, partimeſcendę aut defugiendæ non ſunt, ſed iis fidentur conſerendus pes eſt. Noſtin oēm binarium parem eſſe? Annuente hoc te, at hic (inquiunt) quem intra pugnum condimus, nec binarium eſſe, noſti nec parem. Eoq́; fieri vt eandem rem ſcire & neſcire dicaris. Sed poſtremum hoc cōcedi pōt, neq; abſurdum eſt: Noui vlēm affectionem binari, an vero vſquam binarius ſit, ignorare poſſum. Non ꝗ id, quod ſcio, ignorem, ſed quod ſciam quidē in vniuerſum, ſed ſigillatim ignorem. Exempli gratia, ſcio oēm hominem aīal eſſe, ſed eum qui Sardis inambulet, neq; hominem eſſe, neq; aīal ſcio. Nō.n.eo mō diluendum ſophiſma eſt, quo multi conantur, qui negant ſe binariū ſcire parem eſſe, ſed ſatentur ſcire oēm quem binarium eſſe intelligāt. Solutio hæc periculoſa cōtrouerſaq́; eſt. Nam illa procul dubio nobis ſciunř, quorum approbationem demřonemq́; aut habemus aut accepimus. At accepimus non cum iſta adiūctione, videlicet eum binarium eſſe parem, quem nos binarium eſſe nouerimus, ſed ſimplr abſoluteq́;. Nā demonſtrationes de oī binario & de oī triangulo promiſcue ſolent conſtitui. Et Hercules, quantū mea fert opinio, nihil vetat, quin ea quę diſcimus, partim ſcire, partim ignorare poſſumus. Item ex his partim prænoſſe, partim quærere & ſcrutari contingat. Eodem modo ratio Plato. refellitur, quæ poſita eſt in illo lib. qui ab eo inſcribitur Mēnon. Ibi nititur oſtēdere oēm inquiſitionē impoſſem videri. Argumētor quod neceſſe ſit, cum qui inquirit, id inquirere quod neſciat, in qđ ſi caſu aliquo inciderit offenderitúe, non aīaduertat nec recognoſcat id eſſe, quod quærebat: ꝙ ſi oīs inquiſitio gratia diſcendi ſuſcipitur, inquirere vero nemo poſsit niſi cognoſcat, alterum duorū relinquitur, aut nos nihil oīno diſcere, aut ea diſcere, quæ antea ſciebamus. Ita.n.demum venire quē in cognitione rei alicuius liceret, ſi intelligatur ea res eſſe, quā quærebat. Quemadmodum & ſeruum ſugitiuum, cuius nec formā, nec indicia aliqua, quibus habeat cognoſci detineas, nunq̄ neq; inueſtigare poſsis, neq; à ſuga retrahere. Quē vero de facie cognoſcas, & inquirere & inuenire facile ſit. huic rōni, vel cauillo potius, videř Pla. manus dediſſe. Nam & ſatetur ea nos diſcere q̄ ſciamus, atq; ᵇ hoc qđ quis vř doceri, nihil aliud eſſe, q̄ recordari, & reminiſcendo cognoſcere. Nos vero differre iſta plurimum dicimus. Nam poſſunt addiſci, quę prorſus ignores: cognoſcunř quæ ante cognoueris. Nec quicq̄ prohibet, quo minus is, q diſcit, ſciat ea quæ diſcit, ſed alio vtiq; atq; alio modo, vt dictū prius eſt. Sicut nihil obſtat, quin oīs doctrina diſciplinaq́; ex principijs quibuſdā confeſsis & compertis euadat, quæ ad id quod inconfeſſum, incompertumq́; eſt, perducant. Ac per hæc docuimus an quæri & demřandi aliquid poſsint. Nūc quid ſit demonſtratio, perſequendum. Menon. Platonis.

ª Apertiora eſſe uidētur hoc in loco Græca Them. uerba, ipſe.n.ſic ait: ἐκ δὲ τῶν προειρημένων δῆλόν ἐστιν ὅτι τὸ γνωρίζειν καὶ τὸ μανθάνειν οὐ σμικρὸν διαφέρει, εἴγε τὸ μὲν προγινωσκομένων ἐστι μάθησις. καὶ γνωρίζει μέν τις, ἃ πρότερον ἠπίστατο. μανθάνει δὲ, ἃ οὐκ ἠπίστατο, καίτοι γε οὐκ καὶ γνωρίζειν ἐστιν εὐθὺς καὶ πρῶτον μανθάνοντα δεῖ ὅτι &c. quorū hæc uidetur eſſe fidelis interpretatio: ex dictis itaq; patet qđ cognoſcere & diſcere non parum admodum differūt: ſiquidē à præcognitis diſciplinarū diſcere eſt cognoſcit quis aūt quæ prius ſciebat, diſcere utiq; ea quæ minime nouit. quapropter & alij licet cognoſcere ſtatim ac primum quicunq; addiſcit.

ᵇ The. uero græce hoc in loco ſic ait: καὶ τὸ μανθάνειν, οὐδὲν ἕτερον, τοῦ γνωρίζειν. cuius hæc pōt eſſe fidelis interpretatio. Atq; addiſcere nihil aliud prorſus eſſe q̄ agnoſcere. nos uero &c. Id qđ Ariſt. ſimplr dixit exponere uř The. proprie. ſicuti etiam. Ioan. Gram. Nota qui ſint alij ſciendi modi de quibus poſterius agendum eſſe dixit Ariſto.

Quid ſit ſcire, & quid ſit demonſtratio. Cap. IIII.

SCire bifariam dř, cōiter, proprie cōiter, quum oēm noticiam, qualiſcūq; ſit, ſiue de ſolis accñtibus rei: ſiue

ſiue alia rõne quæſita, ſciam vocamus. Proprie, quum cãm illã tenere credimus à qua res vt ſit, habet, & quæ cauſa eſſe cognoſcitur. Nec putamus id aliter eſſe poſſe ac ſit: hæc propria, hæc ſimplex & abſoluta ſcĩa eſt. Indicium nam oẽs qui aliq̃ ſcientiam profitenť conditiones has aut habere ſe cogitant, aut iam habent. Sút & alij modi ſciæ eiuſque propria eſt. Nã & definitionẽ noticiæ & ſuppõnum, quæ ꝙ prima ſunt, demr̄ari non poſſunt, ſcientiæ appellanť. Nec diſſitendũ eſt cognitionis hoc genus contineri ſub ſcĩa propria vt ſpẽs. Eã vero ſcientiã qua de modo agitur, demr̄onem vocamus. Eſt.n. demr̄o ſyllr̃s ſcientiam pariens. Porro ſi neceſſe eſt ſyllr̃o propoſitiones cãs eſſe cõcluſionis: illi vero qui ſcire ſe arbitratur, conuenit vt cãm rei cognoſcat: nimirum vtrunq; in ꝓpoſitionibus demr̄onis exigitur. & vt efficaciam habeant concludendæ conficiẽdeq; rationis, & vt cãm rei demr̄andæ contineant. Nã quamuis cãm concluſionis huius ignem hic deurere, ꝙ ſit cinis pridie relictus, non tñ cã rei dicendus cinis eſt, quia cinis ignium cã eſſe non põt, ſed ignes cineris potius. Ad in demr̄one vtrũq; requiriť, vt cã conclr̃onis cã etiam rei ſit, quæ conatur. Sedquia cauſa oĩs & prior & potior effectu eſt, neceſſe eſt propõnes quoq; & ꝓprias & priores & potiores eſſe cõcluſione. Et qm̃ ſcire conuenit, qñ credimus eſſe aliter non poſſe q̃ ſit, iccirco veras haberi ꝓpoſitiones oportet. Si.n. falſum aliquod continerent, ſequeretur ſcientẽ opinari eſſe quæ non eſſent: veluti ſi ex falſis ꝓpoſitionibus induceretť diametrũ eſſe cõmenſurabilẽ coſtę. Sed ſi oĩs doctrina & diſciplina p̃notione anticipationeq́; paritur, neceſſe eſt & in demr̄one hoc ꝓbari. Hac de cã oportet notiores eſſe ꝓpoſitiones, q̃ concluſionẽ concedi. Prænoſci vero has neceſſe eſt non ſolum vno mõ.i. cognitione, quid indicent noĩa, ſed etiam illo, cognitione qđ ſint: nã in hoc ſita veritas eſt. Sed teſtemur breuiter, quæ propoſitionibꝰ demr̄onis neceſſaria diximus. Ea ſunt hæc: Vt cãæ ſint, vt priores vt potiores, vt ꝓprie, vt veræ, vt notiores. Plane demr̄o oĩs non ſolũ ex prioribus, ſed etiam ex primis cõſtat. Si.n. ſumpta demr̄ari per alia ſumpta poſſunt, priora quidẽ cõcluſione videbuntur eſſe, ſed non prima. Si vero aliqua oĩno demr̄one nõ egent, ſed per ſe probabilia manifeſtaúe ſunt hæc prima & ſumma intelligantur neceſſe eſt. Qđ genus veteres ꝓfata & proloquia, & enunciationes, vt ſic dixerim, ĩmediatas, & dignitates appellant, in quæ reliqua cõferenť, & per quam ſumptiones quæ ſyllr̃m optimatem conſtituunt, approbarentur aſſereréturq́;, eoq́; & principia demr̄onis vocantur. Quod ſi quæ ꝓpoſitiones ita primæ & ita priores habentur, palam eſt eas priores eſſe non nobis, ſed naturæ. Nã nobis priora ſunt ſingularia, & quæ ſub ſenſum cadunt, naturæ vñ̃a, & à ſenſu longiſſime poſita. Nam & quũ notiores dñr. id referendum ad nãm eſt. Nec.n. demr̄o ad mẽſuram ſe ingenij noſtri ſubmittit, ſed rectã tenet ad veritatem viam: nec quid ipſi poſſimus, attendit, ſed in ſolam rei naturam incumbit, illam veſtigat, illam explorat. ẽt ſi nobis ignota inconſpectaq́; ſit. Nam ſyllr̃s ſciendi in eo maxime à reliquis euariat. Quod illi tum verum ex falſis poſſunt oſtendere, quod apud rhetores frequens eſt, tum priora ex poſterioribus: qualis vť ſyllr̃s, qui ex ſigno coniecturaq; duciť. Iã cæteri, vt concedamus, ex veris, non tñ ex propriis formanť. Sed ita vt ſi aliq̃s medicus vulnera orbicularia difficilius curari & coaleſcere eo comprobet, quod figura ea capaciſſima oĩum ſit

οὐκ ἢ μὴ μὴ δοκῇ etiam ſi nobis nequaquam ſic videatur. dicit ipſe græce.

Nec.n. medico propria ea rõ eſt, ſed geometræ. Et hęc oĩa obſeruanda in iis propoſitionibus ſunt, quæ ad demonſtrationem exquiſitam & ſtabilem adhibentur.

Quid ſit propoſitio immediata. Cap. V.

PRopoſitio itaq; ſumma ĩmediataq́; dicitur: qua nulla ſuperior eſt, & quã nemo demr̄one alia confirmare põt. Atq; oẽs hæ complexu vñum cõſtãr. Sunt tñ nonnullæ, quæ ex ſenſilibus nectuntur. Nam tunicam eſſe candidã, propoſitio ĩmediata eſt, ſed non eius generis, cuius eſſe principia demr̄onis requirunt, quippe quæ vñ̃a eſſe neceſſe ſit. Cuius rei cãm poſt videbimus. Immediatarũ propoſitionum quæ demr̄oni aſſeruiunt, aliæ ea natura ſunt, vt neceſſe ſit oẽs hoĩes, quæ doceri quicq̃ velint, noticiam, & informationem earũ impreſſam & ante captam habere ſine doctrina: & hæc vt dixi, Proloquia, & Pronunciata dñr. Conſurgunt.n. & cõualeſcunt notiones. Quædã etiam ſenſus cõmutant in hoĩe ſuapte natura: citra docentem, ſine quibus nec intelligi quicq̃ nec quæri poſſit. Quamobrẽ Theophra. illas ita confinit: Proloquium ſiue dignitas perſuaſio q̃dam eſt: cuius duæ ſunt ſpẽs: Vna ĩpromiſcua, & ad ea tñ pertinens, quæ certo gñe cõtinentur qualis illa, ſi ab æqualibus ęqualia demas. Altera vaga & in oẽ genus ſuſa qualia ea, in quibus aut etiã aut non ponitur alterutrum eſſe verum oportet. Horũ cognitio perinde vti cõgenita & cõis oĩbus videť. Hac rõne dignitates vocantur, & merito. Nam quorum vſus aut ſimpliciter in oĩbus cõſtat, aut particulatim in iis, quæ vnius generis ſunt, digna proculdubio iudicanť, quibus potiſſimum credatur, & quæ inter ea, in q̃bus poſita ſunt principem locum obtineant. Atque hæc vna ſpecies ĩmediatæ propoſitionis eſt. Altera põ dicitur, quæ quanq̃ demr̄one alia ſtabiliri non poſſit, non tñ neceſſario à diſcente præſcitur, ſed accipiẽda à docente eſt. Poſitionis aliud genus definitio eſt, aliud ſuppoſitio. Definitio eſt oro, in qua nec eſſe, nec nõ eſſe rẽ dicimus, ſed tñ quid ſit rei eſſe: q̃uiſq́; ſequi poſſit, vt ea res ſit, cuius definitionem afferimus, non tñ hoc finiẽdis rebus principaliter accurramus. Nam, quod ſit res, per accñs eſt: per ſe vero quidnã res ſit, definitio exprimit. Definitiones porro ſolas ſcire oportet. Prohinc ambigitur vtrum definitio aliqua propoſitio videatur eſſe: & hercule non videtur, quũ definitio quadrare & rñdere debeat noĩ, quod definiatur: alioquin in eo nobis Ariſt. clara voce teſtatur. Definitio, inquit, rem eſſe vel non eſſe non ſumit. E contrario ſi non ſit propoſitio: quamobrẽ vt ſpẽs propoſitionis ĩmediatæ affertur. Sed hoc aliis penſiculandum & explicandum relinquo: mihi in tranſcurſu admonuiſſe, & locum mõ traſſe ſat ſit. In duas itaq; ſpecies (vt dixi) poſitio ſecať, in definitionem & ſuppoſitionem. Cõe autem cuiuſq; ſuppoſitionis eſt, primũ non contingere hoĩbus à natura, ſed ab artifice pręceptoreq́; inprimi deinde propoſitionem eſſe. Conſtat.n. quicquid in ſuppoſitione collocatur, de eo aut vt ſit. aut vt non ſit, ſemper afferri, cuiuſmodi illæ ſunt: Motum eſſe, ex nihilo nihil fieri, à quocũq; puncto ad alium punctum lineã rectã educi. Ac ſuppoſitiones quidem potiſſimum appellamus, quæ vel ex ſe nobis perſpicuæ ſunt, vel ſimul atq; didicimus, aſſertione etiam nr̃a facile cõprobanť. Quę vero nõ ita perſpicuę ſunt, hæ poſtulata, ſiue Petitiones dñr: vt apud geometrã, lineas quæ à minoribus angulis extrahunť conuias fieri. Atq; hæc ſimplr̃ ꝓprie quę poſtulata & ſuppoſitiones vocanť. Sed aliud genus

Theophraſtus.

Hypotheſis.

Nota qđ aliud eſt ipſum eſſe adſumere in prædicando aliud in eſſendo cum dicitur qđ aliquid eſt.

poſtulatorum & ſuppoſitionum habetur, quæ neque imediatæ ſunt neq; demr̃onis aſtructu indigent: quod ſi quis illas citra explicationem in ſyllr̃o cõſtituat, neq; ſubiectiones neq; poſtulata oĩbus & ſimpliciter dicentur, ſed illi vni duntaxat, qui couſtituerit cõceſſeritq́;. Demr̃ones vero non ex talibus, ſed ex prioribus certis & confeſsis exiſtit. Quid ſit ergo immediata propoſitio quæ demonſtrationi cõueniat, quid poſitio, quid ſubiectio, quod poſtulatum, executi iam ſumus.

Difficilis admodũ eſt hæc ambiguitas, et plurimũ noſtris fuit moleſta. cãm tñ uidetur diluere uoluiſſe, quodã pacto in uerbis illis quæ modo præceſſerunt, quãuis diſsimulauerit.

Plus credi propoſitionibus, quam cõcluſioni. Cap. VI.

NVnc videamus priuilegia ea, quę principiis demonſtrationum tribuimus, recte an perperam ſint tributa. Id fiet cõmodiſsime, ſi capite ſingula repertas. Diximus aſſumptiones in demr̃onibus notiores concluſione haberi, nec iniuria, qñ per illas & ſcire & credere concluſionem oportet. Semper.n. id quod pluribus tribuitur, ita vt alteri per alterũ tribuatur, neceſſe eſt vt illi plus competat, per quod alteri cõicatur. Si igitur concluſiones merito propoſitionũ & creduntur & cognoſcuntur: profecto neceſſe eſt, vt propoſitiones amplius credantur & cognoſcantur. Qui.n. præceptorem ob diſcipulum diligit, nimirum neceſſe eſt, vt ipſum magis diſcipulum diligat. Ita propoſitiones illæ neceſſario notiores ſunt: partim oẽs ex quibus ſyllogiſmi cõficiunt, partim non oẽ, ſed quædam oĩno. Sunt porro aliquæ, quibus ꝙ admodum euidentes non ſunt, ita demum vtimur, quum demr̃atę per alias fuerint. Quod ſi verum eſt propoſitiones, q̈ concluſionem plus cognoſci: duorum alterum dabitur, vt aut illas per demr̃onẽ ſciamus, aut vt in iis noſcẽdis melius & locuplenus affecti dicamur, q̈ quum per demonſtrationem quid ſcimus. Atq; hoc modo circa dignitates & enunciationes primas afficitur quis. Nõ ſolum aũt credibiliores oportet propoſitiones q̈ concluſionem concedi, ſed etiam vt nihil ex iis quæ propoſitiones iis contrariæ continentur, credibilius ſit. Nam ſi nihilo magis propoſitionibus q̈ contrariis credas, neq; cõcluſioni vtiq; credideris potius, q̈ huic cõtrariæ. Eo credere etiam continget, poſſe aliter eſſe q̈ factum ſit. atq; ſiet hoc pacto vt harum propoſitionũ compoſitionis doctrina inuariabilis eſſe nõ videatur.

Nec ſcire demonſtratione omnia, nec circulo. Cap. VII.

NOnnulli antem ſunt, qui male vtentes iis quæ à nobis recte dicuntur demr̃onem de medio funditus tollant. Ac nos quidem putamus: ſi vlla demr̃o ſit, ſumpta eius oportere amplius ſciri, q̈ concluſionem. Illis vero hoc non videtur, ſed arbitrantur nihil ſciri à nobis poſſe, niſi quod per demonſtrationem ſciatur. Nõ igitur concedent propoſitiones amplius ſciri, niſi fides iis per demonſtrationis lucem acceſſerit. Quòd ſi aſſumptiones neceſſe eſt demonſtrari per alias, atq, has rurſum per alias ſemper, aut in infinitum caſura inquiſitio eſt, (Infinita aũt exigi aut abſolui qui poſſunt?) aut ſi defatigatus proceſſu deſiſtas, ſine dubio reliquere ignotas ſaltẽ illas oportebit, quibus demonſtrandis præ faſtidio ſuperſeſſurus ſis. Ex ignotis aũt principiis qui poſsit quicquam cognoſci? nam quorum principia ignorantur, ipſa quæ de principiis profluunt, ſciri non poſſunt, niſi forte per hypotheſim. i. ſuppoſitionem adiſictionemq́; illorum: Sane poſtremum hoc veriſsime dicitur, prioribus ignoratis, poſteriora cognoſci non poſſe: illud perperam, ſciri non poſſe niſi quod per demonſtrationem ſciatur: nã plurima ſunt, quæ & ſciantur nec demonſtrationem capiant. Profecto idem peccãt & qui nihil ſciri, & qui oĩa ſciri per demonſtrationem defendunt. Sed quemadmodũ notiſsimum eſt pleraq; huiuſmodi eſſe, vt fidem aliunde & probationem requirant: ita nihilominus conſpicuum videtur, complura eſſe, quæ ſuopte natura cognita exploratáq; ſint. Immo magis etiam q̈ quę cõfirmatione alterius addiſcuntur. Iam principia demonſtrationis demonſtrationes eſſe non poſſunt, ſed ꝓpoſitiones indubitabiles ĩmediateq́;, & lucæ ſua perſpicuæ. His perfecta mens eſt, quæ terminos comprehendit, quorum complexu dignitates, & pręſata cõcipimus, Melius hoc modo dicitur, quã ſi conceditur, ea quæ noſcantur omnia videri per demonſtrationem quæſita alioquin dum infinitam progreſsionem declinant, videntur in circularem & reciprocam demõſtrationem incidere. Hoc aũt eſt errorem errore alio operire ita quum ea ſumant, quibus nitantur demr̃onem ſeruari: nihilominus conceſsis his neceſſe eſt demonſtrationem excidit. Nam ſi ex prioribus & notioribus conſtitui demonſtratio debet, impoſsibile aũt eſt eiſdem eadem eſſe priora poſterioraq;, fieri nullo modo poteſt, vt quicquam circulo demonſtretur. Nam circularis demonſtratio eſt, in qua id quo demr̃andis aliis vtimur per illa ipſa retro aſtruimus. Ac poteſt quidem accidere, vt eadem eiſdem priora poſterioráq; habeantur, non tñ ſimul nec vno reſpõſu, ſed diuerſo, vt ſi alia ad nos, alia ad naturam referri dicantur. Demonſtratio vero ſemper priora, quæ ſecundum naturam ſint priora, deſiderat. Quòd ſi ex prioribus ſecundum nos demonſtratio aliqua nectitur, vt demonſtratio appellari poſsit, non tamen ſimpliciter, ſed ſecundum nos demonſtratio fuerit. Non ſolum aũt ratione hac demonſtraaio reciproca euertitur, ſed ob deridiculum quoque, qnod ex ea conſequitur. Id tale eſt, A eſt, ſi A eſt: nam ſi per A, oſtẽditur B, per B vero aſſeritur C, per C rurſum communitur A, maniſeſtum eſt A demonſtrari per A: à quo enim cœpta eſt. in id reſilire ac referri videtur oratio. Hoc autem ambitu, nihil ſit demonſtratu & explicatu difficile. Multa alia incõmoda iis eueniunt, q̃ nos in commentationibus de ſyllogiſmo collegimns: quare relegandi illuc ſunt, quibus ea noſſe accuratius ſtudiũ eſt. Nos hoc loco repetere non eſt neceſſe, ſed plura fortaſſe quam vſus poſtulabat, extra negotium diximus.

Neceſſarias eſſe propoſitiones in demonſtratione. Cap. VIII.

REdeamus ergo vnde ſumus deducti. Dicebamus ſupra veras eſſe ꝓpoſitiones ſciæ oportere: nec ſolum ſimplr̃ veras, ſed etiã quæ aliter eſſe non poſſent: qđ nihil aliud eſt q̈ ꝓpoſitiones neceſſarias facere atq; hoc rectiſsima rõoe. Quũ.n. id cuius fides per demr̃onem accipitur, neceſſariũ ſit. Neceſſariũ aũt id dr̃ in artificio demr̃andi, qđ aliter eſſe non põt: atq; hoc ita etiã nõ aliũde cognoſcitur, niſi ex demr̃one & ſyllogiſmo ſcientiæ. Nimirũ neceſſarias oportet habere propoſitiones, per quas illud efficitur.

Hæc tñ ratio non eſt ſine aliqua ambiguitate. Videtur.n. uim habere, ut ait hoc in loco Ioã. Grã. ex quodã principio,

quod

quod tñ ualde eſt dubium, quamuis ipſe aſſerat tanquam notum fuiſſe ab Ariſt. relictum principiũ. hoc eſt, non poſſe aliquod neceſſarium ex non neceſſarijs concludi.

Quid ſit dici de omni. Cap. Ix.

DEinceps enumerandæ qõnes ſunt, quæ ad demſonem pertinent, educendeq́; rõ eſt quemadmodum abũdare copia propõnum earum poſſimus, quæ ad hoc genus qõnum accõmodantur. Initium aũt à ſermone de propoſitionibus inſtituto ſumatur: ex illis.n. ſylls cõſurgit. Qm̃ itaq, oĩs propoſitio ex ſubiecto aliquo & prędicato cõnectitur, ſcire oportet. Prędicatum in propoſitionibus demr̃andi, nõ vtcũq;, ſed per ſe de ſubiecto dici afferriq́; oportere. Sed quidnam ſit hoc, quod per ſe vocamus, declarabitur mox. Sed prius ſciatur quid ſit prędicare de omni: nam ſine hoc, verbum per ſe explicari probe non põt. Prædicare de oĩ eſt, non quod in aliquo ſit, in aliquo non, aut quod modo ſit, modo non ſit. Aliud.n. genus hoc ab eo cuius in lib. de ſyllo habita mẽtio eſt: ibi nanquė de omni appellabatur quod non ſemper, ſed aliqñ oĩbus ineſſe diceretur. At hic aliter audiendum eſt, quod de oĩ affirmatur. Exempli gratia: de oĩ hoĩe animal dicitur: de quo.n. verum eſt hominem dici, de eodem verum alterum eſt aĩal: & ſi nunc vnũ eſt verum, alterum quoq; verum eſſe neceſſe eſt. Quòd aũt tale ſit id qđ nuncupatur de oĩ, conſtat argumento eo, ꝙ ij qui inductionem afferre & reprehendere hoc genus volunt, ſolent alterum probare: aut quod aliqui vni non inſit, aut quod aliquando non inſit. Atque hoc eſt quod de omni dicitur, ſiue de toto.

Quid ſit dici per ſe. Cap. X.

PEr ſe prædicari videntur ea, quæ quo de oĩ dicã tur, in eo quod ſit rei eſſe de ſubiecto dicuntur, vt de homine aĩal, de platano arbor, de triangulo linea Eſt.n. triangulus qui directis tribus lineis continetur. Porro non oẽ quod prædicatur de oĩ, prædicatur etiam per ſe: nam de omni cygno candidum p̃dicatur, quia & ſemper, & omni cygno candor ineſt: non tñ in eo quod ſit cygno eſſe. Sane modus hic vnus eorũ eſt quæ per ſe prædicari dicuntur, cuius vſus in demr̃one primarius & maximus eſſe ſolet. Secundo modo accidentia illa, in quorum definitionibus collocantur ſubiecta, per ſe ineſſe dicuntur iis ſubiectis, quæ in definitione, ſumuntur, declarante quid ſit: proinde ſimitudo per ſe naſo ineſt, quia definitio ſimitudinis naſi cauitas eſt. Ineſt per ſe & rectitudini linea, quia in finitione eius linea adhibetur. Nihil.n. aliud rectitudo eſt, q̃ menſus is, qui ſuper puncta lineæ indecliuis & æquiremus eſt. Ineſt & imparitas numero. Quid.n. eſt ĩpar, niſi numerus in partes inæquales diductus? Inſunt & aĩo virtutes, quia in finibus earũ aut pars aliqua aĩ, aut potentia ſemper adiungitur. Tertia forma eorum quę per ſe adſunt, pertinet ad accñtia, quæ ita ſubiectis ſuis inſunt, vt non aliis prius, quõ ſuperficiei color. Ea igit quę tribus iis modis de aliquo afferuntur, per ſe afferri dicuntur. *Vide Ariſto.* Eſt & quartus modus verbi huius per ſe, nõ in iis quæ de alio prædicentur, ſed in iis quæ neq; per aliud ſunt, neq; in alio continentur: atq; hæc indiuiduæ ſubaſunt, Callias, Socra. Pla. Sunt & cãæ quędam per ſe, quæ non ex accidẽti, nec forte fortuna ſunt cauſæ, vt ſi inambulante me fulſerit, non.n. ppea ꝙ inambulabam, fulſit ſed temere contingit. Item ſi paſtinando in theſaurum quis offendat, non iccirco paſtinabat vt theſaurum inueniret, ſed ita cecidit. Si vero vigilante te, Socra. moritur, eueniſſe id caſu non dicimus, quia iugulatio illa per ſe cauſa interitus eſt.

Themiſtius modos quinque enumerat, quibus dici poteſt aliquid per ſe: cæteri uero omnes, relicto hoc tertio, quatuor tãtum explicant. in ſecũdo etiam de anima lib. cap. 2 2. huius tertij modi per ſe meminit ipſum eiusq́; rationẽ ibi legere potes. Duo tantum priora ſignificata eius quod per ſe dicitur, ad demonſtrationem attinent.

Qui modi eorum, quæ per ſe dicuntur, ad demonſtrationem pertineant. Cap. XI.

ATque hæc Poſteriora ſignificata eius quod per ſe appellauimus, adiecta ſunt amplificãdi exornandiq́; gr̃a. Priora aũt duo manifeſtum eſt ex neceſſariis conſtare. Nõ.n. poſſunt non eſſe quæ in definitione de nominibus, in eo quod ſit rei eſſe, dñr: *Sumitur nomẽ communiter.* nec quæ ita ſubiecta accidentibus ſunt, vt in definitionem eorum addantur. Cæterum ſine aliqua rõne intelligi poteſt, neceſſario eſſe ea, quæ in definitione nominum collocantur. Illud nonnullam controuerſiam habet, vtrum accidẽtia quoq; ipſa neceſſario ſint, quæ ſine ſubſtantia ſui ſubiecti definiri nõ poſſunt. Verum hoc facilius fiet intellectuq; capietur, ſi prius quæſtiones quaſdam quæ huic videtur attingere ſolueuimus. Nullum igitur tale accidẽs poteſt ex ſua natura omni alicuius ſpeciei indiuiduo ineſſe. Nã ſimitas omni naſo non ineſt neq; omni numero paritas. Ex hoc ſequitur, vt dicere bono periculo liceat, non ineſſe neceſſario ſimitudinem naſo, neq; numero paritatẽ: atq; hoc veriſsime dicitur, ſi quis accidẽtia hæc ſeorſum acceperit. Quod ſi de accidẽtibus iis ita ſermo fiat, vt quibus cõtraria ſua reſpondeant, paritati imparitas, ſimo reſimum, & ſingulis ſingula: tunc alterum contrariorũ neceſſario prædicabitur de ſubiecto. Omnis.n. numerus par vel impar eſt, & omnis linea arcuata vel directa. Proinde negatio vnius confirmatio alterius eſt: nã numerus, qui eſſe non impar dicitur, ſtatim cognoſcitur par & naſus qui neq; rectus, neq; reſimus ſit cõtinuo intelligitur ſimus. Sunt.n. aliqua quorum contrarietas pluribus quàm duobus conſtet, atque hęc ſunt quę inter ſe exceſſu deffectuq; differunt, qm̃ in his & medietas cernitur. Quãobrem ſi de quaque re aut affirmatio aut negatio vera eſt. negatio autem talium accidentium alterum ponit in ſubiecto habili determinatoq́;, manifeſtum eſt alterum illorũ neceſſario ineſſe oĩbus, quæ ſubiecti generis natura participant. Quid ſit de omni, quid per ſe, deffinitum iam ſit.

Quid ſit vniuerſaliter dici. Cap. XII.

NVnc de vl̃i agamus. Vl̃e appello, quod de oĩ, & per ſe, & quatenus ipſum eſt, dr̃. Quare ſi quid per ſe eſt, nõ cõtinuo ſequitur vt vl̃e etiã ſit: nã tertius modus eorum quæ dñr per ſe, & ſequẽtes duo, vl̃r eſſe non poſſunt. Neq; enim propterea ꝙ de omni dicuntur, ſtatim neceſſe eſt vt vl̃r ſint: nã album de omni cygno affertur, & atrum de omni coruo, non tamen vniuerſaliter. quia neque per ſe. Vtrunque igitur adeſſe neceſſe eſt iis, quæ vl̃r prædicantur, & vt per ſe, & vt quatenus ipſa ſunt prædicentur. Hæc duo nobis hoc loco audienda vt eadem ſunt. Eſt enim alterũ alterius ita conſentaneum cõnexumq́;, vt ſeparari alterum ab vtroque nõ poſsit. Exempli gratia, ineſt per ſe longitudo lineæ, quia in definitione eius affertur:

ineſt etiam quatenus ipſa eſt. Rectitudo quoq; ineſt lineæ tum per ſe, tum quatenus ipſa eſt: nã ſine linea rectitudo definiri nõ poteſt. Sed quæro num oĩa q̃ definitionem alicuius comminuunt, vl'r prædicentur, vt genera, vt dr̃iæ, quæ & de omni, & per ſe afferri prædicariq́; conuenit. An ſi definitionem vniuerſalis reddere accuranſsimam volumus, adiiciendum eſt non modo vt p ſe, & vt de omni dicatur, ſed vt primũ adſit huic, & nulli alij prius? verbi gratia: Habere duobus rectis pares primo adeſt triangulo, hæc.n. affectio & par ſe triangulo ineſt, & omni triangulo, quia per eſſentiam primumq́; adeſt. Habere igiẽ duobus rectis ęquales vniuerſale in figura non eſt, quia omni figuræ non adeſt. Nam quadrantali non adeſt, ſed nec vt vl'i ſcalario: adeſt enim quamuis omni ſcalario, & oĩ æquilatero, & omni æquipedo adſit, non tamẽ iis adeſt vt primis, quia prius adeſt in commune triangulo. Illud ergo quod omni & primum ineſt ineſſe vniuerſaliter dicitur, & demonſtratio ex hoc genere affectionum, ſiue vniuerſalium conſtat: quamuis ad ea quoq; vſum ſui demonſtratio porrigat, quæ ſub vniuerſali habentur. Nam qui triangulum continere duos rectos oſtendit, æquipedum quoq; continere duos rectos obiter demonſtrat Geometra tñ explicanonem ſuam nõ ad æquipedum, ſed ad triangulum generatim accommodat. Nec deterreri hoc exemplo quemquam velim, quum vl'e ſubiecto æquipollere, & cum eo reciprocare conueniat. Scire licet genera quãquam in plura ſe quaſi fundunt, hiantq́;, tñ differentiis proximis ineſſe vl'r, mox & differentias ſpeciebus: alioquin ſi quis hoc negauerit, cogetur fateri demonſtrationem ad ſolas pertinere definitiones.

NOGAROLA. In græco legiẽ terti⁹ modus nõ ſecũdus, & ſi aliter legatur à ſe ipſo diſcrepat Them.

Caput hoc multis uidetur ſcatere difficultatibus. Primo enim nullam uideo rationem cur ſecũdus modus eorum quæ dicuntur per ſe, ul'r etiam eſſe non poſsit, nam exempla quę explicantur magna ex parte. Sc'do modo per ſe dicuntur, mihi etiam uidetur Them. ea dicere, quæ pugnent inuicem à principio.n. negauit ſi aliquid per ſe ſit ſtatim etiã eſſe ul'e. Deinde uero uelle uidetur per ſe, & quatenus ipſum eſſe audienda ut eadem ubi aĩaduerte Theophra. (ut Ioã. Gram.) dixiſſe per ſe communius eſſe quàm ſit quatenus ipſum.

Ea etiam quæ hic Them. aſſerit ſunt dubia ualde: ex eis enim ſtatĩ ſequitur genus per ſe prædicari de proximis differentijs, quod tñ oẽs reclamant, nam & cõtrarium uidetur Ariſto. docuiſſe ſeptimo primæ philoſophiæ libro.

Quemadmodum circa vniuerſale in demonſtrando error contingat. Cap. XIII.

HAudquaquam autem ignorandum eſt circa vl'e frequenter errari. Fit.n. ſæpennmero, interim vt qui demonſtrent, demonſtrare non credãt: interim contrà, vt qui non demonſtrent, demonſtrare ſe putent. Tres adeo cãs hallucinationis huius noſcuntur. Prima eſt, quũ id de quo aliquid demonſtramus, ſingulare & indiuiduum eſt, vt Sol, Luna, Mundus: nam quum nil ſit ĩis ſuperius aut cõe, ſed mera indiuidua ſint, tm̃ vnus eſt Sol, & Luna vna, & vna Tellus & Cœlum vnum. Quoties de iis demõſtrationem aliquã nectimus, vt de terra, ꝙ in meditullio orbis ſit locata, aut de cœlo, quod circũagatur, tum id quod vl'e eſt, demr̃aſſe nõ videmur. An eſt qui neſciat de iis, vt ſingularia & particularia, ſunt demr̃onẽ cõponi nõ poſſe? Non.n. de Sole vt vnus eſt demonſtramus, de-

Vide Ariſto.

liqnium eius. Lunæ interuentu contingere: ſed ita vt etiam ſi multi ſoles eſſent idẽ probaſſe demõſtraſſeq́; videremur. Verbi cauſa: ſi ex oĩ triãgulo ſolus æquipes haberetur, quem duobus rectis æquales angulos continere demonſtraremus, nihil ad rem faceret, æquipes eſſet nec'ne: ſed attineret eum eſſe trangulum, etiam ſi æquipedem ſolum extare ſubm ſit. Ita quum Solem probamus maiorem terra, non in eo ꝙ vnus eſt, ſed in eo ꝙ ſol probamus, eoq́; neceſſe eſt demr̃onem non ad hunc ſolem referri, ſed ad oẽm ſolem ſi plures illuceſcerent mundo. Quare cum de ſingularibus rõnes aliquæ aſtringuntur, admonendi ſumus, non de ſingularibus, ſed de vl'i, quod mẽte concipitur aſtrictum & demonſtratum intelligi. Altera diſcipuli cauſa eſt, quũ ſpecies multæ differenteſq́;, ratione vna conueniunt: ſed illud in quo conueniunt ĩnominatum eſt. Differũt diſcriminibus ſpeciei, numerus, magnitudo, tempus: ſed in illo conueniunt, ꝙ ſicut quatuor comparabiles numeri commutatis vicibus eiſdẽ proportionibus reſpondent, ita magnitudines quatuor & tp̃a quatuor.

An quatenus aeterno ſunt ... vide c. p. 1 2.

Porro de ſingulis demr̃o ſeorſum fieri ſolet, quia res cõe nomen non habet, neq; natura aliqua ſuperior eſt numero, magnitudini, tp̃i, de qua poſsit illa vl'is effectio demr̃ari. Ac eſt quidẽ gñaliter verum, vt quęcũq; ita comparalia ſunt, cõmutato ordine eiſdem proportionibus congruant, quia vero nomen aliquod eius rei cõe & certum afferre non eſt, ſoluitur demonſtratio vna in multas, atq; ita de ſingulis demõſtratum vl'r videtur: quod tamen ſecus eſt, quia nec numerus vti numerus eſt, neq; magnitudo quia magnitudo, neque tempus in eo ꝙ tempus, in demr̃ones illas ſufficiunt. Pari pacto ſalli cõtingeret, ſi ſeparatim de ſcalario ꝓbaretur, duos.n. rectos habere ſeparatim de ęquipede ſeparatim de æquilatero. Nũc quod in iis noĩatum cõe habetur, vt triangulus, ſalli non ſacile eſt: in quibus verò non hr̃, ſacile. Tertia erroris cã eſt quum iis qui aliquid ineſſe oĩ demonſtrat, credit ſe id ineſſe vl'r demonſtraſſe. verbi gratia: Probet Geometra ſi linea recta, quæ ſuper duas lineas rectas ceciderit, rectum vtrinq; ſecus angulum faciat, duas illas lineas rectas nũquam coniunctum ire. Hoc oĩbus lineis cõuenit, quæ rectos angulos ſaciunt. Non tñ propter hoc primum æquè diſtantes ſunt: nã ſi nõ vtrunq; facerent rectũ, ſed duo, qui ſimul iũcti æquales duobus rectis eſſent, nihilominus æquè diſtantes probãtur. Illa ergo demonſtratio, quæ confirmat duas rectas nõ coniunctum ire, primũ & vl'r concepta eſt. Illa vero quæ vtrunq; angulum cõmitti rectum demonſtrat, non vl'r, ſed de omni duntaxat coucludit. Sed quonam diſcerniculo intelligetur de omni ne, an vl'r conſtituta demonſtratio ſit? Sed cõſtat, ſi idem eſſet triangulo, eſſet & ſcaleno: quemadmodum veſtimento & tunicæ, is qui ſcalenum habere duos rectos oſtenderet, vl'em affectionem nouiſſet. Quãuis.n. ſcalenus duos rectos contineat, qua triangulus eſt tñ ex ſubiectione idem eſſe triangulum & ſcalenum conceditur. Quod ſi non idem, ſed alterum eſt, nec qua ſcalenns, ſed qua triãgulus affectionis eius particeps eſt: profecto ij qui demr̃onem eam de ſcaleno qua ſcalenus eſt, conditam arbitrantur, ignorant affectionem illam vl'em eſſe. Sed quæro qua rõne ſcrutari poſsimus duos rectos, vt ſcalenus, an vt triãgulus habeat? Hoc.n. ſolũ nobis reliquũ eſt ad mentionẽ p̃ſentẽ. Igiẽ affectio vl'is per illud adeſt habeturq́; quo adẽpto, quia primũ inter illa eſt quæ inſunt ipſi, continuò & prædi-

& prædicatũ adimitur. v. g. huic triangulo inſunt oĩa hæc, eſſe æneum, eſſe ſcalenum, eſſe triangulum, eſſe figuram, finibus claudi. Quæritur per quod ex his quę modò numerauimus, affectio hæc, duos rectos habere prædicetur, de triangulo. Tolle æneum. Num ꝓpea duos rectos demeris? nequaq̃. Tolle ſcalenũ? Adhuc duo recti ſuperſtites ſunt. Tolle triangulum? Iam hic oportet prædicatũ tollatur. Nec.n. præterea duos rectos habere aliquis triangulus poſsit, ſi triangulus eſſe deſierit. Sed dicet quiſpiam, rõne illa efficit, vt affectio hæc, ad figuram, ad ſuperficiem, ad extremitates pertineat. Nam ſi aut figura, aut ſuperficies, aut extremitates tollãtur, nõne duos rectos ſublatũ iri neceſſe eſt? Ego verò confiteor abiuncta figura ſuperficie, terminis, abituram affectionem illam cõmorituramq́ue: ſed non quia figura, ſuperficies, termini, ſed quia triangulus abiunctis his, neceſſario tollitur. Si.n. ſine figura, terminis, ſuperficie, incolumis eſſe triangulus poſſet, vtriq; ſublatis etiã is duos rectos haberi contingeret.

• Sed hoc impoſ'e eſt. Tu verò id ita contẽplare: Manentibus, figura, planicie, clauſulis, triãgulũ deme: ſtatim duo recti demũtur. Ergo habere tres, huic primò & vl'r dicendum eſt ineſſe: nam aliis cæterorũ abolitis non aboletur, qualia ſunt, æneum eſſe, ſcalenum eſſe. Aliis manentibus non manet, qualia ſunt figura, planicies, termini. Põt.n. figura duos rectos nõ habere, qualis eſt quadrangula, & multangula. Triangulo certè ſeruato ſeruatur, perempto perimitur. Quãobrẽ rectè dictum vr̃, vl'em affectionẽ per illud conſtare, quo primum abiuncto, prædicatum abiungitur. Abiũgitur & abiuncta figura, ſuperficie, terminis, ſed non primis

• Si hoc in omnibus uerum ſit, ut abolito ſubiecto prædicatum aboleatur, & eo manente maneat quando uniuerſaliter & primo ineſt: neſcio qua ratione defendi poſsit Themi. qui in præcedenti cap. affirmabat, nõ ea ſolum quæ æquipollent ſubiectis, & cum eis reciprocant uniuerſaliter ineſſe, ſed genera etiam proximis differentijs: nam perempta differentia genus nequaquam perimitur.

In demonſtrationem neceſſaria ingredi Cap. XIIII.

HIs ita cognitis, palam eſt ex vl'ibus, & ex iis quæ per ſe adſint, demonſtrationẽ exiſtere. Nam ſi noticia per demr̃onem quæſita ex principiis neceſſariis, & quæ aliter eſſe non poſsint, conſurgit: ſola aũt ea neceſſaria ſunt, de quibus dicuntur, quæ per ſe in iis & vl'r continentur, manifeſtum eſt demonſtrationem ex illis conſtitutam videri. Hanc rõnem aliqui cauillentur & comparant huic: Si animalium corpora ex ſiccis & humidis conſtant, cibus & potus ſic cũ & humidum eſt: ergo ex cibo & potu corpora aĩalium conſtant. Sed vir ſapientiſsimè non probaſti ſola hęc eſſe humida ſiccaq́; Ariſto. verò ſola ea eſſe neceſſaria primum oſtendit: quamuiſq́; nõnulla accidentia ſint, quæ ineſſe ſubſtantiis ſuis neceſſario videantur, vt albedo niui: quia tñ natura horum eiuſmodi eſt, vt aliquibus ſubiectis non inſint neceſſariò, efficitur vt neceſſaria ſimpliciter credi non debeant. Quẽadmodum ſimpliciter illa neceſſaria ſunt, quæ & per ſe, & vl'r prędicantur. Porro ex iis quæ vera tñ ſint, conſtituere ſyllogiſmum poſſumus, ſed qui tñ demonſtratio nõ dicatur. Exempli gratia: Callias inambulat, qui inambulat mouetur. mouetur igitur Callias. Demonſtrare non poſſumus, niſi ad demr̃onem neceſſaria principia conferantur. Quam vero oĩs demõſtratio ex neceſſariis ſit argumẽto eſt ꝙ quum demonſtrationem euertimus, infirmatione illa vti ſolemus, ꝙ ea quæ ſumuntur neceſſaria non videntur. Vnde ridendi ſunt, qui propoſitiones quæ demonſtrationi præſeruiunt, poſſe accipi de veriſimilibus & credibilibus arbitrantur: qđ Prothagoras contendit, qui propoſitiones in demr̃onem probabiles & veriſimiles tñ addebat, quas qui nouiſſe ſcientiam conſecutũ putabat. Qui verò ſciam conſecutus eſſet, proculdubio ſcire quid eſſet ſcientia. Sed ſi demonſtratio non ſolum veris ſumptis cõtenta eſt, ſed proprias cauſas & alias conditiones, quas retro aſſeruimus, requirit, facile datur intelligi demonſtrationem ex probabilibus nõ coaleſcere. Nunc q̃ verum ſit oẽm demonſtrationem ex neceſſariis conſtare, ꝓbabimus. Primum nemo ſcierit quamobrem neceſſaria concluſio ſit, niſi propoſitiones neceſſarias cognoſcat. Nam concluſionem ſeorſum facile eſt, neceſſariã intelligere: vnde nam aũt neceſſaria ſit ſciri non põt, ſi propoſitiones neceſſarias eſſe non conſtet. Aĩal in homine neceſſario cõtinetur, ſed ſi quis in homine ꝓpea contineri aĩal credat, quia deambulet: rem quidem neceſſariam cognoſcit, hoc eſt in hoie cõtineri aĩal, ſed rationem ꝙ animal in homine contineatur, ignorat. Præterea tale medium, ſalua concluſione poteſt extingui: quando aũt medium cõcluſionis extinguitur, tollitur cauſa propter quam neceſſaria cõcluſio videbař. At nõne mirabile eſt? re incolumi, ſaluo qui ſciat, rõne quæ nõ exciderit, manente, nihilominus ignoratum id videri? Sane concluſionem demonſtrationis neceſſariam eſſe conſenſum ferè oĩum meruit, ſed ſunt qui putent fieri poſſe vt concluſio neceſſaria per medium proximi generis confirmetur. Ac põt quidẽ ex iis quorum vſus nihil conceditur, neceſſaria concluſio effici, & ex non veris vera: nam licet ex neceſſariis non niſi neceſſarium ſequatur, non tñ commeat vt neceſſarium ex non neceſſariis euenire poſsit neceſſario. Non enim quemadmodum contingens ex contingentibus, ita æternum ex æternis ſemper concluditur. Pluribus de hoc alio opere in mentione de ſyllogiſmo egimus. Verum qui ita ſentiunt, ignorant vtrunq; in cõcluſione demonſtrationis requiri, & ꝙ ſeorſum neceſſaria ſit, & ꝙ per demonſtrationem, nihil aliud eſt, q̃ per medium tale aſtringi, quo ſublato neceſſarium ſit concluſionem nec perfectè nec abſolutè cognoſci, ſiue de cã ſiue de effectu agatur. Quamobrem ſi mediũ, per qđ demonſtras, neceſſarium putabis, nec tamẽ neceſſariũ ſit, perſuaſionem quidem ſcientiæ habebis, ſed ſciam non habebis. Quòd ſi vim medij huius infirmam proindeq́; non neceſſariam noueris, tunc nec ſcientiam, nec ſcientiæ perſuaſionem habueris. Quæ autem differentia ſit inter demr̃onem, quæ ab effectibus, & quę à cauſis ducitur: quarum priorem quia expoſitionem continet rei, ꝙ eſt ſub hoc verbo vt ſit: alteram ꝙ cauſam ꝙ ita ſit declarat ſub hoc noĩe quamobrẽ, audire Philoſophis in more eſt: ſatis hoc loco erit exẽplo mõſtraſſe. Qñ probamus quintum corpus eſſe quod orbiculari motu conuertitur, ipſum, quia eſt, adiicimus. Quando lunam deficere interpoſitu obiectuq́; terræ oſtendimus, ipſum quapropter quid explicamus. Horum vtrunq, ſi quis per media non neceſſaria cõprobet, per demonſtrationem ſcire non poterit.

Hæc ob id dicũtur, ne vñ Ariſto. videatur ex duobus affirmatiuis conſtare in ſecunda ſigura.

Quæ ſunt per accidens, demr̃onis rõnẽ nõ ingredi. Cap. XV.

IGitur accidentium eorum quæ per ſe non adſunt, quemadmodum definiuimus verbum per ſe, ſciẽtia

per demonſtrationẽ conciliari non poteſt. Non enim concluſionem neceſſariam nectere eſt, nam accidens, de quo modo loquimur, contingere poteſt vti nõ ſit. Sed quæro quos tales proportiones, quæ de contingentibus conſtãt interrogare percunctariq́; ſoleamus, ſi concluſio neceſſaria ſequi non poteſt? An quamuis de propoſitionibus cõtingentibus cõcluſio ſeorſum, & à ſe neceſſaria non euadat, tñ neceſſariò ſequit̃ quatenus propoſitiones illas admittimus? Verũ ad demonſtrationem artificium interrogandi non pertinet, quia ſyllogiſmnm ſcientię ab eo, ꝙ propoſita concedantur aut negentur, pendere non conuenit, ſed ex ipſa planè rerum natura. ſpectare aũt illa ſolum oportet, quę cuiq; generi per ſe inſunt, de quibns demõſtrationes ducantur, vtpote quæ ſola ſyllogiſmum ſcientiæ pariant. Cætera accñtium neceſſaria non ſunt, non ſolum ea quæ adiungi & ſæparari cõtingat, ſed aliqua etiam quæ ſemper innexa adiunctaq́; habeantur, vt quæcunq; nõ inſunt per ſe. Nam ſyllogiſmi qui proficiſcuntur à ſigno ferè media ſummunt, quæ firma & perpetua ſint: nam lacteſcere ſemper ineſt mulieri quę peperit, & ignibus fumum emittere. Sed media hæc accõmodata demonſtrationi non ſunt, quia in hoc genere priora ex conſequentibus concluduntur. Dictum eſt pluribns fortaſſe q̃ res poſcebat, propoſitiones demonſtrationis corrogari neceſſarias oportere. Nunc illas & peculiares & proprias requiri docebimus.

Demonſtrationem ex proprijs, non ex extrarijs, conſtare Cap. XVI.

SI neceſſe eſt medium ſummo, & primum medio ineſſe per ſe, manifeſtum eſt demonſtrationes de genere vno in aliud migrare, aut cõferri non poſſe. verbi gratia: vt Geometricæ Arithmeticis, cõgruãt. Illa. n. quæ aliqui per ſe inſunt, ex eodem genere & natura cenſentur, quia de ſubſtantia rei prodeunt. Quod vt facilius capiatur paulo altius petendum nobis eſt. Qunm in demonſtrationibus viſuntur. Vnum id quod aut adeſſe, aut non adeſſe oſtenditur: atq; hoc prædicatum illud eſt, quod in concluſionem conflatur. Alterum ipſa proloquia è quibus demr̃o cõitur: atq; hæc complexu eorum, quæ per ſe ſunt, conflant̃. Tertium eſt genus ſubiectum, & natura ea de qua affectiones, & quę per ſe inſunt, monſtrantur, vt magnitudo, vt numerus. His ſubiectis videamus qñ & quemadmodum de genere in genus trãſitum facere demonſtrantibus liceat. Palàm eſt quum genera omnino abiũcta diſcrepantiaque habentur, qualia inter ſe ſunt, ea circa quæ Arithmetici & Geometræ verſantur, tum de genere in genns demonſtrationes referri non poſſe. Hoc tale eſt: Fieri nequit vt Arithmeticæ probationes accidentibus magnitudinum conueniant accõmodenturúe. Accõmodare accipimus pro eo, quod eſt vti ĩis, quæ in alia ſcientia demõſtrantur. Qñ vero genera illa quaſi cõicant, & natura quæ ſubiectis ſcientiis ſunt ſocietate aliqna continentur, tunc alteri alterius præſidio vti conceditur, & pronnnciata alterius ad cõmodũ ſuum trãſferre. Hoc ſœdere perſpectiua cum Geometrica coniungitnr. Cõfinia. n. & cognata vtriq; genera ſunt: ĩmo, vt verius loquar, alterum ſub altero continetnr. Nã lineas rectas eſſe, & angulos rectos, & lineas æquè diſtantes, & lineas concurrere, & oĩa quorũ vſus perſpectiuo eſt, Geometria demõſtrat. Ab hac igitur perſpectiui principia ſua præcario poſsident. Idem ordo inter Muſicen & Arithmeticen cernit̃. Nam duplum ſexquitertium, ſexquiplum, vnde ortum habent: mox à numeris ad melica & menſus canoris tranſlata. Sed & medicina ſępiſsime probationes à natura deſumit, qm̃ corpns humanum circa quod negociũ arti ei eſt, ſub corpore naturali comprehẽditur. Sed vel inde adſtrui euidẽter poteſt, quod dicimus, Geometra de nullo genere Geometrica ratione monſtrauerit, quod à lineis & ſuperficiebus ſit abiunctum, vt de hoc, Contrariorum eandem rationem haberi, Aut de illo, Contraria eſſe conſequentia, ĩmo ne de ĩis quoq;, quæ tametſi à lineis ſeparata non ſunt, non tñ per ſe inſunt, neq; in eo ꝙ lineæ ſuperficiesúe, ſed extranea rõne, & quæ ab earum ſubſtantia longè abſit. exempli cauſa: Vtrum pulcherrima linearum ſit recta vel vtri magis, orbiculari opponat̃ an arcuatæ. Non. n. de pulchritudine iis neq; de oppoſitione contrarium, qua Geometræ ſunt, agitur. Præterq́; promiſcua hæc videntur, & in pluribus generibus reperta.

Quomodo intelligatur id quod dici conſueti eſt, ſcientiam unam in aliam deſcendere: & demonſtrationes alterius alteri accommodari.

Demonſtrationem conſtare communibus. Cap. XVII.

LOcos igit̃ omnes vagos perinde vſitatiſsimoſq́; à demonſtratione reĩcimus, quales in tractatibꝰ Dialecticis executi ſumus, vt qui à contrariis, à conſequentibus, à ſimilibus, à coniugatis vocant̃. Abiecti hi ſunt & tranſlatitij, nihil vt propriũ & aliis gñibus non conueniens, præferant. Sed qđ eſt, ſi proprias eſſe oportet propoſitiones, quibus demõſtratio ſarcitnr, quamobrem dictum eſt proloquia & dignitates, quæ cõibus verbis ſunt conceptæ, in demonſtrationem venire? vt illa, ſi ab æqualibus æqualia demeris: item illa de quaq; re aut affirmatio aut negatio vera eſt. Soluitur. Sunt hæc quidem cõia, ſed quum vtuntur iis, qui demonſtrant, non vt cõibus ſi pro qualitate & natura ſubiecta cum adiunctione & præſcriptione quadam vtuntur. Quamobrem Geometra poſtulatum illud. Si ab æqualibus. non ſimpliciter tractat, ſed cũ aſtrictione, ſi ab æqualibns magnitudinibus demas. Et Arithmetica: Si ab æqualibus numeris. Ennnciatum quoq; illud diſparatorum oĩbus artibus præſeruit, ſed cum adiectione accõmodationeq́; gñis eius circa quod verſantur. v. g. Numerus omnis aut eſt, aut non eſt. Non ergo ſatis in demonſtratione eſt, propoſitiones veras conferri. neq; item ĩmediatas, ant quæ præ ſua claritate probari aliunde non poſsint, ſed præter oĩa hæc, neceſſe eſt proprias, & generibus aliis impromiſcuas corrogari. Quapropter quadraturam Bryſonis, demonſtrationem Geometricam nemo appeller, ꝙ iis pronũciato vtitur quidem vero, ſed cõi. Eſt ea huiuſmodi: Illa inter ſe paria ſunt quę eiſdem maiora minoraq́; habentur. Hoc præfatum non modo in magnitudinibus, ſed etiam in numero, t̃pe, & compluribus aliis verum eſt. Sed quidnam illud eſt? quo aſſumpto viſum Bryſoni eſt, quadrari circulum poſſe: Sane quanq̃ hoc ꝓſequi in loco non eſt, prælibandum tñ tantiſper videtur, contẽplatione eorũ qui auidiuſculi ſint noſcendi. Oĩs inquit, circulns maior eſt omnibus figuris multangulis, quæ intra circulũ deſignentur: & minor oĩbus quæ de foris circunſcribantur. Figura porro multãgula, quæ inter exteriores, & interiores figuras magnitudine media ſit, ſine dnbio maior iis erit, qa intrinſecus condunt̃, & minor iis, quę extrinſecus ambiũt. Eiſdem

igitur

igitur major & minor circulus videtur, quibus & media hæc figura. Ita ex illo proloquio vincitur, vt figura multangula cum circulo, pari magnitudine ſit. Sed vt proloquium hoc verum ſit, & ſi ita vis etiam ĩmediatum & euidentius, q̈ vt ſit vendicandum ſyllogiſmus certe totus iacet, quia principio nititur vago cõique, nihil rei quam docebat priuatim addicto: qm̃ id neq; vt ad circulũ, neq; vt ad magnitudinẽ propriũ ſumit. Eodem modo falluntur, qui ex accidentibus demonſtrãt, propterea ꝙ aſſumptiones afferunt, à genere ſubiecto longe remotas. At qui non accñtariam, ſed ſtabilem ſcientiam obtinet, illam ex principiis rei, & ex iis quæ per ſe inſunt, conſecuti videntur. In hac neceſſe eſt vt medius terminus, & propoſitio ea quæ ſyllogiſmum intemperat, aut ex eodẽ penitus genere habeatur, aut ex aliquo huic cognato vicinoq; non longe petito aut quæſito. Cuius exemplum ſuperius nobis expoſitum eſt, quũ diximus proportiones ad interualla & conſonantias vocum à numeris perfectas, eoq; duas illas artes proximitate q̈ ad finitimas exiſtere. Nã muſica iccirco propoſitionibus Arithmeticis vti põt, quia ſcientiæ oẽs quæ conſtitutę ſub alia ſunt ipſum (vt ſit) cõmonſtrant: vt muſica, diateſſaron conſonantẽ menſum eſſe, quod genus in muſice tm̃ pẽſat, quãtum epitritus in numeris & perſpectiua. Lineas æquè diſtantes, ſi ꝓcul ſint deſitę, cõiunctas videri, ſed ipſum quãobrem.i. ꝙ ita ſit, à ſuperioribus ſcientiis mutuantur. Nam collatio ſexquitertia, rõ eſt vt diateſſaron cõſtantia ſit, & minores anguli faciũt, vt lineæ æqualiter diſtantes, ſi eminus ſpectentur videantur coire. Differũt aũt demonſtrationes hæ ab iis, quæ vno tm̃ gñe continentur, in eoq; in his termini tres conſpirant, & quaſi gregales cognatiq; inuicẽ ſunt. In illis diſſentiuncula quædam habetur, quia concluſio inferiori ſciæ eſt, medium ſuperioris. Nam forma ſexquipla per ſe in numeris perhibetur, cauſa eſt quamobrem diapente in melicis interuallum conſonans ſit.

In his duobus cap. eũ ordinem mutat quẽ ſeruauit Ariſt. cur autem id effecerit in exordio huius operis legere potes.

Demõſtrationis concluſionẽ eſſe perpetuã. Cap. XVIII.

Illud [a] etiam perſpicuo liquet, ſi propoſitiones ex quibus cõſtituitur ſyllogiſmus, vniuerſaliter ſumãtur. concluſionem eiuſdem demr̃onis perpetuam euenire. Nã ꝓpoſitiones neceſſariæ ſempiternęq; ſunt.

Ex neceſſariis aũt & ſempiternis neceſſaria & ſempiterna veritas oritur. Sed hic ſpectandum eſt: An concluſio primum dici vl̃is poſſit, nec ne, vbi propoſitiones priores vniuerſales eſſe noſcũtur. Ac videtur quidem id concluſioni adeſſe primum non poſſe, qđ prius aſſumptionibus conuenit. Reſponſio eſt prima, ꝙ non ſemper neceſſe eſt propoſitiones haberi vniuerſales: vnde ſupra dictum Ariſto. eſt, non abſolute vl̃es ſumi, ſed ſi vl̃r ſumantur, quaſi eſſe aliquæ poſſint, quæ vl̃r non ſumantur. Altera reſponſio eſt vt dicamus, nihil vetare quo minus in concluſione primum ſit, non id quod ſimpliciter vl̃e eſt, ſed id quod primum inter ea vl̃e eſt, quæ demonſtrari poſſint atq; hæc ſolutio ea eſt quam Alexan. priore improbata communit. Commodius.n. dici ita, quam putari Ariſtotelem differentiam tam ſubtilem deſignauiſſe, vt verbum vl̃r concluſioni, verbum per ſe ſuppoſitionibus coaptaret. Sed hoc nuſquam aperte ab eo proditum legitur: alioquin nec impoſſibile videtur. Quomodo enim vl̃e primum in concluſione fuerit, ſi ex vniuerſalibus demonſtrata res ſit? Nam palam eſt ꝙ prædicatur primũ medio ineſſe: prædicatum porro.i. quod primum demonſtrari põt, ita concluſionem vniuerſalem euadere. Ac forte hæc de concluſione ea probabiliter dicerentur, quę de propoſitionibus immediatis prima deducitur. De ſequentibus vtiq;, aut iis quæ ex probatis & demõſtratis probantur, non video qui poſſint intelligi. In illis.n. quæ prima demonſtrari poſſunt, non viſuntur. Quamobrem aut demõſtrationes generis huius reiiciendæ circunſcribendeq; ab iis ſunt, qui neceſſarium arbitrantur, vt vl̃e in concluſionibus primum ſpectetur: Aut fatendum eſt quemadmodum per ſe, ita & vl̃r concipi propoſitiones etiam primorum, & quę demõſtrari non habeant, & ad quas propoſitio omnis reducitur ac refertur. Nam euidentia demonſtrationis, & firmitas in propoſitionib' primis & cõcluſionibus, quæ ex talibus propoſitionibus conficiantr̃, poſita eſt, vnde ſyllogimus neceſſarius conſiſtit. Hoc Ariſtoteles docet quum inquit: ſi propoſitiones [b] vl̃r ſumantur, ceu neceſſe nõ ſit omnino vniuerſales ſumi, ſequitur concluſionem haberi perpetuam oportere. Aut ergo ita dicendum eſt, aut conſtituendum vtrunque vl̃r accipi, & id quod in concluſionẽ demonſtrationis adiungitur, & id per quod demonſtratio neceſſaria concluſione aſtringitur. verbi gratia: In triangulo, & id qđ eſt duos rectos habere, quod quidẽ in concluſionẽ demonſtrationis refertur, & id quod eſt exteriorem angulum parem duobus iis eſſe, qui reſpondent intrinſecus, per quod duos rectos in triãgulo contineri adiicitur: atq; in hęc vtilitatis cauſa nobis hactenus ſecedendũ fuit. Quod vero dicitur (inquit Ariſtoteles) demonſtrationem ex vniuerſalibus & perẽnibus conſtare, ideo nõ valet vt ideas inferri neceſſe ſit, nam qui ideas comminiſcuntur, non contendunt vl̃es eas eſſe, neq; tanquã vniuerſalia quędam in ſingularibus poſitas. Sed ſingulas ad numerum conſtiuunt, & à particularibus ſeorſum abiungunt: ita tñ vt particularia per illas eſſe intelligantur. Quum itaq; vl̃ia de ſingularibus ſynonyme aſſerantur.i. conſortio appellationis & rei. Ideas vniuoce.i. ſocietate nominis ſola participari à ſingularibus conſtet, certe nullus earum vſus demonſtrãdis rebus comparet vniuerſalium cõparet, vt ſine quo medium teneri non poſſit.

[a] Si recte animaduertis Them. una cum Ariſto. circulari uidetur uti demonſtratione. Nam cap. 8. quia concluſio neceſſaria ſit, ex propoſitionibus neceſſariis demonſtrationem conſtare probauit: & hic concluſionem ſempiternam neceſſariamq;, quia propoſitiones ſint neceſſariæ.

Si uera ea ſunt quæ ſuperius ſunt probata, negare nõ poſſumus demonſtrationis concluſionem uniuerſalem eſſe & per ſe. nam cap. 14. dixit Them. Ariſto. probaſſe, ſola ea eſſe neceſſaria, quæ per ſe & uniuerſaliter ſunt. Vel igitur fatendum eſt concluſionem uniuerſalem eſſe, uel non eſſe neceſſariam eſt affirmandum. Omnes etiam errores, qui circa uniuerſale committi poſſunt fere concluſioni accõmodauit: quare recte uidetur Alexan. reſpondiſſe, neq; illud obſtat, quod Them. in contrarium afferre uidetur: de ea enim tantũmodo loquimur demonſtratione, cuius definitionem ſuperius dedimus, quæ ex immediatis principijs conſtat. Hac ueriſsima eſt et ꝓpriſſima eſt demõſtratio, cæteræ uero ſunt ſecundo loco: neq; alia ratione demonſtrationes appellãtur,

nisi

niſi qua in primam hanc referuntur. Iuniores dicerent primū, qđ in præmiſsis quæritur eſſe quo ad cām, quia.ſ. nulla ſit prior cauſa per quā illud mōſtrari poſsit: in concluſione uero quo ad ſubm, quia nullū ſit prius ſubm de quo illud prædicatum poſsit demonſtrari. [b] *Sic dixit ipſe græce.* ἐὰν ὦσιν αἱ προτάσεις καθόλου, οὐχ ὅτι ἐστὶ καθόλου καὶ τὸ συμπέρασμα ἀνάγκη, ἀλλ' ὅτι ἀΐδιον. *hoc eſt, cum enim dixit ſi propoſitiones uniuerſales fuerint. non intulit quod etiam concluſionem uniuerſalem eſſe oporteat, ſed quod ſempiternam.*

Demonſtrationem non eſſe caducorum. *Cap.* XIX.

EXüs & illud dilucet, ſi concluſio demonſtrationis perpetua eſſe debet, nullam demnnſtrationem caducarum & diſsipabilium rerum ſimpliciter futuram, proindeq́; nec ſciam, ſed ſolnm ratione vna ſi mentio earum concepta vniuerſaliter ſit. Quæ enim confirmatio eſſe concluſionis poteſt, cuius ſubiectum diſſolubile ſubciſiuumq́; habeatur? & cui prædicatum neque ſemper neque ſimpliciter, ſed modo inſit, modo non inſit? Verbi gratia: Ineſt Socrati vt animal ſit, ſed nunc, nec quia Socrates eſt, ſed quia homo. Plane quorum concluſio commutabilis & corruptibilis eſt, ī iis propoſitiones nec vniuerſales omnes habentur, neq; per ſe, Sed neceſſe eſt ſaltem alteram corruptibilem nec vniuerſalem afferri.

Quemadmodum autem caducorum demonſtratio necti non poteſt, ita nec definitio vel demonſtrationis initium eſt, vel demonſtratio eſt ſolo ſitu differēs, vel demonſtrationis concluſio. Initium demonſtrationis eſt, quando vel pro immediata propoſitione, vel pro termino in propoſitione deſumitur: ſitu ſolo à demonſtratione differt. Quotiens talis definitio eſt, quæ cauſam rei ꝙ ita ſit contineat. vt illa. Delinquium ſolis eſt occultatio luminis eius ob lunam ei oppoſitam atque ſubiectam definitio hęc ordine paulnm mutato in demonſtrationem commeat. hoc moddo: Luna ſubiicitur atque opponitur ſoli, id quod ſubiicitur atq; opponitur, occultat: Luna igitur ſubiecta atq; oppoſita ſolem occultat. Concluſio autem demōſtrationis definitio ea eſt. quæ cauſam materialem attingit. Sed de ratione definitionum ſequentibus diligentiore vſu docebimus nunc illud videndum, quemadmodum earum rerum quæ non ſemper, ſed propenſius eueniunt, ſcientia & demonſtratio poſsit conſtitui, vt defectuum lunæ ꝙ in non ſemper, ſed ſtatis temporibus accidant. Sed facilis & abſoluta defenſio eſt earum rerum quæ certis interuallis redire in ſuos orbes videntur, forma tantum communis in demonſtrationem venit. Nec enim de vno aliquo defectu hoc vel illo, qui hac vel illa, hora compareat, demonſtratio accipitur, ſed de omni quam ex talibus cauſis prouenire neceſſarium & perpetuum eſt, ita in iis vniuerſale nō particulare monſtratur. Niſi propterea particulare monſtrari dicamus, quia ſub vniuerſali poſitum conſtitutumq́ue ſit: quemadmodum de caducis retro cōceſsimus. Hactenus dictum volumus, quo pacto duas illas notas, per ſe, & vniuerſaliter, audire in demonſtratione oporteat.

Quid ſit principium cōe, quid proprium. *Cap.* XX.

Ad nullā ſciā pertinet principia ſua oſtendere.

NVnc initium alind ſumamus. Si omnis demonſtratio ex prioribus exiſtit, certe ad nullam ſciētiam pertinet, principia ſua oſtendere. Nec enim præterea dicerentur eſſe principia, ſi per aliqua priora ſe confirmari explicariq́; poſſent. Nam ſi hæc quoque comprobare neceſſe eſſet rationem hanc in infinitum extrahere oporteret. Si vero non eſſet neceſſe, ſed tanquam notiſsima ſubiacerent, nimirum hæc principia ſtatuerentur. Porro qui hæc nouit, & eſt his demonſtrat, ſcientior eo eſt, qui poſteriores propoſitiones nouit, & poſterioribus principiis demonſtrat. Sed quæro ſit hoc inexorabile, vt principia Geometrię, Arithmeticæ, Muſicæ, cæterarum artinm demonſtrari non poſsint? An poſsint quidem illa, ſed non in ea ſcientia cuius ſunt principia, & quæ iis vt principiis vtitur? nam ſi ita ſit, tunc ſcientiæ alia principia ſuis principiis facerent. Sed ratio hæc primæ philoſophię commiſſa mandataq́; eſt, cuius ambitu omnes doctrinæ cinguntur. Ita enim demum obire ſcientias omnes poteſt, ſi amplexa omnes ſit, quēadmadmodum Geometria perſpectiuam: alioquin impoſsibile arbitror quandoquidem neceſſe eſſe demonſtrationem aut ex propriis, ant ex cognatis & finitimis confici. Atque hæc illa eſt prędicatione omnium concelebrata, Sapientia, quam ſimpliciter & maxime ſcientiam appellare, oportet vna hæc cauſas rerum non omnes, ſed principes & optimates attingit. Principes & optimates cauſas nuncupamus, quarum nulla ſuperior cauſa ſit. Pro hinc difficile agnitu eſt teneamus rem ſcientia necne: qnoniam intelligere ardunm eſt, vtrum ex propriis quicque principiis, an cōmunibus ſit confectum: hoc enimuero ſcire. Hæc nunquam ſuos nnmeros habet, ſcientiæ, niſi per hæc quæſita. Si enim ſatisfactum deſyderio quis credat, ꝙ aſſumptiones veras modo compererit, in maximo errore verſatnr. Sed vt ſæpius teſtati ſumus, adhibere principia oportet, tum cognatiſsima iis quæ demonſtrantur, tum eiuſmodi quę per ſe in iis ad eſſe & contineri dicantur. Equidem ſua cuiuſque generis principia appello, quæ vt ſint neceſſe eſt conſtituere, ſi habenda demonſtratio eſt. Ipſum vero vt ſit, in principiis oportet pręnoſſe, & in his quæ à principiis fluunt, probare.

Locus hic eſt annotatione dignus affirmare .n. videtur ſcien. cæteras ſcientias ea ratione ſub prima philoſophia contineri, qua muſica ſub arithmetica & ſub geometria perſpectiua.

Quot modis principia prænoſcantur. *Cap.* XXI.

SEd diuidendum à capite eſt ad hunc modum. Quum tria ſint momenta qnibus abſoluitur omnis ſcientia: Genus ſubiectum, vt numerus, magnitudo, triangulus, teſſera. Affectio, ideſt, ea quæ per ſe in genere illo inſunt, vt paritas, imparitas, duobns rectis æquipollere tres angulos, lineas à minoribus angulis eductas concurrere. Tertium ipſa proloqnia, ſi ab æqualibus æqualia demeris. Genus ſubiectum ſtatuere oportet quia eſt: affectiones, & ea quæ per ſe inſunt, quid ſignificent. Proloquia vtrunque deſiderant, nam & quia eſt, & quid ſignificent antequam demonſtrationes, ſciendum. Sed quamobrem generi & affectioni altera p̄notio ſufficit proloquio vtraq; neceſſaria eſt? An quia proloquio teximus innicem terminos & concluſionem aſſuimus? Nonnulla ſane ſunt, quæ conſtituere ſnperuacaneum, ſit qualia quæ nobis admodum perſpecta explorataque ſunt, vt ſubiectam naturam eſſe, ſi hoc ita cognitum ſit, & vt in prouerbio eſt: vel pueris, ſcitum. Nec enim conſtituit phyſicus aliquid eſſe feruidum, algidum, ſudum, nec medicus humanum corpus eſſe: At numerum & vnitatem eſſe conſtituendum Arithmetico eſt, quia hæc nō perinde vt cætera in euidenti ſunt. Solemus & prę-

terire conniuendo ea quę præ ſua facillima cognitione quid ſignificent, noſcitantur vulgo, ſit enim perridiculum quaſi acta agas, quæ ſuapte natura expoſita ſint, conari exponere.

Differre proloquia à poſtulatis ſubiectionibusq;. Cap. XXII.

AC proloquia quidem à poſtulatis & ſubiectionibus differunt, ꝙ neq; conſtituuntur, neq; petuntur concedi, quia & vera ſunt & videntur. Quum dico videntur vera, non id dico ꝙ concedantur ore: Nam hoc quidem modo poſſet contingere vt proloquia nulla eſſent, ſane quum ſaltem exteriore verbo poſsint negari, nam interiore non poſſunt. Quis.n. negaret paribus dẽptis reliqua eſſe paria, ſermone potius quàm interiore ſenſu contenderet, & vt vetus eſt ſumptum ab Euripede. Diſſentire lingua non corde. Demonſtratio autem nõ ad exteriorem locutionem, ſed ad internam intellectualemq́; pertinet, quemadmodum & ſyllogiſmus. Non ergo ex eo quid quiſquam foras pronunciat, ſed ex eo quod intrinſecus approbat, authorantur proloquia. Plerunq; enim diſſonat, quod in lingua promptũ habetur, ab eo ꝙ clauſum geritur in pectore. Nam nec Geometrę lineis iis vtuntur, ſuper quibus ſpeculamina ſua exigunt, ſed iis quas animo retinent conceptas, & quarum tanquã exemplaria & notæ ſint lineæ, quæ in abaco aut in puluiſculo deſcribuntur. Quum enim pedalem lineam ducant, quæ non ſit pedalis. aut æquilaterum, quod non ſit ęquilaterum, non ad ea quę calamo deſignantur, ſpectandum eſt, ſed ad ea quæ mente intelliguntur. Atq; hæc vero ſunt, quibus illi quum demonſtrãt vtuntur. Nam in concluſione lineam vniuerſalem accipiunt, ſed docent per illum interpretem, quæ deſculpta in menſula eſt, aliter enim linea vera ſignificari diſcentibus non poſſet.

Plerumque diſſonat quod in lingua promptũ habere, ab eo quod clauſum geritur in pectore.

Qui vſus primorum principiorum in demonſtrationibus ſit. Cap. XXIII.

PRoloquia vero eſſe admodum agnita certaq́ue manifeſtum omnibus eſt. Quid enim certius, quã nihil eſſe quod ſimul affirmare negareq́; liceat? Vſque eo enim proloquij huius indubitata lux eſt omnibus, vt in id demõſtrationibus locare aſſumptionis loco depudeat. Ferè enim prolixum ac ſuperfluũ videtur, ꝙ nihil ſit eo conſpectius, exploratius, promptius, & tamen ſunt in quibus neceſſe eſt proſatum illud conſtituere aſſumptionis loco. Sed licet aliquis: Quãdonã aut quomodo? Quoties intentio eſt, id cõcludere, vt aliquid eſſe, & quod ei opponitur, non eſſe demonſtrationes. Verbi gratia: Finitum eſſe mundũ, non quod huic opponitur, ideſt, mũdum eſſe finitum, non finitum non eſſe, hoc eſt non eſſe infinitum. Rõ autem ſic formabitur: De nullo corpore finitudo ſimul poteſt affirmari & negari. Mundus eſt corpus. Sẽperq; in hoc genere maior propoſitio talis ſumi debet cui aſsimilis ſubiungenda concluſio eſt. Non ſolum autem manifeſtũ eſt nihil affirmari & negari ſimul idem poſſe, ſed & illud quoque de quaque re neceſſario alteram partem afferri. Hæc enim natura diſperatorum videtur. Nam contraria quanquam ſimul haberi non poſſunt, non tamen alterum eorum neceſſario habeatur neceſſe eſt. Hoc proloquium ab aliquibus in demonſtrationem confertur, præſertim eam quæ ad incommodum perducit. Nã qui demonſtrat impoſsibile eſſe oppoſitum eius qđ vult tenere, neceſſario adhibet alteram partem diſiunctionis. Nec aliunde rationi ſuæ neceſsitatem molitur, quam ex initio, eoq́; neceſſe eſt, in omni diſiũctione in qua aut eſt aut non ponitur, alterum eſſe verum. Hinc illud eſt quod dicitur, diameter aut cõmenſurabilis eſt coſtæ, aut incommenſurabilis. Item aut commenſurabilis, aut non commenſurabilis neceſſario eſt. Incommenſurabile porro, ſiue non commenſurabile nihil aliud eſt quam altera pars diſperationis. Quod quidẽ quãuis explicitum expreſſumq́ue demonſtrantibus, non ſumitur tamen vis proloquij eius, ſubeſt eam quam diximus. Accommodatur vero & quaſi deſcendit in materiam propriam. quoties id quod in eo fuſum vniuerſaleq́; eſt, ad genus certum contrahimus. Dictũ enim & ſuperius eſt, communia profata non quãdiu communia ſeruantur, in demõſtrationem venire, ſed tum demum quum ad ſubiectam naturam traducta ſunt ſubditis, per quæ conuenire in alia deſinant, ita vt aſtrictione hac generi de quo agitur propria & appoſita euadant.

In quibus communicent ſcientiæ, & quemadmodum propria philoſophia à dialectica differat. Cap. XXIIII.

SVnt autem peruulgata quædam proloquia, & in omne genus ſparſa, in quibus oẽs ſcientiæ communicare inuicem videntur. Habentur vero duę virtutes, quarum altera inferior eſt, Sapientia videlicet & dialectica quę conueniunt inter ſe, ꝙ proloquiis nõ eodem more vtuntur, quo artes cæteræ, ſed confirmant ea & comprobant. Verum intereſt, ꝙ dialectica ex probabilibus ratiocinatur, ſapientia alio genere. Item dialecticam in ordinem ſcientiarum non redigimus, quia genus certum non habet, in quo verſetur, non lineas, non numeros, non proportiones. Præterea non de iis quæ per ſe inſint, ſed de iis quæ ineſſe videãtur, accurat. Quamobrẽ dialectici interrogationibus confidenter incedunt, quia virum conceſſum negatumúe ſit, rationes habent quibus reſpondẽtem aut in laqueos inducant, aut reuincant. Hoc non facerent ſi vterentur iis, quæ ab omnibus conceduntur. Etenim impoſsibile eſt de eodem probari contraria: verbi gratia de, animo vt mortalis, ĩmortaliſq́; ſit. At is qui demonſtrat, alteram partem inſumit probandam, quia non interrogat, ſed veritatẽ veſtigat. Quo circa ſi quis moueri ſemper animum negauerit, & alteram partem conceſſerit, dimittetur ſtatim, nec præterea ſatigabitur percunctationibus.

An interrogatio aliqua demonſtrationi conueniat. Cap. XXV.

SEd quęro num ſit quando interrogari debeat qđ demonſtrat? & num interrogatio aliqua ſit, quæ ſcientiam pariat? quemadmodum aliqua captioſa & aliqua dialectica eſt. Soluitur. Ratio eſt vt quemadmodum propoſitio aliqua, ita & interrogatio aliqua quæ demonſtrationi obſeruiat, habeatur. Non tamen interrogatio omnis, ſicut neq; omnis propoſitio ad demonſtrandum appoſita eſt, ſed ſolũ ea de qua ſyllogiſmus quacunq; ſcientia proprius nectitur. Hãc tu ſi paulum commutaris interrogationem ſcitam efficies. Interrogabit vero geometra non vt de reſponſo propoſitionem ad ſyllogiſmum propriũ corroget, (nam propoſitionem illam habere intus poteſt, etiam ſi ab alio non condiſcat) ſed vt per tentaturus aliquos, qui eandem profiteantur artem, ad id quod

vult

vult efficere, interrogando perueniat. Alioquin non ſemper interroganti reſpõdendum nec ſemper ſubeunda diſputatio eſt. Sed Geometricę roganti Geometricæ reſpõdendum non muſicæ, & muſicæ agenti muſicus, non Geometra reſpondeat. Sed quæri aſſolet, nũ quæ Arithemetica interrogatio pertinere ad muſicam poſsit? aut naturalis ad medicinã? aut pſpectiua Geometriam? Et videri põt pertinere, uam ex Arithmeticis principiis in muſica tractatus multi habentur, & ex Geometricis in perſpectiua. Solo eſt. In bis reſpondẽdum eſſe etiam ad ea quo ad viciſsim cum ſcientiis generalioribus cõmunicãt. Ad principia non reſpondendum, neq; ad quãcunq; rogationem, quemadmodum ſupra dictum eſt. Itaq; cõſtat ſi geometra coarguitur, quod totum in duas partes non ſecuerit, non vt Geometra ĩceſsitur, ſed vt is quem cũ imperitia muſices Geometram eſſe contingat. Cum iis igitur qui geometriam neſciunt, de geometria diſputandum non eſt. Nec.n. intelligere aliquis põt recta captioſaúe diſputatio fit, id de quo diſputatur ignoret. Nec quemadmodum earum rerum quę probabiles tñ & perſuaſibiles ſunt, ita earum quæ ſcienter tractantur, adhibere imperitos iudices poſſumus. Imperitorũ aũt duæ habentur ſummæ formæ vna eorum qui de re oĩno nihil intelligunt, altera eorũ qui intelligunt quidẽ aliquid, ſed contra q̃ ſit, & deprauate. Ita vterq; imperitus geometriæ fuerit, & qui nihil de lineis æque diſtãtibus nouerit, & qui coire illas poſſe crediderit Atque hæc imperitia quãquam Geometrica põt dici ratione vna, qđ ſuper re geometrica eſt, quæ recte intelligi poſsit: tñ longe difficilior priore & magis etiam varia atq, multiplex eſt. Sed quemadmodum difficilior videatur, & quot modis contingat, demum qua ratione obuiã eiundum occurrendumq; ſit, proceſſu docebimus.

Commentatio Matheſeos, & quid ſit ſyllogiſmum ampliari in directum, in latus, per media. Cap. XXVI.

IN Mateſi paralogiſmus non adæq; committitur. Nam medium in his ſemper duplicem habet reſponſum, ſeu vniuocum, ſeu æquiuocum ſumatur. Præfinitum vero certumq; oẽ eſt & cuiuſq; appellatio demonſtrationem iuſtam minimo minus penſat. Nam qui nomen circuli audit, continuo circulũ contuetur in ſe deſcriptum afformatũq; aĩo, nec ad ſignificatum deerat. Sed in illud tñ refertur, cuius & definitionem communit. Quòd ſi quædam carminis forma dicitur circulus, tñ ratio circuli quæ à geometra mẽte concepta eſt ſuſpicari non patitur circulum eſſe carminis genus. Ad rationes Dialecticæ nec mediis conſtitutis vtuntur nec in aliquo genere pſcripto verſaut: qualis illa. Scientes diſcunt, qui diſcunt neſciunt, ſcientes igitur neſciunt: nam diſcere diſcuntur, & qui ſciũt, & qui docentur. Plane ſallacia interim à medio naſcitur, vt ſyllogiſmis iis qui per medium ęquiuocũ ac ſi cognomine dixeris, aſtringuntur. Eſt autem id medium, quod ante complexionem iterũ ſumitur. Quare quoties alio ſignificatu in propoſitione vna accipitur, quam quo auditum in altera eſt, ęquiuocatio cõmittitur. Interim oritur ex forma, vt ſi quis duabus affirmatiuis in ſecunda figura vtatur, vbi ex vtraque extremitate conſequitur. Si autem fieri non poſsit, vt ex falſis vera commonſtrentur, facile vtiq; eſſet quacunque doctrina reſoluere. Reſoluere appello, vera cõcluſione poſita, ꝓpoſitiones ex quibus cõfecta ſit exquirere. Hoc inquam facile factu eſſet, ſi verum non niſi de veris euaderet, qa certa determinataq; haberẽtur in quę referenda concluſio eſſet. Nunc quãuis ex propõnibus veris, nõniſi vera concluſio exiſtat, non tñ in cõtrariũ recurrit: Sępius.n. concluſio vera ex probabilibus ſumptis elicitur. Atq; hinc difficilis reſolutio eſt, qm̃ aſſecutio illa propoſitionum, inueſtigatioq; in immenſum excurrit: quandoquidem infinita probabilia eſſe poſſunt, de quibus vera concluſio eueniat. Porro in hoc Mathematicæ rationes à Dialecticis differunt, ꝙ hæ faciliores reſolutu quam Dialecticæ ſunt. Ratio ea, qm̃ ad concluſionem probandam ſalſa non ſumunt. Sed ne vera quidem adhibent omnia, vt quæ aut cõmunia ſint, aut ex accidentium genere, ſed oẽs aut ex finitionibus, aut ex iis, quæ per ſe hærent, promuntur. Hæc vero facilia numerari, definiriq; ſunt, Eſt & ſimplicior reſolutio Mathematicarum rationum reſpectu aliorum quia compoſitio earũ, & accretio ſimplicior eſt. Nec enim quẽadmodum in dialecticis ita ĩ Mathematicis duplex earum ampliatio viſitur. Nam dialecticæ rationes & extrinſecus aſſumendo concluſionibus dilatantur: idq; biſariam, nam aut in directum excurrunt, aut in latus fundũtur, & media corrogãdo aſſumptionibus creſcũt. Mathematicæ alio genere prouehũtur: ꝙ.n. ex prioribus probãt in ſequentia, ſimulatq; in iis aliquid explicatum demonſtratumq; eſt, aſſuitur inſequens. Hac forma continenter toto opere attendunt porriguntur q;. Ita videmus, primo theoremati ſc̃dm annecti, & tertium ſecundo ſubiungi, & deinceps eadem ſerie reliqua. Mediorum aũt nulla in iis corrogatio eſt, igitur hæc propoſitionem aliquam mediatam non ſumunt. Quemadmodum vero in iis ab vno coorta compoſitio eſt, ita reſolutio ad vnum procũbit.

Animaduerte quid proprie reſoluere ſit de quo etiã Latina hac Iod Græ.

Quemadmodum vna ſcientia vtraq; demonſtratione vtatur, & quamobrem, et vt ſit. Cap. XXVII.

SCire per cauſam duobus modis accipitur: aut quia per medium quoddã ſciatur, nam omne medium cauſa concluſionis elicitæ eſt: aut quia explicatio per cauſam rei, quæ comprobaĩ, contingat. Priore ſignificato, ſyllogiſmus per cauſam formatur, quia oĩs ratiocinatio vtcunq; ex medio ſuo exiſtit. Poſteriore p cauſam non omnis ſyllogiſmus deducitur, ſed ſolum is, qui à nobis demonſtratio, id eſt euidẽs probatio appellatur. Sunt & ſyllogiſmi alij, qui demõſtrationes dicantur. modo cætera quæ requiſiuimus, habeant. Sed ſyllogiſmum qui de cauſa rei emanat, demõſtrationẽ ꝙ ita ſit, ſiue quamobrem ſit, dicimus. Qui vero de medio ſolo conſurgit, & de reciprocis tñ conſtat demonſtrationem, vt ſit, ſiue quod ſit, vocamus.

Hoc idem ſuperius cap. 4.

Alius modus, quo in vna ſcientia vtraq; demonſtratio eſt. Cap. XXVIII.

SAnè fieri põt, vt eadẽ ſcientia, modo ipſum quãobrem tractet, modo ipſum vt ſit explicet: aliquã eſt, vt diuerſa ſcientia ſit, quæ quãobrem cõdocet ab ea quæ vt ſit, demonſtrat. Sed videmus quẽadmodum eadem ſcientia vtrunq; attingat. Duplex is eſt: Vnus, hic quem modo exequemur: qm̃ cauſa rei per ſe inſit neceſſe eſt, & propinqua ſit rei cuius eſt cauſa. Syllogiſmus qui per propõnes mediatas abſoluitur, fere demõſtrat quia eſt: qui vero per imediatas magna ex parte, propter quid eſt, declarat. Vt aſtronomus, quum probat auſtrales ſtellas ocyus q̃ aquilonias demergi, per id qđ aquiloniæ mouentur minori circuitu, demr̃atio propter quid eſt: quia per cauſam rei proximam

mam & adiunctam exprimitur. Quum vero eandẽ concluſionem confirmar, per id ꝙ ſtellæ meridionales à ſeptentrione plus diſtant, quanquã verum ex veris addicit, non tamen per cãm propinquam & ſummam oſtendit. Eodem modo in ſcientia naturali, quotiens immortalitas animi de motu eius interiore & indigere approbatur, tũ remota & interpollata demõſtratio fit. Quoties vero per id quod animus vtilitatis initium ſit, exordio fineq; vindicat, tum iuncta & continens demonſtratio eſt. Qui fruges item arboreſq; probat non ſpirare de eo ꝙ animalia non ſint, de longinquo collimat. At qui de eo id demonſtrat, quia deſit iis pulmo, rationem immediatam attingit. Nec.n. ꝙ quæ res animal non ſit, proxima cauſa eſt, vt nõ reſpiret: alioquin retrorſum cõmearet, vt quod quid animal eſſet, proxima cauſa diceretur quod ſpiraret. Atqui multa ſunt animalia. quo nihilominus animam nõ trahant, vt quæ vocantut inſecta. Sed proxima, vt dixi, cauſa, vt non ſpiretur, eſt carere ſpirabili: viſcere. Certe animal non eſſe abiuncta & longè petita ratio videtur, ꝙ frutices non ſpirent: quia ſpirare animal prædicatio hians mediataq; eſt, nec niſi interuentu eius, quod eſt pulmonem habere, coaleſcit oppleturúe. Proinde quũ ſtirpes non ſpirare dicuntur quod animalia non ſint, ſuperlatio in cauſa reddenda committitur. Idem peccat Anacharſis, cum percunctantibus cauſam quòd in terra Scythia tibicines nulli eſſent: Reſpondit, quia vitem nõ ferret. Remotiſsima hæc ſane cauſa, nam proxime erat, quia temulenti Scythæ non fierent. Cauſa huius quia te metũ non haberent, huius quia vites eſſent iis negatæ. In ſecunda [b] etiam figura ſyllogiſmi p cauſam remotam ducũtur, vt in exemplis his, quorum modo habita mentio eſt. Quum.n. animal de omni qđ reſpirat dicatur, planta de nullo, relinquitur vt plantæ non reſpirent. Et quum vites tantum datæ iis ſint, quibus tibicinium, Scytis non ſint datæ, reſtat vt Scytis tibiarum vſus deſit.

[a] *Huius loci fidelis interpretatio hæc eſt. Poſteriori ſignificato non omnis, ſed quæ per cauſam rei. Iſtius aũt modi ſolum is eſt: quem proprie demonſtratiuum appellamus: nam & alter demonſtratiuus quoq; uocatur: ſic enim ait;* Κατὰ δὲ τὸ δεύτερον οὐχ ἅπασα, ἀλλ' ἡ διὰ τοῦ αἰτίου τοῦ πράγματος. Τοιοῦτος δὲ μόνος, ὃν κυρίως ἀποδεικτικὸν ἐλέγομεν. ἐπεὶ λέγεται καὶ ὁ ἕτερος ἀποδεικτικός.

[b] *Si concluſio ſyllogiſmi qui per remotam cauſam ducitur, affirmatiua fuerit in prima tm̃ figura, dicit Ioã. Grã. duci põt q, ſi negatiua, cõmode in ſecũda figura: in prima.n. non concluditur immediate propoſita cõcluſio, niſi minor et cõcluſio cõuertantur: cuius rei cãm exponit ipſe hoc in loco.*

Quemadmodum altera demonſtratio in altera ſcientia habeatur Cap. XXIX.

ALius modus, quo eadem ſcientia, & vt ſit, & ꝙ ita ſit, demonſtrat, eſt quoties rationes duas immediatas quidem illas, ſed alteram à cauſa, alteram à ſigno communit. Qui.n. argumẽto ꝙ peperit, probat mulierem lacteſcere, cauſam ꝙ ita ſit, docet. At qui retro agit peperiſſe dicens, quia lacteſcat, vtitur demonſtratione ꝙ eſt. Item qui crementum lunę ex plenitudine orbis demr̃at, cauſam ꝙ ita ſit declarat. Qui vero viceuerſa id ꝓbat, expoſitionẽ inſtituit rei ꝙ eſt. Ac ſæpe quidem contingit vt cauſę & ſigna reciprocent, & inuicem probentur, ita vt quemadmodum à ſigno in cauſam ſubitur, (atq; hæc explicatio rei

Locus hic illis fauere videtur qui defendunt regreſſum i demonſtrationibus.

vt ſit, vocatur) ita plerunq; à cauſa in ſignum demonſtratio recurrat: quæ ꝙ ita ſit, ſiue vndenam ſit, dicat. Quum igitur à ſigno argumentum præſtatur, tum ab eo tanquam à notiore ĝ cauſa ſit, concluſioni fides affertur. Quum vero à cauſa proficiſcitur. tum ab ea tanquam à principio rei procedit. Aliquando ſigna & cauſæ retro non cõmeant. Nec.n. quia ignes ſunt ſi fumus adſit, etiam fumus adeſt ſi ignes ſint, & quamuis neceſſe ſit, vt quæ peperit cum viro coierit, non tamen retrorſum valet, quia poteſt coiſſe cum viro quæ nõ peperit. In iis demonſtratio vt ſit, poteſt ornari, demonſtratio quamobrem non poteſt: nam cauſa per ſignũ ſemper oſtẽditur ſignũ per cauſam non ſemper oſtenditur. Quẽadmodum itaq; non omnes cauſæ cum effectibus ſuis reciprocant ita nec omnia quæ reciprocãt effectus & cauſæ ſunt quia fieri poteſt vt eiuſdẽ cauſæ plura indicia ſint, quæ inuicem recurrant. Cauſæ huius, ꝙ quis febriat ſigna ſunt arteriæ creber pulſus & intentus calor. Signa hæc mutuo ſe aſſerunt, ſed de neutro ſyllogiſmus quamobrem ducitur de vtroque ſyllogiſmus, vt ſit componitur. Hi modi ſunt, quibus eadem ſcientia demonſtratione quod ita ſit, & demonſtratione quia eſt, tractatur.

Qui modus ſit, quo in diuerſis ſcientijs demonſtretur vt ſit, & quamobrem ſit. Cap. XXX.

NVnc aggrediamur modos, quibus demonſtrationes illæ in diuerſas ſcientias diſtributæ habẽtur. Ergo quum ſcientiæ ita viciſsim ſe habent. vt vna alteri ſubdita ſit, vt perſpectiua Geometrię, machinatio Stereometriæ, Muſica, quæ ab arbitrio auriũ conſtat, Muſicæ, quæ in cognitione rationis poſita eſt eoq; Mathematica dicitur, Nautica Aſtrologiæ. Sunt enim ſcientiæ aliquæ id genus, quæ quaſi ſynonymæ ſunt. nec definitionem omnino diuerſam obtineant. Quamobrem Harmonicus dicitur, & q muſicẽ auriũ, & qui mathematicam muſicen nouit. Quum inquam inter ſe ordine hoc ſcientiæ fuerint, demonſtratio vt ſit ad ſcientias ſenſilium facier demonſtratio quamobrem, ad ſpectatiuas & mathematicas pertinebit. Nã mathematici cauſas habent perſpectas, ſit non ſit, plurimum neſciunt. Nam & qui vniuerſalia contemplantur ignorant ſingularia, quia de iis perinde non cogitant. Aequidem à mathematicis didici ſummam chordam reſponſum & conſonantiam habere cum media. ſed ſentire conſonantiam non poſſum, quia vſu eius artis & exercitatione deficior. In plenum ſciæ quæ magis mathematicæ ſunt, ideſt, quæ in inſpectione rerũ amplius verſantur, & quæ formis citra materia & ſubiectum vtuntur, ipſum propter quid, ſemper oſtendunt: qualis geometria reſpectu perſpectiuę eſt. Geometra.n. quæ lineis rectis propria ſint, tm̃ ſumit has, quanquam actu à rebus auocare non poteſt, tñ genere quodam abiungit. Nam omne rectum aut in ære, aut in lapide, aut in ligno demum aliquo ſtrato recipitur. Sed artifex id non vt in aliquo horum continetur, veſtigat, ſed vt ſeorſum habetur, & abductũ à rebus, ſed perſpectiuus rectam lineam accipit, quę aut in amuſsi, aut in æs inciſa cernatur. Ac ſunt quidem aliqua quibus tractãdis ſcientia naturalis ad perſpectiuam eo modo ſe habet, quo hęc ad Geometriam vt rõ arcus cęleſtis. Nilis definit arcum, vt ſit aſpectus ex tali nube in ſolẽ refractus, ſed quamobrem tali forma, tali colore viſatur, perſpectiuus abſoluit. Sunt aũt ſcientię, quarũ etiã

καὶ τὴν ναυτικὴν ἀστρολογίαν πρὸς τὴν μαθηματικήν.

Hoc eſt, et nautica Aſtrologia Aſtrologia mathematica.

ſi altera

ſi altera ſub altera non reponitur, eodẽ tñ modo proxime inuicem vidẽtur, vt medicina & geometria. Nam ſcire vulnera orbicularia tardius ſolideſcere, ad medicum pertinet, ſed vndenam ad geometrani.

Quæ figura ſyllogiſmi aptiſſima demonſtrationibus ſit. Cap. Xxxi.

FIgurarum prima ad ſcientiam accõmodatiſsima eſt. Nam & mathematici rõnes ſuas ſm illã texunt, Arithmetici, Geometræ, Perſpectiui: poſtremo quicunq; demrõnem quia eſt, frequentant. Nam mediæ figuræ vſus rarus, & in pauca idoneus. Amat enim cauſa per affirmationem oſtẽdi. Quum ergo notitia quamobrem potiſsima ſit, efficitur, vt figura hæc ad ſciam quærendã aptiſsima videatur. Sed ad cognoſcẽdos fines cõmodiſsima eadẽ eſt, Imo ad genus hoc ſola perducit. Nam definitiones verbis vniuerſalibus & affirmantibus conſtant. In media figura complexio negatiua concipitur, in poſtrema particularis. Præterea mediatas propoſitiones ad immediatas non alia figura q̃ prima reducimus. Nã eadem figura continẽter propoſitio mediata ad ĩmediatam refertur, qua primum cœpit aſtringi, nec in ſecunda, affirmatiua, nec in ſumma vl̃is concluditur. Ita conſtat per has figuras mediatam ad ĩmediatam ſolui non poſſe. Immediatæ porro non oẽs affirmatiuæ, ſed & negatiuæ aliquæ habentur: æque.n. ĩmediate ſunt oẽs quæ ſyllõ confirmari nõ habent, quales negatiuæ illæ ſunt, in quibus de neutro termino affirmari aliqđ genus põt. Nam in talibus vterq; ab altero citra medium remouẽ. Si.n. medium aliquod ſtatuatur, neceſſarium ſit illuđ de altero termino affirmari, atq; ita per id terminus ſubiectus à prędicato contraúe abiunctis ſyllogiſmo probabitur.

Idest definitionis.

De ſyllogiſmo imperitiæ, ignorantiæue. Cap. Xxxii.

Cap. 25. NVnc id diligentius exquiratur de quo ſupra, neſcio quid præſumpſimus, duas eſſe ſpecies imperitiæ, vna quum alicuius rei penitus rudes, ignariq́; ſumus, vt pueri concluſionis eius, Triãgulũ duobus rectis pares habere. Atq; hæc nobis dimittẽda eſt, nihil.n. contemplationis artificioſę in ea comperias. Altera ſpẽs imperitiæ eſt, quę affectionis vocatur: quũ quis rudis quidẽ non eſt, ſed falſam eius rei ſciam obtinet: vt ſi triãgulum habere tres angulos duobus rectis maiores aut minores exiſtimet. Dicitur aũt imperitia hæc affectionis, quia quum contingit, animus perſuaſione quadam affectus & formatus vr̃. Putat.n. ſe id ſcire quod neſcit. Hæc igitur imperitia, aut earum rerũ eſt, quę ĩmediatæ iunctæq́; ſunt, non ſunt: aut earũ quę per aliquod medium poſſunt oſtendi. In vtroq; aũt genere bipartita eſt, nam aut per ſyllm̃ cõtingit, aut per ſimplicem apprenſionem imbibitur, vt triãgulũ duos rectos angulos non habere, aut diametrum cõmenſurabilem eſſe cum coſta. Nam in iis etiam ſine ſyllõ corruere poſſumus. Qualis.n. in ſenſu error, hallucinatio & obauditio eſt, talis in mente apprenſio & opinatio falſa conſurgit. Solemus & ratione aliqua mentita captioſaq́; decipi. Atq; hoc variis & pluſculis modis contingit: nam & ſyllogiſmorum formæ multiplices ſunt eorum præcipue qui paralogiſmi dicunẽ: in quos facile ſit aliquem labi. Ergo id quod ĩmediate aut mediate non ineſt, vt ineſſe per ſyllm̃ credatur in prima tãtum figura põt accidere. Velut.n. quoties aliquid vere vl̃r negatur, ſeria demrõ in alia figura q̃ prima deduci non põt: ita & quoties aliquid falſo vl̃r negatur rõ mentiens alia figura non texitur. Et hæc cauſa eſt, quãobrem ĩperitia hæc teterrima & ſtolidiſsima ſit: quia ſibi perſuaſionem ſciẽtiæ arrogat, & proprietates eius aſciſcit, ac vendicat, ꝙ & accepta vl̃r eſt & regulis ſciæ vſa. Quę vero mediate in aliquo ĩmediateúe continentur, non contineri putare, ſyllõ prima & ſcđa figura cõtingit. Proinde interim binę ſumunẽ falſæ, interim altera. Sed qñ & quemadmodum vtrunq; genus eueniat, ab Ariſt. ipſo peti volumus. Nos ſi perſequeremur oĩa, inferemus offenſionem adeuntibus hæc.

Quemadmodum ſyllogiſmo imperitiæ occurratur Cap. Xxxiii.

ILluc potius conferenda oĩo eſt, vt doceamus ſolere propoſitionibus falſis, è quibus ob paralogiſmi ducuntur, reſiſti non opponendo diſperata, aut particulariter refellendo, ſed contraria obiiciendo, & vl̃r confutando. Ex iis.n. conceſsis & veritas aſſereẽ, & id quod errori contrarium eſt, vindicabitur. Nam deceptionem ita ſumere poſſumus, vt per eam cõtrariũ demeremus. Ac dialecticus quidẽ etiam particulariter occurret, quippe cui concluſio aliqua vl̃is ꝓpoſita nõ ſit: demonſtrator ſemper reprenſiones vl̃r afferret.

Abolito ſenſu aliquo, ſcientiam illius ſenſus aboleri. Cap. Xxxiiii.

MAnifeſtum vero eſt ſiquis ſenſus defecerit, ſciẽtiam generum eorum quæ ſub ſenſum illum cadunt, neceſſario defecturam, ita vt ab eo, cui deeſt, quæri & capi nõ poſsit. Hoc ſic inſtruimus: Si verum eſt quicquid condiſcitur, aut inductione, aut demonſtratione condiſci. Demonſtratio aũt vl̃ibus, inductio particularibus conſtat. Fieri nequit, vt ſenſilium generum vl̃es notiones ſcruteris, niſi ea per inductionem perſpecta & cognita habeas. Inducẽdis porro ſenſilibus qui põtis valere, qui deminutus ſit ſenſu quo illa noſcuntur? Quum ergo neq; ex vl̃ibus quicquã ſciri poſsit ſine inductione neq; inductio ſine ſenſu abſolui, nulla ei via relinquitur, qua ſciam capiat. Nam & illa qua per abiunctionem à mã nominantur abſtracta, quanquam longe à ſenſu videntur remota, tñ auxilio ſenſus & inductione faciliora & euidentiora diſcentibus redduntur. Superficiem, longitudinem, latitudinem, & cæteros menſus ſeorſum haberi facile credimus, quum fides inductionis accedit: nam triangulum tribus lateribus claudi, fere aut ſenſus aut inductio cõprobat. Nam tametſi hæc neq; reuera exolui à materia, neq; ſeparatim poſſunt conſiſtere, tum ea inductionis vis eſt, vt quod cuique horum per ſe ingenitum ſit, comitatu ſenſus exploret.

Quid ſit prædicari per aliud, ceu per accidens. Cap. Xxxv.

QVoniam vero ſæpiſsime teſtati ſumus, eum qui demonſtrat ſemper ſumere quæ dicantur per ſe, dialecticum non ſemper, ſed interim quæ per accidens prædicentur, modo probabiliora notioraq́; videantur, quam ea quæ inſunt per ſe: definiendæ nobis formæ ſunt, quibus aliquid ꝓ aliud, aut per accidens prædicari contingit. Sane ſuſa & multiplex eius verbi ſignificatio eſt. Primũ corpus per aliud eſſe candidum dicitur, quia per ſuperficiem: & vitis alba per aliud, quia racemos albos obtineat, ſed de accidente accidens dicatur, per aliud videbitur dici, vt de candido muſicum. De ſubſtantia quoq; allatum per aliud prædicabitur, ſi de numero eorũ non ſit, quę per ſe habentur, vt ſi de homine ruffum aut ſubatrum. Tum vero maxime accidẽtaria prędicatio eſt quoties,

peruerſo

peruerſo naturæ ordinæ ſubſtantia de accidente aſſertur: vt quum de albo animal dicitur. Nam oratio hæc album eſt animal, differt ab ea quæ eſt animal eſt albũ. In eo quod in poſteriore quod ſubiicitur, neq; in alio ineſt neq; per aliud conſiſtit, ſed per ſe ſubſtantia eſt. In priore id ſumiť vice ſubiecti, quod vt ſit habet, ab eo cuius eſt accidens. In more itaq; dialecticis eſt quũ argumentantur, prædicatis vti probabilibus cognotisq;, nullo diſcrimine. Demonſtraturus prædicationes inconditas, & præpoſteras, quemadmodum & accidentarias vitabitur: niſi quæ accidentia huiuſmodi ſint, quæ quod per ſe inſunt, prædicari etiam per ſe poſsint, de quibus retro monuimus. Atque oĩa hęc forſe de iis, quę ſuperius nobis expoſita ſunt cõſtãt

An demonſtrationes in infinitum euadant.

Cap. XXXVI.

EXpectat nos diſquiſitio ea, neque ignobilis, quidem neque ſuperflua: An finitus ſit numerus eorum quæ prædicant de ſubiecto per ſe, an vero ſerie continenti in infinitum hæc exeant. Atq; hoc quod dico tale eſt. Conſtituamus ſummum & vltimum ſubiectum eſſe, vbi eſt C, quod de nullo præterea dicatur. Sed de quo id vbi eſt B, primum immediateque prædicetur. De B, vbi eſt D, de D. vbi eſt E. Quęro num quando neceſſe ſit, vt extractio hæc procumbat, an in immenſum ſit caſura? Ita vt de B, prædicari ſubinde F. poſsit, de F. iterum G, idq; in infinitum abeat. Sitq; prædicatorum vis inexhauſta, & inconſumpta, quæ identidem ſuppetant. Atq; hæc prima nobis quæſtio ponitur. Secunda eſt huiuſmodi: Fingamus, ſeu ſubiectum ſit, A tale eſſe, vt de ipſo nihil dicatur. Sed pręaicatum primum ſupremũq; ſit tum, vt A. immediate inſit: in F. rurſum F vt inſit in E. deinceps vt E, inſit in G. Quæro num ratio hæc ceſſet, an egredi in infinitum ſit neceſſe? Nec aliquod ſubiectum inuenire ſit, quod non obiter de alio prædicetur. Differt vero conſideratio hæc à priore: quoniam in ea id quæritur, an prædicata infinito aſcenſu: in hac id agitur, an ſubiecta deſcenſu infinito ſuppeditent. Tertia quæſtio eſt, conſtitutis extremis, primo prædicato, & ſummo ſubiecto, vtrum infinita interueniant media, vt ſi in propoſitionibus ſumptis medius ſemper aliquis terminus ſit, qui committat ne ꝙ prædicatum ſubiectio proxime innexum & continens videatur. Atque hoc nihil aliud eſt, quam quærere an demonſtrationes progreſsione infinita vtanť, ideſt an infinita obire habeant qui demonſtrãt, ita vt quicquid ad probationem alterius ſumitur, ipſum quoq; ab alio probari neceſſe ſit. An verius ſit aliquas eſſe immediatas propoſitiones, & vltimos fines, quo ſimul ventum eſt, demonſtratio ſiſtitur. Eadem & in negationibus quæſtio eſt, immediatæ aliquæ habeantur, an contra. Supra quales immediatæ negationes dicantur, oſtendimus. In recurrentibus vero reciprocantibusq; controuerſiæ, hæ pari modo non tractantur. Non enim vltimo ſubiecto poſito dubitari poteſt, an primum aliquod prædicatum iis ſit. Neque primo prædicato accepto quærendum eſt, an ſubiectum aliquod vltimum habeatur. Quum enim aliqua inuicem commutantur, quicquid de altero quæritur, de vtroque obiter quæritur, & ſi poteſt ſubiectum in his ſummum ſpectari, poterit & prædicatum primũ. Nam ſi vltimum ſubiectum conuertas, prædicatum primum efficies.

Infinita non eſſe media, & ſi in affirmatis hoc verum, in priuatiuis uerum.

Cap. XXXVII.

INitium itaque à quæſtione prima ſumendum. Sed ſcire oportet intermedia ſtatui infinita non poſſe, ſi ſurſum ac deorſum verſus prædicationes decũbunt. Voco ſurſum verſus, quæ ad vniuerſale: deorſum verſus, quæ ad particulare potius ceſſant. Si. n. quiſquam conceſſo vt A. primum prædicatum ſit, & G. vltimum ſubiectũ, defendat media incidere infinita, fieri non poſſet, vt qui cœpiſſet ab A, deſcenderet vnquam ad G. & qui ab G. ſoluiſſet, ſubiret vnquam ad A. ex hoc ſequitur finita extrema non eſſe, quod tamen erat conceſſum. Atq; hoc eſt perinde, ac ſi quis numerum dicat ab vnitate ad denarium finiri, ſed numeros eſſe, qui interiaceant infinitos. Quẽadmodum igitur qui hoc diceret, pugnantia diceret, quia inter limites finitos numeri actu infiniti continerentur: (Nam eo quod ſunt, præceduntq;, non eo quod poſſunt accipi, infinita euadunt) Ita qui finitos quidem terminos faterentur, ſed infinita eſſe quæ intercederent, crederẽt tueri quod fateretur, non poſſent. Neque quicquam officit rationi noſtræ quod de ſectione continui ſimile videtur: quanquam enim ibi extremitatibus terminatis intermedia magnitudo infinite diſtrahitur, tamen reciſamenta quæ in idem corraduntur antequam acciperentur, actu non erant. Sed hic terminos, qui accepti fuiſſent præceſsiſſe actu neceſſe eſſet, vtpote qui in rerum natura ſint, etiam non accepti. At in iis quæ diuiduntur, nihil in actu euidentiq; eſt, antequã commutatur diuiſio. Quamobrem neceſſario conſtit, vt conſtitutis extremis intermedia in infinitum prodire non poſsint. Atque hic ſtatus non in demonſtratione affirmatiua modo, ſed & in priuatiua ꝑpetuus eſt. Nam omnis priuatio negatioq; abiunctione affirmationis oſtenditur. Si ergo finitæ affirmationes ſunt finitæ etiam erunt adiunctiones, per quas negationibus fides aſſertur.

Terminos prædicatos infinites non eſſe rationibus logicis probatur. *Cap.* XXXVIII.

SAtis [a] declaratum videtur, finitis extremis propoſitiones in infinitum hiare non poſſe. Nunc docendum eſt extrema ipſa finita eſſe hincinde, primũ communioribus argumentis probabimus, non ſolum prædicata per ſe, ſed vtcunq; in infinitum nõ extrahi. Quum igitur omnium quæ de altero prædicãtur, quędam in eo quod eſt rei eſſe, quædam genere alio prædicentur. Item alia ſecundum naturam, ideſt complexu recto dicantur. Alia præter naturam, ideſt præpoſtero. Secundum naturam, quoties de ſubſtantia accidens aſſertur. Præter naturam, quoties de accidente ſubſtantia. Prædicationes quæ naturalem termini regionem mutant, ne prædicationũ quidem appellatione cenſemus, eoq; miſſas hoc loco fieri volumus: in cæteris videndum an ſtent. Ac ſtatim quidem illa, quæ in eo, quod rei eſſe eſt pręaicantur conſtat finita eſſe. Nec. n. diffinitio aliqua conualeſcere inq̃ poſſet, ſi oĩa genere continerentur, & definitionem agnoſcerent. Nam nec generum quidem quiſquam definitiones vnquam reponere, ſi ſemper genus aliud ſuppeteret, quod ſine definitione cognoſci non poſſet. Ita nunq̃ neque initium neque ſumma tenebitur. Alioquin definire omnia non ſit poſsibile, quia infinita exigi aut continuari non poſſunt. Ex his dilucet infini

tionibus

tionibus prædicata certo numero comprehendi. Nũc idem de accidentibus monſtrandum. Palã eſt accñtia quæ de ſubiecta ſubſtannia prædicantur, aut ꝙ qualitates ſunt prædicari, aut ꝙ quantitates, aut ꝙ ad aliqd relata, aut ꝙ actiones, aut ꝙ paſsiones, aut quòd aliquẽ habitum præferunt, aut ꝙ aliquem locum deſignant, aut ꝙ aliquod tempus oſtendũt: atq; hoc quoties vnũ vni confertur. Nam & album dicimus pedale eſſe, & inambulantem loqui, & duplum numerum parem eſſe. Sed prædicationes hæ videntur oẽs, vt pauloante dixi per accidens. Nam quum album dicimus, pedale nihil afferimus, ꝙ ipſum per ſe tanta magnitudine conſiſtat: ſed lignum id lapiſúe eſt, in qno albũ ineſt. Portenta illa ſanè ſunt, quæ aliqui autumant albedinẽ, nigritiam, ruborem, numerum, ambulationem, doctrinam ſeorſum à rebus ſtare. Ergo quod diximus, omne accidens de ſuba prædicari, certũ eſt, quæ vero de ſubſtantia prædicantur, omnia ſunt finita. Nam decẽ genera certis vtrinque finibus includuntur.

[a] Cur rõnes hæ logicę appellentur, duplicem affert Ioã. Gram. expoſitionem: Altera eſt Alexan. ob id. ſ. quia unum ſupponit quod non probat. ſ. quòd definitio ſit ſimiliter & demonſtratio. Altera uero eſt Philoſophi qui ait logicas appellari qaia cõmunes ſuntet a'iis multa poſſunt accõmodari: in quam ſententiam deſcendere uidetur Themi.

De eodem rationibus propriis, terminosq; ſubiectos non exire in immenſum. Cap. XXXIX.

HActenus logicis & cõibus argumentis, nũc preſſius ac reſolutius indicabitur terminos prædicatos aut ſubtos in demrõnibus, de quo modo agit, in infinitum abire non poſſe. Demrões ducuntur ex iis quæ per ſe adſunt. Quæ per ſe adſunt, bifarã accipere eſt. Nam & quæ in definitionibus collocantur, per ſe dicuntur, vt multitudo, & quantitas numero. Et accidentia quæ ſubiectis ſuis defininntur, vt numero impar. Neutrum genns in infinitum attenditnr. Nec. n. ſi ĩpar de numero dicitur, neceſſe eſt vt de impari aliud quicquã obiter prædicetur, nec vt impar in definitionem illius audatur: quemadmodũ numerus indefininonem imparis cadit. Semper. n. termini, qui hac forma prædicantur, anguſtiores quàm ſubiecta ſumuntur, tandemq; attenuati impẽdio comminutiq;, ad indiuiduum recidunt. Nam quẽadmodum arctius eſt impar quam numerus, ita id quod de ĩpari prædidicabitur, contractius quã impar ſit oportet. Ergo [a] prædicationes hæ aut rõne, quã diximus, cõſiſtent, aut qa quicquid de impari prædicabitur, de numero quoq; prædicari neceſſe erit. Demum quæcunq; ineſſe terminis dicentur, eadem ineſſe ſubiecto fatendum. Ita in definirionibus eorum oĩum adhibebitnr numerus: infinita igitur per ſe inerunt numero, & definitiones infinitas numerus obibit. Sed ea, quæ per ſe inſunt, infinita eſſe non poſſunt: quia hæc ſimul actu eſſe neceſſariũ foret concedere. Præterea [b] fieri nequit, vt accidenti per ſe aliquid per ſe inhæreat: alioquin accñs natura quædã ſubiecta & ſubſtãtia vr̃ eſſe. Sed ne illa quoq; infinita conſtitui poſſunt, quæ in definitionibus prædicãtur: quia nullius rei definitio teneretur. Quãobrem late patet nec demrões abire in infinitũ, nec oĩa eſſe talia, vt demrãri vendicariq; habeant, quod nonnullis viſum diximus inter initia. Nã ſi non ſemper, nec in oĩ propoſitione medium terminũ accipere eſt, ſed ſimul ad propõnes ĩmediatas deuenimus, ſcrutiniũ & perſecutio deſinit, non poteſt defendi cadere in demrõnem oĩa. Probatũ. n. ſuperius eſt definitis extremis, quæ interſtitiũ obtinent neceſſario finita intelligi. Demrões aũt in infinitũ non euadent, niſi ĩnumerabiles termin præſto ſint, & quaſi habeantur ad manum, qui contnenter afferri poſsint ad concludendum ſequentia.

[a] Ariſto. banc rationem adducens, tantummodo ad hoc ducit incõmodi, quòd ſequatur uni infinita ineſſe: nõ ibi probat cur hoc impoſſe ſit. Alex. aũt (ut tradit Phil.) ob id eſſe impoſſe ait, quia ſeqtur ex eo eſſe actu infinitũ. & ipſum uidetur inſequi Them. Alij attamẽ id eſſe impoſsibile aiunt, quia in definitionibus aliquibus opus eſſet infinita aſſumere: quia ſemper priora in definitione Poſte. Ipſe uero Philop. ea de cã eſſe impoſſe dixit, quid ſequitur nullius rei perfectam haberi poſſe cognitionem: perfecta. n. rei cognitio eſt, qua omnia per ſe naturæ illius inhærentia comprehendimus.

[b] Hoc dubiũ ualde uidetur qđ hic aſſerit Them. ex eo. n. deſtrui uidetur rõ uniuerſa ſciæ, mathema. n. demonſtrationes accidentia per ſe demõſtrãt figurarum, & numerorum, quæ in idem ſunt accidentia: nec Ariſt. hanc rationem affert.

Demonſtrationem vniuerſalem præſtare particulari. Cap. XL.

VIdeamns nunc demõſtratio vl̃is particulari potior ſit, nec ne. Sed prius eſt vt afferamus ea, qbus particularis poſsit videri potior. Qđ particulare eſt, per ſe amplius conſiſtit, & euidẽtius hoĩ eſt: nam qui priuata cõmentatione. Calliam rõnabile aĩal eſſe intelligit, exquiſitius noſſe id videtur, quã qui cõi ratiocinatione aſſecutus id notitiæ ſit, quia. ſ. oẽm hominem eſſe aĩal rõnabile ſcierit. Res. n. per demonſtrationẽ particularem, vti eſt, ita cognoſcitur, per vl̃em duntaxat in cõi. Præterea vl̃is nulla ſoliditas eſt, particularis aliqua eſt. Sed. n. potior demonſtratio earũ rerum habenda quæ ſunt, quam earum quæ non ſunt. Iam errores nullibi frequentiores, quam circa vniuerſale, vt de quo ceu à ſingularibus abiũcto demonſtrationes procedãt. Cõtra quod particulare eſt, vſurpatur viſu, & quaſi manu tenetur, demõſtrationes de eo nihil falſi, nihil inconſtantis enunciant. Sed rões hæ quanquam videntus plauſibiliter dici, non tñ labore multo reprehenduntur. Ac primum quidem nota per ſe vniuerſali, quam particulari iunctius inhæret. Nam rectos habere duos ex eo potius intelligitur, ꝙ per ſe triangulus eſt quam ꝙ æquipedus aut ſcalenus. Et de vl̃i tanquam de ipſo quia eſt, demonſtratio nectitur. Nec. n. appellatio vl̃ium vniuoca eſt, neq; merum iis vocabulum rñdet: ſed hypoſthaſis etiam aliqua. i. confirmatio euidẽtiaq;, non tñ abiuncta: quemadmodum neq; accñribus, ſed quæ in ſingularib⁹, poſita re, ab ſe conſpicua ſit. Deinde continentur in ſingularibus pluſcula, quæ natura vl̃i, nõ particulari ſunt deſumpta, vt rõnabilitas Soc. nec. n. qua Soc. eſt, ſed qua homo rõnabile aĩal Soc. eſt. Item illa optimatior demonſtratio eſt, quæ à potiore cauſa trahitur, ſed potior & amplior cauſa vl̃e quam particulare eſt. Nam queſtio & inueſtigatio, quamobrẽ quicque ſit ad vniuerſale ceſſat. Exempli gratia. Quæritur quamobrem in triangulo exteriores anguli, quatuor rectis pares habentur? Rñdetur, quia ſublitns non eſt ſatis, quia ſcalenus, neque hoc itidem, ſatis quia triangulus nihil facit, quia figura rectilinea eſt, nihil ſupererit ad demrãndum, quod velis. Huc accedit quod demrõ particularis fere infinitorum

torum eſt, ſunt enim particularia ad numerum infinita: vniuerſalis finitorum. Item illa pręſtantior demonſtratio eſt, per quam vberius & locupletius ſcitur: per vniuerſalem ſcire locupletius contingit. Item quanto vniuerſalior demonſtratio eſt, tanto ex immediatoribus ſcientia patitur. Item qui vniuerſale agnoſcit, potentia, & particulare agnoſcit: nec retroagitur, vt qui particulare intelligit, cõtinuo & illud intelligat. Poſtremo vniuerſale rationis & animi eſt, Particulare alumnum eſt ſenſus. Per hæc probatum videtur, demonſtrationem vniuerſalem antiſtare particulari.

Demonſtrationem affirmatiuam præſtare negatiuæ. *Cap.* XLI.

NVnc docendum demonſtrationem affirmatiuã, negatiua ſuperiorem eſſe. Affirmatiua præſidio negatiuæ nõ indiget, Negatiua ſine vſu affirmatiuæ non conſtat. Proinde demonſtratio ex ſolis negationibus texta nihil efficit. Affirmatio etiam prior & ſimplicior negatione eſt.

Demonſtrationem aſſertoriam potiorem eſſe ducente ad incommodum. *Cap.* XLII.

POtior quoq; demonſtratio ea eſt quæ aſſertoria, quàm quæ ducens ad incommodum vocatur. Aſſertoria dicitur, quæ id quod propoſitũ initio eſt, commentatione recta concludit: Ducens ad incommodum, quæ contrarium eius, quod tuetur, intendit. Quo facile reprehenſo, infirmatoq́;, tum ad quæſtionem propoſitam commeat. Aſſertoria ſimplex & impromiſcua eſt, quia ſolum ex propoſitionibus nectitur: altera multiplex, & miſcelanea, vt quæ hypotheticas etiam corroget.

Quot modis ſcientia prior & certior alia ſit, item quæ vna quæ diuerſa. *Cap.* XLIII.

SCientia prior & certior alia multifariam dicitur: Vno modo, ſi hæc per ipſum, quapropter confirmet quid eſt: Illa tantum demonſtret quia eſt. Atque ita non ex primis, ſed ex ſequentibus, & ſignis oſtendat. Alio modo ſi hæc intelligibilium & vniuerſalium generum ſit: illa ſenſilium. Quomodo habet Arithmetica ad muſicem, Geometria ad opticem: denmũ omnes ſuperiores ad ſubditas. Tertio modo ſi ſimplicioribus principiis hæc vtatur: illa quaſi connexis & iunctis. Hac forma Arithmetica, quam geometria certior videtur. Nam Arithmeticæ vnitas pro principio eſt, geometriæ punctus: ſed vnitas ſitu caret, puncto adiungitur ſitus. Illo modo & geometria, quam aſtrologia exquiſitior eſt. Illa ſimpliciter accipit corpus, aſtrologia non ſimpliciter corpus, ſed quod mouetur circumagiturq́;. Scientia vna dicitur, quæ affectiones per ſe vnius generis contemplatur. Vnum genus eſt, cuius eadem prima principia ſunt: vna ergo ſcientia geometria, ſtereometriaque eſt. Diuerſæ ſcientiæ apellantur, quarum diuerſa principia ſunt, non quæ de principiis alterius ortum habent: vt geometria: & perſpectiua. Atque hoc conſtare poterit iis qui aduſque prima, indemonſtrataque ſubierint initia. Si enim nulla is inter ſe cognatio fuerit, tum ſcientiæ probabuntur diuerſæ. Nam principia quæ cum iis quæ demonſtrantur, eiuſdem generis ſunt, ſi nihil commune inter ſe habeant, neque ipſa illa, quæ demonſtrantur, habuerint.

Plures demonſtrationes eiuſdem rei eſſe. *Cap.* XLIIII.

PLures vero ſuper eandem rem demonſtrationes, & ex pluribus mediis necti contingit, vt ſi aliquid modo ex congeneribus, & quæ ſi recta inuicem comprehendant, modo ex iis quæ alterius ordinis aut generis ſint, addicatur. Ex congeneribus, & quæ ſe recta inuicem amplectantur, vt quum platanum eſſe ſubſtantiam, aliquando per arborem, aliquando per plantam, quorum vtrunq; ex eodem verſu ac ſerie eſt, demonſtramus. Ex iis quæ ſequentioris ordinis aut generis ſint, vt quum hominem eſſe ſubſtantiam quandoq; per rationale, quandoq; per bipes oſtendimus. Hęc autem media parte ſe continent viciſsim, quia vtrunq; de altero extremorum generatim affertur.

Fortuita non ſciri. *Cap.* XLV.

VErum quę caſu viceq́; fortuita proueniunt, ſcientia per demõſtrationem attolli non poteſt, quia nec neceſſaria ſunt, quorum temeritas domina eſt, neq; textum ſyllogiſmi recipiunt. Nedum vero neceſſarium, ſed ne frequens quidem eſt, quod forte fortuna committitur. At omnis ſyllogiſmus aut ex neceſſariis, aut ex frequentibus trahitur.

Senſum non eſſe ſcientiam. *Cap.* XLVI.

AC ne per ſenſum quoq; fit demonſtratio, quippe quæ vniuerſalium eſt, ſenſus ad ſingularia pertinet. Si.n. cerni oculis poſſet triangulum habere duobus rectis æquales, nondum tamen demonſtratio teneretur concluſionis eius, in qua omne triangulum habere pares duobus rectis exponitur, ſed trianguli huius cognitio tantum ac ſenſus. Aut ſi deliquium lunæ fieri obiectu terræ contueri poſſemus, non tamen in vniuerſum ſciremus omne deliquium lunæ interpoſitu hoc exiſtere, ſed ſolum id quod aſpectus oſtenderet. Sane omnis demonſtratio veritasq́; à ſenſibus oritur, nec intelligi datur vniuerſale, niſi de multis operibus & functionibus ſenſuum. Nam de particularibus multis vniuerſale reponitur, & euidens redditur. Nec tamen iudicium veritatis in ſenſibus eſt, nec demonſtratio credi ſenſus aliquis poteſt: quia ſenſus quamobrem quicquam ſit, non poteſt docere, ſed ſemper in cognitione, quod eſt, verſatur. Expoſitio cauſæ quod ita ſit quicquam, tota vniuerſalium eſt, eoq́; non modo noticiam huius vnius defectus, quem nũc patitur luna, ſed ſimpliciter omnium continet. Nam interuentus terræ non tam huius defectus cauſa eſt, quam omnium qui poſsint omnibus ſeculis euenire.* Quorum itaq; cauſa aliqua eſt, eorũ cognitio vniuerſalis nobilior & antiquior eſt, quam ſenſus: neq; ſenſus tantum, ſed etiam quam ſimplex eorum, & citra cauſam apprehenſio intellectioq́;: vt ſi quis illi concluſioni, in triangulo interiores angulos eſſe pares duobus rectis, abſolute fidem haberet, nec acceptam referet angulo exteriori, qui cõtrouerſim interioribus reſpondet. Igitur apprehenſio quę coniuncta cum cauſa, quamobrem eſt, longe videtur præſtantior, quam quæ ſeorſum habetur. Diximus autem ſupra quorum cauſa aliqua eſt vt notitia principiorum eſſet excepta, vt quæ vel ſine cauſa extra æmulam optimam ſit eminentius. Sed quærat aliquis, ſi ſenſus ſcientia nõ eſt, vnde fit vt ſenſu deficiente deficiat & ſciã? An hoc ita intelligendum eſt, non vt ſenſus ſcientia eſſe poſsit, ſed vt ex ſenſu vniuerſale proficiſci dicatur: intercepto aũt initio, neceſſe ſit conſecutionem in-

* ὅσων τι- νων αἴτιον ἕτερον. hoc eſt, quorũ itaque cauſ. al teri eſt. ... intelligitur lo ge ea quæ anno tauimus ſcdo huius cap. ...

Them. B tercipi?

tercipi?Vt modo addubitari ſolet quamobrem vitrum ſi ex aduerſum ſoli retineatur accendat, Quod ſi lumen ſolis foraminibus perſpicuis commeans oculi cernerent, tum & vniuerſa & cauſa miraculi huius intellecta eſſet per ſenſum.

Non omnium eadem principia eſſe. Cap. XLVII.

EAdem autem principia ſcientiarum omniũ haberi nõ poſſunt, nec remota, nec proxima. Non proxima, quia quum principia rebus quę demõſtrantur ſua quibuſque reſpondeant, quæ vero demonſtrantur non eadem ſint, immo ſæpius & genere differant, neceſſe eſt vt propoſitiones quoque talium rerũ diſcrepẽt genere: propoſitiones.n.ex iis quæ per ſe ſunt conſtant. Alia itaq; principia Geometriæ, alia Arithmeticæ ſunt. Adeo autem viciſsim accommodari non poſſunt, vt neque hæc de illis dicantur, ſubiicianturúe, neq; altera alteris pro medio inferãtur. Cõmunia quoq; & prima principia in omnem ſcientiam non intrãt; vt, omne aut affirmari aut negari neceſſe eſt, Nec.n.probari quicquam ex ſolis iis poteſt, ſed quotiens hæc in demonſtrationem rogantur, propoſitiones aliæ propinquæ ac propriæ adhibentur. Neque vero proloquia in ſyllogiſmo ſumuntur vniuerſaliter concepta, ſed ad genus aliquod ſubiectum, quaſi contracta. Hoc modo commune profatum eſt: Quotiens quatuor momenta comparalia ſunt, ordine commutato, eaſdem manere proportiones. Vtuntur hoc artes, ſed reſtricto, Geometra quoties quatuor magnitudines; Arithmeticus, quatuor numeri, Naturalis, quoties quatuor motus, aut quatuor tempora. Deinde ſi principia omnium ſcientiarum eadem forent, neceſſe eſſet numero aliquo comprehenſa dicere, vt elementa: ſed quęq; ſcientia promoueri in immenſum poteſt; (multiplex.n.concluſionem amplificatio & dilatatio eſt.) Ergo principia totidem cõſtituere oportet; nõ igitur cõia ſuffecerint. Poſtremo ſi eadem principia omnibus conuenirent, ſequeretur vt quicquam ex quoq̃ eorum demonſtrari cõtingeret. Sed ex muſicis Geometrica demonſtrari non poſſunt. Ex iis intelligitur principia, neque omnium eadem eſſe, neque penitus aliena, neque prorſus affinia.

Scientiam differre ab opinione rebus ſubiectis.
Cap. XLVIII.

SCitum & ſciẽtia ab opinione vera: & opinabili diſſerunt. Nam de falſa opinione nulla dubitatio eſt, quin cum ſcientia nihil ſimile habeat, Sed & inter opinionem veram, & ſcientiam plurimum intereſt. Primum * quę ſubiecta ſcientiæ ſunt neceſſaria eſſe oportet, & quæ aliter habere ſe non poſsint: opinionis quæ ſunt non oportet, ſed hæc aliquando poſſunt & mutari. Deinde ſcientia, vt ex neceſſariis, opinio vt ex poſsibilibus propoſitionibus pendet Et ita alius modus eſt approbandi quæ opinemur, alius quæ ſciamus, Diſtat ergo ſcientia ab opinione diſcriminibus binis: rebus ſubiectis, & genere approbandi, Quòd vero de poſsibilibus cõtingentibusúe opinio ſit, hinc docebimus. Contingentia nec ad ſcientiam pertinent, alioquin non poſſent aliter ſe habere: neq; ad intellectum, Hoc loco intellectum appello principium ſcientiæ, quo termini cognoſcuntur. Neque ad apprehenſionem credulitatemúe propoſitionum immediatarum, quam quis ſcientiam indemonſtrabilẽ dixerit. Quòd ſi habitus omnes, quibus vera noſcuntur, aut ſcientia, aut intellectus, aut opinio eſt, relinquitur opinionem earum rerum videri eſſe, quæ vt veræ ſint, tñ ſecus eſſe poſſunt, ac ſunt. Inconſtans igitur & inſtabilis opinio eſt, quia inſtabilis etiã illa eſt natura, qua vtitur ſubiecta, Præterea nemo putat opinari ſe, quæ credit aliter eſſe non poſſe quàm ſunt, ſed ſcire; opinatur vero tunc quum ita eſſe rem vtiq; putat, ſed quæ tamen aliter poſsit,

* *Hæc eadem de intellectu habet Themiſt. ſuperius cap. 7. ubi etiam hæc exponit; & ibidem Philoponus aliam expoſitionem recitat horum uerborum, Quo termini cognoſcuntur. terminos enim ſubſtantias abſtractas exponit, quare lege Philop. ubi locum hunc & ſuperiorem exponit.*

Scientiam differre ab opinione genere approbandi. Cap. XLIX.

HInc dicendum genus & modum approbandi, alium in opinãdo, quàm in ſciendo eſſe. Eadem res ex eiſdem propoſitionibus modo ſcita, modo opinata eſt, Atque hoc contingit, ſeu ſyllogiſmus quod eſt, ſeu ſyllogiſmus quamobrem fiat. Vnde dubitauerit quis, ꝙ qui ita opinantur non etiã ſciant, quando & propoſitiones & ſubiectę res eædẽ ſunt. Et quod adæq; ſi cognitio hæc ſcientia ſit, illa non ſit. Solutio: Si credunt aliter eſſe propoſitiones non poſſe q̃ ſunt non opinio, ſed ſciẽtia hæc dicetur, quia de iis quæ per ſe ſunt, & quæ de ſubſtantia rei prodeunt, ſcientia non opinio adornatur. Sin vero neceſſaria quidem credunt, ſed q̃ neceſſaria eſſe non putent, hæc opinio non ſcientia fuerit. Atq; tum circa eaſdẽ res ſubiectas tantum arbitror, opinio vt ſcientia verſari videbitur, ita eiſdem propoſitionibus opinio vt poſsibilibus, ſcientia vt neceſſarius vtitur. Quamobrem fieri non poteſt vt ſcientia & opinio eædem ſint. Nam & definitiones earum variant, & modi approbandi: credendiq́; diſsidẽt. Eodem modo quanquam interim contingit, vt de eadem re, tum vera tum falſa opinio habeatur: non tñ ideo valet, vt vera & falſa opinio idem ſit. Alioquin quod firmum conſtanſq́; eſt, cum fluxo & labili non poteſt idem eſſe. Nec quod commutari non poteſt in falſum cum eo quod poteſt. Quapropter nemo vnquam opinatur ea quæ ſcit, ne idem ſimul aliter ſe habere poſſe, & neceſſarium credere oporteat. In diuerſis certe vſu venit, vt eadem res comprehenſa opinione & ſcientia ſit. Erat opinio in Epicuro quum diceret ſolem deficere, cũ luna ſub rotam eius ſubiret, quia putabat aliter quoque id poſſe. Erat in Hipparcho ſcientia. Sed vt in eandem animam, eodem tempore, de eadem re, cadat opinio & ſcientia, non poteſt contingere. Hactenus de opinione dictum eſt.

Quid ſolertia ſit. Cap. L.

SOlertia vero eſt ſagax repẽtinaq́; adeptio, & quaſi collimatio medij: vt ſi quis videns lunam, id quod eius eſpectat ad ſolem, id habere lucidum, reliqua obſcura eſſe, pũcto, tempore, cauſam coniecter, quia. ſ. recipiat ſplendorem à ſole. Aut ſi quempiam numulario aut argentaiio colloquentem intuitus ſtatim intelligas verſuram eum facere, & omnino fœneraticiã eſſe cauſam. Ergo iis qui ex aſpectu audituúe extremorũ celerrime poteſt perſpicere, quid inter illa ſit medium, hic ſolers & perſpicax dicitur: & virtuti nomen ſolertiæ inditum, vt quæ reſolutio quædam concluſionis ſit in primas propoſitiones, & velox quaſi comprehenſio & continuatiu medij.

FINIS LIBRI PRIMI.

THEMISTII PARAPHRASEOS IN POSTERIORA,

LIBER SECVNDVS,

Interprete Hermolao Barbaro.

Quatuor eſſe quæſtiones. *Caput.* I.

AB HIS [a] conſequens eſt, vt differentias quęrendarũ rerum tractemus. Nam & quę inueniendis. conueniãt obiter communi vſu noſcentur: eadem.n. quærendi & inueniendi diſcrimina ſunt, quia quæſtio omnis inuentionis gratia initur. Quærimus ergo aut de ſimplici ſolitarioq;, aut de compoſito, & quod in complexu orationis ſit. Solitariũ & ſimplex intelligo, quod ſeorſum ex vno aliquo decẽ generum ſumit: Deum cẽtaurum, charybdim. Cõpoſitum dico, Vtrũ luna deficiat, iuſtũ natura an lege potius & inſtitutione hominũ ſtet. Quoties de ſimplici q̃rimus, prima & occurſoria qõ eſt, an ſit: ſcd̃a, quid ſit. Nã primum q̃rimus, an ſit deus, deinde deus quid ſit. Si de cõpoſito, & qđ in complexu ſerieq; loquendi ſit quærimus, prima qõ eſt, an ſubiecto p̃dicatum inſit, ſecũda quamobrem quẽadmodum inſit. Nam ſimul didicimus lunã deficere, continenter quam ob cãm deficiat q̃rimus. Sunt igitur qõnes quatuor: An ſit, Quid ſit, An huic illud inſit, Quamobrẽ inſit. Ex iis vnum par ad ſimplicia, vnũ ad compoſita pertinet. Neq; conturbari quenq̃ volumus, quod in cõmentationibus topicis aliam qõnum partitionem ornauimus. Illic.n. formæ dialecticarũ qõnum ſolæ afferuntur, & q̃ non niſi in conſtructione & cõpoſitione conueniant, tantũq; in iis modus ꝓpoſitionum diuerſus vř. cauſa verbi, An quicq̃ de altero dicatur, vt genus: an afferaĩ, vt proprium: an affirmeĩ, vt accidens: an prædicetur, vt terminus. Nã ſi de definitione ritu dialectico agamus, primum ex ea ꝓpoſitionem texemus, tũ deinde qõnem ita formabimus: Eſt ne aĩa numerus ipſum ſe mouẽs, vt Xenocrati videbatur. Sed ſi ad vſum demonſtrationis quæratur, quod ſit rei eſſe, tum quæſtio in modum propoſitionis concepta nõ erit. Sed nec quæſtio quamobrem, poteſt dialectica eſſe qõ. Non.n. is qui ita interrogat, optionem aduerſario dat, vt alterã partem diſperationis accipiat, quia non interrogat, captandi coarguẽdiúe ſtudio, ſed ſciendi quod quærit.

Potius videtur ſ primo de demonſtratione ſ eſſendo loquutus hic in prædicando.

[a] *Græci auctores cauſam reddunt, cur liber ſecundus à quæſtionibus ſumpſerit exordium, quam Themiſt. breuitatis cauſa omiſit: ea autem eſt hæc: Aiunt ipſi, intentio libri iſtius eſt de medio demonſtrationis inquirere, quod eſt diffinitio. Quàm uero hæc inquiſitio ſcientiæ demonſtrationis ſit neceſſaria, quæſtiones indicant. Nam quod omnis medij quod eſt, quæcunque autẽ quærimus ut ſciamus quærimus. At per demonſtrationem ſcimus ea quæ quærimus: ideo medij inquiſitio ad demonſtrationem ſummæ eſt neceſſaria.*

In omnibus quæſtionibus cauſam quæri. *Cap.* II.

PLANE quærentes vtrum ſit inane, vtrũ luna delinquat, videntur id quærere, vtrũ teneri aliqua cauſa poſſit, qua inane ſit, & qua luna delinquat. Itẽ is, qui iam ſcit inanem in rebus eſſe, & qui iam ſcit lunam delinquere, videtur ſtatuere aliquam eſſe cauſam, qua inane ſit, & aliquam, qua delinquat luna. Sed ſubinde vult reſcire, qualiſnam ea cauſa ſit. Nimirum id cõſtat quũ primum inuentum eſt, quid ſit inane, ſimul compertam eſſe cauſam, qua inane eſt. Nam definitio & quod eſt rei eſſe, cauſa eſt vt quicque ſit. Rurſum [a] agnito qđ ſit lunam deficere, ſtatim intelligitur cauſa, qua obſcuratur & offunditur luna. Nam ſi luna iccirco deficit, quia lumen eius vmbra terræ, in quam incidit, hebetatur, hebetatio luminis cauſa erit defectus. Omnis igitur quæſtio de cauſa eſt, ſiue ob quam res ſimpliciter ſit, ſiue ob quam aliquid in alio adſit. Quod ſi clarius docebimus in iis, quæ ꝙ ſint, aut ꝙ talia ſint, ſenſu, cauſa, poteſt cognoſci, nihil quæritur neq; ſint, neq; quid ſint, neque qualia ſint, neque quamobrem ſint. Nam ſi ſuper lunã eſſemus, & oppoſitum illum terræ contueri eſſet, tum neque ecquid deficeret luna, nec quid eſſet defectus, neque an accideret lunæ, neque quamobrem accideret quæreremus. Neque hoc dico, quia velim idẽ eſſe cauſam tenere, & ſenſu percipere, ſed [b] quia ꝑ ſenſum nanciſcimur cauſam, & ad ſcientiam ſubimus. Quum ergo quærimus, vnde nam ſit quicquam, intelligitur exploratum nobis eſſe, quod eſt. Quum vero vtimur demonſtratione quod eſt, ſimul quod ita ſit euidenter probamus. Hoc.n. demonſtrationis illius potiſſime ingenium eſt, vt communi examine vtráque abſoluat cognitionem, & vt ſit, & quamobrem ſit: aut verum non eſt, quod inter exordia notauimus. In demonſtratione medium non modo concluſionis, ſed & rei quoque cauſam videri. Diſſimilis ratio eſt quæſtionũ, an ſit & quid ſit, quæ de ſimplicibus quęruntur: nam antequam quid ſit roges, neceſſe eſt ſingas, id eſſe quod rogas. Quum vero an ſit quęritur, interim quid ſit obiter cõſtant interim non conſtant. Sed eſt quando aut ſignũ, aut conſequens ad naturam rei, qua de quæritur demonſtrandam valeat: ſed accidentia hæc inuentionis. non rei ſunt principia.

[a] *Sic ait Themiſtius:* καὶ πάλιν ὅτι ἐξεύρῃ διὰ τί ἐκλείπει. *hoc eſt, rurſum agnito quamobrem luna deficiat.*

[b] *Verba Themiſtij ſunt hæc:* ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ἐκ τοῦ αἰσθάνεσθαι τὸ καθόλου ἂν ἐγένετο καὶ τὸ ἐπίστασθαι. *quæ hoc ſonare uidentur: Sed quia per ſenſum uniuerſale nanciſcimur, & ſcientia &c.*

Non eſſe eiuſdem omnino demonſtrationem, finitionemq;. *Cap.* III.

QVemadmodum quæſtiones cõpoſitæ monſtrarentur dictum ſupra eſt: nunc vtrũ id quod rei eſſe demonſtrari poſſit, videndum. Sed prius eſt vt diſſeramus, vtrũ omnia eodem reſpectu per definitionem & per demonſtrationem ſcire contingat. Dixi eodem reſpectu, quia triangulum eſſe figuram planam tribus lineis compræhenſam, per definitionẽ accipitur. Triangulũ habere duobus rectis ęquales, demõſtratione cognoſcitur. Sed primũ intelligiĩ, vt id quod triangulo eſſe eſt: alterum ſcitur, vt triangulo accidens. Tractemus igitur quod propoſuimus: Vtrum ſemper cuius demõſtratio eſt, eiuſdem definitio habeatur. Abſurdum id quidem & impoſſibile eſt. Nam & demonſtratio & ad negationes porrigitur, definitio nõ porrigiĩ niſi ad affirmationes. Sed quęrat aliquis cõtra, vtrũ cuiuſcunque afferri definitio poteſt, de eo quoque demonſtrationem conſtituere liceat. Impoſſibile eſt & hoc: Nam principia demonſtrationũ, & termini primi

per definitionem noſcuntur, per demõſtrationem non poſſunt. alioquin cõquiſitio in infinitum euaderet. Sed reliquum eſt, vt quæramus, vtrum alicuius poſſit reddi definitio, cuius ꝙ demonſtratio ſit. Neque hoc poteſt contingere. Quum, n. ex iis: quæ ſuperiore libro diximus, conſtet, tum demum ſciri quicque quod poſſit demonſtrari, quum de eo tenetur demõſtratio. Si id quod demonſtrari poteſt per definitionem ſciretur, tũ quod demonſtrari poſſet, citra demõſtrationem ſciretur: nihil. n. vetat definitionem eius ſeorſum à demonſtratione haberi. Quod qui dicit, nihil poteſt obtuſius. Ita cõficitur nihil eſſe, cuius notitia vtroq; genere capiat̃. Per inductionem quoq; huic aſſertioni fides accedit, quando nulla eſt definitio, quæ quicquam earum rerum demonſtret, quæ aut per ſe, aut per accidens, aut ſimpliciter habeantur. Nam ſi definitio aliquid accipit, qđ per ſe inſit, non propterea per demõſtrationem id accipit, (nec. n. hominem eſſe animal demõſtrat) ſed conſtituit, nec hominem eſſe rationale comprobat, ſed tm̃ ſumit, Præterea definitio vniuerſam rei ſubſtantiam reuelat, demõſtratio ea, quæ per ſe inſunt, explicat. Porro dubium non eſt, quæ per ſe inſunt, ſubſtantiam rei non eſſe. Item definitio rei qua de agitur, quod ſit rei eſſe, declarat: nulla demõſtratio ad eſſentiam pertingit, aut illam cõcludit, ſed ſubiicit ac præſumit, vt in mathematicis, quid impar, quid vnitas ſit, Iam oĩs demonſtratio quicquam de quoquam demonſtrat: in definitione nihil eſt quod de aliquo prædicare, neq; animal de greſsili, neq; retrorſum greſsile de animali, neq; figura de plano, neq; contra planum de figura. Nam neq; vniuerſali notatione determinationeúe vtitur, neq; ſi vteretur vera eſſe poſſet prædicatio. Sed ne de ipſo quoque homine ſua definitio prędicatur. Non. n. homo pars aliqua ſuæ definitionis eſt, quemadmodum omne ſubiectum, vt pars in concluſionem confertur. Quod ſiquis ita efferat: Homo eſt animal bipes inceſsile. is non definitionem, ſed propoſitionem afformat: in qua de homine definitio ſua dicatur. In plenum, quæſtio quid ſit, diuerſa eſt ab omnibus is quæ per ſe adſunt. Diuerſa inquam alio genere quam quo vniuerſalia demutant ab iis, quæ intra ſe continet triangulus ab æquipedo. Quæ vero diuerſa vſque adeo ſunt, diuerſas etiam rationes habeant, quibus noſcantur, neceſſe eſt. Quamobrem aptiſsimum puto, nihil idem in eodem reſpectu finiri, & demonſtrari contingere.

De ipſo homine ſua definitio prædicatur.

Non poſſe demonſtrari finitionem per ſyllogiſmum duplantem. *Cap.* IIII.

SEd quæritur an definitio aliqua poſſit de re, ꝗ definitur, per demonſtrationem probari; verbi gratia, quod animal bipes ingreſsibile, definitio hominis ſit. Quanquam vero de iis quæ modo retulimus, facilis & abſoluta quæſtionis huius diſcuſsio ſit, tamen opinor digna controuerſia eſt, de qua ſeorſum mentio & commentatio aliqua habeatur. Si omnis ſyllogiſmus, aliquid de aliquo, per aliquod ceu mediũ, conficit, neceſſe eſt vt qui demõſtraturus ſit illum eſſe hominis finem, medium aliquod cooptet, per quod ratiocinationem ſuam deducat. Hoc autẽ medium, ipſa ſit hominis definitio oportet, vt demonſtratio ad hunc modũ fiat: Homo eſt animal mortale capax rationis? Tale animal eſt bipes ingreſsile. Homo igitur bipes ingreſsile eſt. Alter de eo quod ſit rei eſſe componi ſyllogiſmus non poteſt, Siue enim id quod pro medio accipitur in plura poſsit quam homo, id eſt quam, minor extremitas, ſiue in pauciora, ſiue & reciprocet: nec tamẽ in eo, quod ſit rei eſſe, dicat̃. Maior extremitas, id eſt definitio ipſa in eo quod ſit rei eſſe prædicari non poterit. Quod ſi hæc vera ſunt, neceſſe eſt eũ, qui de homine quid ſit rei eſſe, demonſtrat, aliud ſumat, quod ſit rei eſſe, Sed vnde obſecro ſcieris, animal bipes ingreſsile, de animali mortali rationali in eo quod ſit rei eſſe, prædicari, aut animal mortale rationale de homine? Non. n. ſi ex ſecundo conſequitur primum, neque ſi ſecundum ex tertio, neceſſarium eſt primum illud definitionẽ ſecundi eſſe. Multa adeo ſunt quæ conſequantur, nec tamen conſequantur vt definitiones: Genus, differens, proprium, accidens, id quod ſeparari non poteſt. Si ergo ſimpliciter ſumpſeris primum euenire ex ſcđo, ſcđm ex tertio nunꝗ probabitur primum eſſe definitionem tertii, ſed tantum hoc, primum ineſſe tertio vtcunque. Quod ſi duplaueris ſumptum, id eſt ſi ſecundũ de tertio non abſolute, ſed cum adiunctione hac, in eo quod ſit rei eſſe, prædicaueris, tum complexio quidem ſyllogiſmi cõficitur, ſed ſumitur quod in quæſtione, diſcuſsioneq́; poſitum eſt. Inſtitueras docere definitionem hominis per demonſtrationem addici, ſed ſtatim ſumis ſine demonſtratione aliquam eſſe hominis finitionem. Præterea [a] ſi ita dicatur, nihil obſtabit quo minus definitio vna de altera poſſit demonſtrari: quod ab demonſtratione alieniſsimum videtur.

[a] Sic ait ipſe græcè hoc in loco: ἔτι οὐδὲν ὕστερον καὶ ἕτερος ὁρισμὸς δι᾽ ἑτέρου δεικνύοιτο. quæ aliquem uidentur habere intellectum, ſic. n. interpretari poſſunt: Præterea nihil obſtabit, quominus et altera definitio per alteram poſſit demonſtrari. Alluſiſſe. n. uidetur Themiſt. his uerbis, rationi quã tradunt, attuliſſe Alex. in hoc loco. Si. n. (dixit ipſe) unã diffinitionẽ aſſumis ad alterius demonſtr̃onẽ cum ambæ ſint pari paſſu eiuſdẽ rei definitiones, eadem etiam rõne alteram ad demõſtrationem primæ aſſumere poteris: ex quo ſequitur poſtea qđ idem notius erit et ignotius et alia abſurda multa.

Non poſſe definitionem probari per ſyllogiſmum diuidentem. *Cap.* V.

SEd ne per diuiſionem quoq; definitio explicatur, quod & in inſtituitione de figuris perſecuti ſumus; [b] quia id, quod ita mõſtratur, quaſi per inductionem monſtratur. Nec ex certis aut probatis ſeorſum, ſed ex conceſsis per interrogationem reſponſionemq́; ſequitur. Fere. n. tota hæc ratio per vices rogantis, & reſpondentis abſoluitur. Ita videtur aliud par, aliud quod datũ ſit colligi. Ecquid homo animal in animalue eſt? Animal ſumit, non aſſeritur ſyllogiſmo. Rurſus omne animal ecquid greſsile, aut aquatile? Datur greſsile, non probat̃. Deinde animal greſsile ecquid bipes, aut multiples eſt? Cõceditur bipes. Tum ratio texitur. Homo eſt animal bipes greſsile. Vides igitur genus hoc totum interrogationibus & aſſenſionibus eorum, quibus cum inſtituitur cõſtare? Nec. n. in eo quicquam vt neceſſarium, ſed vt conceſſum accipitur. Sed neque ſi quid, ſingulare ſeparatimq́; verum eſt, continuo ſequitur vt iunctum cum alijs verum ſit. Non. n. ſi verum eſt, ſutorem aliquem eſſe, & virũ bonum, vtiq; neceſſe eſt eum eſſe ſutorem bonum. Item vt omnia etiam iunctim vera ſint, non tamen in eo, quo ſit rei eſſe, vera ſunt.

[b] Græcè ſic ait The. οὐδὲ γὰρ ... quorum

fidelis

fidelis interpretatio hæc eſt: Nequaquam enim ad ea quæ poſita ſunt ex neceßitate, ſequitur id quod demonſtratur, ſicuti neque in inductione.

Diuiſionem conferre ad finiendum. *Cap.* V I.

SAne qui diuiſione vtuntur, compendium probationis faciunt. Nam eam quæ confirmare eſſet neceſſe, ratione rogationis ſumūtur, propterea quod nihil ipſi afferunt ad perſuadendū, ſed eo quod ſibi dat, qui cum diſputant, quod volūt demōſtrat. Verbi gratia: Homini animal ineſſe, poteſt per ſenſile ſyllogiſmo exponi greſſile: per aliud quicquam lucrantur hoc laboris qui diuidunt, propterea quod hominem & animal eſſe & greſsile concedit is, qui cum inſtituta diuiſio eſt. Proinde non probari diuiſione, ſed adiuuari finitionem oportet. Nec ſyllogiſmus diuiſio eſt, ſed ratio tamen, qualis docendi ſicut inductio, hæc ſyllogiſmus dici vtiq; non poteſt, ſed quo quō aliquid conficit. Vtiliſsima verò diuiſio eſt, quotiens communita his præceptis affertur, vt oīa quæ in eo, quod ſit rei eſſe habentur, contineatur. Vt nihil redundat, nihil deſit neu quæ tranſiliat ad vltimam ſpeciem. Trāſilit qui animal ſtatim in bipes & multiples diuidit. Nam prior diuiſio erat inuolatile & greſsile. Omittit qui greſsile in bipes & quadrupes diuidit: nam & depes & multiples prætèritur. Hac obſeruatione diuiſio vſum ſui aliquem finientibus præſtabit. Nec tñ qui diuidet ratiocinatione ſyllogiſmoúe vti dicetur. Nam quemamodum in commentationibus iis, in quibus medium verbis explanatū non eſt, etiam ſi mente explanatum nō eſt, quamobrem ſequantur: ita neq; in eo ſyllogiſmo, qui ex diuiſione reponitur. Ac forte quidē ſingula, quæ in ſermonē illum vltro citroq; habitum incident, probare certis rationibus poſsis, vt animatum hominem eſſe, quia non animæ: & rationale, quia non irrationale, totam certe concluſionem, quæ de membris diuiſionem coalita eſt, definitionem hominis eſſe non probas.

Per ſyllogiſmum finitiuū non probari finitionem. *Cap.* V I I.

VTrum vero finitio per finitionem finitionis poſſit monſtrari, quæſtio nobis reliqua eſt. Id hoc modo exponitur: Vult quis docere finem hominis eſſe, animal bipes greſsile. atq; ita rationem format: Oratio quæ conſtat ex iis quæ ad eſſentiam pertinent, & propria rei ſunt, definitio eſt. Hæc oratio, animal bipes greſsile homini eſt. Definitio igitur hominis eſt, animal bipes greſsile. Nunquid forma hæc probanda philoſopho eſt? Sed deridicula videt̃, & quidem amplius quam ſuperiores quia peccat idem quod illæ, ſed apertius euidentiusq;. Fingit. n. fortiter, ac præſumit quod eſt probādum. Nam dicere complexum hunc, animal bipes greſsile, rerum eſſe quæ priuatim attingat eſſentiam hominis, nihil aliud eſt quam cōſtituere, eam eſſe definitionem hominis. Igit̃ in propoſitionibus iis concluſio non vi, aut potentia (nam hoc rectum eſſet) ſed actu poſita collocataq; eſt. Dehinc perinde faciunt, qui demonſtranda finitionem finitione finitionis, propoſitionum loco ſumunt, ac ſi ratiocinando finem ratiocinationis loco aſſumptionis adhiberent. Quemadmodum ergo quotiens ratiocinamur, non ſumimus quid ſit ratiocinatio: ita quotiens demonſtranda finitio eſt, admonendi non ſumus quid ſit finitio, ſed neceſſe ante eſt, vtrunque & quid ratiocinatio ſyllogiſmusúe ſit, & quid finitio perſpectiſsimum habuiſſe, Vnde & nobis facillime inoffenſiſsimeque ſimulatq; velimus, accurrant, & alios qui ad dubitarent, docere ac perſuadere poſsimus. In demonſtrationem certe, vt partes ſumptaúe coaptari non debent.

Neque à contrariis, neque per inductionem probari finitionem. *Cap.* V I I I.

DIcat aliquis, ſi hoc modo nō licet, licebit alio, id eſt affictione ſubiectioneq; Affictione hoc loco eſt per hypotheticum ſyllogiſmum ſiue cōditionalem hoc modo: Si definitio mali eſt diuiſilitas (Fingatur. n. diuiſilitatem eſſe definitionē mali) Contraria definitio contrarij ſit, ergo definitio boni indiuiſilitas dicetur. Sed non ne vides, qui ita faciunt arceſcere quæſtionem à capite, id eſt ad demonſtrādam finitionem ſumere finitionē aliam, quæ non ſit minus dubia q̃ quæ demonſtranda ſit? Nam contraria ea, quæ diuerſa dicuntur, vt bonum, malum, celeritas, tarditas, tantūdem euidentiæ ignorationisq; habent. Conſtatq; ſi quis definitionem mali explicare voluerit, eodē modo ſumpturum eum definitionem boni: hoc autē aliud non eſt, q̃ inuicem probari & demōſtrationes reciprocas, & ob ambulatorias committi. Præterea cum multi ſint, quibus nullū contrarium è regione occurant, quonam modo finiēdis iis ratio hæc poterit ſufficere? Forte credat quiſpiam fines per inductionem probari, & hercule dici non poteſt. Cum inductio ex ſingularibus exiſtat, nulla definitio ſingularium eſt. Inductio aliud de alio prædicat definitio in complexu non eſt. *Definitio incō plexa non eſt.*

In vniuerſum finitionem demonſtrari non poſſe. *Cap.* I X.

QVis ergo modus finitionis demonſtrandæ fuerit, nimirum digito, auribus cōſpectu, demum ſenſu aliquo vſurpari aut tāgi non poteſt. Alioquin ſciu hoc de nobis quęri, ecquid aliqua ratio ſit demonſtrandi finitiones? Et videtur nulla, & neceſſe eſt eum qui debet ſcire quid ſit homo, aut quiduis aliud, ꝑ certo habeat hominem eſſe. Nam id quod non eſt, nemo poteſt ſcire quid ſit. Nam quid nomen hircoceruí ſignificet, ſcire quidem multi poſſunt: ſed quid ſit hircoceruus, nemo, ſi id ignorat an ſit. Ergo ſi demonſtrari poſſet quod quicque ſit, ſimul demonſtraretur quod eſſet: Hoc vẽ impoſsibile, quia vnius rei vna eſt demonſtratio. Porro aliud eſt ſcire hominem eſſe, aliud quid ſit homo: Huius definitio, illius demōſtratio eſt. Deum eſſe & prouidentiam eſſe demonſtramus, quid ſit deus, quid prouidentia definimus. Qui ergo poteſt, qui definit definitionem ſyllogiſmo excipere? Atq; hoc obſeruari in omnibus artibus videtur. Hæ ſeorſum quid ſit res deſcribunt, ſeorſum demonſtrant vt ſint: quum verò id demonſtrant, primum quid res ſignificet, ſumunt pro comperto. Igitur antequam triāgulum probes eſſe, quem tribus lineis conſtituas directis, neceſſe eſt intelligas appellatione trianguli venire aream tribus directis lineis comprehenſam. Propterea quod agnitionis in omni exquiſitione caput origoq; eſt. Ita efficitur vt demōſtratio vna in plures euadat. Qui. n. quod rei eſſe ſit, demonſtrat, ſimul & eſſe rem confirmat. qui autem definit, nihil affert quamobrem neceſſe ſit id eſſe quod definit. Proinde qui finit circulum hoc modo: Circulus eſt figura plana quem linea vna circūcurrēs amplectitur, non demonſtrat circulum eſſe. Nulla. n. cauſa in definitione ea eſt, quæ vt circulus ſit efficere videatur. Sed ne ratio quidam aliqua continetur, quod ea definitio circuli ſit habenda: poſſet quis definitionem illam æris & fibulæ ipſius credere, quia nulla vis cōparet, quia circuli po-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

culi potiſsimum definitio ſit: ſed hoc extrinſecus petitur. Si ergo non demõſtrat rem eſſe, qui quid rei eſſe eſt demonſtrat, definitio quid ſit, demonſtrarę non poterit, ſed quid nomen indicet tantum. Ita fiet vt rerũ, quæ non ſunt, afferri definitio poſsit. Nam & hippocentaurus aliquid ſignificat. Deinde oĩs verborum explicatio notatioúe, (id eſt qua de cauſa quæque res ita ſit nominata, quam Etymologiam appellant, vt hoĩem vocari, quia ſit ex humo coalitus; & aquam, quia ſit id, à qua viuimus) demum omnis noſtra commentatio, confabulationę definitio diceretur, Ipſa quoq; Ilias Homeri definitio vna videri poſſet. Cum dico Iliada, nõ ipſum nomẽ intelligo, ſed ſubiectam nomini poeſim. Item illud; Sed vos qui tandem quibus aut veniſtis aboris? Et illud: Venimus huc iuſsi. Et illud: Dic mihi muſa virũ. Et illud: Nos Troia antiqua veſtræ deus applicat vrbi, Horum omnium fere vna vis eſt. Tantum hic interrogat, ille reſpondet: hic præfatur, ille adnarrat. Res tota perridicula. Nam præter id quod non omnis oratio, quę quod nomine deſignatur, exponit, definitio eſt: nec illud quoq; definitio explicat, definitionem neceſſario cum nomine æquali eſſe potẽtia. Si. n. hoc ſit, tum rebus nomina non arbitratu inſtitutioneq́; hominum, ſed natura eſſent impoſita. Nec agnominationes aut vniuocationes fierent. i. ad res diſsimiles ſimilia verba accõmodari non poſſent. Ex iis liquet, neque eandem rem videri eſſe definitionem & ſyllogiſmum, neq; eius rei ſyllogiſmum poſſe conſtitui, cuius definitio teneatur. Dictum & illud eſt, per definitionem neq; vt ſit res, neque vt eius rei definitio ſit, cognoſci.

Quantum aliquid valet ad demonſtrandum rem eſſe, tantum valet ad demonſtrandum quid ſit res. Item demonſtratione non ſciri finitionem, ſed innoteſcere. Cap. X.

QVoniam vero hæc diſputãdi cauſa potius q̃ decernendi ſcientia diſſeruimus, nũc quid horum recte, quid perperam dictum ſit, & quemadmodum demonſtratio effici definitio poſsit, ęſtimabimus. Sed accerſenda res altius eſt. Sicut ergo quum tenemus rem eſſe, aliquando quærimus quamobrem ſit, aliquando nõ quærimus, quia protinus, quàm dicimus rem eſſe, quod ita eſſet, perſpicuum nobis fuit: nec retrorſum contingit, vt prius quiſquam, quamobrem ſit, q̃ ꝙ ſit, cognoſcat: ita nunquam quærimus quid ſit res, niſi nobis eſſe rem conſtet. Quid. n. ſtultius ineptiusúe q̃ definitionem earum rerum velle ſcrutari, quas ſint, non ſint neſcias? Ergo neceſſe nõ eſt definitione oſtẽdi rem eſſe, quandoquidẽ præſumi, & conſtare id oportet, antequam ad definitionem accedas. Et quemadmodum qui rem demonſtrat, quod eſt, ſimul & quod ita ſit, inuenit, (Nam demonſtrationes à cauſis ducũtur) Ita ſæpenumero fit vt in demonſtratione, quæ docet rem eſſe, definitio & quod ſit eſſe rei eluceat, Quod quidem qua ratione, & quando contingat, repetendum ab initio eſt. Eſſe rem [b] concludimus in demonſtrando multis modis, interim ex accidentium momentis, quæ ab rei ſubſtantia longe ſunt polita, interim ex aliquo, quod in re contineatur, vt pars Deos eſſe probat Chryſippus, quia viſuntur altaria. Id ab accidentibus trahitur. Stoici deos aſſerunt eſſe, quia mortalibus ſuppetias plurimas afferunt, futura vaticinantur, cœleſtes globos innumerabilibus, ſeculis commouent. Hæc à re ſumpta demonſtratio eſt. Porro quæ adſunt in re, alia proprius, alia remotius ſunt iuncta, quod quidem exemplis iiſdem inſtruitur. Accidentia per quæ tantum docemur rem eſſe nihil afferunt ad naturam & definitionem rei cognoſcendam: quando & eſſe rem ægre ac exiliter demonſtrant. Nam cognitio accidentium tranſlatitia eſt, nec habet quicquam annexum quod cogat. At ex iis quæ propria ſunt & ab rei natura dependent, ad definitionem & rationem eſſentiæ facilius venitur. Quantum igitur efficaciæ habent res ad probandum rem eſſe, tantum habent ad confirmandum & demonſtrandum quid ſit. Id hoc modo explicabitur. Propoſita quæſtio eſt, ecquid deficiat luna? Quicunque docet deficere, propterea ꝙ luna, quomodo ad plenitudinem orbis ſui peruenit vmbra non iaceat, ab accidente diluit quæſtionem, nec quicquam communit vnde poſsit intelligi defectus lunæ quid ſit, Qui vero demonſtrat, eo ꝙ lumen eius in plenilunio interuentu terræ occulitur, is egregie ac proprie oſtendit lunam deficere, atque obiter occaſionem vberem pręſtat. vti ſciatur quid ſit defectus lunæ, quia verã cauſam miri huius nãciſcitur. Cauſa vero definitio, & quod ſit rei eſſe, eſt. Itaque in hoc genere ſimul & ratio eſſentię, & quamobrem ſit, cõſpicitur. Quid eſt defectus? Occultatio luminis ob interpoſitum terræ. Cauſa ergo defectus occultatio eſt. Quid eſt tonitruum? Reſtinctio flammæ quam nubium cõflictus excuſsit. Definitiones has commuta in quæſtiones, & cauſas quamobrem vtrunque, ſit afferes. Quamobrem eſt defectus? propter occultationem ex obiectu terræ ortam. Quamobrem tonitrus? propter reſtinctionem ignis in nube. Ex iis quæ dicta ſunt patet, quamuis definitio, & id quod rei eſſe eſt, demonſtrationem addici non poſsit, tamen fieri, vt in iis quæ per cauſas ſuas monſtrantur, per demonſtrationem definitio eorum innoteat.

[b] *Vnum non uidetur expreßiſſe Herm. latinè, quod tamen græce uoluiſſe uidentur Them. & Ariſto. Non. n. in his quæ inſunt in alio uerum eſt id quodmodo declaratum eſt: ob id tantum, quia medium in his habeatur, quod cauſa eſt concluſionis & res, ſed etiam quia medium id aliud eſt: & cauſa illa non eſt eadem illi rei quæ demonſtratur, & cuius quæritur definitio: ſicuti interuentus terræ eclypſis quidem eſt cauſa, nõ tamen eſt illud idem quod eclypſis. In definitione uero eorum quæ in alio nõ inſunt, ſed per ſe ſunt, nihil habetur quod ipſis idem non ſit: ſicut hominis definitio & homo eadem res prorſus eſt. Et ob id hæc ipſa demonſtrari non poſſunt quod ſint, nec quamobrem ſint, nec per demonſtrationem eorum definitio innoteſcere poteſt. Immo ſi aliquid demonſtrare uoluerimus, his quæ per ſe ſunt ineſſe, per eorum definitionem eã rationem petere id quod in principio quæritur aſſerunt græci expoſitores, maximeq́; Alexan. Quæ quidem omnia maxime aduerſantur illis, qui uolunt definitionem ſubiecti medium eſſe in potiſsima demonſtratione. Ergo ait Them. græcè:* καὶ ἄλλο ἐστὶ τούτων τὸ μέσον τι καὶ τὸ αἴτιον τοῦ συμπεράσματος καὶ τοῦ πράγματος. *hoc eſt, & aliud in his medium ipſum eſt, cauſaq́; concluſionis et rei. deinde ſubdit: At ea quæ p ſe ſunt &c.* οὐ γὰρ εἶναι αἴτιον ἄλλο ἐστὶν ἐφ᾽ ἁπάντων *hoc eſt, quia non reperitur hoc in oĩbus ut cauſam aliam habeant, cuiuſmodi ſunt ſua ſingulis ſcientiis ſubiecta. Hoc idem repetit inferius, ubi ait deum eſſe & quid ſit deus, ſumit Philoſophus. ait enim:* οὐ γάρ ἐστι λαβεῖν αἴτιον ἕτερον *hoc eſt, neq; enim cauſam alteram afferre eſt.*

Quæ

Quæ cauſam non habent, eorum finitionem non innoteſcere per demonſtrationem. Cap. XI.

ILlud ſane neceſſarium eſt recipere, hoc quod modo diximus, non eſſe paſſim definiendis omnibus verum, ſed tñ iis quæ inſunt in alio, vt defectus, vt tonitrus. Sola.n.hæc in demonſtrationem vocantur, eo ꝙ medium in iis quoddam habetur, quod cauſa eſt & concluſionis & rei. At quę per ſe ſunt, nec in alio inſunt, in iis eadem ratio obſeruari non poteſt, quia cauſam ſuperiorem non habent, per quæ monſtrentur, cuiuſmodi ſunt ſua ſciennis ſingulis ſubiecta: quæ tum vt ſint, tum quid ſint certũ & conſtitutum eſſe neceſſe eſt. Nec alio modo cognobiliora euadunt, quã aut inductione, aut fide aliqua, aut periculo demonſtrationẽ non euadunt. Qũo ipſa ſint principia demonſtrandi, quod quidem oẽs ſcientię cuſtodiunt, vnitatem eſſe, & quid vnitas ſit, conſtituit Arithmeticus. Non tñ demonſtrat deũ eſſe, nec quid ſit deus ſumit philoſophus demonſtrare, quia cauſam ꝙ dij ſint afferre nõ poteſt. Nam conſulere eos rebus humanis, & mouere ſe ꝑpetuo agitatu, quãquam ex momentis his ſubſtantia eorum percipiť, quia naturam diuinam attingunt: non tñ ſunt cauſæ, quod ſint, nec quid ſint dij. Ac forte cõſtitui deſcriptio quædam ex talibus poſsit, hoc modo: Deus eſt animal ſempiternum, humano generi beneficum definitio non poſsit, niſi concedendũ ſit cauſam eſſe aliquam, quamobrem ſint dij. Nam quod rei eſſe eſt, origo & cauſa intelligitur, quamobrem id quod definitur, ſit.

Tres eſſe ſpecies finitionum. Cap. XII.

DEfinitio multifaria eſt: Alia exponit quod ſignificet nomen, quæ ne definitio quidẽ appellari digna, ſed interpretamentũ potius quoddam vocis quæ efferatur. Plerũq;.n.fit, vt qui definitionis hoc genus audiũt, neq; ſit ne res, neq; vnde nam ſit, nouerint. Nam vacuũ quid indicet, ſcimus. Sit non ſit, aut quamobrem ſit poſsitúe eſſe, aſsignare nõ poſſumus. Alia definitio rem quidem commonſtrat eſſe, ſed quamobrem ſit, non commonſtrat, cuiuſmodi ea eſt: Lunam deficere, eſt lunam non colluceere plenilunijs. Atque hæc oratio quamquam aliquid deſignat, nihil tamen ad ſcientiam demonſtrat. Alia definitio ſimul vtrunque complectitur. nam & vt ſit res & cauſam ꝙ ita ſit, continet. Hæc definitio ſola minimo minus demonſtratio eſt. Nam id quod rebus eſſe eſt à demonſtratione demutat ſolo flexu. Eadem oratio paucis mutatis in demonſtrationem & definitionem effingitur. In demonſtrationem hoc modo: Vbi flãma reſtinguiť tonat, in nube flãma reſtinguitur, in nube igiť tonat: nam ſermo in prima figura cõtinuus texitur. In definitionẽ hoc modo: Tonitruum eſt reſtinctio ignis ĩ nube. Tertium genus definitionis eius eſt, quæ cãm aliam vnde ſit, habet, eoq́; in concluſionẽ demonſtrationis poteſt cõferri: vt, Tonitruũ eſt eliſus in nube ſonitus. Quarta forma definitionis, eorum eſt q̃ prima & immediata ſunt: atq; hæc à demõſtratione non differt ſolo ſitu, quia ad cãm ſuperiorẽ non referť: nulla.n.cauſa primis immediatiſq́; eſt. Neq; concluſio itẽ demõſtrationis dici hæc poteſt, ſed principiũ potius & theſis, ſiue propoſitum quoddam eſſentiæ, qđ demonſtrari nulla vi poſsit. Dempto igitur primo, tres modi relinquũtur finitionis. Primus is de quo ante mox diximus, qui ad id quod rei eſſe eſt, pertinet, nec demõſtrari poteſt. Alter eius q̃ à demonſtratione poſitu caſuq́; ſolo euariat. Tertius eius, quæ demõſtrationis concluſio eſt. Oratio * vero illa, quæ ſolam cauſam quamobrem continet, qualis hæc: Ira eſt libido repuniendi: Tonitruum eſt reſtinctio ignium in nube immediata eſt, nec demonſtrari vſquam poteſt.

** Extremæ partis huius cap. græca uerba à latinis non nihil ut lentur diuerſa, ſic enim ait: ὁ δὲ τὴν αἰτίαν ἔχων λόγος, τίνι τούτων ὑπάξομεν, ὥσπερ ὀργή, hoc eſt, at oratio illa cauſam continens, ad quem horum reducemus? qualis hæc &c. & deinde ſubdit τάχα δὲ καὶ αὐτὸ ἄμεσόν τι, καὶ ἀναπόδεικτον. hoc eſt, forſitan igitur & hæc immediata eſt, & quæ demonſtrari nuſquam poſsit.*

Quatuor cauſas eſſe poſſe media demonſtrari. Cap. XIII.

EX iis quæ retulimus, pro palam eſt, nullam finitionem demonſtrari contingere, Nam ſolæ illæ differunt à demõſtratione poſitu, quæ cauſam rei ꝙ ita ſit, edocent. Atque hæ ad ſcientiam ſolæ appoſitæ videntur. Quatuor autem numero ponimus genera cauſarum: Primum ſubſtantiæ rationem. Secundum rem ſubiectam quam materiam vocamus: Tertium id, vnde initium motus. Quartũ cuius gratia quippiam ſit, Omnes hæ in demonſtrationibus, quamobrẽ ſpectantur & medij termini ſunt Ac ratio quidem ſubſtantiæ.i.quod rei eſſe eſt, quemadmodum in demonſtrationem veniret, ſupra tanquam per occupationem docuimus. Materia quoque reddita eſt. Hæc in ſyllogiſmo regionem mediam maxime obtinet, propterea ꝙ in demonſtratione omni, materia ſyllogiſmi videtur medius eſſe terminus. Nam medius terminus duas illas propoſitiones conſarcinat, in quibus conſtituta demõſtratio eſt. Porro ſæpe accidit, vt materia ea quæ propria ſit allata, quæſtio quamobrem, ceſſet. Quamobrem animalium corpora conſumantur: quia cõtrariis conſtant. Redditur & primum mouens, quamobrẽ mundus viſenda pluchritudine eſt? quia deus opifex: hic id à quo ortum motus habet cauſa & medium eſt. Quamobrem Soc. vxorem ducendam rebatur? vt liberos haberemus. Quamobrem ſabricatus eſt mundum deus? quia bonus erat. Hæc finis, & cã cuius gratia eſt.

Medius terminus videtur materia ſyllogiſmi.

Idem effectus per plures cauſas monſtratur. Cap. XIIII.

TRactatio autem & conſtitutio medij atq; cauſæ non eodẽ modo in omnibus ſe habet, ſed aliud priore ordine q̃ effectus eſt, vt mouẽs: aliud poſteriore, vt fines, & ea quorũ gratia res quæque & efficiuntur & ſunt aliud ſimul, vt definitio, & quod rei eſſe eſt. Nihil vero prohibet, quin idẽ & gratia melioris notæ & ex vſu materiæ ſit, verbi gratia: Quamobrẽ de laterna egreditur lumẽ, quia neceſſe eſt, vt id quod foraminulentum eſt, & ampliuſculos habet meatus, quale cornu laternæ videtur, peruium lumini ſit, vt ſubtiliori graciliorių;. Hæc neceſsitas materiæ eſt. Huic coniuncta & ratio boni pulchriq́; ne qui noctu procedunt, ad aliqua offenſent. Idẽ ſed clarius in corpore cœleſti apparet. Nam & conuertitur in orbẽ neceſſario, quia nec graue eſt, nec leue. Et gratia alicuius, vt q̃ proxime poſſunt, imitatione accedãt ad deũ. Plurimis adeo naturæ operibus & neceſsitas & finis ineſt. Patet hoc in dentibus, quorũ primores acuti ſunt. tũ ꝙ ex oſſe gignunť tenuiore tũ gratia finis, vt cibo ſecando dirimendoq́; habiles ſint. Cõtra maxillares lati & ꝙ ex pinguiore materia exiſtunt, & vt in attritũ molendo & ſubigẽdo ſufficiãt. Tonitruũ quoq; duplici cauſa fit, & quod ignis reſtinctus neceſſario ſtridit perſonatq́; & cominationis tetricula mẽtiq; gratia, vt ſontibus, q in tartaro ſunt, formidinẽ afferat, quẽadmodũ Pythagorici cõminiſcũtur.

Duplex cuiuſque natura eſt, vna quæ ad formam refertur, alia quæ ad materiam idem ſecundo Phy. lib. cap. vii.

Dehinc duplex cuiuſque natura eſt: vna quæ ad formã refertur, & hæc cum fine ipſo eadem eſt. Forma oculi eſt videre, idem eſt finis ad quem iuncti ſunt animalibus oculi. Aurium audire, idem eſt finis ad quem datæ ſunt aures. Alia quæ ad materiam, neceſsitatemq́;. In inſtitutione auſcukatoria de natura quemadmodum materia eſſe neceſsitas videtur, diſputatũ nobis abunde eſt. Ea ex fictione ſubiectioneq́, non abſolute neceſsitas dicitur, hoc modo: Si futuri ſunt oculi, materiam talem adeſſe neceſſe eſt: ſi dentes, talem. Hæc igitur neceſsitas in rebus naturæ omnibus habetur inſita, quia materia quoque omnibus addita eſt. Item actus, impetusúe, qui ob materiam ſingulis corporibus ſui debentur, eodem genere neceſſarij ſunt, nec abiungi poſſunt ab iis, quorum eſſe videntur actus, vt terra in medium locũ mundi ad pares angulos fertur, quia grauis. Contra ignis in cœleſtem locum rectis lineis ſubuolat, quia leuis. Nec igitur præter naturam extraúe, neq; violenter coniuncta rebus neceſsitas eſt, ſed ſuopte quibus nutu ingenioq́;, & (vt ita loquar) ſponte naturæ. Videtur.n.de ſubſtantia ipſa, & naturali cuiuſq; temperatura euenire, Violenta vero præter naturam, præterq́; nutum extrinſecus afferuntur. Molitur autẽ natura quicquid molitur, fere dixerim alicuius gratia. Molitur inquam, quia gratia finis molitur. Qui aut bonus ſit, aut bonus eſſe videatur: à fortuna temere oĩa. Nihil.n.prouenit alicuius gratia, etiam ſi in rebus illis conſiſtat, quę alicuius gratia initæ inſtitutæq́; fuerint. Tunc.n.quid cõmiſſum fortuito dicitur, quotiens aliter atq; cogitatum eſt, cecidit. Putearius fodiens oſtendit aurum. ſed non propterea fodiebat vt aurum offenderet, ſed vt ęſtuarium faceret. Proceſsit alius ad balneas, debitorem inuenit, recipit argentum: non tamen egreſſus eſt vt pecuniam referret. Pleraq; etiam ex iis, quæ per artem & intelligentiã fierent caſu interim fortunaq́; prodeũt. Reſtitutus quis valetudini eſt potu frigidæ, quam tamen non ad valetudinem, ſed voluptatis gratia ſumpſerit. Eodem modo caſu defenſa nauis à naufragio eſt, ꝙ eam tempeſtas aliqua ſtationi tutæ applicuit. Domus certe aut lectica effingi caſu non poteſt, ſed ne omnes quoque artes fortuna æquæ participant, aliæ parcius, aliæ amplius plurimum coniectura continentur, & ſunt opinabiles. Atque hæc plura fortaſſe ſunt, quam præſens conſideratio poſtulabat.

Quemadmodum effectus coæui cum cauſa demonſtrentur. Cap. XV.

SEmper autem cauſa ea, quæ forma & eſſentiæ ratio eſt, quam magna ex parte pro medio accipi in ſyllo diximus, ęqua ua rebus eſt quarum eſt forma, ſeu illæ iam ſint, ſeu gignantur futuræúe ſint, iis q̃ iam ſunt hæret indiuidua. In iis quæ gignunt, gignitur cum iis quæ exoleuerunt, exoleuit in iis quæ futura ſunt, futura etiam ipſa eſt. Quamobrem defecit luna pridie? quia terra inter ſolem & lunam extiuit media. Quamobrem deficiet poſtridie? quia exiſtet media. Quamobrem deficit modo? quia exiſtit media. Igitur in his cauſæ cum effectis ſuis inuicem reſpondent, & quaſi pedem pariter ponunt, vnde & reciprocantur.

Quemadmodum effectus non coæui cauſam demonſtrent. Cap. XVI.

IN iis vero quæ ſimul non habentur, ſed cauſæ temporibus præeunt, quales parte plurima ſunt agẽtes; vt, Sardæ agreſsi, bello quod contra Medos ſuſceptum eſt cauſam dedere: & raptores Helenæ, vt Ilium euerteretur. In iis inquam, nec reſpõſus illæ, nec regreſſus ſeruatur, neq; eadem neceſsitas demõſtrationis deſcendentibus atq; aſcendẽtibus perpetua eſt: ſed ſi coeptum à cauſa ſit, cõcluſioni neceſsitas non affertur, ſi ab euentis affertur: vt, Domus eſt, oportet igitur parietes prius haberi. Parietes ſunt, oportet igitur fundamenta eſſe iacta. Agamus retro: Fundamenta ſunt, igitur & parietes. Parietes ſunt, igitur & domus, non ſequitur.

Quemadmodum cum hoc poſt hoc oritur, continuatio hæc accipienda ſit. Cap. XVII.

SEd hoc mirum cupiam illico ſit. Nam ſi ꝙ factum prius eſt, cauſa eius non dr̃, quod poſterius factum eſt, quo modo id continuandę gñationis cauſa fuerit? id eſt ne ſucciuus rerum ortus interpollari vnquam habeat, an tempus propterea ꝙ continenti ſerie eſt, videri facit res, quæ modo fiant, contineri cum factis? Nam omnis gñatio in tempore abſoluitur, eſſe quicq̃ generatum & factum, gñationis conſumatio finisq; eſt, vt punctus lineæ. Ergo quemadmodum linea inter pũcta dirimitur, neq; præterea cum parte quæ conſequitur, continua eſt: ita ſi factum quicquam eſſe & gñatum notaueris, neceſſe erit gñatio inſequẽs attineri non poſſit cum priore. Nam generatum eſſe aliquid in cõfinio temporis, & momento contingit. Tempus ex momentis non conſtat, neq; gñatio ex iis, quæ (quod cum præfatione dixerim venia) ſub hoc nomine. gñatum eſſe, intelligũtur. Sed hæc ab inſtituto noſtro aliena ſunt, diligentiusq́; de iis in libris de motu egimus. Illud manifeſtum eſt in iis, quæ plerunq; eueniunt, ab effectis ad cãs, & à poſterioribus ad priora neceſſarium recurſum videri. Siue.n.generatio eſſet continua, inter effectum & cauſam, ſiue inter poſterius & prius, media cauſa interueniret, Nunc quod acceptio terminorũ continua non eſt, ad immediata procũbit & ceſſat. Si domus ſit, & parietes: ſi parietes, fundamenta: ſi fundamenta, cementum, & lapides. Inter hos terminos nihil intercedit.

Quando demonſtrationes reciprocæ, circulareſq́;, locum habeant. Cap. XVIII.

VErum quum aliqua huiuſmodi habeantur, quæ ſe circuitu quodã inuicem generent, in iis & demonſtratio obambulatoria locum habebit, qm̃ hæc in totum reciprocant, ſibique modo cauſæ, modo effecta vicibus ſunt: ita in argumentando robur & fœlicitas par, ſiue ab initio, ſiue à ſumma auſpicium capias. Terra imbri madida halat vapores, hos vi caloris efferri neceſſe eſt. Ex his nubem cogi oportet, hac coacta imbriſicataque denuo madeſcit terra. Hoc autem eſt id à quo ſumptum exordium eſt. Res ergo ĩ orbem deducitur. Vno aliquo poſito aliud oritur, quo orto ſubinde aliud naſcitur, quo nato, iterũ ad originẽ reſilitur.

Effecta quæ maiore ex parte eueniant, probari per media eiuſdem generis. Cap. XIX.

SAne habitus hic maxime cernitur in iis, quæ perpetuo ac neceſſario gñantur. In quibus.n.neceſſarius eſt circularis motus, in iis, & demõſtratio circularis neceſſaria eſt: in his vero quæ ſere, ac propenſius euadunt, directa ratiocinatio eſt. Nec ab vtralibet parte initur, vt dictum eſt, ſed à conſequentibus tantum. Atq; in iis media quoq; ipſa ex eodem genere coniuga, & quaſi popularia adhibere oportet.i.quæ plurimum fieri ſoleant, & poſsibilia non neceſſaria ſint.

Quemad-

Quemadmodum finitio indiuiduæ ſpeciei inueſtiganda ſit. Cap. XX.

SEd redeũdum vnde abſceſsimus. Quum definitio demonſtratione confirmari non poſsit, per demõſtrationem reddi euidens poſsit, inuenienda nobis aliqua ratio eſt, qua venari eam veſtigareq́; facile ſit. Ex iis quæ in eo, quod rei eſſe eſt, adſunt cõia, quorũ quædam extenduntur vltra genus naturæ eius, quæ ſumitur finienda: quædam citra conſiſtunt. Ineſt ternario aliquid eſſe (eſt.n. numerus) ineſt imparitas, ſed ipſum eſſe ſupra eſt, q̃ numerus & q̃ natura ternarij. Nã & aliæ res dicuntur eſſe, quæ numeri non ſunt. Imparitas citra eſt, quia tm̃ ad naturam numeri pertinet. Adeſt quinario, adeſt ſeptenario, adeſt nonario, & cæteris eius formæ, quibus omnibus numerus ineſt cõis. Reponere igitur ac reſelire prædicata tot oportet, quot iuncta non excedant id quod finire volumus, etiam ſi ſeorſum ſingula in plus valeant. Ineſt ternario numerus. ineſt imparitas, ineſt vt primus impariũ ſit, atq; hoc biſariam: & ꝙ eum numerus alius non metitur, & ꝙ in numeros alios referri aut reſolui non poteſt. Hæc igitur definitio termini eſt. Numerus impar primus incõpoſitusq́; dupliciter. Harum conditionum prior omni numero impari ꝓmiſcua eſt: poſterior binario. Propria vtraq; nulli extra quam ternario. Quàm vero hic ſit finis ternario liquebit, ſi cõſtitutum ſit definitionem ineſſe rei, cuius eſt neceſſario, & ſoli, quorum vtrunq; certiſsimum eſt. Neceſſario, quia quæcunq; in definitione ſunt, in ſubſtantia prædicantur: q́ in ſubſtantia prædicantur, vña & neceſſaria ſint neceſſe eſt. Soli, nam da non ſoli, erit ergo genus, & inerit pluribus. Sed credo quibus definitio inerit ternarij, quæ non ſint ternarij. Ergo huiuſmodi oratio definitio eſt, & quod eſt eſſe rei ſignificat. Eodem collectu definitio hominis ſarcitur, animal rationale mortale, vel animal bipes inceſsile. Atq; hic modus finiendis indiuiduis ſpeciebus cuſtodiri debet.

Quemadmodum definitio generum inueſtiganda ſit. Cap. XXI.

GEneribus autem iis, quæ in ſpecies alias ſolnũtur ſparguntur q́; definiendis, via hæc ſeruabitur. Primum ſumendæ ſunt omnes eius generis ſpecies indiuiduæ, vt numeri ternarius, binarius, cæteræ formæ. Fingamus.n. has eſſe vltimas ſpecies numeri, vel quauis alia. Item omnis ſpecies lineæ quę ſint recta circũueniens linea. Omnes ſpecies anguli quæ ſint, acutus, retuſus, directus. Deinde harum ſpecierum definitiones promendæ, vt paulo ante pręcepimus. Tum ſumenda legendaq́; omnia quæ ſint ſpeciebus iis quæ definiantur, communia. Quid eſt linea recta? longitudo citra latitudinem, cuius puncta media non prominent ab extremis. Quid eſt linea circũducta? longitudo citra latitudinem ad cuius ſummum lineæ omnes à centro ductæ ſunt pares. Quid eſt curua linea? longitudo citra latitudinem flexuoſa. In omnibus itaq; finitionibus linearum, lõgitudo citra latitudinem vt quiddam cõe ponitur. Hoc reponendum, deinde redeundum ad lineam, & in quo ex decem principiis ſit quærendum, & qm̃ in quantitatis genere eſt, hoc ſumendum, & cum illo cõi, quod in definitionibus omnium ſpecierum comperimus, iũgendum. Ita definitio lineæ tota hæc fuerit: Linea eſt quantitas citra latitudinem longa. Nam [a] genus ſummum cum iis quæ oĩbus ſpeciebus cõiter inſunt, definitionem gñis citerioris conſtituit. Ea.n. cõia ſumenda, quæ ſupra non ſint, q̃ genus quod definitur: & quia ſupra non ſunt, ſoli gñi ꝓprium quiddam efficiunt: nam genus ex ſpeciebus ſuis conſtat: & quẽadmodum genera per ſuas ſpecies ſunt, [b] ita quæ gñi inſunt, per ſpecies ineſſe putandum eſt. Principia ergo definiendi finitiones ſpecierum ſimplicium ſunt. Simplices audio idiuiduas; id.n. quod ſimplex eſt, vbiq; rationem principij obtinet. Et hic definitionis generum modus, quoties in definitionibus ſpecierum aliquid continetur cõe, tum ſcire oportet ſpecies illas ſub vno gñe comprehendi non poſſe, cauſa exempli: Quid eſt altitudo animi? Primum ſumo virtutis eius ſenſilia, hoc eſt oẽs qui magno animo memorantur fuiſſe, Alcibiadẽ, Aiacem, Achillem: omnibus his cõe illud aderat, iniuriam acceptam impune abire non pati: ſed hic bellando vlciſcebatur, ille ob iraſcendo, alius ſibi ipſi manum afferendo. Creduntur & Diogenes & Socrates magnanimi fuiſſe, nunquid & hos in eo magnanimos dixeris, in quo Achillem, Aiacem, Alcibiadem? Quòd iniuriæ impotens eſſent? nequaquam, ſed in eo ꝙ res quæ in fortuna eſſent poſitæ aſpernarentur inſuper haberentq́; Ergo diuerſa in his & in illis virtutis huius ratio eſt. illi propterea magnanimi appellãtur, ꝙ notam honoris modice non tulerunt: hi propterea, quod bona fortunæ deſpicata contemptaq́; habuerunt. Nihil in his viſitatur cõe. Non eſt igitur magnanimitas genus, ſed duæ virtutes ſunt omnino abiunctæ ac diſsimiles; ſed quæ ſocietate ſola nominis, vt cætera homonyma, conuenire videantur.

[a] *Hic ſunt aliquantulum græca uerba diuerſa à latina interpretatione: ſic.n. ait Themiſt.* ἔστι γὰρ διὰ τῶν γενῶν, ὅσα κοινά ἐστιν ἐν τοῖς ὁρισμοῖς τῶν ὑπ᾽ αὐτὸ ἀτόμων εἰδῶν. *hoc eſt per genus.n. inſunt communia omnia, quæ in definitionibus indiuiduarum ſpecierum inſunt generi ſuppoſitarum.* [b] *Hæc recte ſunt intelligenda, nam ſi pingui mineruã percurrantur, maximas afferrent anguſtias: Si enim quæ generi inſunt per ſpecies inſunt, uniuerſa ea ruunt quæ de uniuerſali. ac de eo quod per ſe dicitur in primo lib. ſunt expoſita: immo hæc uidentur penitus aduerſari uerbis illis græcis, quæ nuper annotauimus.*

Facilius ſpecies quàm genera definiri. Cap. XXII.

EX iis delucet, longe facilius ſpeciem indiuiduam finiri, q̃ genus. Ea.n. q́ ſingularibus inſunt communia, magis q̃ quæ ſpeciebus, perſpicua ſunt. Definitio ſpeciei ex ſingularibus, definitio gñis ex ſpeciebus colligitur ſane. Præterea euidentior ſpeciei q̃ generis agnominatio homonymaq́; eſt. [a] Proinde ſpecies dicitur ſenſuum eſſe, Senſilia facile dignoramus, homonymæ ſint, necne, vt hominẽ pictũ à vero. Agnominatio generum non niſi per collationem ad ſpẽs diſcernitur: ideo aĩal dictum homonymως aĩal vocatur, quia & homo pictus homonymως homo intelligitur.

[a] *Hæc græce ita leguntur:* ὅτι τὸ μὲν εἶδος, αἰσθητῶν λέγεται, τοῦτο δὲ λέγειν ἐστὶν εἴτε ὁμώνυμα εἴτε μή, *ideſt* ꝙ *quæ ſecundum ſpeciem dicuntur, ſenſilia ſunt cognitu facilia, etiamſi homonyma fuerint.*

Quemadmodum diuiſio vtilis finientibus ſit. Cap. XXIII.

SI hæc vera ſunt, expeditius videtur finibus quærendis à ſpeciebus incipere ſubireq́; colligendo, q̃ à generibus deſcendere diuidendo. Diuiſio certe per differentias generum cõmodiſsima eſt ad ſumendum, *Medius terminus videtur materia ſyllogiſmi.*

quæ

quæ per ſe, & vniuerſaliter prædicatur: qm̃ ordine quodam incedit quaſi gradatim, incernendo & ſeligendo quæ per ſe adſint. Semper.n.differens gñi diuiſio additum, genus hoc diducendum per differentias alias eſt, idq; vſq; eo perſequi oportet, dum finitio è duabus rebus perfecta, gñe & differentia citima, coaleſcat. Dixi gñe, quia oẽs ante citimam differentiæ, ſi cum gñe committantur, integrũ genus vnum attollunt. Quod quidem etiam ſi innominatum eſſet, tñ vis in eo gñis appareret. Nam & valeret in plura, & in eo quod rei eſſe eſt prędicaretur. Modus hic mirifice ad ordinem cõfert. Nec præter quicquam eorum quæ in ſubſtantia continentur. Nã ſemper neceſſe differentias maiores priore ſitu diſponere, neu quæ vellicatim incõditæ aut præpoſtere adducantur. Quod ſi forma hæc in diuiſionibus neglecta erit, ſæpe fiet vt genus non in differentias generis, ſed in alias diſtrahatur, vt qui animal in totipẽne & ſciſſipenne diuideret, is non aĩalis, ſed volanlis differentias afferret. Illæ animalis differentiæ ſunt, volatile greſsile, aquanile. Prima igitur in hæc committenda diuiſio eſt, deinde animal volanile, genus alterum in totipẽne & ſciſsipenne ſoluendum. Ac primæ quidem differentiæ in quodq; genus conueniunt: animalis differentiæ in quodq; animal cadunt, volatilis differentiæ in totum auitium, piſcis differentiæ in omne piſcitium. Hac via eunti, & ordinem hunc ſeruanti, nihil prætermittitur, nihil redundat: ſi aggrediaris alia, neceſſe eſt collabare, & inſcienter facias.

Contra Speuſippum, qui putabat ſciri oportere omnia, eum qui recte finiret. Cap. XXIIII.

VIſum autem Speuſippo eſt, vtiq; non recte, eum qui definiturus ſit, ſcire omnia oportere. Neceſſarium, inquit, eſt omnes rei differentias teneri, per quas genus id quod definire velis, à cęteris differat. Hoc nemo aſſequi poteſt, qui cætera non cognoſcat. Primum id nõ eſt neceſſe omnes differentias ſciri, propterea ꝙ infinitæ ab accidẽtibus trahi poſſunt, quibus res eadem ſpecie compræhenſæ inuicem diſcernuntur: vt, Socrates à Platone, & Zanthus à Callia. Quocirca nihil attinet ſcire has, neq; ad ſubſtantiam rerum indicandam, neq; ad finitionem earum conſtituendam. Deinde qui genus in differentias propinquas & cõtrarias diducit, vt animal inrationale & irrationale, & prętereà cognoſcit hominem in altero membro diuiſionis reponi, & ſumit rationale, non illico neceſſe eſt eã ſcire, quæcunq; ſub irrationale, quod alterum membrum diſtributionis eſt, cadunt. Nam abundanter ſcitur, hominem eſſe aĩal rõnale, ſi intelligitur ſub altero diſcrimine cõtineri poſſe. Rurſum aĩal rõnale, aliud mortale, aliud immortale. Sumatur mortale, nihil neceſſe prçterea eſt, vt quæ immortalia dicantur, quærere labore has. Ergo * hæc oratio ſpeciei, quæ comitatu differentiũ omnium ſepta exaggeratáq; eſt definitio ſubſtantiæ appellatur. Illud adeo non poteſt dici, quũ ſpecie diceremus ſub altera obſeruarum neceſſario compræhendi. Sumptum id eſſe vtiq; non confeſſum. Nihil.n.æque perſpicuum eſt, ꝙ ſi differentiæ gñis proximæ iunctæq; afferantur. Et quæ ita iuxtim ex altera parte adhibitæ reſpondentesq; ſint, vt nihil medio ſpacio hiet, ſpeciem in altera earum includi.

* Ὅταν δὲ οὕτω βαδίζων ἐφαρμόσῃ τὸν λόγον τῷ εἴδει, καὶ μηκέτι πρόσοδός τις ᾖ διαφορᾶς, ἔχει τὸν λόγον, *id eſt quando uero hoc modo procedens, orationem ſpeciei ita accommodauerit, ut non ſit ulterius opus differentia, definitionem ſubſtantiæ erit adeptus.*

Tria præcepta diuiſionum. Cap. XXV.

PLane in diuiſionibus, quæ ad finitionum momenta pertinent, triplex obſeruatio neceſſaria eſt. Primum ſumenda ſunt, quæ quæcunq; de re quam finimus, dicuntur prædicatione quid ſit, vt gña & ſpecies, cum quibus differentiæ eorum ſciſcendæ: idq; ex Topicis petendum. Nam quemadmodum loci ſunt, quibus accidens quicquam ſit, necne, diſcernitur: ita ſunt quibus gña & differẽtiæ ſubſtantiales noſcuntur. Alterum præceptum eſt, vt differentiæ collocentur & digerantur in ſeriem. Hoc fiet, ſi maiores quaſque loco priore conſtituas. Tertium eſt, vt diuiſio vſq; eo euadat dum perueniatur ad vltimam ſpeciem, quç vltra concidi nõn poſsit, & dum propriũ quiddam ex omnibus exeat, quod in aliam rem nequeat transferri. Orationẽ his rebus ac præſidiis ornatam exprommittere poterimus abſolutam eſſe finitionem, vt quæ in eo quod rei eſſe eſt, prædicetur, & cũ eo quod finiendũ ſit quadret.

Solum vniuerſalia definiri. Cap. XXVI.

SEmper autem definitio vniuerſalium eſt, quemadmodum omnis & diſciplina & ars. Medicus valentia ſpectat nõ huius oculi, ſed ſimplr ſpeciei, & ſimpliciter oculi. Sicut vero in demonſtrationibus primum id curari debet, vt concluſio ſeria ſit, ita in definitionibus, vt res quç definitur, fiat conſpectiſsima. Obſcuritatis multæ ſunt cauſæ, præcipua ea quæ in aſsignatione differentiarum poteſt contingere. Quapropter quærendis iis caute & ſolicite verſari oportet, quia communes pluribus ſunt. Definitio quẽadmodum per demonſtrationem euidens fieret, & quemadmodum veſtigari haberet, executi affatim ſumus.

Ex ratione diuiſionum, & commentatione diſſectionum, vberem copiam diſſoluendis quæſtionibus comparari. Cap. XXVII. b

AT vero facile ſit, cauſam quamobrẽ quicq; eſt, reddere, & quærentibus de nobis quicquam, abundanter occurrere, & ratio diuidendi & diſſectionum commentatio in promptu habenda, quam nobis primus Ariſto. perſcripſit. Si.n. quæ propriæ ſingulis generibus ſunt diſſectiones noſſemus, ſuppeditaretur nobis ad ſciendũ quod quæque res ſit, mirabilis copia. Nam ea quæ generibus omnibus inſunt cõia, per ea quæ ſigillatim habentur exquirere eſt. verbi gratia: In animali animatum & ſenſibile per diſtributiones ſciuntur. Quum.n. ſubſtantiam per animantem & inanimantem diuiſeris, tum comperies animal in ſubſtantiam animantem referri. Denuo, quum ſubſtantiam animantem in ſenſibilem & in inſenſibilem ſolueris, tũ intelliges animal in ſubſtantiam ſenſibilem reponi. Hæc per diuiſiones noſcuntur. Per anatomen vero, id eſt, membrorum conſectionem, intellectum eſt, omne animal ex humidis & ſiccis conſtare. Eadem ratio ad ſingulas ſpecies accommodata magno vſui erit. Proinde & piſcem proſcindere, & auẽ exdorſare vtile fuerit iis, qui cõia piſcibus & auibus volunt excipere. Quãobrem quædam cõia ex diuiſione ſummi generis, quædam ex diſſectione iſta ſumentur: qui hæc ad manum habuerit, cauſas plurimarum rerum cognoſcere & reddere poterit. Omnia nãq; quæ in gñe vniuerſo inſunt, per ipſum genus in ſpecies quoq; tranſeunt. Quãobrem ſciſſipenne animal gallinaceus eſt? quia volucris. *Cauſas plurimarum rerum reddere poterit, qui rõnem*

cris. Quamobrem caret pulmone glanis? quia piſcis. Quòd ſi genus non habet nomen, tñ̃ effectio aliqua deprendi poteſt, quæ compluribus ex natura ſit cõis, vt cornigerum eſſe, ex hac quæ ſequũtur adiunctaq́; ſunt ſpectanda. Primum eſt omaſum habere, (eſt autẽ omaſum boum, & ruminantium venter) alterum ex primoribus maxillæ ſuperioribus dentibus carere. Hæc ex anatome colliguntur. Rurſum quibus contingit cornuta eſſe, ceruis, bubus, caperis. iis illa ineſſe neceſſe eſt, quæ ex hoc ꝙ cornua habentur, ſequi ſolent. Illud ergo fuerit medium. Si quæratur, quamobrem bos omaſum habet? quia cornigerum animal eſt, quamobrem ceruo vita longa? quia vacat felle: Sed & hoc medium ex diſſectione ſumptum eſt, ꝙ vero ex medio cõſequitur, accidit medio. Accidit & iis quorum communis affectio eſt. Medium igitur modo per conſectionem, modo per diuiſionem accipitur. Sunt & quæ proportione ſola communia ſint, vt ſpina, os, ſepium. (Eſt autem ſepium quiddam inſitum ſepiis validiuſculum, latiuſculumq́;, fungoſum ac friabile, inter ſpinam, & os naturam mediam referens.) Hæc ſeligere oportet, vt quæſtionibus in hoc genere propoſitis reſpondere in promptu cuique ſit.

Quæ ſint eadem quæſtiones. Cap. XXVIII.

QVæſtiones autem eædem dicuntur, quæ idem medium continent, & quibus eadem ratio ſatisfacit. Quamobrem lapis magnes trahit? Quámobrem electrum? quamobrem cucurbicula medicinalis? Horum omnium, vt Platoni placet, cauſa eſt reciprocatio: (ſic. n. antiperiſtaſim voco) Idem medium vel ſpecie intelligi volo, vel genere. Specie idem in exẽplo ſuperiore eſt. Nam tria illa mira reciprocationi aeris tribuũt. Genere hoc modo: Quamobrem Echo redditur? quamobrem aſpicientes in ſpeculum formá ſuam agnoſcunt? quamobrem arcus cœleſtis fit? Omnia hæc per refractionem & diſſultationem contingunt. Aeris, echo: obtuitus, repræſentatio radiorum arcus. Quæſtiones igitur inter ſe eodẽ, quo & media, diſcrimine differrẽt, Ita aliquę ſpecie, aliquę gñe cõſentient.

NOGARO. Reciprocatio antiperiſtaſis de duplici antipiſtaſi, vide i annotatiõib' meis i Platonicas Plutarchi Chęro. qõnes.

Quæſtiones quaſdam ſub quibuſdam quæſtionibus contineri. Cap. XXIX.

EST & modus alius, quo inter ſe quæſtiones multæ conueniunt, vt quum cauſa vnius quæſtionis ab alterius pendet, & continetur ſub illa. verbi gratia. Quamobrem Nilus torrentior ab Idibus videtur? quia menſis quo modo exit hyemantior eſt. Atq; hæc vna eſt quæſtio, quamobrem hyemantior eſt menſis, quomodo exit? quia luna tum decreſcit, & collucere deſinit. Hæ duæ quæſtiones diluuntur cauſa vna fere, id eſt coitu ſolis. Sed intereſt, ꝙ coitus proxima ratio eſt, ꝙ luna interluniis collucere deſinat. Remota, ꝙ mẽſis vergens hyemantior ſit. Remotiſsima, ꝙ mẽſe promoto fluuius concitatis & properantibus aquis vehatur.

Demonſtrationis ex reciprocis conſtare. Cap. XXX.

AD hæc ambigat quiſpiam de cauſa, & eo cuius eſt cauſa. Cauſam, ipſum medium voco: id cuius eſt cauſa, concluſionem. Quemadmodum medio allato ponitur concluſio, ſic ſiquid in contrariũ commet concluſione poſita. vti medium afferatur. Periculoſum id videri, ne omnis demonſtratio redux & reciproca euadat. Deficit luna, quia ĩterponitur terra. Interponitur terra, quia deficit luna. Sed quemadmodum ſubabſurda res eſt, demonſtrationem conſtituere ex retortis, atq; iis quæ inuicem probentur: ita demonſtratio putanda non eſt, quæ nullo modo aut ex cauſa, aut ex aliquo, quod cogitatione prius ſit, ducatur. Nã lunam deficere, non eſt cauſa ꝙ terra ſe mediam oggerat, ſed poteſt eſſe concluſionis, vtique rei non poteſt. Atque hoc latiſsime patet, quando quidem defectus lunæ in definitione terræ: aut interpoſitionis illius non ponitur. Contra in definitionem defectus terra & interpoſitio eius ingreditur. Quòd ſi non reciprocarentur: ſed concluſio ſemper effectibus mandaretur, medium cauſis neceſſe eſſet plura media, & plures cauſas haberi eiuſdem concluſionis, ꝙ fieri non poteſt. Porro tam effecta q̃ cauſæ in demonſtrationibus vicem vniuerſalium cauſarumq́; obtinent, & tum hæc, tum illa in ſubiecto genere continentur. Quamobrem decidua arboribus folia ſunt? ſiue cauſam afferras amplitudinem foliorum, ſiue inopiam humoris calidi, vterq; ordo ſtabit. Quæ defrondeſcunt earundem folia exilitate caloris humidi contrahi, & quarum folia contrahuntur, eaſdem frondes dimittere. Nullum autem incommodum ſuſcipitur. ſi cauſa talis cum ſua concluſione retorqueri dicatur. Nec. n. eadem ratio vtrinq; reciprocandi eſt, ſed quum ab euentis ad cauſam ſubitur, ſyllogiſmus tantum vocatur: quum è contrario eſt, abſoluta demonſtratio dicitur. Sane media plura, & cauſæ plures eiuſdem rei eſſe, niſi per accidens nõ poſſunt. In quo genere demonſtratio à ſignis, & ex accidenti proficiſcitur. Quamobrem folia deciduntarboribus? quia contrahuntur, & obareſcunt. Vnde ortum incendium eſt? ex reliquis cinerum aut carbonum. Sed dictum ſępe eſt demonſtrationes hac forma diminutas imperfectasq́; eſſe, atq; in iis media, non cauſas rei, ſed complexionis intelligi. Explodenda igitur ab inſtitutione noſtra hæc ſunt, ſed præcipue quæ per accidens cõſtant, vt ex quibus interrogationes ſcitæ afformari non poſsint. Nemo. n. quærit quamobrem arbuſta nigra, aut vitis pulla, aut ſuffulta platanus folia deperdant, ſed ſimpliciter quamobrem arbores nudentur. Huius rei vna eſt omnibus arboribus cauſa, & mertio: Cauſa enim ꝙ folia amittant, definitio eſt, & eſſentia illius caſus, quæ nihil aliud eſt, q̃ contractio humidi: quemadmodum cauſa defectus lunæ nihil aliud eſt, q̃ interuentus terræ.

Ex his verbis dilucide [illegible] medium in demõſtratione eſſe paſsionis definitionem.

Medium ſequi conditionem maioris extremitatis. Cap. XXXI.

IN demonſtrationibus ex ũs terminis, qui in concluſione collocantur, Maior extremitas dicitur, eius cauſa medium eſt: Minor extremitas, cui mediũ cauſa eſt: Medium ipſa iam cauſa. Ratio igitur maioris extremitatis, quæ in concluſione ponitur, medium eſt: quo circa maiori extremitati reſpondere medium oportet, vt ſi homonyma, id eſt cognominis hęc ſit, homonymum & medium ſumatur. ſi ad proportionem ſimilis, id eſt analoga, eodem modo & medium ad proportionem ſimile afferatur.

Quemadmodum reciprocent ſubiectum & affectio. Cap. XXXII.

DE reciprocatione autem cauſæ, & eius cuius eſt cauſa, & ei cui eſt cauſa, ita res habet. Voco id cui eſt cã ſubiectum, arborem, vitem ficum. Id cuius eſt cauſa, affectionem, defrondeſcere. Cauſam, humorem contrahi, aut quiduis aliud. Dictum eſt ſupra,

cauſam

cauſam & id cuius eſt cã inuicem commutari, ſi eiuſmodi ſint, vt definiti in cauſa ſit, id quod definitur effectum. Nunc quemadmodum reciprocet cum ſubiecto breuiter explicandum videtur. Si ex genere ſubiecto ſingulare aliquod & ſenſile adhibueris, locum reciprocatio non habebit: vt ſi quæſieris, quamobrem ficus, aut morus ſolia dimittant. Nam dimittere folia & humorem, inopia caloris conſiſtere, affectiones ſunt amplius tuſæ, q̃ vt cõmeare poſsint cum ficu. Sin vero arbores in commune attuleris, quibus folia decidunt, tũ reciprocatio & coæquatio ſeria & incolumis fuerit. Oportet igitur id ſciri, quod omnibus arboribus quæ amittunt folia, ineſt communiter, vt ex eo id ſumamus quod ſubiectum huius affectionis ſit, de quo nectenda ſit quæſtio quamobrem. Huic.n. primo cauſa inerit medium, & quod plus eſt, inuicem commeabunt. Obſeruatũ eſt nõ cadere arboribus folia, niſi quibus illa ſint lata, cũ hoc & cauſa ipſa & id cuius cã eſt, reciprocat.

Eiuſdem effecti plura eſſe media, ſed non prima omnia. *Cap.* Xxxiii.

SVnt autem ĩ queſtionibus iis termini quatuor, decidere ſolia, ſuccum concreſcere, latifolium eſſe, ficus. Duo ſunt extremi, duo ſunt medij, ſed vnus ſubiecto propior & ſubiecto communior, alter prædicato affinior, cum quo & reciprocat. In iis igitur, quorum media plura ſunt, vtrum eorum cauſam dixeris, quod de ſubiecto prædicẽtur affectio, nimirum id quod iunctius ſubiecto eſt, quia per hoc ineſt & remotius. verbi gratia: ficum eſſe latifolium, potius cauſa eſt, q̃ ei folia decidãt, qm̃ per hanc habetur alia cauſa in fieri, quæ eſt ſuccum conſiſtere, inareſcereq;. Dicat aliquis clariſsime videri plura eſſe in quibuſdam eiuſdem rei media. Nam in commune cauſa deliquij & interuentus Lunæ in Sole, & interuentus terræ in Luna. Certe plures finitiones eiuſdem rei aſſerri non poſſunt, nominis poſſunt.

De habitu principiorum, & quemadmodum cognitio vniuerſalium in homine pariatur. *Cap.* Xxxiiii.

DE demonſtratione dictum eſt vt conſtet, dictum etiam de ſcientia demonſtrandi, cuius opus demonſtratio eſt. Nũc de principiis eius, quemadmodum cognitio eorũ ingeneretur in nobis, & qui habitus ſit, quo illa innoſcãtur diſſeremus. Sed antequam deſcendimus, purganda quædam & amolienda, quæ videntur obſtare. Neceſſe eſt prima principia aut cognoſci à nobis dicere, aut non cognoſci: ſi cognoſcimus, aut demonſtratione, aut alia via cognoſcimus. Item aut ſcientia, aut virtute omnino aliqua: plerſq;.n. ſciri per demonſtrationem non poſſunt, quæ nihilominus ſciũtur vt finitiones. Sciri certe principia demonſtrationis, neceſſe eſt eum qui ſcire vult. q̃ de principiis oriuntur, idque ſupra etiam probauimus. Nec illud prætermiſimus principia demõſtrandi, demõſtratione oſten-
Cap. 6. lib. 1. di non poſſe. Videamus nunc, ſiquid horum quæ prima immediataq; ſunt. ſcientia ſaltem aliqua, aut potentia ſit. Sed à quæſtione illa initium capiamus, principia hæc iam inde abortu noſtro inſignita impræſſaq; animo ſint quidem, ſed lateant. An vero tum demum quum adulti iam ſumus percipi à nobis, cognoſciq; ſoleant? Et Hercules inſita illa in nobis aliquando eſſe, nec intelligi, non poteſt defendi: quia quemadmodum demonſtrationem tenere nemo poteſt, ſi tenere ſe ignoret, ita nec ſcire principia qui ſcire ſe neſciat, tãto præſertim exquiſitione horum noticia q̃ demonſtrationis. Altera adeo pars, quæ vult principiorũ noticiam, progredientibus & confirmatis ætatibus ali, diſſentanea à nobis eſt, qui ſtatuimus omnẽ doctrinam diſciplinãq; ex præſumptis quibuſdam & ante perceptis exiſtere. Nihil.n. principio ſuperius priusúe eſt. Hæc ſunt quæ controuerſiam pariunt. nec diſſolui poſſunt niſi vis animæ aliqua inueniatur, quæ prima inter cæteras cognoſcat, & à qua principiorum intelligentia originem habeat. Ac videtur quidẽ hæc omnibus animalibus data, quippe quibus innexa ſit diſcernendi quædã iudicandiq; ratio. Sed quamuis omne animal inſtructum ſenſibus ſit, non tamen iudicio æque valet omne. Sunt.n. ex iis alia, quæ abiuncto ſenſibili ſpectrum eius diutius ſeruant. alia quæ non ſeruant. Eorum quæ non ſeruant, quædam omnino non ſeruant, vt muſcæ, vermiculi, culices: quædam exiliter, vt brutorum & auicularum nonnullę quę cãtibus, quos audiunt, inſueſcunt. Ea in quorum animis res ſenſibus perceptæ non manſitant, nihil ſine ſenſu cognoſcũt. At quibus digreſsio ſenſibili imago eius inſculpitur, (vt ſi Socrate abeunte, formã eius detineant animo) poteſt iis alia cognitio, q̃ quæ per ſenſum accipitur, contingere: atque hæc in animalibus imperfectis. Memoria dicit̃, cuius id officium modo eſt, vt ſimulachrũ rei eius, quę accepta ſenſibus eſt, in theſauro ſuo diu cuſtodiat. Quædam præter hoc & connectere, quæ in memoria condiderint, poſſunt, & ſimilia ſimilibus conferre. Quòd genus rationalia perfectaq; ſunt. De ſenſu itaque proficiſcitur memoria, vt dictum eſt, de memoria oritur peritia & experientia. vtique ſi de aliqua re ſæpius agitatum cogitatumq́ue ſit. Nã memoriæ (vt ita loquar) multæ vna exit experientia. Hoc .n. quod ſel diſcutit, primum ſenſu percipio veratrum eſſe, deinde & recordor, iterum ſentio, & iterum vſum eius agnoſco, & iterum memini. Simul hoc periculum ſæpius ſecero, tum ex pluribus ſenſionibus memoria vna coaleſcit, & ex memoriis multis peritia hæc cõſurgit, vt ſciam veratrũ bilem trahere. Hæc peritia in dies accreſcit, & ſenſu & experimenti memoria confirmatur, tandemq; enunciatum vniuerſale reponitur, idq; in anima obmanet: Tale omne veratrum purgat.

Vniuerſale à ſenſu ortum habere, et ab intellectu formari. *Cap.* Xxxv.

VNiuerſale[a] autem notio eſt quædam in ſingularibus reperta, & ad plures differentias pertinens. Hæc initium artis & ſcientiæ oĩs eſt.[b] artis, ſi circa ea ſit, quæ oriunt̃ & occidunt: ſcientiæ, ſi circa his contraria. Neq; igitur iam inde ab initio vitæ principia ſciuimus, aliquin perfecti abſolutiq; naſceremur. Neque item ab alia potentia priore p̃ſtantioreúe oriuntur hæc, alioquin confitendum haberemus aliquid prænoſci ante principia, ſed à ſenſu & memoria congregantur. Nam quemadmodum inclinato exerciti fuſoq; ſi vnus aliqs reſiſtere incipiat, ſæpe fit vt alius primum, deinde alius atq; alius connolet: demum globo facto, & fauore multorum addito animo, tota acies iterat pugnam, & redintegrat prælium. Ita de ſimulachris dicendum, & reliquis inhærentibus earum rerum quæ ſenſu hauriuntur, primo veſtigio ſecundum allinitur, ſecundo tertium nectitur, ab iis alia cõfluunt corroganturq; de quibus poſtremo vtilis quædam notio conualeſcit. Hæc.n. animæ acrimonia eſt, vt etiam ſi genera, quæ accidunt ſenſibus continenter laberentur, & fluerent

fluerent, tamen ſimilitudines eorum excipere & memoria continere poſsit, & quod in ſingularibus commune vniuerſaleq; eſt, depræhendere notareque. Nam & ſenſus hoc percipit. Quoties enim Socratem quis agnoſcit ſenſu vna & hominem agnoſcit in Socrate. Et qui hoc rubens, hoc candium videt, ſimul & rubens & candidum videt: Nec quiſquam eſt qui Calliam & hominem, vt eandem omnino rem ſentiat. Alioquin ſicut non eſt niſi vnus Callias, ita videre non poſſe alium hominem niſi Calliam. Sed quum Socratem videt, videt in Socrate id, quod in aliis quoque hominibus ſimile communeq; ineſt. Quare ad quendam modum vniuerſale ſenſu percipitur, non tamen ſeorſum à ſingulari, ſed obiter ſubindeq; Alia quippe vis eſt, qua ſenſu circa ſua incidentia ſubiectaq; occupato, ipſa vnum ex multis rimatur, indifferens ex differentibus, idem ex diuerſis, promiſcuum ex impromiſcuis colligat, hominē ex Ariſtone & Callia, animal ex homine & leone, ſubſtantiam ex animali & planta. Durat enim aſcenſus hic vſque eo, dum multa in aliquid, quod vnum omnino ſimplexq; ſit, reducamus referamusq;, & tanquam religemus.

a Sic ait ipſe græce: καὶ ἔστι τὸ καθόλου τὸ ὅμοιον καὶ ταὐτὸν ἐν τῷ καθ' ἕκαστον καὶ τὸ ἐν τοῖς πολλοῖς: hoc eſt, vniuerſale autem eſt id quod ſimile atque idem in ſingularibus & multis eſt.[b] Græcè aliter Them. loquitur, ſic.n ait Artis, ſi circa ea ſit quæ ab ipſa fiunt: ſciẽtiæ, ſi circa ea q̃ à natura.

Quemadmodum vniuerſale per inductionem accipi intelligendum ſit. *Cap.* Xxxvs.

QVamobrem modus quo vniuerſale conſtituitur cognoſciturq; inductio eſt. Inductionem accipio ac parte aggreſsionem illam rationẽq; per quam ex notitia particularium vtcunque ad intelligẽtiam vniuerſalis venitur. Huius rõnis aſſumptiones ipſi erunt ſenſus nã ſenſus quoq; principia & cãæ ſunt, vt ſingularia noſcitentur. Vr̃e mentis opus eſt, & ab ea eſfingitur. Huic enim proprium vnire & cogere eſt, atque (vt inquit Plato) infinibilia fini obſtringere. Diuidit illa componitq;, pluribus modis conuariat atque commutat, omnino agilis & permobilis natura eius deprehenditur, Porro inductionis huius in qua ſenſus vicem obtinet ſumptorum, vniuerſale concluſionis, non ſtatim à ſumptis concluſio ſequitur. nec paruo tẽpore abſoluitur, ſed inter ſumpta & complexionem aliquãta vis incidit temporis. Nam ſumpta illico affomare incipit ſenſus, ſed quum proceſsit ad modum, ac diu exercitus eſt, tum ea vis animi quæ intellectus nominatur concluſionem ipſam ſubiungit. In hoc autem opus eſt ætate longa, & ad cognitione multa: quia quod effuſum ſparſumq; eſt, niſi ſpacio temporis cogi, & in vnũ conferri non poteſt.

Principia in nobis non natura eſſe inſita, ſed creari ab intellectu. *Cap.* Xxxvſs.

SEd adeo paulatim ſenſimq; aſſuitur inductio hæc, vt continuatione ipſa lateat, vnde orta perfectaq; ſit. Quapropter contingit multos credere naturam homini notitias quaſdam ingenuiſſe ſine doctrina, nec intellectũ eſſe, qui de ſe illas promeret excitaretq; quod ſalſum eſt, Quàm vero hæc ſola vis animæ ſit, quæ vniuerſales & immediatas propoſitiones cõmuniat, hinc docebimur. Habituum qui ad intelligentiã pertinent, alij ſemper veri alij non ſemper ſunt. Non ſemper veri opinio & ratiocinatio: vterque.n. earum rerum eſt, quę aliter eſſe poſſunt ac ſunt. Sed opinio fere ſpectatiui generis eſt, ratiocinatio adminiſtratiui. Veri ſemper ſunt, ſcientia & intellectus, & ſcientia principiorum non eſt. Nam ſcientia eſt noticia per demõſtrationem quæſita. Relinquitur intellectum eſſe cui principia debeantur. Nam principia exactius & exquiſitius cognoſci, q̃ quę à principiis ſunt, oportet. Solus intellectus exquiſitior omni ſcientia eſt. Intellectus igitur hic, qui principia ſcientiis miniſtrat, quem primum natura indidit homini, & qui intellectus potentiæ dicitur, ex ſimplicibus ſit oportet. Hic ceu animæ oculus eſt. Hic initio vitæ iudicio & ratione omni caret. Per hunc homo ſtatim ab ortu ſuo rationale animal natura exiſtit. Hic nobiſcum ab ineunte ætate ad obeuntem ſenectam augetur, prouehiturq;. Primum notionas ſimplices capit, quas terminos vocamus & incompoſitas voces, quæ prima orationis tanquam elementa ſunt. Nam hominem, terram, algidum, candidum, ſtatim à pueris efferre, & audita ab aliis incõplexu intelligere poſſumus. Deinde quum paulum proceſsimus, tum & progrediens cõfirmatur animus, & ſimplicia incipit nectere, & quid ſit homo agnoſcere. Adhuc proficiſcente longius ætate, quaſi adultior ſit, vt iam & conflare vniuerſalia & commentari à ſe poſsit. Nec ceſſat profectus, quouſque ad explerionem quandam & abſolutionem naturæ perueniat, & habitum intellectualem. per quẽ rationale animal ſumus, attollat. Ac certe accidit ſimile quiddam animo, quod corpori. nam paruuli primo ſic iacent, vt neq; flectere ſe, neque ingredi valeãt. Deinde vt quadrupedes reptant. tum erigunt ſe & incedunt vt bipedes, nec indigent comite, qui manum det. Adeo vero promouent hoc proceſſu, vt iam & ad curſum vegeti, & ad omnes vſus corporis firmi robuſtiq; ſint. Eodem modo animus primum nominare tantum res poteſt, & intelligere quæ nominat. tũ componere & meditari. Poſtremo vniuerſalia quędã iudicia & notationes ſcrutatur, quas protinus quam elicuit, in ſeipſo deponit, atque conſignat.

Intellectus potentia eſt ſeu animæ oculus.

Intellectum eſſe habitum principiorum, quemadmodum ſcientia habitus eſt ſcitorum.

Cap. Xxxviii,

INtellectus igitur principiorum ſcientiæ eſt. Principio vtiq; principiorum notitia tribuenda ſubiiciendaq; eſt, quemadmodum ſcientiæ omnia, quæ ſciri per demonſtrationem poſſunt. Ita enim principium ad principium ſe habet, ſicut ſcientia tota ad totum id, quod ſubiectum ſcientiæ eſt.

Themiſtii in libros Poſteriorum Paraphraſeos. *Finis.*

HERMOLAI BARBARI
PATRICII VENETI
ZACHARIÆ FILII,

IN PARAPHRASIN PHYSICES THEMISTII,
Praefatio ad Antonium Galatheum.

PHILOXENVM *Eryxidis & Gnatonem Siculum gulæ proceres, immo uero extremos ac perditos gulones cupediuoráq; infamant literæ, quòd conuiuiis adhibiti emungere ſe in pultariis ſoliti eſſent, ut abſtinentibus cæteris, ſoli epulis ampliter fruerentur. Idem mihi uidentur peccare, qui ſtudia liberalium artium docere, aut ſcribere ingreſſi, uocabulis ſordidis & ex intima plebei ſermonis fæce acceptis, fœdant & contaminant omnia, ut bonis mentibus & præclaris ingeniis, aut auerſis, aut perterrefactis, ſoli rerum potiantur, uoluptenturq; citra æmulum. Ita fit, ut qui paulo modo humanius educati inſtitutiq; ſunt, non reformident hæc adeo, ſed fugiant, oderint, deſpuant. Contra rudiſſimus quiſque infantiſſimusq; admoliri manus iis audeat. Quod non contingeret, niſi quòd (ut in prouerbio eſt) balbi balbos intelligunt. Ac ſunt quidem nonnulli tam male affecti animatiq;, ut putent quæ in philoſophia matheſi iuris ſcientia tractantur, Latine dici aut explicari non poſſe, non tam propter egeſtatem linguæ, & rerum nouitatem, (ut Lucretio uidetur) quàm quòd ſentiunt humanas literas quaſi negocium faceſſere, & impedimento eſſe maioribus doctrinis. In quo alij etiam importunius ſtolidiusq; affirmant, pugnantia eſſe hæc non alio genere, quàm ea, quæ deſperata & contraria animantibus dicuntur. Proinde uitio uertunt, ſi quis utrunque aut iunctim condiſcat, aut ab eloquentiæ ſtudiis ſe ad Philoſophiam conuertat. Hi ſunt qui plauſus modo in celebritatibus captant, qui per urbes uehuntur conſpicui, qui unicos ſe Ariſtotelis lectores narratoresq; & credunt & prædicant. Durius fortaſſe uerbum, quàm ut uel homo minime iurgioſus immodeſtusq; afferat, uel ut abeſſe ab eo inuidia poſſit, ſed (forte fortuna) dicendum eſt, nihil æquè pernicioſum in omni repubĺ. eſt, quam iſta perſuaſio, nihil tota uita incommodius, indignius, fœdius, quàm peruerſio hæc & deprauatio ſtudiorum. Adducerem hoc neceſſariis rebus & teſtibus, ſed nolo eſſe longior in re non dubia. Illud non poſſunt tacere hoc quod uulgo creditur, philoſophos non eſſe rebus gerendis aptos gnauosq; non aliunde habuiſſe ortum, quàm quòd ex his plurimi, dum ſe totos ponunt in una illa, cui addicti ſunt arte, aſpernantur & deſerunt cætera. Eloquentiam abdicant, id eſt cultum & elegantiam uitæ: hiſtoriam negligunt, id eſt magiſtram & ducem bene ac beate uiuendi, de qua & uſus rerum omnium prouenit, & peruia tota reipublicæ adminiſtrandæ conſtituendæq; paritur. Hi cum legati ad externos mittuntur, cum prætores iuridicundo ſedent: cum in ſenatu ſententiam rogantur, mirum non eſt, ſi aliquando præſentibus riſum excutiunt: ſi fatua, ſi delira, ſi extrema deblaterant, ſi tota eorum non plus incompta quàm imprudens oratio eſt. Et Hercules nullum hominum genus uiſitur tam abhorrens à ſenſu communi, tam diſtorto & corrupto iudicio, quàm qui aut philoſophiam, aut ius ciuile ſine literis cultioribus adierunt. Sed mittamus (obſecro) hos qui non uerbis, ſed ferula commonendi eſſent: niſi quod ſenex eſt pſitacus negligit ferulam. Prius tamen quàm hinc decedo, de genere hoc, ita ſtatuo. Quemadmodum luſciloſi exquiſitius cernunt ueſperi quàm interdiu: ita ij facilius præpoſtera & confuſa, quàm recta & explanata percipiunt. Et quemadmodum qui miſere degunt, (ut inquit Plato) dicunt humanum genus felix ac beatum eſſe non poſſe: ita qui diuerſum à Muſis ingenium obtinent, negant habitare eas poſſe in quibus ipſi artibus uerſentur. Cæterum hortor te, mi Galathea, ut adoleſcentibus iſtis ueſtris nouitios philoſophos cum ueteribus conferas, penſitesque ut quantum interſit, intelligant. Incumbe omni ſtudio, labore, dexteritate, prudentia, ut opinionem illam, de qua ſuperius dixi, quæ fere in hominum mentibus obduruit, aut diſcutias aut mollias. Ita enim & illos priuatim & literatos omnes in commune promeritus fueris. Multum te in hoc iuuabit Pontanus noſter, cuius tanta eſt uel doctrina, uel authoritas, uel utrunque, ut ſperare ſit enim, ſi uires intenderit, talem huic malo futurum, qualis aut Sphingi Oedipus, aut Hydræ Hercules fuit. Quòd ſi quos nactus fueris egregie pertinaces, (ſunt enim & in uolucrum & in terreſtrium genere animalia, quæ fœtidis gaudent) ad hos tu ceu aut præpoſtera ortos luſtratos, & intemperijs actos, ac plane depoſitos deploratosq;, ne manum quidem admoueas. Nunc reſtat, ut de me ipſo tibi aliqua dicam. Mirari te nolim ſi infinitos errores, quos iſti partim imperitia linguæ, partim Ariſtotelicæ diſciplinæ inſcitia prælegunt & defendunt in ſcholis, non coarguo. Nec enim hanc prouinciam ſuſcepimus ſcribendi res phyſicas, ut cum illis tanquam in palæſtra (ut dicitur) certaremus de laude & gloria, (quippe quos uincere nullum negocium ſit) ſed ut uel nobis ipſis commentaremur hæc ſi nullos habituri ſectatores eſſemus, uel ſi quibus idem qui nobis ſtomachus eſſet, ijs ad bonas literas aliquid operculæ adderemus. Nec enim ſpiritus magis magnos in hoc quàm utiles (ut ille inquit) afferimus. Nec de nobis quoquam magnopere ardunm pollicemur, ſed quædam tamen inueniſſe non negamus, quæ aggredientes ad hæc tantiſper morari non inuenta potuerint. Illud tempus eſt, in calce uti dicamus, nos tibi interpretationem in Paraphraſin Phyſices pro noſtra ueteri ac ſtabili neceſſitudine uolentes dicaſſe. Alioquin dicaturam hanc ſtipulatus à nobis es, cum eſſemus iſtic. Oppigneratam tibi fidem reluimus, quanquam præſcriptione uti poteramus, & fori & decennij. Sed beneficio harum legum renunciant philoſophi, quibus in fraude ponitur uel furioſo abiurare gladium.* Vale.

VENETIIS, M. CCCC. LXXX.

THEMISTII PHYSICES LIBER PRIMVS.

Interprete Hermolao Barbaro.

LIBRORVM [a] Ariſtote. de auſcultatione Phyſica facile eſt aſſequi intẽtionem, ſi prius eius partis philoſophiæ diuiſio, quę de natura eſt, ad memoriam renocata, in medium proferatur. Fortaſſe vero operæprecium facturi ſimus, ſi vniuerſa philoſophiæ diſtinctio, quæ ab Ariſto. eſt inſtituta, à nobis hoc loco breuiter expoſita explicataq́; fuerit. Eſt. n. vt corporis medicina, ita animæ philoſophia perfectio. Porro animæ vna pars irrationalis, altera rationalis eſt. Rurſum eius partis q̃ rationalis eſt, vna eſt portio irrationalitati obſeruiens, quę intellectus poteſtatis vocatur. Altera [b] portio eſt ſeparata prorſus atque ſeiuncta, quæ dicitur intellectus agens. Præterea duplex totius animæ vis habetur, appetendi vna, altera cognoſcendi. Plane id genus quod perficit appetitum, quod totom in irrationalitate & intellectu affectibus irrationalibus delegato poſitum conſtitutumq́; eſt, Peripatetici actiuum adminiſtratinumq́;, & circa negocium actioneſq́; conſumatum nominauere, finemq́; eius particulæ ſtatuerunt, boni delectum atque indeptionem. Alterũ vero genus quod in conſpectione duntaxat & æſtimatione rerum ſola conſiſtit, cuiuſq́; finis eſt veritas, generali vocabulo ſpectatiuum contemplatiuumq́; appellari voluere. Iterum genus hoc poſterius ſecatur in ſpecies: nam ea ſpeculatio, quæ circa res à materia nõ ſeparatas verſatur, quæque auxilio ſenſus & viſionũ ope ipſum poteſtatis intellectum perficit, Naturalis ſcientia nuncupatur ea ratione, ꝙ & circa eas res & in iis conſiſtere natura videatur. Eam autem contemplationem, quæ circa res materia omnino carentes. & pluriſsimam intellectus agentis actionem, necnon circa illum actum intellectus poteſtatis verſatur, quæ vna cum intellectu agente conficitur, diuinarum rerum Scientiam, & Primam Philoſophiam, & Metaphyſicam vocant, quia ſcilicet poſt naturalium rerum traditionem inſtituta illa & ordinata eſſe videatur. Cæterũ ea cognitio cui ſubiectæ ſunt res, partim coniunctæ materiæ partim abſtractæ, Mathematica & ſcientia de anima nũcupatur. Etenim mathematicarum rerum ſubſtantiam affinitate quadam, & interſtitio vtriuſque naturæ ancipitem eſſe, atq́; intermediam autumant, eo ꝙ ſi vniuerſalitatem atque in commune ſpectes, materiæ ſint expertes ſi dimenſum ipſum diſcretionemq́; particularẽ ac ſenſilem à materia diſiungi, atq́; auelli non poſsint. Idem [c] de anima dicitur: Ex ſenſibus nanque & imaginationibus, atq́; illo ipſo intellectu potentiæ, multum ineſſe materiæ colligunt, ex agente vero intellectu, quem caput eſſe animi Ariſto. oſtendit, aiunt eſſe animam ab omni materia prorſus abiunctam: quamuis non idem Alexandro videatur. Verum alias philoſophiæ partes diligentius ſuis locis exequemur, nunc de naturali duntaxat eſt agendum.

Naturalis ſcientia diuiſio.

SCIENTIAE naturalis pars vna circa principia rerũ naturaliũ, quatenus naturales ſunt atque corporeæ, (quod prorſus idem eſt) & circa ea quæ neceſſario conſequentia ſunt & cõnexa principiis, Altera pars circa ea verſatur, quæ ex principiis oriuntur. Ex his quæ de principiis oriuntur, quædam ſimplicia habentur, quędam compoſita. De ſimplicibus ea pertractat ſcientia, quæ de cœlo eſt ab Ariſtote. inſtituta. Nam prioribus duobus voluminibus de quinta ſubſtantia eius, quod propriæ cœlum eſt, diſputatur, inſuperq́; perennitas etiam illius oſtenditur. In reliquis duobus libris de quatuor elementis agitur, quæ ſub lunæ orbem ſunt: quatenus ſimplicia ſunt, & quatenus motus ſimplices habent. Sic. n. vt arbitror, melius dicitur q̃ Alexan. viſum eſt, qui de perpetuitate & orbiculatione addit etiã de quolibet corpore naturali, ſeu de mũdo vniuerſaliter in iis libris traditam eſſe diſciplinam. Nam de naturalibus rebus, quæ ſunt naturales, in his libris, quos modo exponimus, agi ipſemet Alexan. fatetur. Omne autem compoſitum naturale eſt: de compoſito vero nulla ibi ſit mentio, ſed de ſimplici tantum: quemadmodum & ipſe Ariſto. in tertio operis ſui volumine maniſeſte declarat. De primo inquit, elemento iam dictũ, & quale ſit natura, & q̃ incorruptibile ingenitumq́; reliquum eſt de duobus dicere. Duo autẽ intellexit quatuor elementorum complexiones, quæ duobus generibus motum ſubiiciuntur: vni qui migrat à medio, alteri qui tẽdit ad medium, Simplicia porro nuncupauit elementa. Quum vero compoſita omnia & genita ſint & corrumpantur, ſimplicium autem rerum, quædam ſempiternæ, quædam generationi & internitioni obnoxiæ habeantur, de ſempiternis agitur in prioribus libris, qui de cœlo inſcribuntur, vt ſupra dixi. de genitis & interituris quatenus ſimplicia ſunt, in tertio & quarto. Sed quum de gignendis caducisq́; iam eſſet dicendum, primum duo volumina de generatione & corruptione conſcripſit, quibus naturæ rerum eorum quæ gignuntur, quatenus ſunt gignendæ, & ea quæ communiter conſequuntur quatenus huiuſmodi ſunt pleniſſime continentur & indicantur. Præter hæc alia item de rebus aliis ſcripta idem Ariſto. reliquit. Naturã vtique earum rerum quæ ſupra nos regione proxima generantur, per eos libros, quos Meteorologicos vocamus, abundãter edocuit. De iis vero quę infra nos producuntur inaĩata, ſatisfecit in ea inſtitutione, quę metallorum naturas nobis complectitur. Et qm̃ in tria genera fere animas natura diducitur: Animalia, frutices, & ea quæ quia ex vtroq́; naturam habent, Zoophyta appellantur (ceu inter animalia atque plantas ambigua, & in amborum generum collinitio conſtita) de animalibus veluti per quendam hiſtoriæ modũ exequutus eſt in iis libris, quos de animalium hiſtoriis inſcripſit. Rationes vero atque cauſas in iis libris aperuit, quos de generatione animalium partibus, motibus, ſomno, ſimilibusq́; compoſuit. Eodem pacto de ſtirpibus atque plantis duplici via & ratione diſſeruit. Hæc eſt, vt q̃ breuiſsime dicam, naturalis philoſophiæ diuiſio diſtributioq́; à peripateticis prodita.

Liber de cœlo.

Contra Alex.

Liber de generatione et cor.

Meteororum.

De alalibus.

[a] *Cõtemplatio actionis puriſsime intellectus agẽtis, ac eius quoque intellectus poteſtatis actionis, quæ una cum agente conficitur metaphyſica eſt.* [b] *Non autumat Simpli. ſciẽtiam de anima mathematicam eſſe, ut quidam credunt, ſed mediã inter naturalem & meta. ſicuti & mathema.*

Præſentis

Operis intentio

PRæſentis autem operis ſumma intentio eſt ea docere, quæ vniuerſaliter inſunt in rebus naturalibus, quæ naturales ſunt. Idem eſt autem & corporeas dicere & naturales. Planè principia ſunt omnibus communia, quæque annexa principiis. Principia ſunt ea, quæ philoſophi cauſas, & concauſas vocant. Cauſæ apud Ariſto. ſunt, efficientes & fines: Concauſæ, forma & materia, & poſtremo elementa. Verum Plato addidit cauſis exemplarem, concauſis officialem, ſiue inſtrumentariam. Quàm vero inſtitutio hæc de iis rebus ſit, quæ inſunt naturalibus vniuerſaliter rebus, ſtatim exorſus Ariſto. oſtendit. Neceſſarium, ait, eſt naturæ ſtudioſis imprimis, ea vt videat: atque diſcutiat, quæ ad principia pertinent. Idem declarat in tertio volumine: Eſt, inquit, maniſeſtum, & ob hæc, & quia omnibus videntur, hæc eſſe communia vniuerſaliter, iſta eſſe conſideranda ab iis, qui debent ſingula & particularia perſequi. Eſt.n. poſterior rerum particularium ſpeculatus eo qui vniuerſalium eſt atq; communium. Quoniam vero natura quodam pacto efficiens proximum eſt, naturalium rerum & principium motus, (vnde fit vt quęlibet res naturalis in ſeipſa ſui motus principium habere dicatur) neceſſarius oĩno tractatus erit de motu ei qui naturalem ſcientiam volet ediſcere. Rurſum cum tempus metiatur omnia quæ mouentur, quæ autem mouentur in loco eſſe ſit neceſſarium, & temporis, & loci naturæ videntur eſſe explicandæ. Item quum corpus, tẽpus, locus, motus continua ſint, neceſſe eſt edocere quid ſit continuum. Atque hæc ſunt ea quæ nos conſequentia diximus, & annexa principiis. Sed inter hæc incidunt quæſtiones, & ea quæ de inani eſt, & ea quæ de infinito. De infinito ea ratione, ꝙ quum & naturalia corpora, & motus, & locus, & tempus continua ſint, & dimenſum habentia, neceſſe eſt eſſe ſectilia in infinitũ. Item vel infinita eſſe, vel finita, vel partim finita, partim infinita. Quoniam vero nonnulli ſunt arbitrati locum eſſe inane quoddam ſpacium, & carentem corpore dimenſionem, iure ſermo is qui eſt de vacuo, ei qui eſt de loco ſuccedit. Quando præſertim Phyſicorum plurimi, & quidem non ignobiles, vacuum inter principia numerauerunt. Phyſicæ igitur diſciplinę omnis functio circa ea eſt, quæ vel communiter in rebus inſunt naturalibus, vel videntur vtique ineſſe, quamuis non inſint.

Inſcriptio.

CAuſa etiam inſcriptionis patet: docet.n. de iis rebus eſſe tractandum, quæ naturalibus communiter inſunt, qua naturalia ſunt. Proinde merito vniuerſale quoddam nomen eſt inditum operi, de phyſico ſcilicet auditu, ſiue de auſcultatione naturali. Cæterum auſcultatio [a] dicitur, ceu ad eum modum elaborato exactoq; opere, vt in auditionẽ perceptionẽq; aliis ſit propoſitum. Adraſtus vero in iis libris, quos de ordine commentationum Ariſtotelicarũ conſcripſit, tradit à nonnullis eſſe de principiis inſcriptum, à quibuſdam de phyſico auditu, aliquos priora quinque volumina de principiis inſcripſiſſe, reliqua tria de motu. Hoc etiam ſenſiſſe videtur Ariſto. quum multis in locis hanc diſtinctionem meminerit.

[a] Cõmentationes omnes, in quibus res altiores ſubtilioresq; agitabantur, auſcultatorias ſolitus eſt appellare Ariſto. de qua re in fine procemij huius. Vtilitas. Omnibus artibus mechanicis, naturalis ſcientia principia ſubminiſtrat.

CAeterum naturalium rerum ſcientia, non ſolum ad eas res vtilis eſt, quæ in vita tractantur, vt poto & quæ & medicinæ principia prębeat, & mechanicis cæteriſq; huiuſmodi artibus ſubminiſtret. Quæ habet.n. & naturam ſubiectæ, materiæ, & naturales differentias ſpeculatur. Item non ſolum perficit ea cognitio partim illam animæ nobis aſſociatam atque complicitam, eo modo quo theologia partem intelligibilem ſupremam, ſed etiam reliquis viribus & poteſtatibus animæ plurimum affert & vtilitatis & ornamenti. Videtur.n. ad virtutes actiuas adipiſcendas ſcientia naturalis maximum habere momentum. Primum ad iuſtitiam, quandoquidem elementa & reliquas partes orbis vniuerſi, & ſibi inuicẽ cedere, & ſuũ amare quæque ordinem, æquabilitatemq; ſeruare, Geometricam plane perſpicimus: vnde ab auaritia & poſsidendi libidine nos faciet abhorrentes. Ad continentiam deinde temperantiamq; proficiet, quum doceat eam eſſe naturam voluptatis, vt non ſit antecedens vllũ, aut per ſe ac ſuapte natura bonum, ſed poſterius quiddã & ſubſequẽs, dum id quod vehementer mouere, & magnopere expetendum videtur, multa etiamnum turpitudine præter naturam & commixtum & coinquinatũ appareat. Huiuſmodi itaque ſtudium philoſophiæ facile nos à corporis voluptatibus deterrebit, atq; ab eorum omnium cupiditate, quæ externa quum ſint, plurimũ admirari & pręcioſa exiſtimare ſolemus. Vnde illud eueniet, vt & iuſti & cõtinentes eſſe poſsimus, & in cõi hominũ conſuetudine atq; cœtu, conſultiſsimi & prudentiſsimi eſſe videamur. Sed è phyſicis & fortitudo ſumet cõtra mortis metum, quum didicerimus hoĩem vix eſſe portiunculam ſenſilem vniuerſi, & viuendi ſpatium vix totius temporis eſſe momentum. Item genitum omne corrũpi, diſſoluiq; in ſimplicia oportere, & partes propriis elementis reddi, atque reſtitui vniuerſitati. Nihil .n. aliud eſt corruptio, q̃ diſſolutio diſsipatioq; compoſiti, per quam (vt dixi) partes in generalitatem.i. naturam ſuam recurrentes reciprocanteſq;, quaſi accepto feruntur vniuerſitati, renouantur ea quæ cõſenuerunt confirmantur ea quæ debilitata fuere atq; proſtrata. Cæterum nũc, ſine paucis poſt annis emori in nulla eſſe ponendum ratione ei, qui temporis numerum atque adeo infinitudinem æſtimarit. Quòd ſi ſeparatam illam animi ſublimitatem ad ea cognoſcẽda traduxeris, quæ à corpore ſunt, corporeiſq; remota, tunc penitus cupiueris vita excedere. Qui vero ita eſt animo conſtituto atq; compoſito, vt mortem contemnat, quid eſſe poteſt tam admirabile, quod illius queat mentem præuertere? Prudentiam quoq;, cum plurimam habeat cum intellectuali animi parte cognitionem, ea maxime iuuabit diſciplina, quæ naturam rerum oſtendit atque edocet. Excelſo item animo eſſe atque magnifico facit ea ſcientia, quæ perſuadet nihil eſſe magnũ aut eximiũ in rebus humanis. Quum vero ita reuocamus mentẽ à ſenſibus, vt nulli cupiditati pturbationiq; pareamus, ſed modicis atque adeo intra deſyderium naturæ contenti, noſtras poſſeſsiones velimus eſſe communes, alienis ſubſtineamus, liberaliſsimi & munificentiſsimi efficimur. Iam vero maximum illud atq; optimum genus vtilitatis, quis nõ perſpiciat? Quòd & ad animi noſtri ſubſtantiam cognoſcendam, & ad ſeparatarum diuinarumq; rerum noticiam capeſſendam, hæc potiſsimum ratio atque via eſſe videatur. Quod & Plato dicit, qui ex naturalium motuum perceptione ad eam ſubſtantiam inueſtigandam perrexit, quæ quũ ſeipſam et moueat, prædita eſt intelligentia & diuinitate. Sed &

Ariſto.

Ariſt.quoq; hoc ipſo opere ex perennitate motus orbicularis, immobilem quandam ſubſtantiam adinuenit, quæ motuū oīum origo eſſet & cauſa. Accedit ad gratiam, q̄ huiuſcemodi ſtudium philoſophiæ, noſtrā erga Deum obſeruātiam pietatemq; multum adauget, & tāquam concalefacit. Nam cognitis iis perfectè q̄ fecit Deus in admirationem commendationemq; ſui, omnium animos atque ora conuertit. Hanc autem admirationē propenſa charitas, fides, ac ſpes certiſsime conſequuntur. Propter hæc maxime phyſiologiæ dāda eſt opera vel impenſiſsima. Quòd ſi vtilis eſt ea ſcientia, certe vtiliſsimum erit hoc opus, quo totius phyſiologię principia continentur, ſine quibus naturalem diſciplinam complecti non eſt, quemadmodum ex initio ſtatim Ariſt. docet. Tunc, inquit, intelligere vnumquodq; arbitramur, quum cauſas cognoſcimus primas, & prima principia vſque ad elementa.

Ordo.

SI quid autem & de ordine huius operis eſt dicendū, ex verbis Ariſt. quæ nos ſupra recitauimus, manifeſtum erit primos hos libros haberi in naturali ſcīa, vtpote quibus principia naturalia contineantur. Nam poſt morales ſcientias quæ ad vitæ noſtræ inſtitutionem p̄tinent, & poſt rōnales quę nobis tradunt regulas diſcutiēdæ diiudicādæq; veritatis, capeſſenda erit rerum naturalium diſciplina. Quòd aūt Ariſtotelicum opus hoc ſit, ſuperuacaneum eſt inueſtigare, quum res controuerſa non ſit præſertim quum in his libris, quorum authorem fuiſſe Ariſt. nemini dubium eſt, ipſemet Ariſt. opus hoc liquido videaƭ agnoſcere. Præterea ſtudioſiſsimi eius diſcipuli, & omnes demum Peripatetici Ariſtotelicum opus hoc eſſe meminerunt: quorum nōnulli quoq; reperti ſunt, qui id in capita texerint, & breuiaria indidem compilarint. Quum itaq; bifariam diuidanƭ ij libri, prioribus quinque voluminibus de principiis, deq; iis q̄ principiis ſunt annexa, & iis quæ veniunt in quæſtionem agi Adraſtus putat, in ſexto initiū à motu capi, tribusq; reliquis vniuerſam de motu ſn̄iam ꝓmi, & naturalia eius rei ſpeculamina pleniſsime iudicari. Quare & Ariſt. ipſe hoc diſcerniculo nomēclaturæ, ſolitus eſt priora quinque de principiis vocare, poſteriora de motu. In primo eorum quæ de principiis ſunt, egitur de concauſis, materia, videlicet, atq; forma, & de ea quæ formæ opponitur, priuatione. In ſecundo de cauſa efficiente tractatur, quam eſſe naturam dicit, & ſimiliter de ipſo fine. Et quia ſunt aliæ quoq; cāæ, quæ per accidens cauſæ efficientes videntur eſſe, eodē lib. 2. de huiuſmodi genere cauſarum egit, quales ſunt caſus & fortuna. Quum autem ſtatueret naturam eſſe principium motus, & earum deinceps rerum omniū, quæ motus alicuius proprietate indicaturq; deſignātur, in tertio docuit quid eſſet motus, & in vniuerſum & ſigillatim ſingula gn̄a. Quum vero continuus ſit naturalis motus, omne autem continuū in infinitum ſit ſciſsile, eodem tertio libro & de infinito, & de continuo diſputatur. Corpora autē naturalia cum loci egeant, & eius in quo ſunt, & eius in quo mouentur, ea ratione de loco diſſeritur in quarto. Ad hęc quum nonnulli putarent locum eſſe vacuū interuallum, atq; inter principia ipſum inane magno plauſu conſenſuq; collocarent, iure eodē libro eas exulcerat quæſtiones, q̄ de inani atq; vacuo ferebantur. Item quum motum oēm metiatur tempus, neceſſarium videbatur de tempore diligenter eſſe accurateq; perquirendum: ita quartus liber finit. In quinto motum qui proprius eſſet, ab aliis mutationibus ſeparauit. Iam quæ oppoſitiones, pugnantiæúe tum motus ad motum, tum quietis ad quietem, quæ motus item viciſsim quietisq; haberentur, poſtremo quis eſſet motus vnus deinceps oſtendit. Hactenus hæc. Ego vero additis paucis conuertar ad expoſitionem.

In quibus diſſenſerit Ariſt. ab aliis philoſophis.

EX iis igitur qui ante Platonem fuere philoſophati, q; ſunt, Thales & Anaximander atq; huiuſmodi oēs, vtpote qui poſt diluuium, & rerum neceſſariarum inſtaurationē, ſtudium philoſophiæ primi in Græcia excitauerint, quū rerum naturalium cās quærerent, perinde ac ab vltimis inchoantes, ſola materialia & elementaria principia cognouerunt, quæ poſtmodū nobis tāquā rerum oīum principia paſsim indiſcreteq; tradiderunt. Xenophanes autem Colophonius, & diſcipulus eius Parmenides, mox & Pythagorici conſumatiſsimam quidem rerū naturalium, atq; earum quoq;, quæ trans naturam ſunt, ſed plenam ænigmatum ambiguitatumq;, nobis philoſophiam reliquerunt. Anaxagoras quoq; Clazomenius efficientem cauſam adinuenit intellectum ac mentem, quāquam in redditione & aſsignatione cauſarum rariſsime vſus eſt ea, quā in Phædone Soc. momordit. Tametſi non erat id magnopere abſurdum: nam & Timæus, & Plato, qui Timæum introduxit, quamuis efficientes cauſas & exemplares, & fines propoſuiſſent, tn̄ corporalium cauſarum probationes nō ex illis, ſed ex planis figurisq;, demum ab ipſa elementorum natura duxerunt. Veruntamen ipſe Plato Pythagoricorum, Eleatarumq; placitis, quę inuoluta ſubobſcuraq; ferebantur, lucem quādam vtiq; intulit, & ea quæ vltra naturam ſunt elegātiſsime cecinit. In naturalibus quoq; rebus, atque genitis elementaria principia diſſeparauit à reliquis, huiuſmodiq; principia primus Plato dicitur appellaſſe elementa, vt Eudemus eſt author. Efficientes item cauſas & exemplares, & finem ita tradidit, vt diſtinctè inter ſeſe eſſe viderentur. Nam materiam ſimul & formā Ariſt. ex iiſdem principiis comperit: is efficientem cām diuinum ſtatuit intellectum: Finem autem illius bonitatem, propter quam vnumquodq; ſenſilę intelligibilis exemplaris ſimilitudinem gerit. Ab iis igitur qui Platonem anteceſſerunt, nō ſolum in eo diſſentit Ariſt. q̄ efficientem cauſam intellexit, verum etiam q̄ materialem enucleatius vidit & prodidit. Nam quum illi homœomerias, hoc eſt ſimilares particulas, vel vnum ex quatuor elementis, vel plura, vel omnia rerum eſſe principia cenſuiſſent, vel inſectilia vſque corpora perueniſſent, Ariſt. & homœomerias, & quatuor elementa diſſoluit, atque ipſam corporalem naturam in formam materiamq; diduxit, quemadmodum & ante Ariſt. Plato, & ante Platonem, Timæus Pythagoricus fecerant, arbitrari proxima principia eſſe quatuor elemēta, & ante elemēta ſuperficies. Principia vero prima elemētaria eſſe formam atq; materiam. A Pla. autem, ſimul & ab iis qui Pla. præceſſere, Ariſtoteles videtur in eo euariaſſe, q̄ quum nonnulli, videlicet, ij qui ante Platonem fuere, de naturalibus rebus perinde, atque de omnibus diſputauiſſent: nonnulli ita egiſſent de naturalibus rebus, quatenus in mundo habentur, & quatenus ſunt partes mundi ita vt in libris de mūdo huiuſcemodi principia quęſiuiſſe tradidiſſeq; videantur, quemadmodum & Plato, quique ante Platonem fuere complures factitaſſe reperiuntur. Ariſto. naturalia omnia quo ſe quæque ordine habeant, edocuit, deq; ipſo corpore naturali quale ſit ſuapte natura, etiam ſi nūquam fuiſſet mundus, dicato ſeorſum ope-

Merc. triſm. ante Platonem

Morales ſcientias rerum naturalium diſciplinam præcedere debent.

Quod opus ſit Ariſtotelicum dubio.

re cõmonſtrauit. Sed & in elemẽtis aliud à materia priuationem eſſe oſtẽdit, quum Plato ante ant materiam, aut ex materia priuationem definiuiſſet. Cæterũ quum cauſam efficientem alij deſeruiſſent, Anaxa. vero atq; Plato (idem eſt autem ac ſi Pythagoricos dicerem) diuinum intellectum efficientem eſſe cauſam voluiſſent, vnus Ariſt. adiunctæ & propinquæ rerum cauſæ laborans, naturam id genus cauſam efficientem expreſsit, quam Plato Inſtrumẽtariam eſſe putauerat, moueriq; ab alio, & mouere ſubinde alia. Verum Ariſt. non ſiſtit in ſola natura, ſed ad immotam quandam & mouẽtem omnia cauſam eſt ſuperuectus, vniuerſaq; quæ mouerentur, in huius operis calce pendere inde, atque niti acutiſsime comprobauit.

Genus philoſophandi Ariſt. GEnus quoq; philoſophãdi Ariſt. differt à cæteris, quatenus obſcuritates & ſcirpos illorũ tranſtulit in perſpicuam quandam & propriam expoſitionem, & vim præterea probationibus & ſyllis adiecit. A Platone autem eo vſque videtur diſſenſiſſe, quod demonſtrationes apertius illuſtriusq; inducit, quàm quod earum principia à ſenſu, & ab euidẽtibus rationibus ſumit. Ab omnibus præterea ſimul in eo diſsidet Ariſt. quod partes omnes philoſophiæ naturalis vſq; ad ſingularia euolutas ac reſolutas reliquit. *Cõmentationũ Ariſ. duæ ſpẽs.* Quum autem ſcriptorum cõmẽtationumq; ſuarum ſpẽs duas haberet, vnam eorum quæ exteriora nominabat, (quales erunt hiſtoricæ & rhetoricæ meditationes, demum omnia ea, quæ minus tum curę ac diligentiæ tum intentionis & ſtudij requirebant) alteram eorum quæ auſcultatoria nũcupabat, in quibus philoſophia remotior ſubtiliorq́; agitabatur, (ex quorum numero habetur hoc opus, cui titulus eſt de Phyſica auditione) in auſcultatorijs data opa voluit oſcurus eſſe, ratus hũc in modũ obiter poſſe rudiora ingenia ab huiuſmodi ſtudio, quaſi reiici deterreriq;, vtpote quibus futurũ ſit perinde ac ſi neq; ſcripta quidem nunquam fuiſſent. *Alex. regis epiſtola ad Ariſt.* Quapropter Alexan. poſt Perſarum euerſionem hæc ad illum ſcripſiſſe fertur: Alex. Ariſto. ſalutem. Non recte feciſti, quod auſcultatorios libros foras inuulgaueris. Nam qua alia re præſtare cæteris amplius poterimus, ſi ea quæ abs te accepimus, omniũ prorſus fiant communia? Ego vero malim doctrina anteire, quàm copijs. Alexandro vero reſcripſit Ariſto. *Ariſto. reſpon.* his verbis: Ariſto. Alexandros regi ſalutem. Auſcultatorios libros quos æditos quæreris, & non proinde vt archana abſconditos, ſcito neque æditos eſſe, neque non ęditos. Cognobiles enim iis tantum erunt, qui nos vtiq; audierint. Vale. Plutar. Chæroneus in vita Alexandri de ædirione librorum Metaphyſicæ, hæc vltro citroq; fuiſſe ſcripta meminit.

Non eſt Themiſt. proœmium hoc, quamuis illi id Herm. aſcripſerit, ſed Simplicij ſicuti illi facile cognoſcere poterunt, qui callent literas græcas.

1 *a Ab hoc loco principium ſumit The. paraphraſis proœmiis, et à principio ſtatim operis intentionem indicat, at Simp. hoc in loco, & hoc idẽ voluit Themi. oſtendere.* ESt [a] totius operis propoſitum, naturę earumq́; rerum ſcientiam rationemq́; explicare, quæ à natura producuntur. Nam ſine ratione cognoſcere ea, facile eſt cuiuis homini. Poſſunt.n. omnes qui ſano ſunt ſenſu dicere, hoc terram, illud aquam, hoc plãtam: illud animal eſſe. Is vero qui cum certa cognoſcit ſcientia, neceſſe eſt principia rei cognitæ priora cognoſcat; quod & alię artes rationales declarant. Grãmaticos ſiquidem dicimus, non quia nomina auſcultant, ſed quibus in promptu eſt dicere, ex quot conſtet elementis nomen vnumquodq;. Item Muſicos vocamus, non qui ſumma aure cantus excipiunt, ſed qui in tonos & ſemitonia ſciunt diſſoluere.

SEd qui fieri poteſt dubitauerit quiſpiã, vt de principijs demonſtreẽ quicqam? Nam ſi demonſtratio ex prioribus exiſtit, priora inueſtigantes, principiorũ principia inuenire velle videbimur. Sed ſoluiẽ. Id qđ prius eſt dupliciter ſolet referri, & ad nos, & ad naturam. Nobis ea priora vñr eſſe, quæ notiora ſunt nobis, quæque facilius poſſumus deprehẽdere: quẽadmodum noĩa & ſyllabæ maniſeſtiora quàm literæ ſunt. Naturæ autẽ priora ſunt illa, quæ ex ſubſtantia ſimpliciora quoq; habentur: quemadmodum literæ ſimpliciores ſunt quàm ſyllabæ. Contrarius vero eſt vtrinque proceſſus. Nos ex compoſitis ad ſimplicia, vtpote naturæ priora reſoluimus. Natura contra ex ſimplicibus compoſita fabricatur. 2

QVum igitur compoſitorum rationem exquirimus, ea ex naturę prioribus indicare oportebit; quum vero de principiis agimus, ex iis quę priora ſunt nobis. Et eſt illa quidem propria demonſtratio hæc vero quãquam non propria tñ ſufficiens ad demonſtranda ea, quæ volumus. Si itaque [a] principiis oſtendendis incipiemus à communioribus, & plura cõprehendentibus, nemo miretur, quia ex illis ad particularia veniemus. Cognobiliora ſiquidem nobis communia ſunt aliquanto, q̃ propria ſunt.n. tanquam compoſitiora, quàm propria. Nam & in ſenſibus videre licet, accedentis procul animalis celerius totum corpus, q̃ caput, aut manum, aut pedem, aut partem aliquam comprehendi. Eodem modo prõptius eſt dicere, id qđ apparet eminus aĩal eſſe quàm hoĩem. Ita & in iis quorum rationes quęrimus, vniuerſalia atque communia maniſeſtiora ſunt nobis, quàm ꝓxima & particularia: quippe quæ magis promiſcua confuſioraq; ſint, quàm particularia. Eſt.n. penes intelligentiam totum quiddã, id quod eſt vniuerſale, partes vero ea quæ ab illo complectuntur. Ita & rhetores ſolent communia capita prius proponere, mox de vnoquoque genere ſingulatim diſputare atq; perpendere. Eodem pacto & in libris reſolutoriis, is qui eſt de ſyllogiſmo tractatus præpoſitus eſt ei, qui quærit de demonſtratiuo dialectico atq; ſophiſtico. Quum.n. à communibus initium capimus, facilius cuiuſuis rei quod proprium eſt, atq; propinquum aſſequimur. Sed & primæ quoq; imaginationes viſioneſq; indiſcuſſæ, inexplanatæq; habenẽ & à communibus ſimulachris impreſſæ inuectæq; ſenſibus, quia ſm naturam generalitas ſpecialitatem antecedit atq; præcurrit. Itaq; pueri ab vniuerſalibus inchoantes, nullo diſcrimine viros omnes arbitrantur, & appellitãt patres, mulieres, matres, vtpote qui marem & fœminam, perinde ac communia quædam vocabula prius intellĩgãt, quàm ea quæ parẽtum ſunt propria. Idem dixerim [b] de nomine & definitione. Appello nomen id quod definitur, verbi gratia, hominem: definitionem, vt animal terreſtre, bipes intelligens. Nã homo videtur confuſe vniuerſaliter ſignificare, poteſtq́; ſi communionem, aut cõſortium nominis ſpectes, pro aliis etiam num pleriſque rebus capi, veluti pro homine ficto pictoúe. Sed definitio videtur ſubſtantiam ſubiectam in membra partiri. Eſt igitur hinc maxime auſpicandum.

3 (at "QVum igitur … exquirimus"); 4 (at "demonſtranda ea, quæ volumus"); 5 (at "nomine & definitione")

[a] *Alio modo uidetur Them. Ariſt. intelligere & Alex. & Simp. hoc in loco, quàm Auer. & latini, ſi recte perpendãtur eius uerba. Non.n. ob id dixiſſe Ariſt. uolunt ab uniuerſali-* *Conciliantur admodũ eſ quod illi ordinem progreſſus vocant hoc alij vero modũ progreſſus.*

bus ad

bus ad particularia eſſe deueniẽdũ. ut manifeſtaret ordinem proceſſus in philoſophia naturali, ſed tantummodo ut doceret quo pacto ſit ipſe oſtẽſurus principia naturalis : quia.ſ.p quædam communia tanquam per notiora. [b] *Longe diuerſa eſt Them.expoſitio ab expoſitione Simplic.nam Themiſt. nomen diffinitioni comparat tanquam quid communius, quia nomen poteſt plura ſignificare & pluribus accommodari, & diffinitio uni tantum rei. Simpli. autem, quem Auer. & latini ſunt inſecuti, nomen ueluti totum quoddam compoſitum indiſtincte ſignificãs ea, quæ per diffinitionem dearticulantur, ueluti exemplum quoddam totius compoſiti exponit.*

5 NEceſſe eſt principium vnum eſſe, vel plura: & ſi vnum, aut mobile, aut immobile, aut finitũ, aut infinitũ: ſi plura rurſus, aut mobilia, [c] aut immobilia, aut numero aliquo terminata, aut infinita. Sunt.n. nonnulli qui infinita principia poſuerunt, quales Anaxag. Democritusq; fuere. Verum Democri. ſubſtantiam atomorum.i.indiuiduorum corporum, arbitratus vnam eſſe genere, ſola effigiatione diſcreuit. Anaxago. [d] vero homœomeris contrarijs qualitatibus diſtinxit,
7 caliditate, frigiditate, albedine, nigritia. Eodem modo deducti ſunt itẽ in ſectas, qui de entibus apud veteres philoſophati ſunt. Illi entia putabãt eſſe principia, quærentesq; quot eſſent entia, inueſtigabãt quot eſſent ponenda principia, præter fortaſſe Parmenidem & Meliſſum, qui quum vnũ ens eſſe & immobile ſtatuiſſent, non tñ vnum principium immobile efficere potuerit. Nam quum principium ex eorum genere ſit, quę referuntur ad alterum, plura ſecum trahat eſt neceſſe, atq; tot demum, atque ea: quot & quorum principium eſt. Alioquin quum dicant ens immobile, ſeipſos obiter ꝓdunt, Ens illud nequaquam pro principio accepiſſe. Quo.n.pacto aliud quippiam gigneretur ex eo principio, quod moueri non poſſet?

[c] *Themiſt.ſecutus hoc in loco Eudemum (ut Simp.refert) plura principia diuidit in mobilia & immobilia ab ipſa natura diuiſionis tractus: Ariſt.tamen huius rei non meminit ob id, quia (ut idem refert) manifeſtum eſt eſſe impoſsibile, ex pluribus non motis aliquid fieri.* [d] *Alex.exponens Ariſt.totum hoc Democrito.attribuit, utpote qui etiam contrarietate principium ſua diſtinxerit: Poſuit.n.inter principia plenum & uacuum: contrarietatem etiam in poſitione, figura, & ordine. Simplic. uero utrique ait hoc congruere.*

8 COntra hos aũt diſputare minime congruit phyſico. Sed quamobrem inquies? qm̃ motu ſublato, principia tollunt naturalia: imo vero ipſã plane natura. Probare autem atq; addicere principia propria nullius eſt artis, quemadmodum neq; ad geometram pertinet puncta & lineas demonſtrare, neque ad arithmeticũ vnitates, ſed ex iis veluti ſubiectis, atq; conſtitutis ea efficere atque colligere, quæ conſequuntur. [a] Qñ præſertim ex quibus oſtendere poterit phyſicus naturam eſſe? Num ex principio aliquo naturali? at ſumeretur pro argumento quod erat in quæſtione diſcuſſioneq; poſitũ. Num ex alijs quibuſuis extrinſecis? At non demõſtraret vt phyſicus? ſed ſi qua eſt ſcientia prior naturali, illa vtiq; aſciſcẽda eſſet, atq; inde haurire ac petere principia oporteret: quẽadmodum à naturali principia medicinæ, à Geometria ꝑſpectiuæ petuntur. Quòd ſi grauaberis, vti ea ſcientia oportebit, quæ cõis inſertaq; eſt omnibus artibus, quæq; per probabilia tñ demonſtrationes ſuas & rationes inducit. Cæterum ſiue hoc ſiue illo modo proceſſeris, non diſputabis vt phyſicus, ſed aut Dialecticus, aut philoſophus primus.

[a] *Græcus Themiſt. ita legit: ἐπεὶ ὅτι γ᾽ ἐστι φύσις, πόθεν ἂν ὁ φυσικὸς ἀποδείξειεν, id eſt poſita iam ea, ex quibus oſtendere poterit phyſicus naturam eſſe?*

QVamobrẽ docere quot & quæ principia ſint naturæ ſpectat ad phyſicum, ſed ꝙ natura ſit, nõ eſt amplius phyſici functio, quamuiſq; illi directo minime videantur tollere naturam, nihilominus ex his quæ dicunt id liquido ſequitur. Qui.n.minime concedit motum eſſe, neq; vtique principium motus dabit. Id autem eſt ipſa porro natura. Quòd ſi qui principia quãquam concedunt in iis, tamen quæ ſequuntur ex principiis male concludunt, ſtatim ad phyſicum pertinet ea videre, in quibus falluntur. Si vero propter difficultates aliquas, quas diſſoluere neſciebãt, ſubſtulere principia naturæ, diſputatio inſtituta tum illis philoſophiæ naturalis fines egreditur atq; tranſcendit. Nam & 10
falſæ rõnes, ſi geometricis principiis non repugnant, à geometra ſoluuntur, & conſerendus eſt pes, congrediendumq; cominus: ſi repugnant, abſtinendum tẽperandumq;. Atq; hoc quale ſit illorum exemplo monſtrabitur, qui circulũ quadrare ſunt conati, Hippocratis Chij & Antiphontis. Nam Hippocratis error, quia principia retinebat, ſoluendus eſt. Is.n.eo peccat, ꝙ ſolum eam lunulam quadrauit, quæ circa eius quadrati latus cõſtituitur, quem deſignauit in circulo. Cum Antiphonte vero non diſputat geometer. Is nanq; quum triãgulum æquilaterum deformauiſſet in circulo, & in quolibet latere ad circũferentiam circuli alterum ęquipedum.i.iſoſcelẽ conſtituiſſet, atq; deinceps hoc identidem ſubindeq; factitaſſet, arbitrabat̃ vltimi trianguli latus, qđ rectum erat circũferentiæ adequaſſe. Hoc au- 11
tem erat tollere ſectionem in infinitum, [e] quod apud geometras proloquium eſt & cõis quædam ceu notio. Ac primum quidem hæc intuentibus conueniens videtur (vt dixi) Parmenidis & Meliſſi rationes miſſas facere, præſertim quum opinio ea & prolixa ſubabſurdaq; ſit, & præter ea huiuſmodi quæ ægre perſuaderi vnque poſsit. Nam dicere omnia hæc quæ ſupra & ſubter vnum, id eſſe quod eſt, quid eſt aliud quam dicere. Dionem illud vnum eſſe quod eſt, vel aliud quippiam tale ex eorum genere tueri, quæ verbo duntaxat, non etiam rei vllius atteſtatione defendũtur, qualeeſt id quod Heraclitus dicebat, eadem eſſe inter ſe contraria. Sed & rationes quoque quibus vtuntur ſanẽ litigioſæ captioſæq; ſunt propoſitiones: ſiquidem ſalſas aſſumunt, neq; recte ex forma concludunt, quãquam magis ſtolida atq; importuna ſunt ea, quæ à Meliſſo dicuntur, quippe quæ nullam prorſus difficultatem afferre videantur. Veruntamen quoniam de na- 12
tura quoquam nihil loquuntur, (qui.n.de natura loqui poſſunt, qui naturam tollunt?) naturales tamen ambiguitates attingunt, de vacuo, de infinito motu, fortaſſe haud ab re fuerit de huiuſmodi paululum diſputare: quãuiſq; hoc munus nequaquam pertinere ad phyſicum ſit oſtenſum, tñ à philoſopho minime alienum. Diſſeremus itaq; contra eos hoĩes, non vt impugnata infirmataq;, & ceu loco mota, atq; impulſa eorũ opinione, ſtatim ſic naturam & motum inueſtigemus, (hæc.n.vtiq; manifeſta nobis ſubiecta atq; ꝓpoſita eſſe debẽt) ſed aliter, vt hoc ipſum videlicet tãq̃ ex ſuperabundanti moneamus, ꝑſcrutemurq; qđ & quatenus illi

ſenſiſſe de natura recte & perperam videantur. Ac pri-
mum quidem opinionem ipſam ſeparatim æſtimabi-
mus, deinde ſoluemus rationes eas, quibus ea quæ ſen-
tiunt, aſſerere & confirmare conantur.

[c] ἣν ὑπόθεσιν ὁ γεωμέτρης λαμβάνει dicit ipſe græce. hoc eſt, quam hypoteſin geometra accipit. Quæ autem inter ſit diffe rentia inter hypotheſin et proloquium, declarat ipſe primo poſteriorum cap. 5.

13 INitium igitur eorum oīum quæ ſumus dicturi, cō-
modiſsimum eſt percunctari quid illis ſignificet id,
quod Ens vocamus, vtrum putent multiplicem eſſe
illius ſignificatum, an ſimplicē. Si multiplicem, vt nos
in prædicamētis, oſtendimus, nomen quidē ipſum entis
vnum erit, ſed ſubſtantiam atque rem multiplicem eſſe
fateantur neceſſe eſt. Quod ſi erit ſubſtantia & quātitas
& qualitas, ſiue ſeparata illa ſiue coniuncta poſuerint,
plura erunt ea quæ ſunt, quamuis vna vox de illis oī-
14 bus prædicetur. Quòd ſi ſimplicem ſignificatū eſſe vo-
luerint, atq; ita rem ipſam, & id quod ſignificat vnum,
eſſe, quæremus eam rem ſignificet ne tanquam genus,
an tanquam ſpecies, an tanquam indiuiduum. Sed ſiue
tanquam genus, ſiue tanquā ſpecies accipiatur nō po-
terunt effugere, quin plura colligantur ea quæ ſunt, ꝓ-
pterea ꝙ & genus, & ſpecies de pluribus differētibusq;
prædicantur. Supereſt igitur, ſi ens eſt vnum, accipi tā-
quam indiuiduum oportere, quēadmodum eſt Buce-
15 phalus, Callias, hoc rubens. Sed rurſum vrgebimus, vtrū
ſubſtantiam eſſe id velint an accidens? Videntur ſanè
vterq; arbitrari accidēs eſſe, quum alter finitum dicat,
alter infinitum eſſe quod eſt. Infinitum vero atq; fini-
tum in genere quantitatis collocantur: eſt.n. infinita
magnitudo quę percurri non poteſt, finita quæ poteſt.
Si ergo de ſubiecto aliquo talia prædicantur, duo intelli
gent eſſe ea quæ ſunt, ſubſtantiam.ſ. & quantitatem. Si
vero de nullo ſubiecto dici quantitatem autumāt, ſta-
tim hoc incommodum, impoſsibileq́; ſuſcipit, eſſe ali-
16 quod accidēs poſſe ſine ſubiecta ſubſtantia. Item quod
vnum eſt numero, quum multifariam dicatur, quēad-
modum & ens ipſum (Capitur.n.& pro continuo, quo
ſignificatu lineam eſſe vnam dicimus: & pro inſectili,
cuiuſmodi ſunt punctus & nota: & pro eo quod vnam
eandemq; definitionem habet, vt veſtis & tunica) ꝓ-
ferant obſecro, qua ſignificatione velint vnum ens eſſe.
Neque.n. vt continuum quiddam poſſunt accipere:
nam cōtinuum eſt ſectile in multa, vel potius infinita.
[a] Quòd ſi id quod ad vnionem, & ad cōpoſitionem ve-
nit, vnum quiddam & diuiſile eſſe fateantur, nonne ſta-
tim videntur concedere ex hoc plura eſſe entia opor-
17 tere? Dices pars à toto ſeparari non poteſt, quia conti-
nuum dr̄, quatenus eſt vnum actu. Primum rñdemus,
illos nunquam diſtinxiſſe ens actu ab ente poteſtatis.
Præterea concedamus, & quaſi condonemus hoc illis,
illud profecto non negauerint, quædam eſſe continua,
quæ non modo ſimilaribus partibus conſtent, ſed etiā
diſsimilaribus qualia ſunt aīalia, atq; plantæ. Nam hu-
iuſcemodi corporum partes, non cumulum tātum ha-
bent atq; congeſtum, ſed diſpoſitionem & collocatio-
nem, quæ illas ita digeſta, atq; inter ſeſe commiſſas de-
uincit & illigat. Quòd ſi pars lineæ eadem atque vna ſit
cum linea vniuerſa, propter eam rationem ꝙ non eſt à
toto ſeparata, quur nō ſit & manus & pes idem vniuer-
ſo cum Socrate exiſtimandus? Quur reddi non poſsit ra
tio diuerſitatis? Quòd ſi vtraque illa ſunt eadem cū eo-
dem toto, neceſſe eadē eſſe inter ſeſe fateri. Quare idē
erit manus, pes, oculus, aluus. Verum [b] hæc quæſtio idē
ne ſint partes atque totū, iactata veteribus diſputatio-
ne ſeorſum excutitur atque vtrinque difficultas occur
rit. Nam ſi idem ſit totum & pars, ſequuntur ea quæ di-
ximus ſupra. ſi diuerſum, eueniet totū eſſe aliud à ſeip-
ſo. Neq;.n. hæc pars à toto diuerſa eſt, illa nequaq̄. Sed
ſi vna eſt à toto diuerſa, videntur omnes à toto æqua-
liter eſſe diuerſæ: omnes vero partes nihil aliud ſunt, q̈
ipſum totam. Eadem ſequētur, ſi partes quoq; aliarum
rerum conſideraueris, puta domus & cœtus. Soluuntur
hęc autem alibi. Neq;.n. eſt verum propter id quod par
ticulariter & ſigillatim accepta, quælibet pars variat &
differt à toto, continuo etiam omnes ſimul numeratas
à toto eſſe diuerſas. Quāuis.n. ſingulæ diuerſæ ſint ab
eo vniuerſo quod continet, omnes tñ efficiunt illud
vniuerſum. Sed ſatis hæc hactenus. Ex iis ergo, quæ di-
ximus, patet ens non poſſe vnū ens eſſe, ita vt continuū.
Dicēt fortaſſe ens vnum eſſe vt inſectile. Ergo vnitates 18
& pūcta erunt ea quæ ſunt omnia, terra, mare, cœlum.
Quo quid eſſe poteſt magis horrendum? Item quo pa-
cto includent qualitatē puncto? Quando neq; affectio
vlla, neque figura conſtare in indiuiſibili poteſt. Item
quantitas qua ſede locabitur? ſi puncta non ſunt q̈tita-
tes, ſed termini quantitatis. Præterea neq; finitum neq;
infinitum poterit eſſe quod eſt, quorum vtrunq; alte-
rum tñ alter volunt de ente prædicari. Iam quum ter-
minus ſit indiuiſibilis, ſi ens terminus fuerit, nuſquā erit
quod terminatur. Sed manifeſtum eſt dato termino, rē
quoq; terminatam ſtatim dari oportet. Refertur.n. ad
alterum terminus, ſemperq́; cum altero eſt. Fieri ergo
nequit, vt ens vnum ſit ita vt inſectile. Reſtat vt dicant 19
vnum eſſe ens, eo pacto quo merum & vinum, veſtis &
tunica: ꝙ ſi dixerint in errorem eum incidiſſe videbun-
tur, quem inuexit Heraclitus. Eadem ſi quidem fierent
definitione homo, planta, volatile, deinde bonum atq;
malum: & poſtremo contraria. Ita & diſperata quoq;
ſimul vera efficerentur. Nam ſi idem ſit album & ni-
grum, idem quoq; neceſſe eſt: ſit album & non album.
Quod.n. nigrum eſt, non album eſt. Si autem idem eſt
affirmatio & negatio, quod nō idem eſſe conceſſerint,
id quod eſt, & id quod non eſt. id quod eſt vnum, & id
quod non vnum. Ita abſurdiſsime delirabunt, neq; ſolū
id quod eſt vnum fatebuntur non vnum, ſed nihil oīno
poſuiſſe animaduertēt. Quòd ſi hoc modo dixerimus,
Soc. eſt philoſophus. Soc. eſt bipedalis, nū in vnaquęq;
oratione idem ſignificabimus? nonne riſu ſit potius di
gnum arbitrari eandem rem eſſe in propoſitione qua-
litatem & quātitatem? Si quis vero me interroget, quo
pacto vnum eſſe putem Soc. quem & ſimum, & bipe-
dalem, & philoſophum dico. Neq;.n. numerus multi-
tudoúe ſimpliciter eſſe Soc. poteſt. vnitatem tñ ab illo
videor ſubſtuliſſe. Quòd ſi dederimus Soc. plura & vnū
eſſe cur non concedatur hoc idem Parmenidi & Me-
liſſo? Ita vt eadem res vna ſit ſimul & non vna. Hæc ca- 20
uillatio Lycophronem, quiq; poſt illum fuere antiquio
res tm̄ perturbauit, vt quū ea ſola putarent eſſe, de qui-
bus hoc verbum eſt prædicabatur, de ſola ſubſtantia
prædicari verbum illud paterentur, vt Soc. eſt. Si quod
vero accidens de Socrate diceretur, ne plura eſſe vnum
Socra. fateri cogerentur, nolebant amplius de illo ver-
bum eſt poſſe prædicari. Non.n. dicendum putabant:
Socrates eſt albus, Socra. eſt bipedalis, ſed ſimpliciter
Socrates albus. Socra. bipedalis. Ita errori errore alio
occurrentes

occurrētes propoſitionem, & orationem enunciatiuā
tollebant. Sanè [c] Plato mutabat orationem, & loco hu
21 ius quod canus eſt, dicebat incanuit. Nos autem cen-
ſemus idem eſſe vnum, & non vnum poſſe: verum neq;
eodem reſpectu, neq; ſimul. Eſſet.n. impoſsibile hoc,
quum alterum poſsibile & veriſsimum eſſe comprobe
tur, eundem videlicet Socratē vnum eſſe ſubiecto, plu
ra cogitatione & ratione. Eſt.n. alia ratio muſici, alia
bipedalis, quo fit vt nulla inſit indicto pugnantia, illi ve
ro temere tumultuauerint. Idem de diuiſione continui
dicendū eſt. Iam illi hoc loco deficiunt, manusq; dant,
coacti concedere idem eſſe poſſe vnum & multa. Cæte
rum vnum & multa idem eſto, dum nō ſimul aut eodē
reſpectu conſideretur, quippe quæ eo modo oppoſita
eſſe & repugnantia viderentur. Sit ergo vnum actu, Sit
multa potentia: quemadmodum ſi diceremus triticū
eſſe ſpicam poteſtate, non actu. Neq; hæc pugnant ſi-
bi cōtraſpiciuntúe, ſi meminerimus earum diſtinctio-
num, quæ nobis traditæ ſunt contra ſallacias importu-
nas, atq; calumnias ſophiſtarum. Hunc in modum ꝑ-
penſa examinataq; opinione veterum, fieri poſſe non
videtur vnum vt ſit ea quæ ſunt.

[a] *Sic ait ipſe græce: εἰ γὰρ διότι ἓν ὡς ὅλον, οὐ αὐτὸ λέγουσιν, ὅτι ἐστὶ διαιρετὸν ἐροῦσιν αὐτὸ κατὰ τοῦτο πολλὰ εἶναι. quorum uerborum hæc uidetur fidelis interpretatio: Quod ſi ob id quia ad unionem uenit, ipſum unum eſſe affirmant: quia diuiſile eſt ipſum ex ſe multa eſſe ſatebuntur.* [b] *Cur quæſtionem de toto & partibus, interpoſuerit Ariſt. diſſenſio eſt inter græcos expoſitores. Porphy.n. ob id eius meminiſſe ait, ut quoſdā redargueret, qui præter tres illos modos unius ab Ariſt. enumeratos, alium quartum afferebāt. quo partes quæ inuicem ſunt diuiſæ, cum toto unum eſſe credebant. Hos igitur redarguit, quia ſi una quæque pars toto eſſet eadē, eſſent etiam inuicem eædem, Alex. uero, ut ex ſolutione eius dubitationis quæ probare uidetur totum idem eſſe parte, declarato uidelicet ea non eſſe unum et idem, manifeſtius appareat, non ſolum in partibus inuicem & à toto ſeparatis, ſed etiam in his quæ ſunt inuicem cōiunctæ & continue pluralitas reperiri, cum inuicē & à toto ſint diuerſæ. Hanc uero q̃onem non facere ad præſentē ſermonem dixiſſe Ariſt. ait, non q̄ ad propoſitum non ſit, ſed quia ſine etiam hac q̃one alia ſatis erant ad probandum quod uolebat. Simpli. tamen auctoritate Eudemi, ob id non eſſe ad hunc ſermonem dixiſſe ait, quia dialectica eſt et probabiliter ad utranq; partem habet inſtantiā.*

[c] *Simpli. conatu plurimo nititur oſtendere: Platonem nequaquam in hac fuiſſe ſententia.*

SEd & rationes illorum ſoluere nemini eſt difficile:
22 Statim.n. Meliſsi argumētatio vitioſe concludit:
23 Si factum, inquit, eſt ens, principium habet, nō eſt
autem factum, non habet ergo principium. quo fieri vt
& vnū ſit & infinitum. Nam quū oportet retorquendo
aſſumere in quod eſt, oppoſitum conſequenti in con-
nexione & ſubiicere oppoſitum antecedenti, (Ita.n.
conficitur ſecundæ figuræ conditionalis ſyllogiſmus)
non hoc fecit, ſed intulit id quod non erat antecedens,
& oppoſito antecedentis aſſumpto, attulit oppoſitum
conſequentis. Huiuſmodi autē argumentorū frequēs
& vulgaris captio eſt: Si homo eſt, animal eſt: nō autē
eſt homo, neq; igitur aīal. Si ambulat Socrates, moue-
tur: nō autē ambulat, nō igitur mouetur. Præterea quū
appellatione principij quod plura ſignificat, abutatur
ꝑ vno rei ſignificato, latere ac fallere arbitrātur. Eſt.n.
principium aliud temporis, vt quum dicimus, geniture
ſuæ principium habuiſſe Pla. hunc vel illū diem: aliud
rei & magnitudinis, quemadmodum caput viæ, & cu-
iuſuis ſpacij dicimus eſſe principium. Quare quum Me
liſſus dicat factum omne habere principiū, quæremus
de quo principio ſit locutus. Quicquid.n. ſimpliciter gi
gnitur, principium habet temporis, vt homo, equus,
olea, platanus, Non tñ omnia principium magnitudi-
nis habere poſſunt, qualia ſunt ea, quæ non ſimpliciter
fiunt, ſed per alterationem momentaneam mutationē
progenerantur: fit.n. & gelu & caſeus. Non tñ magni-
tudinis principium licet accipere, vnde primum cœpe-
rit concretio illa atq; coitio. Rurſus quum dicit, quod
non eſt factum non habet principium, eodem modo
quærendum eſt de quo principio propoſitionem ſuam
intelligat, nam principium temporis non habet ea quę
facta non ſunt. Magnitudinis vero nihil prohibet, quin
poſsint habere, ſicuti ſol, & luna, & reliqua ſydera.
Quòd ſi in aſſumptionibus de principio magnitudinis
loquebatur, conſequens quidem recte affertur, ſed fal-
ſæ ſunt aſſumptiones. Si autem de principio temporis
intelligebat, eſt quidē verus in quibus id collocat, ſed
concludit & efficit non ea quæ vult. Vult.n. magnitu
dinem entis infinitam oſtendere, videtur autē non ma
gnitudinem demonſtraſſe, ſed tempus. Deinde dicit
immobile eſſe id quod eſt. Non.n. locum eſſe vllū poſ- 24
ſe, in quo moueatur id quod eſt vnum, & quoquo ver-
ſus infinitum. Sed quamobrem homo acute? vt.n. mo-
ueri non poſsit totum, quia ſit infinitum, cur tñ partes
moueri non poterunt? niſi & mare putaueris eſſe im-
mobile, ea rōne, q̄ vniuerſum de locis ſuis atq; alueo
non egreditur quamuis maniſeſtiſsime in reciproca-
tionibus transferantur & moueantur partes. Alteratio
nem item aut motum eſſe non credis, aut ſi credis, qua
de cauſa eripis infinito? qñ neq; calefaciendis rebus,
neque refrigerandis opus eſt loco. Abſurda itaq; vi-
detur eſſe huiuſmodi ratio, atq; in eo vno maxime flu-
ctuare iacereq; quod contendit principij ſignificatio-
nem ad vnam rē tantum pertinere. Quod niſi protinus
mihi conceſſerint, calumniari apertiſsime videbuntur.
Dicet fortaſſe ens vnū eſſe rōne definitioneq;: ſed quę-
ro quem ad modum ens accipiat, nam ſi ens pro prin-
cipio accipit, diciturq; vnum eſſe rōne, principiū vtiq;
aliquid dicere atq; idē ſentire videretur, quod pleriq;
naturales Philoſophi ſentiunt: omnium vero rerum &
entium vnam dicere eſſe rationem atq; naturam, equi,
hominis, contrariorum, quid poteſt dici ſentiriúe con
tra veritatem atq; ſenſum euidentius? Hactenus contra
Meliſſum, & quidem plura quàm oportebat.

COntra Parmenidem deinceps eſt diſputandum. 25
Cęterum modi quos in refellenda laxandaq; o-
pinione Meliſsi paulo ante commenti ſumus,
iidem in Parmenidem quoq; conueniunt. Propria ve-
ro ſunt ea quibus interrogationi illius occurritur. Eſt
autem ad hanc ferme ſententiam interrogatio: Id quod
præter ens eſt, non eſt ens: id quod nō eſt ens, nihil eſt:
nonne ergo vnum eſt ens? Fallitur autē in eo, q̄ quum
multiplex ſit ſignificatum entis, quemadmodum oſtē
dimus, ſimpliciter dici atque accipi putat. Eſt vero hoc
ꝑinde atq; ſi dicat quiſpiam: Id quod pręter cancrū eſt,
nō eſſe omnino cancrū: & q̄ præter canē eſt, nullo mo
do eſſe canē. At qui fieri poteſt, vt id quod præter canē
eſt, ſit etiam canis: & quod pręter cancrū eſt, ſit etiā can
cer. Nam id quod præter canem marinum eſt, fieri ne-

quit vt canis marinum ſit, cœleſtis tamen atq; terreſtris
eſſe, nihil vetat quin poſsit intelligi. Eodẽ modo & ſi
qudi præter ens eſt. exẽpli gratia: Id quod præter ſub-
ſtantiam eſt, nõ poteſt eſſe ſubſtantia, poterit tamen &
q̃titas eſſe & qualitas. Pari ratione, ſi quid pręter qua-
litatem ſuerit, non erit amplius qualitas, ſed vel ſubſtan
tia eſſe, vel quantitas poterit. Demũ nihil prohibet hoc
modo plura eſſe ea quæ ſunt, atque in primum Parme-
nides deprænhenditur falſus. Quã vero neque cõcludat
quidem ea ratio, manifeſtum fiet ex ſubiectione bac, ſi
videlicet, eadẽ figura orationis alia ſumpta cõceperis,
hoc modo, Ponatur ens ſignificare id ſolũ quod eſt al-
bum, id vero quod præter album eſt nihil prorſus eſſe,
contexaturq́; ſimiliter argumentum hoc pacto. Si quid
præter album eſt, illud nõ eſt album: quod vero nõ eſt
album, nihil eſt. Quid ex illis aſſumptionibus conficias
aliud, quàm id nihil eſſe, quod pręter album ſit? Nam ſi
ad ea præcepta, quæ in reſolutoriis commentationibus
expoſita ſunt, reſpicias, facile intelliges ſic maxime eſſe
connectꝫ eodam aſtringendamq́; rationem. Ille vero ita
concludit id ſolum eſſe quod album eſt. Cur igitur im-
portuniorem, magiſq́; fatuam dixit eſſe rationẽ Meliſ
ſi? Nempe quia Parmenides quanquam perperã cõclu
dit, artificioſe tñ componit propoſitiones. Non.n.eſt
negatio illa quum dicitur, quod præter ens, eſt non eſt
ens. Alioquin verbum nõ ens, quod ille in ſecunda pro
poſitione ratiocinationis ſuæ ſumit pro ſubiecto, cõſti-
tui qui potuiſſet? Sed eſt ex tranſpoſitione affirmatio.
At Meliſsi aſſumpta fallaci vitioſaq́; reciprocatione &
conuerſione nituntur. Verum cõcedamus illi recte ha-
ctenus effici ſolum id eſſe, quod albũ ſit, quid prohibet
plura ſaltem eſſe quę ſint alba? cygnum, niuẽ, lac, ceruſ-
ſam? Sed quo nam ſe vertent, qñ hæc inter ſe perſpicuo
diuerſa ſunt, & numerum præterea ac multitudinem
liquido inuehunt? Niſi potius cõtendunt, id quod albũ
eſt continuum eſſe, atq; hac fini vnũ. At neq; hoc qui-
dem perfugio tueri ſe poteſt. Nam ſi ad rationem defi
nitionemq́; animaduertas, reperies duas res minimum
in eo ente contineri oportere, ſubiectum, videlicet cor
pus, & albedinem. Enimuero res illæ quãquam ſunt
duæ, fieri tñ neqoit ſeorſum, vt altera ſine altera ſit, nã
color ſine ſubiecto prorſus non poteſt conſiſtere. Defi
nitiones veræ quia diuerſæ ſunt, illorum naturam indi-
cant eſſe differentem. Alterum.n.eſt corpus, id quod
colorauit albedo, alterũ eſt color, cuius ea vis eſt, vt diſ
ſipet viſum, & diſgreget aciem. Porro hæc nondum vi-
26 dit Parmenides. Dicet fortaſſe quiſpiam, non vrgeri ho
minẽ argumentis & rationibus, ſed cogi plane circũ-
ueniriq́;. Non.n. putaſſe Parmenidem vnum illud ens,
ꝙ inuexiſſet accidens eſſe, aut ex eorũ numero quæ ea
re ſunt, quod aliis hęrent, ſed de eo ente locutum fuiſſe,
quod eſſet proprie & maxime, atque vero ens: hoc.n.
apud nos ſignificat vere & maxime ens, quod apud Pla.
dicitur ens, vt ita loquar ipſiſsimum. Neq; tam obſtopi
dus erat Parmenides, vt ignoraret fundandis ſiſtẽdiſq́;
accidentibus ſubiecto aliquo opus eſſe. Quòd ſi ſolum
accidens foret, ens ipſum vti ſubiectum eſſe ens non
potuiſſet, qm̃ fuiſſet ab ente diuerſum: immo vero ma-
ius incommodum ſuſciperetur, ſubſtantiam ſimul eſſe
atque non eſſe: Eſſe quod enti ſupponeretur, Non eſſe
ꝙ ſolum accidens conſtitueretur ens eſſe. Quoniam
vero non erat horum omnino neſcius, neque illud itẽ
ignorabat ſe (ſi propter huiuſmodi abſurditatem ſub-
ſtantiam ens eſſe conceſsiſſet, quia ſine ea conſtare ac-
cidens non poſſet, ſimulatq́; accidens ſolum eſſe ens pu
tauiſſet) neceſſario plura eſſe entia conceſſurum fuiſſe,
præſertim quum illa ſeparatas & diuerſas definitiones
obtinere apertiſsime viderẽtur. Licet ita mutuo inne-
xu implexuq́; teneantur, vt ſeiungi nõ poſsint, iniurij
atque adeo litigatoris hominis eſſet exiſtimare veterẽ
alioquin philoſophum, tanta rerum inſcitia laboraſſe.
Verum enimuero nihilominus dato etiamnũ boc atq;
conceſſo Parmenidi, id ſcilicet ſolum ſignificare ens,
qđ ſi maxime & veriſsime ens, & ipſiſsimum, & poſtre
mo ſubſtantia, & id quod hæreat nulli, potius cui hæ-
reant atq; accidant cætera, nihilominus, inquam, eue-
niet ens eſſe non ens. Nã hoc quod vocamus vere ens,
num album? num nigrum? nſi quouis alio nomine aliud
quippiam eſſe voluerit? Profecto ineſſe aliquid ſubſtã-
tiæ conceſſerit, quippe quæ ſubiecta ſit omnibus. Si al
bũ ergo dixerit, id quod eſt ſubſtantia, cõtra obſtabo:
Album vero ens eſſe non poſſe: (Nã id quod vere ens
dicitur, apud eum ſubſtãtiam ſignificabat.) at albũ eſt
accidens. Quòd ſi albũ non ſit vere ens, neq; ens vtiq;
vllo modo eſſe poterit. Erat.n. ſupra conſtitutũ ab illo,
ſolum id eſſe ens, quod vere ens eſſet. Quamobrẽ albũ 27
erit non ens, non eo quidem gñe partim vt ſit, partim
vt non ſit, ſed ex ſubiectione ac poſito erit penitus atq;
oĩno non ens. Neq;.n. dici poteſt, ipſum vere ens huic
albo hæſiſſe accidiſſeq́;, quũ ſit ipſum ſubiectum albe-
dinis. Quæ quum ita ſint, quumq́; albũ omnino eſſe nõ
poſsit, ſequẽs eſt vt ſi ineſſe illud i vere ente dixerimus,
vtiq; id quod maxime nõ eſt, dicamus eſſe in eo quod
maxime eſt: atq; hoc iam quam ſit diſſonum, latet ne-
minem. Age ſi vere ens fuerit albũ porro iam oĩno non
ſit, nonne euenit, vt id quod maxime eſt, efficiatur nõ
ens? Neq; ſit quiſpiam, qui non confectum putet, quẽ-
admodum non conficeretur, ſi quis ita componeret, al
bũ eſt accidẽs corpus eſt album, corpus igit accidens.
Sed nulla eſt ſimilitudo inter poſteriorem hunc & prio
rem ſyllogiſmum. Is.n. qui dicit album eſſe accidens,
concedit præter ſubſtantiã eſſe aliquid, quod quũ per
ſe ſit ens, alteri deinceps hæreat: proinde ſi ſubiectum
eſt aliud ens, & diuerſum ab accidente, quanquam eſt
particeps accidẽtis, quod item eſt ens diuerſum à ſubie
cto, vitio cludit ratio, ĩ qua inducitur corpus ſiue ſubie-
ctum accidens eſſe. At hic non ſic eſt, ſed album atq;
oẽ huiuſmodi accidens ſimpliciter negat ens eſſe. Cõ-
ſtat igitur albũ de vere ente p̃dicari nõ poſſe vt accidẽs
alioquin qđ negauit ens eſſe fateref eſſe. Quo conceſſo
nõ ſolum ens, ſed etiam vere ens erit. Quo dato ſtatim
ſequitur appellatione vere entis late patere: & multa ſi-
gnificare, non vt ille volebat vnum. Quod ſi non præ-
dicetur vt accidens, certe aut vt ſpecies aut vt genus
prædicabitur. Ex his omnibus ſequitur id quod ſimpli
citer eſt non ens, de eo quod ſimpliciter ens eſt appel-
latum, & prædicatum iri. Iacet igitur tota concluſio.

IGitur infinitum illud ens neq; corpus eſſe, neq; ma 28
gnitudinis vllius ſitum habere concedent, ne aut in
partes cogantur multas diuidere, aut accidẽtia ad-
iungere. Vtrum ne igitur definiendum potant, id quod
vere ens vocatur? Atquam nã ſubſtantię rõnem afferre
poſſunt? niſi forte etiam hoc tolle voluerint ab eo ente
quod fingunt? Quòd ſi ſubſtulerint, nõ video quid dici
ſcribiúe de eo amplius poſsit, de quo nihil neq; acci-
dens, neq; vt genus, neq; vt ſpecies, neq; vt differentia,
neq; vt definitio, neq; demum vt deſcriptio poſsit affer
ri. Si quã vero dederint definitionem, diuidi illã ſciant
oportere.

Ex hoc loco colligi potest verbũ in oratione posse esse infinitũ quod tamen negant multi.

oportere ĩ vere entia: velnti ſi ponatur homo id eſſe qđ vere eſt, animo neceſſarium eſſe hoĩs definitionẽ, ex iis quæ vere ſunt eſſe compoſita, id eſt, animal, & terreſtre, & bipes ex eorum eſſe numero, quæ vere ſunt. Nam ſi vere eſſe illa negaueris, accidentia feciſſe videberis Sed fieri nequit, vt ea quę definitionem rei complent, acci-
29 dentia ſint definiti. Qnã aũt verum boc ſit, facile eſt, vt arbitror, perſuadere. Accidẽtia omnia ant talia ſunt, vt adeſſe poſsint, & nõ adeſſe, ideſt, vt & adiungi & ſeparari ab eo poſsint, cui accidũt, qualia ſunt ſedere, legere, diſputare: ant eiuſmodi, quorũ definitionẽ ſubiectum ipſum ingrediaẽ, qualia ſunt, ſimilitudo, paritas, & imparitas numeri. Eſt.n. naſi ciuitas ſimilitudo & numerus, qui ſecari poteſt in inæqualia. impar, vtriuſmodi. Igitur accidens erit animal? Nam ſi prioris modi.ſ. eius vt adeſſe, poſsit & non adeſſe, fiet interdum, vt homo neq; ſit aial, neq; bipes, neq; terreſtre, ſicut plerunq; ſit, vt neq; diſputet, neq; ſedeat. Sed forte ſecundi modi putaueris. At fieri nequit. Non.n. ineſt homo in definitione animalis bipedis, terreſtris, potius è diuerſo illa in hominis definitione clauduntur. Eſt.n. vniuerſale præceptum, ea quæ in alicuius definitione ponũtur, ſed in ſua definitione definitum habere non poſſe, alioquin id qđ totum eſt, partis pars fieret. Nam hominis pars eſt animal, qnippe quod cum aliis iunctum conſtituat hoiem. Quare ſi homo inſertus, innexusq; ſit definitioni aialis, totum erit in parte, & pars partis fiet. Neq;.n.ſiquid conſtat ex pluribus: vt albefactum ex albo & corpore, poteſt ineſſe in alterius ſuarum partiũ definitione, puta in definitione albedinis, aut in definitione corporis, ſed econtrario potius. Dices homini, neq; animal accidit, neq; bipes, ſed cuidam alteri. Ego vero primum id prętereo, ꝙ quũ ita dicis, duo iam eſſe ea, quæ vere ſunt fateris. Deinde illud reqniro potius: Si aĩal bipes & terreſtre accidentia ſint, boĩem quoq; qui ex illis exiſtit, accidens eſſe maxime oportere: qđ qui dicit, magna eſt vecordia: ſi aũt vt oſtẽdi, bæc non accidunt bomini, manifeſtum eſt, hoĩs definitionem in vere entia eſſe diuiſam. Quotiens autem de hominis definitione hoc loco habita mẽtio eſt, omnia intelligit de eo quod vere ens ſit: atq; illuc transferri.ſ. volumus. Multa igitur vere entia babebuntur, quamuis neq; ſeparari mutuo, neq; diſiungi poſſunt ab eo quod vere ens ſit: atque idipſum vere ens ex indiuiſibilibus inſeparabilibusq́; tametſi componitur, tamen ex vere entibus conſtat.

30 DEdere nonnulli manus victi rõne Parmenidis & ratione Zenonis, qui quum putarent ens eſſe indiſſolubile, indiſiunctile, atq; cõtinuum, conati ſunt vel hunc in modum probare vnum eſſe, quia ſi diuidi poteſt, non ſit proprie vnum, qñ ſectio huiuſmodi corporis in infinitum abit. Quam difficultatem quum ſoluere quidam eſſent aggreſsi, non ſolum illos loco dimouere nõ potuerunt, ſed etiam alia quædã magis cum obſcura ſalebroſaq; tum dubia controuerſaq́; attulere: Nam Xenocra. loco ſectionis infinitæ, indiuiſiles quaſdam lineas commentus eſt, & ne vnum & multa eſſe fateretur, quę putabat eſſe pugnantia, in aliam quandam, & quidem maiorem prolixioremq́; repugnantiam videtur incidere. Conſtituit.n. idem eſſe magnitudinem & non magnitudinem, quo quid poteſt eſſe pugnantius? Porrò idem eſſe vnum & multa non pugnant, ſi cui nota eſt ea diſtinctio, quæ à nobis explicata eſt de actu & poteſtate: at is qui idem putat eſſe lineam, & indiuiſile, nimirum dicit lineam eſſe non lineam.

31 PLlato quoq; non modo primã aſſumptionẽ Parmenidis cõcedebat, videlicet eam: Id non eſt qđ præter ens eſt, verũetiam aſſentiebaẽ vnũ ens eſſe. Id vero quod iam efficere & concludere ratio videbatur, vnum.ſ. eſſe omnia, minime comprobabat, quia videlicet entia non entia quodãmodo eſſe opinabatur: nam ipſum vere ens conſtituebat idæam. Materiã vero primam atq; informem eſſe quidem, ſed nihil habere entis exiſtimabat. Arbitrabatur ſiquidem cõſtare res ex duobus, id eſt, ex eo ente, qđ volebat vnũ eſſe, & ex eo non ente, quod primam materiam appellitabat. Cęterũ ipſe quoq;, neſcio quonã fato, incidit in ſcrupulum, quẽ vitare maxime cupiebat. Si.n. vnam tantum rem ſignificari ab ente concedit, addit autem præter hoc ens aliud quiddam eſſe, videẽ ſimul & vnum ens dicere, & efficere multa. Quod qui fatentur, nonne fatentur vnũ eſſe & non vnum? Neq;.n. propterea videtur poſſe effugere, ꝙ alterum proprie ens, alterũ improprie dicat vocari, quinetiã magis magisq́; tenetur, atq; in eadẽ pugnantia fortius penitusq́; verſatur. Nam ſimul dñam conſtituit inter ea quæ ſunt, velit nolit numerum facit, & plura eſſe entia aperte demõſtrat. Nos vero dicimus quãuis vnum ſignificare videatur ens, poſſe tñ defendi eos, qui poſuere non ens eſſe, ne contraria & aduerſantia dicere videantur. Neq;.n. de eo non ente locuti ſunt, quod prorſus non eſſet, quodũe vſquequaq; præter ens eſſet. Nam hoc tueri.eſt tueri pugnantia, quia.ſ. quum vnam entis eſſe naturam conſtituis, ſine repugnantia aliam inducere atq, inferre non potes. Illud tñ non ens aliquatenus dicere non veremur. Etenim quũ dicimus ens vnam ſignificare naturam, non ideo volumus vnã numero entis eſſe naturam: poteſt.n. ea quoque ſignificari, quæ generis ſit, & ea quæ ſpeciei. Quid igitur prohibet hoc ipſum ens, quod dico eſſe vnũ, intelligi vnum eſſe genus? Ponatur ergo ens animal eſſe. Qui itaq; canem eſſe non ens dicit, non ſtatim dicit pter ens canem eſſe. Sed poteſt etiam illud intelligi, vt canis qui ſit, non equus ſit: tñ canis. Non eſt igitur altera entis natura introducenda, ne omnia fiant vnum. Sed etſi nomine entis ſolũ id, quod verè eſt, & quod ipſiſsimum eſt venire, ſignificariq́; placeat, non propterea excludimur. quin multa numero vel ſpecie entia eſſe affirmare poſsimus, quemadmodum dictum eſt. Cõtra itaque Parmenidem & Meliſſum ſatis hæc ſunto.

QVi vero ens ꝓ principio acceperunt, & vnũ ens 32
vnum dixere principiũ, quos iure quis appellauerit Phyſicos, in duo gña ſecanẽ. Alij vnum ex elemẽtis principium ſtatuere, moxq́; ex eo reliqua deriuarunt raritudine dẽſitudineq́; adhibita. Quibus qualitatibus vniuerſaliora illa videẽtur eſſe contraria, Superantia & defectus, ſub quibus magnum & paruum Pla. principia collocantur. Verum Platonici magnum & paruum materiam ſignificabant, Vnum vero cãm efficientem & formam: cõtra Phyſici pro vno materiam & ſubiectum accipiunt, contraria autem formas eſſe & differentias arbitrãtur. Cæterum alij, vt Anaximan. nullum ex elementis principiũ faciunt, ſed tertiam quãdam naturam, quę & igne ſit craſsior & tenuior, & gracilior aere. Porrò idem ille Anaximander exiſtimauit non eſſe opus alteratione generãdis rebus, ſed ex infinito illo elementó cõtrarietates inſertas atq; innexas excerni. Quemadmodum etiam ij, qui multa principia & vnam efficientem cauſam poſuere, Anaxagorã dico & Empedo. quorum alter ſimilares illas particulas quas

homœomerias vocabant, & mentẽ præterea diuinam
inuexit; alter quatuor elementa & [b] ſphærum, i, deum
putauit eſſe principia. Planè ij cum Anaximãdro in eo
conueniunt, ꝙ ad ortum & gñationem rerum nulla al-
teratione vtuntur, ſed quæ fieri atq; naſci ſubinde nobis
videntur, contendunt ex ea miſcella omnia perinde atq;
prius inhærentia, ſed latentia exprimi atq, ſecerni. Cæ-
terum differunt in eo, ꝙ alter ſecretionem illam tempo
ribus quidem terminatam facit, ſed interpollatã ac re-
ducem vicibus: Anaxa. vero ſempiternam putat eſſe, &
nunꝗ deſituram intercaſuramúe. Huic item elementa
33 videntur eſſe infinita, illi finita videlicet quatuor. Sanè
duæ rationes fuere, quibus Anax, ita opinari motus eſt.
Vna ꝙ videbat ex contrarijs gigni contraria. Nã quum
fieri poſſe non putaret, vt contrarium vllum in cõtra-
riam naturam abiret, quippe qui crederet rerum princi
pia eſſe caſura interituraq́;, ſi cõtraria in cõtrarias natu
ras verti poſſent, arbitratus eſt in contrariis ineſſe con-
traria. Altera ratio erat, & quidẽ quæ coegit illum atq;
impulit maxime ita ſentire, ꝙ notat cõe antiquorum fe
rè oĩum eſſe ſcitum, nihil fieri poſſe de nihilo: ꝓindeq́;
obtinuiſſe, vt ſingula eſſe in ſingulis iudicarentur, & fie
ri res, aut generari nihil aliud eſſe, ꝙ̃ detegi euelariq́; aut
excerni. Corrumpi contra nihil aliud eſſet, ꝙ̃ diffundi &
coaleſcere. Apud Anax. porrò rem fieri atq; naſci, nihil
aliud eſt, ꝙ̃ alteraſcere, & mutare. Verũ ex ipſius rei na-
tura intuitu patet illum vim vocabuli non tenuiſſe, qui
gñationem, non vt cæteri coitionẽ ſiue concretionem,
34 ſed alterationem appellet. Sed & ſyllogiſmo vtitur ad
ſuam ſententiam cõfirmandam hunc in modũ: Omne
quod fit, vel ex ente fit, vel non ex ente: ſed. n. ex non
ente non poteſt: ex ente ergo fit omne, quod fit. Ita ſe-
qui, vt ſingula inſint in eo vnde fit aliqd, vt in hac aqua,
crines, oſſa, neruos, carnem ineſſe ſit neceſſe: perſpici
autem atq; deprehendi non poſſe à nobis horum ſingu
la præ ſua exiguitate. Ex quibus poſtremo intulit im-
miſta & innexa eſſe ſingulis omnia, poſteaquam ex oĩ-
bus omnia fieri videbantur. Sed quænam eſt ea cauſa.
vt omnia non appareant eſſe ſimilia, ſi æque prouenĩũt
ex ſingulis omnia? Qm̃, inquit ille, vniuſcuiuſq; rei in-
æqualis eſt in oĩbus portio, ſed ĩ vnaquaq; re vnũ quip-
piam eſt in oĩbus portio, ſed in vnaquaq; re vnũ quip-
piam abundat magis atq; ſuperfluit, vt in hoc ſit aquæ
plus, ĩ illo ſit corporis. Qđ ergo apparet aqua, facit hoc
copia qñ nihil eſt ſyncere aqua, caro, terra, ſanguis.

In hoc varij textus & ſcriptores ſunt.

[a] *Non Anaximãder ſed Anaximenes legitur unum feciſſe principium, quod ſit igne craſsior et gracilior aere: & ob id arbitrantur quidam hunc locum Themiſtij non carere mendo etiam in græcis codicibus.* [b] *Sphærum interpretatur Hermoe. id eſt deum, quod unde acceperit, neſcio: nam Emped. non deum cauſam efficientem ſed litem & amicitiam poſuit. Simplic. de hac re ſi ait: Ea miſcella apud Emped. ex quatuor eſt elementis, quæ ſi ab amicitia concernantur, ſphærum efficiunt: ſi uero à lite execrnantur, mundum hunc conſtituunt? ob id autem forſitan hoc modo Hermoe. eſt interpretatus, quia eum illis communeratus eſt Empedo. qui unam efficientem cauſam poſuerunt, quòd ad amicitiam & litem non uidetur poſſe referri cum duo ſint. Sed Simpli. exponit hic ut unam cauſam accipi, quia non ſimul efficiunt, ſed ſeorſum nunc una nunc altera dominatur.*

35 EST igitur conſequens poſt eius opinionis confuta-
tionem, quę tollere principia videbatur, eorum im-
pugnare ſententiam, qui infinita eſſe illa putauere. Vellẽ
fieri poſſet vt ipſimet intereſſent noſtræ diſputationi, fa
cile opinor, faterentur finita rerum naturaliũ eſſe prin-
cipia. Equidem primũ illud admiror, quo pacto ij qui
naturæ ſcientiam profitentur, ignorauerunt ſe temere
profiteri, ſi ſuam ſñiam retineri tueriq́; velint. Si. n. tũc
ſcire vniuſcuiuſq; rei naturã arbitramur, quum cauſas
illius & principia cognoſcimus: infinitarum aũt rerum
quum is aperte cõcedat, nullam poſſe haberi notitiam,
(nimirũ qui infinita dicit eſſe principia) tollit rei ꝙ̃ tra-
ctat cognoſcendæ facultatem. Quòd ſi quum infinita
ea faceret, Anax. qualitates alioquin numero definiuiſ-
ſet, quãuis ſciri non poſſet ex quot exiſtere vnũquodq;
ſaltem illud cognoſcere licuiſſet ex qualibus conſtaret,
Nunc vero quum neq; per proprietates ac ſpecies, neq;
ꝑ numeros ſuas illas ſimilares particulas, quas finxit, di
ſtinxiſſe diſcreuiſſeq́; reperiatur, quumq́; ea ſe docere
pollicitus fuerit, quę primus ipſe neſciat, apertiſsime ve
teratorio iſto ex promiſſo videtur eludere. Hactenus
extra negotium. Iam vero illud quo pacto non eſt ab- 36
ſurdum, ꝙ ex illa opinione conſequitur, quæ putat mi
ſta eſſe in oĩbus omnia? Sequitur. n. quum vnaquæq;
ſimilarium partiũ & augeri in infinitum, & minui poſ-
ſit, neq; maximam vllam neq; minimam poſſe quanti-
tatem capi. Quod etiam ipſimet Anaxagoræ impoſſibi
le videtur eſſe. Fatetur. n. compoſitum omne conſtare
partibus. Partes autem illas voco, quæ & viciſſim à ſe
de & à toto ſeparari actu queunt. Palàm quoque illud
concedit, magnitudinem totius pendere atq; regi ma-
gnitudine partium, vt, ſi videlicet paruæ ſint partes, par
uum etiam habeat & totum: ſi cõtra magnæ, magnum
quoq; & illud habeatur. & ſi infinitus vtrinque proceſ-
ſus in partibus fuerit, futurum eſſe itidem ĩ compoſito
infinitum. Quanta. n. eſſe poſſunt oſſa, caro, nerui, tan-
tum & ipſum animal. Eodem modo de partibus plan-
tarum, & de plantis ipſis iudicandum eſt. Aeque etiam
è diuerſo illud eſt verum, ſi ſit impoſſibile: totum gran-
deſcere, partes quoq; eſſe impoſſibile, planè animali-
bus omnibus atq; plantis exitus magnitudinis eſt, ipſo
etiamnum Anaxagora conſentiente: eſſe igitur & par-
tibus neceſſe eſt. Neq; fieri poteſt vti quãtalubet ſit ca-
ro hominis ea, quæ cũ infinitis alijs rebus ineſt, & deli-
teſcit in milio, aut vti in minores ſecetur portiones, &
tñ caro adhuc remaneat. Sanè hoc qui dicit magna vi- 37
detur amentia. Verum Anaxagoras fortaſſe reſponde-
ret hunc in modum, minime quidem ſe concedere ma-
gnitudines animalium & plantarum, ex ſimilarium par
tium auctione, & diminutione pendere: eſſe vero ſecu-
turum id, ſi animalia atq; plãtæ ex qualibet ſimilarium
partium ſpecie vnam tm̃ ſimilarem particulam nacta
eſſent, vt vnam oſsis, & vnam ſanguinis, & vnam gene-
rum ſimiliter reliquorum. Sed non eſt ita, immo vero
conſtituere ſe atq; collocare in vno quoq; animantiũ
gñe, multas ſimilares eiuſdem gñs & ſpeciei particulas.
Porrò hinc nullum incommodum ſuſcipi, ſi conceda-
tur carnem diuidi poſſe in infinitum, animal nõ poſſe:
nam eam carnem, quæ ineſt in animali ex pluribus con-
ſtare carnibus tanquam principiis & elementis. Sed nõ
effugit. Tametſi. n. hoc ita fuerit, nihilo ſecius horum
elementorum oportet magnitudinem definire. Dabi-
tur porro numerus aliquis caruncularum, quę compo-
ſitæ efficiant eam carnem, quæ ineſt in animali. Sit au-
tẽ quaternarius vel quinarius exempli cauſa. Si igitur
harum caruncularum vnaquæq; diuidi poteſt in infini-
tum, ea caro quæ ex quatuor illis conſtaret vſq; adeo
concidi,

concidi, atq; exigua reddi poſsit, vt ex tantilla carne nul
lum animal conſiſteret. Præterea quid eſt quod aiunt,
hominis carnem ex pluribus carnibus eſſe compoſi-
tam? Cur illarum quælibet caruncularum non erit rur-
ſus ex pluribus compoſita carnibus? ſi minui poſſum ſi-
milares particulæ in infinitum? Illud quoq; perridicu-
lum eſt, Elephanti carnem ex paucioribus conſtare ca-
runculis, culicis carnem ex pluribus. Nihil.n. intereſt,
vtrum duas ex pluribus an ex paucioribus aliquid eſſe
conſtitutum, quum nullum magnitudinis exitum ca-
pere poſsis, neque incrementum verſus neq; diminu-
tionem. Omnino autem carnem minuere in infinitum,
nihil aliud eſt q̃ carnẽ efficere amplius ne ſit caro. Quã-
uis.n. carnis ĩ eo ꝙ corpus eſt infinitam ſectionem poſ
ſis agnoſcere: in eo tñ quod caro eſt, non poteſt. Breui
ſiquidem carunculæ illæ ex ſectione deſinerent eſſe ca-
runculæ, atq; ita corrumperentur. Quod quemadmo-
dum conuenire poſsit ei, qui rerum principia ſtatuit in
corrupta, non video. Si itaq; vera ſunt hæc, definitaq;,
atq; certa eſt carnis minime magnitudo. fieri non po-
teſt vt in quolibet admiſtum ſit quodlibet. Sed quam-
obrem? Quia omne finitum corpus, ſi infinitas, & qui-
dem minimas portiunculas deſeces, quandoq; deficiat
eſt neceſſe, modo non proportionem ſequate, ſed cer-
tam aliquam & præſcriptam magnitudinem decidas.
Si igitur ex aqua caro vniuerſa continuo excernatur,
proculdubio ſumptitabitur aliquando vniuerſa quæ ſu
berat, neque abiri poterit in infinitum. Neceſſe eſt ita-
que alterum ex duobus ſequi, aut vt excretio illa cadat
deponatq; abſumpta atque exhauſta omni materia aut
ea durante infinita vis caruncularum quæ habebatur,
vel anteq̃ cœpiſſent excerni, in magnitudine ac mole
finita, puta aqua vel alterius corporis, relinquaẽ. Quod
38 dicere aut ſentire ſuperat omnem ſtoliditatem. Adhuc
ſi corpus omne ſublatis partibus redditur minus, car-
nis vero certa eſt definitaq; vtrinq; ſecus quantitas, ma
niſeſtum eſt ex minima carne nullum corpus poſſe ſe-
cerni: (eſſet.n. aliquid minus ac modicius minimo) ip
ſi ex minima carne nullum corpus poteſt excerni, qui
erunt in omnibus omnia? Sed quid conſector leuia? Si
inſunt omnibus omnia, non ſolum caro in minima car
ne collocanda erit, ſed & ſanguis, & os, & cerebrum,
& reliqua perinde affatim omnia: ſimiliter in ſanguine
alius iterum ſanguis, alia caro, aliud os, ad idem exẽpli,
& in cæteris omnia inſerenda inculcandaque eſſent.
Præterea quo pacto nõ latiſsime delirant ij q in mini-
ma carne, carnem dñt eſſe infinitam, ſimiliter aquã &
terram, atque aerem infinitum: eaq; poſtremo omnia
quæ nos ſupra diximus, per ſe ipſa poſſe ſubſiſtere, &
à ſe viciſsim eſſe diſiuncta, quo quid poteſt eſſe horri-
dius? Nã in eo quòd ſeparata ſunt, terminum & finem
accipiunt, quia ſimulatq; ſeparantur diſtinctionẽ & lo
ci magnitudinis nanciſcunẽ. Quamobrem ſi vera eſſet
Anaxa. ſnia, fuiſſent principia non ſolum multitudine,
ſed etiã magnitudine infinita: quod nihil aliud eſt, q̃ fa-
cere vt ſint infinities ĩfinita. Quòd ſi quis tueri Anax.
velit dicatq;, principia quidem, qm̃ aliam naturam ha-
bere nõ poſſunt, immiſta non eſſe: ſed quũ dr̃ ineſſe oĩ-
bus omnia, de ſenſilibus id concretisq; eſſe intelligen-
dum. Transferantur rationes ſubinde ad ſenſilia & con
cretiones, exempli gratia, ad aquam ſenſilem: aquæ.n.
inerunt carnes & oſſa infinita, quę ſeparata actu concre
tiones ſunt: atque ex oĩbus generabuntur, quia & ſen-
ſilia ſunt, & poſſunt excerni. Quare & horũ ſingulis rur
ſum alia quoq; inerunt. Nunquã.n. fieri poterit, vt in
ſyncera & prima principia reſoluantur: nam hoc eſſe
impoſsibile idem Anax. clariſsime atteſtatur. Quomo- 39
do igitur ea efficere diuina mens ſtatuat? Nõne potius
videri ſtultiſsima atq; inſipientiſsima debeat, ſi aggredi
velit ea quæ ſint factu impoſsibilia? Atqui recte quidem
illud, ſed (forte fortuna) dixit Anaxa. fieri poſſe nunquã
vti deſtrue illa Mauſoli omnia entia ſecernantur: acci-
dentia nanq; à ſubſtantia ſeparari non poſſunt. Quem
igitur finem laboris inueniet prouidentiſsima.ſ. mens,
ſi ea attentauerit quæ perfici, & ad exitum conferri nõ
poſsint? Quãdo neq; magnitudinem principiorum de-
finiuit, quippe quæ diuidi cẽſeat in infinitum, neq; qua-
litatem. Nequeunt.n. à ſubſtantia ſeparari colores, ha-
bitus, & poſtremo accidentia reliqua. Quorum alterũ 40
menti ſuæ, neque ille quidem tribuit: alterum nos veri-
tatis gratia inficiamur, qñ præſertim neq; illud quoq;
acute. Anaxa. videbat. propterea carnem ex caruncu-
lis conſtare, lapidem ex lapillis, aurum ex aureliis, ꝙ pu
tabat vnamquãq; ſimilarium particularum in ſimila-
res partes minimas ſecari poſſe, vt ſi quid inde abiret
atque decederet coalitu earundem partium, quæ ſeceſ-
ſiſſent, nouus alius continuo ceu partus exiſteret. Cæte-
rum non conficitur. Lutum.n. & in luta diuiditur, & in
aquam & in terram. Ex quibus ergo potiſsimum dixe-
ris conſtare lutum, vtrum ex lutulis, an ex terra potius
atq; humore? nonne verius ſit lutũ fieri, nihil eſſe aliud
q̃ ex humore, & terra conſtare? ex lutulis cõponi, nihil
aliud eſſe, q̃ increſcere atq; grandeſcere? Neq;.n. quẽ-
admodum lateres ſua ſtrue & compoſitura domum ef
ficiunt, ita quum ex aqua fit, aer, vel è diuerſo, ex aere
aqua quum fit, coeuntes aquulę totum conflant, & cõ-
ſtituunt elementũ. Quod tñ ſequitur apud eos, qui egre
gium.ſ. & admirabilẽ illum concretionis modũ pferunt.
Enimuero ipſum aerẽ ſcimus in aquã alteraſcendo trãſ
ferri, atq; ita fieri aquam ſaltem ſenſu percipimus. Eo-
dẽ pacto & Emped. excretione atq; concretione arbi-
tratus eſt oĩa gñari. Tñ leuius errauit, quod finita & cer
ta principia poſuit: Sed nondũ eſt tractãdus de iis locus.

CAeterum illuc me refero, ꝙ contraria principia 41
oẽs conſtituere, & ij qui vnum omnia & immo
bile, & ij qui plura eſſe dixerunt, & qui etiam in-

NOGARO. Hic fuit Italus ex Elea Lucaniæ ciuitatę vt Liuij: autumat ſtrabo, à quo non diſſentit Simpli.

finita: Etenim Parmenides in • iis libris, quibus ſenten
tiam ſuam aſtruxit, calidum & frigidum, principia eſſe
dixit: quorum alterum ignem, alterum terram vocauit,
Anaxa. quoq; in ſimilaribus particulis poſuit contra-
rias, quẽadmodum Anaxi. ſecretionem & cõcretionẽ,
& Democritus plenum & inane, quæ quum principia
conſtituiſſet, & gñones rerum figura, ſitu, & ordine di
ſtinxiſſet, aptiſsime viſus eſt adhibuiſſe contraria: ſunt
.n. oĩa illa contrariorum gña, ſitus, figura ordo. Nam
ſitus alius dexter, alius ſiniſter, ſupernus, infernus, ante-
rior, poſterior. Figurarum quoq; rectilinea alia, orbi-
cularis alia, quas ille p contrariis habuit. Nã de Emped.
atque Pla. deq; iis phyſicis qui raritudinẽ dẽſitudinẽq;
contraria principia eſſe voluerunt, abunde ſupra dixi-
mus. Ac mihi quidẽ acrius intuẽti medius fidius viden 42
tur oẽs haud ſine rõne in hanc ſnãm diſceſsiſſe. Nam
ſi naturã principis ſpectes, reperies tria eſſe in principiis
neceſſaria. Primũ, vt ex ſe viciſsim non exiſtãt, alioqu
principia & non principia eſſe probarẽtur. Secundum
vt neq; ex aliis conſtent, nã ſi prima non ſunt. quo pa-
cto poſſunt eſſe principia? Tertium, vt ex illis conſtent
cætera, atq; hoc eſt principiis maxime proprium. Hæc
autem

autem oĩa primis contrariis oportet ineſſe. Prima con
traria voco, quæ ſunt maxime generalia: nam ex aliis
conſtare id circo nõ debent principia, qm̃ ipſa ſunt pri-
ma: neq; mutuo ex ſeipſis ea rõne quia contraria ſunt.
Neq; perturbetur quiſpiam, ſi qñ audiat dici ex albo
fieri quippiam vt ſit nigrum. Non.n.ita dicuntur ex ſe-
ſe fieri contraria, vt ꝓprie mutuo fieri intelliganť ex ſe-
ſe, ſed ita, vt quaſi poſt ſeſe mutuo atq; ordine quodam
produci gñariq; videantur. Sed quiſnã ille modus eſt,
ſquies, quo fieri ex ſe mutuo poſſe cõtraria negauimus?
Nimirũ is, quo de ære ſtatuã dicimus fieri? neq;.n. vno
ꝑmanente ſuperſtiteq; cõtrario gñari alterum poteſt.
Neceſſe eſt aũt principia non corrumpi, ꝙ ſi ſeruata in
alterũ tranſmutentur, ſequetur duo ſimul adeſſe cõtra-
43 ria, qđ eſt impoſſe. Sed quęres quonã pacto conſtant ex
contrariis, ceu ex principiis reliqua? profecto id ea rõne
neceſſariũ maxime vr̃, ꝙ per tranſmutationem gñatio
oĩs conficitur quemadmodum oſtendetur. In contra-
ria porro oĩs gñatio deſinit. Verum quia obſcuriora vr̃
hæc eſſe, quæ dicimus, paulo altius repetere ac remetiri
ſtatuimus, vt hoc ipſum facilius fiat intellectuq; capiať.
Exiſtimare itaq; oportet nihil eſſe quod aut agere in
quodlibet, & vtcũq; ſors tulit, aut pati à quolibet poſ-
ſit: nam neq; homo generando aſino natura idoneus
eſt neq; adamas non tutus à ferri ictu. Non igitur fieri
aut naſci oia de omnibus poterunt. Nã album ex mu-
ſico fieri nequit, ſed ex nigro duntaxat, aut flauo, aut ex
iis coloribus aliquo, qui ꝙ ſunt in interſinitio contra-
riorum poſiti, ancipites mediiq; habentur. Dices for-
taſſe non eſſe hoc perpetuo verum, videri.n. luſciniam
de Muſica fieri candidam. Sed ſoluitur. Illud euenit nõ
in eo ꝙ muſica, ſed in eo ꝙ nigra fuiſſet. Nam quum
accidere poſsit vt idem qui ſit albus ſit etiam muſicus,
facile aberratur dum non ex albo, ſed ex muſico nigrũ
fieri creditur. Quòd ſi id qđ per ſe eſt diſtinxeris ab eo,
quod ex accidente fit, inuenies album ex nigro vel ex
fuſco per ſe, experito aut grãmatico per accidens factũ;
nihil.n. vetat eundem qui niger ſit aut muſicum aut fa-
brũ, aut excuſſorem, aut militem, aut imperatorem eſſe
Quare vſurpatio atq; abuſio fuerit, ſi quenq̃ dixeris ni-
grũ eſſe factum ab Arithmetico volatili bipede: ſunt.n.
hmói generationes ex accidente oẽs. Per ſe autem albũ
gñatur ex nigro, & ſi quis ſubtilitate diligenti exigat id
ex non albo: non tñ hoc ita accipiẽdum, vt ex omni eo
quod ſit non album, fieri nigrum putetur, (eſt.n. Hip-
pocentaurus & Scylla non album) ſed de eo non albo
intelligẽdum eſt quod de fuſco, veneto, rutilo, & cæte
ris finitimis ꝑdicetur. Pariter Muſicus de non muſico
fiet, non de colũna, neq; de naui, quæ & ipſa ſunt non
muſica: ſed de eo quod amuſon, id eſt immuſicum (no
uo quidem noĩe, & fortaſſe duro, ſed ad rẽ demonſtrã-
dam ſatis idoneo) appellaueris: aut ſiquid inter muſicũ
44 & immuſicum ambigit. Eodem modo album non abi-
bit corrumpeturúe in quolibet, neq; per ſe corrumpeť
in muſicum, ſed ex accidente. Nam vſtulati hoĩs colo-
ratiq; albedo per ſe in nigriciem corrupta eſt, ꝙ ſi con-
tingat vt idem ille qui vſtulatur eſt, muſicus fuerit dici
poteſt ex accidente albedinẽ in muſicum fuiſſe cõuer-
45 ſam. Simili modo ſi muſicum corrumpať: non corrum
pentur in nigrum, ſed in muſicum. Neq; ſolum hæc vi-
dentur eſſe vera in iis q̃ per alterationes accidentium
ꝓducuntur, qualia ſunt q̃ mox diximus, ſed etiam in iis
vel latiſsime patet eadem rõ, quæ per concretionem
ſecretionemq; gñantur, qualia ſunt ea quæ vocamus
compoſita. Latet tñ in iis quandoq; eadem cauſa, ꝙ cõ
trariorum fere plurium non habetur vſitatum nomẽ,
queadmodum habetur albi nigriq;. Ita quibuſdam pri
uationes ſuis nominibus efferuntur, quibuſdam non
ipſæ priuationes, ſed aliorum ſolæ negationes habẽtur:
nam cõia cõpoſitis oĩbus nomina facile eſſet inuenire,
cuiuſmodi ſunt conuenientia, incõuenientia, ex qbus
gñatio proficiſceretur oĩs, & in quas corruptio itidem
reuerteretur. Particularibus vero ſinguliſq; compoſi-
tis propria in cõi vtiq; loquendi conſuetudine non re-
periuntur. Verũtamen oẽ conuenienter factum ex non
conueniente fit, & ad inconueniens corrumpiť, non ad
quoduis. ſed ad id quod ſpeciatim contra ponebať ad-
uerſabaturq;. Non.n. hominis conuenientia ad incon-
uenientiam equi corrumpiť, neq; ea qui canis eſt in eã
q̃ ſit plantarum, neq; rurſum ex illis fiunt: ſed homo in
hominis incõuenientiam abit, equus in eã quæ ad equũ
pertinet. Planè nihil inter eſt loco inconuenientis & cõ
uenientis, ordinatum & inordinatum dicas, cõpoſitũ
& incompoſitum, aptum ineptum, de formatum in for
mæ. Nimirum eadem ratio in omnibus obſeruanda. 46
Sumãtur itaq; vndelubet exempla. Domus ordinatio
ex inordinatione fit, non omni, neq; ex ea quæ nauis
eſt, ſed ex ea quæ ſpectat ad domum: eſt.n. ea inordina
tio in eo, ꝙ neq; lapidum, neq; laterum ſtrues eum ad
modum ornata & diſpoſita eſt. quo conueniebat in do-
mũ. Econtrario quoq; domus quando corrumpitur, in
eandem hãc inordinationem redit. Item aceruus con-
geſtuſq; tritici fit ex oppoſitio, ſm̃ q̃ aceruo tritici cõ-
gruebat, non ſm̃ q̃ aceruo lignorũ: corrũpitur quoq;
non in lignorum, ſed in tritici diſſolutionem. Aeque &
ſtatua ex ſtatuæ infiguratura fit. Et ne in ſingulis morer 47
manifeſtum eſſe arbitror omne qđ fit, ex contrariis fie
ri, & omne quod corrumpitur, in cõtrariam aut finiti-
mam concedere, atq; abire ſubſtantiam. Nam & inter-
media ex contrariis gñantur, qđ videre in coloribus li-
cet, vt illud quam poſsit veriſsime affirmari: Quæcun-
que natura ſunt facta, aut contraria eſſe, aut ex contra-
riis ortum habere. Contraria ea ſunt, quæ eiuſdem ge-
neris extremos ceu margines obtinent: ex contrariis
conſtant quæ horum in medio collocantur. Cæterũ il-
lud cõmonuiſſe hoc loco expediet, quamuis ex cõtra-
riis generationes omnes procedere, & in contraria cor
ruptiones abire dixerimus: nõ tñ reſtare permanereúe
cõtraria illa corruptis, aut genitis rebus cõcedimus, alio
quin nobis ipſis pugnaremus. Eſt autẽ ita intelligendũ,
vt dixi, fieri hoc ab illo, id eſt, hoc poſt illud. Hactenus 48
ferme oẽs conſentiunt, elementa atq; ea quę cuiq; prin
cipia videbantur, haberi contraria, non tã ratione indu
cti, q̃ ipſa veritatis vi. Diſſentiũt aũt inter ſe oẽs in ea re,
ꝙ alij priora generalioraq;, alij poſteriora & particula-
riora principia tradidere, alij cõſectati ſunt ea quæ rõni
perſpicua magis eſſent, alij quę notiora ſenſibus viderẽ
tur, alteri calidũ, humidũ, frigidũ, ſiccũ, (q̃ poſteriora,
particulariora, cognobilioraq; ſunt principia) cõſtitue
runt: alteri magnum & paruũ, par & impar, cõcordiã, &
diſcordiam, q̃ cum ratione priora eſſe, tum generaliora
notioraq; videbantur. Veruntamẽ bipartim diuerſa ſe- 49
quebantur, partim eadẽ videbant. Hæc.n. omnia inter
ſequendam ſimilitudinem habent. Nam queadmodũ
cõcordiam refertur ad litẽ, & impar refertur ad par, ita
calidũ ad frigidum, & ſiccum ad humidum. Præterea
quædam ex illis ſub concretionem & ſub exceſſum ca-
dunt, quædam ſub ſecretione defectuq; reponuntur.

• Verba græca, quæ uidetur Hermoe. interpretatus hoc iu loco hæc ſunt, ἐν τοῖς πρὸς δόξαν. quæ aliud uidētur habere ſenſum. & ſic interpretari poſſe: Iu his quæ ſecundum exiſtimationem ſunt. Parme. n. ſenſibilia & naturalia, entia ſecundum exiſtimationem appellabat, & horum principia calidum & frigidū eſſe dixit: intellectilia uero entia ſecundum ueritatem et ea eſſe unū et hæc cum ex alijs, tū ex Simp. licet colligere.[b] Ammonius tamen, ut refert Simpl. eodem pacto intelligi noluit contraria ex ſeſe mutuo fieri nō poſſe, quo ea ex aliis fieri negatū eſt: quia. ſ. alterū altero principalius non eſt uel prius et ulius: ob id. u. ait ipſe. Quia contraria ſunt et æquiualētia, nihil magis habet alterū altero cur ſit principiū.

50 QVàm itaq; contraria principia eſſe, neceſſariū
ſit, ſatis manifeſtum eſſe iudico. Eſt autem ſe-
quens (vt arbitror) quis ſit numerus principio-
rum oſtendere. Indicatum eſt ſupra, neq; vnū eſſe poſ-
ſe principium, neq; infinita. Vnum ea rōne, quia con-
traria: & oppoſita quum ſint, hoc ipſo nequeunt infini-
ta eſſe. Quum ꝙ ſeparare ac diſtrahere illa oporteret in
duo tum etiam ꝙ rerum ſcientia obiter tolleretur. Ac-
cedit ꝙ naturæ vnius & generis • vna videtur eſſe op-
poſitio contrarietaſq;. Genus autem vnū dicitur pro-
prieq;, quod poteſt in ſpecies, non etiam in genera ſeca
ri. Ita circa colorem albedo & nigritia, circa ſapores
dulcor & amarities inueniuntur. Oppoſitionem voca-
mus duorū oppoſitorum cōtrariorumúe habitū quen-
dam atq; reſponſum. Circa materialem igitur genera-
tileq; ſubſtantiā, cuius principia quærimus, vna quoq;
eſſe dēt oppoſitio nō infinita, qñ præſertim nihil pro-
hibet adortus & nouationes rerum principia finita poſ
ſe ſufficere. Nam Empe. qui poſuit eſſe finita melius,
mehercule & cōmodius ꝗ̄ Anaxa. rerum quæ gñantur
51 naturam abſoluit. Quòd ſi hæc vera ſunt, atq; vna eſſe
vnius naturæ oppoſitio debet, ſequit̃ neceſſario, vt aut
duo ſola principia ſint, videlicet, prima illa cōtraria: aut
coniūgenda conſociādaq; illis ſit etiānum materia quę-
dam atq; ſubiectum. Qđ tametſi mihi maxime neceſſa
rium vř, velim tñ ſeorſum ipſe tecū paulo ſerius cōſide-
res, ſit ne vlla denſitudo, ꝙ ipſa p ſe poſſit raritudinem
facere, cōtraúe: aut vlla calliditas quæ frigiditatem, aut
amicitia vlla ꝙ odium poſtremo qualitates vllę ꝙ cōtra-
rias qualitates gignant. Sed nedū facere aut gignere re-
putemus, nū ēt eſſe ipſa p ſe poſſint atq; ſeorſum conſi-
ſtere, frigiditas, caliditas, concretio, ſecretio, & ſimilia
iis an ne potius tertium quiddam ſubſternēdum ſubii-
ciendumq; eſt, circa quod veluti fundamentum ad vi-
ciſſitudinem rerum cōſtituendam iactum, & illa ſub-
ſiſtere & generare deinceps reliqua poſſint. Non. n. ſe-
ſe illa (de contrariis primis loquor) mutuo ſubſtinent,
neq; item ſuperſtite concretione ſecretio naſcitur, aut
ſuſcipitur in concretionem, neq; raritudo denſitudinē
ſubit, ſed alterum alteri cædit, tertio quodam recipien-
te baiulanteq; id quod nouatur & gignitur. Quapro-
pter etiam Philoſophi veteres contrariis vnā pluresúe
52 naturas ſubiiciebant. Sed vel hinc quoque probabitur
quod volumus. Principia dixerit aliqui in ſubiecto col-
locari non debent, alioquin principij principium co-
gemur afferre: nā ſubiectum videtur prius eſſe & ſub-
ſtantia, iis quæ in ſubiecto continentur: contraria por-
rò in ſubiecto ſunt omnia: non igitur videntur eſſe poſ
ſe principia quæ dicantur eſſe contraria. Item nulli rei
videmus ſubiecta eſſe contraria, principia autē neceſſe
eſt omnibus ſubiici, nō igitur contraria ſunt principia.
Item negamus ſubſtātiam vllam aduerſari ſubſtantiæ:
non igitur ſubſtantiæ ſunt quæ videntur eſſe contraria.
Quòd ſi non ſunt ſubſtantiæ, manifeſtum eſt non eſſe
principia, alioquin fateri cogeremur principia ſubſtan
tiarum non eſſe ſubſtantias. Verum ſi prior oratio de- 53
monſtrabat oppoſitionem ineſſe principiis, & videtur
nihilominus ſecunda hæc & poſterior efficere, ne prin
cipia videantur eſſe contraria, cum illis vtiq; ſentien-
dum eſt, qui duobus contrariis tertiam addidere ma-
teriem, quæ prior quāuis eſſet, quamuiſq; magis etiā-
num inſigniter principium eſſe videretur, nihilominus
illorum indigeret, vtpote quæ per ſeipſa conſtituere ni-
hil architectariúe poſſet. Atque hoc quoq; veteribus 54
placuiſſe comperio. Illi. n. vnam quampiam naturam
contrariis ſubiecerunt, propter quam vnū omnia eſſe
arbitrabantur, aut aquam, aut ignem, aut id quod me-
dium fingebāt inter aquam & ignem: proprius autem
accedunt veritatem, qui intermedium illud commini-
ſcuntur. Nā ignis aptiſſime ex contrariis conſtat, quip-
pe qui feruida & ſicca natura ſit, quorum frigiditas &
humiditas contrariæ qualitates habentur. Oportet au-
tem id quod eſt ſubiectum contrariis, in ſua natura nul
lum habere contrarium, alioquin neceſſe eſſet vt alteru
trum, aut non ſuſciperetur, aut corrumperetur, quo-
rum vtrunq; pugnat deſcriptioni principij, Quare non
abſq; ratione ſenſerunt ij, qui ſubiectum aliud ab ele-
mentis quatuor poſuere. Eadem ratione minus erratur
ab iis, qui aerem ſubſternunt: habet. n. aer minimā dif-
ferentiam ſenſilium portionem. Tertio ſuccedunt lo-
co, qui aquam conſtituere ſubiectum: caleſit. n. eadem
permanens, & frigeſcit, liquatur, congelaſcit, funditur,
cogitur. Plane videntur omnes, vnum illud ſubiectum 55
contrariis informaſſe, alij raritudine & denſitudine, alij
magno atq; parua. Hæc autem ſub exceſſu. ſ. defectuq;
recidunt. Videtur autem peruetus eſſe opinio, tria rerū
eſſe principia oportere, ſubiectū, defectum, exceſſum.
Ac numerum quidem principiorum eundem omnes
aſciſcunt: non tñ eodem oēs modo: nā veteres duo age
re, tertiū pati putauere: in contrariū Pla. viſum duo pa-
ti, agere vnum, quēadmodum & ſupra dixi. Quamob-
rem conuenit tria eſſe elementa. Eſt aūt de iis elemen-
tis nobis in pſentia ſermo, quæ rebus gñatis inſunt.

• Quid ſibi uelit generis uomen ac etiam ſubſtantiæ, hoc in loco, non eodem modo græci expoſitores expoſuere: Alexan. . u. quē uidetur Themiſt. inſequi, genus unum quod in genera nō diuiditur: ſubſtantiam uero formā ſubſtantialē materialē, uel potius compoſitum ex materia & forma. ſed quia non in genere tantū ſubſtantiæ, ſed in alijs etiā præſentis contrarietas formæ & priuationis reperitur, & Ariſt. nō tranſmutationis ſolum ſubſtantialis principia inquirit ſed cuiuslibet naturalis, ideo Ammo. dixit. Quēadmodū ens primo quidem de ſubſtantia dicitur, poſterius de alijs predicamentis, ita etiā contrarietas priuationis & formæ primo reperitur in ſubſtantia, ſecundo in alijs prædicamentis: & primo principio ſunt tranſmutationis ſubſtantialis, ſecundo aliorū. Syrianus tamen per genus ipſum prædicamenta intellexit: quāuis. u. multæ ſint in prædicamentis ſupremæ contrarietatis, oēs tñ iu unam reducūtur, quæ eſt exceſſus & defectus. Ammo. aūt per genus unū, ſubiectum unum expoſuit: Sicuti. n. numerus (ait ipſe) ſe habet ad par & impar, ita natura ſubiecta naturali ſubſtantiæ ſe habet ad formā & priuationem. Simpli. uero omnibus his reiectis, per ſubſtantiā lata quadam acceptione intelligit quicquid in tranſmutatione eſſe habet & in materia, huiuſmodi

*modi.n.ſubſtantiæ principia quærimus,per genus autẽ unũ,
communionem quãdam naturæ, quomodo aliquando dici-
mus duo eſſe rerum genera, aliud ſenſilium, aliud intelligi-
bilium: uel per ſubſtantiam,omne id in quo ſubſtantiale quid
reperitur,ſicuti dicimus diſgregare albo ſubſtãtialiter ineſſe.*

56 PLura vero eſſe quam tria non amplius conuenit:
nam ad patiendum ſufficit ſubiectum vnum, ad
agendum ſatis ſunt contraria. Quod ſi aut alteram
addideris oppoſitionem,aut ſubiectum,alterum, coge
ris vtrunq; duplificare: nam ſi alterũ ſit ſubiectum, al-
terã quoq; oppoſitionẽ eſſe continuo oportebit : & ſi
altera ſit oppoſitio,alterũ pariter ſubiectum habebitur.
Aut igitur ex vtraq; trinitate eadem generabuntur,aut
diuerſa:ſi eadem, ſuperfluet altera:ſi diuerſa,non erunt
eadem principia rerũ gñatum,neq; elementa in ſe vici
bus conuertentur,ignis,aer,aqua,tellus.Pręterea & cur
duæ ſolum & non plures trinitates erunt, atq; ſubinde,
infinitæ, nullã comperio rõnem, quæ ſi duas, non eadẽ
quoq; poſsit plures, atq; adeo infinitas afferre. Nã ſi id
circo dixeris duas eſſe, ꝙ ea quæ animalium principia
ſunt, differre oporteat ab iis quæ ſunt plantarũ :cur nõ
ita differre debebũt, quę ſigillatim cuiuſq; generis ſunt
plãtarũ ? Deinde videmus aĩalia plãtis ali,plãtas porro
fieri ex elementis , ita vt manifeſtum ſit in vices omnia
tranſmutare, alternãte & reciprocante natura. Quòd ſi
duas oppoſitiones & vnũ ſubiectũ attuleris . dixeriſq́;
inter ſe illas mutuo vicibuſq́; trãsferri, nihilo ſecius ea
dem te incõmoda ſequentur, atq; altera illarum vtique
erit ſuperuacanea: qñ quidẽ ſi mutua conuerſio ſit,ne-
ceſſarium eſt illa ceu coaleſcere , atq; eadem fieri . Etſi
contrariorũ oppoſitorũ in contraria eſt abitio, ſit vna
oppoſitio A.B, altera C.D. Si igitur ipſum A. quẽadmo-
dũ poteſt in ipſum B. mutari , ita poſſit in D. profecto
ipſum A & ipſum D. planè ſint idẽ futura : & ſi ipſum B.
quemadmodum poteſt in A. ita poſſit in C, neceſſario
A. & C, eadem oĩno res fuerit. eſt.n. in contraria tran-
ſitus, & vnũ vni aduerſatur. Sed & ſupra diximus circa
vnã naturã verſari oppoſitionẽ vnã. Eſt autẽ generalis
materialiſq́; ſubſtantia natura vna, Nam ſi plura ꝙ̃ duo
contraria inuenirentur, vtiq; ſub primis illis ꝙ̃ propria
ſunt, ſummę ſubſtãtiæ collocare, & reponere oporteret:
qđ & qualitatis principio licet videre. Nã & albũ & ni
grũ propinqua ſunt colori cõtraria, nõ qualitati. Si qua
igitur qualitatis eius, quę de ſummo gñe eſt, cõtraria ha
bebuntur: illuc cętera quoq; referẽda erunt. Ergo neq;
vnũ eſſe principiũ, neq, duo, vel tria, manifeſtum feci-
57 mus. Vtrũ autẽ duo tãtũ, an tria ſint, magna & lõge du-
bia quæſtio eſt. Nũc igitur nobis de rerũ gñatione tra-
ctandũ, neq; de ea demũ, q̃ ad ſubſtantiã pertinet. verũ
etiã de ea quæ ad alterationẽ, hoc eſt, non modo quẽ-
admodum ſtirpes atq; hoies ſiant , ſed quẽadmodum.
Geometræ, Grãmatici, Muſici. Atq; hoc ſummatim &
cõmunibus ſcitis agetur. Ita.n. facilius cõmodiuſq́; vi-
detur, quemadmodum & initio ſaciendum eſſe oſten-
58 dimus. Quũ dicimus aliud ex alio fieri, aut ex ſimplici,
aut ex compoſito fieri dicimus. Ex ſimplici quũ ex im-
muſico muſicus fit, ex illiterato literatus: vel aliter quũ
immuſicus efficitur muſicus, & illiteratus literatus. Eſt
.n. eadẽ ſignificantia vtriuſq; orationis, tametſi verba
paulũ cõmutantur. Nam quũ dicimus homo fit muſi-
cus, etiã tunc ſimplici voce vtimur: neq; ſolum id quod
tranſmutatur, videlicet, homo, ſed etiã id in quod tranſ
mutaſ, videlicet, muſicus ſimplex eſt. Quòd ſi per cõ-
plexionẽ dixero immuſicus homo fit muſicus, iunctũ
erit id quod mutatur, id eſt homo cũ eo in quod muta
tur, id eſt, immuſicus. Inter hæc autem duo quæ compo
ſitam dictionem faciunt, (hominẽ dico & immuſicũ)
nõnulla differentia habeſ, & in voce & in ſignificatio-
ne, ſi ſeorſum & ſimpliciter ꝓferãtur: in voce, quia alte
rũ dupliciter poteſt efferri: nã & ex immuſico fieri muſi
cũ, & immuſicũ fieri muſicum aſſueuimus dicere. In al
tero variare nõ eſt: ſed plurimum vtimur recto, ita ho-
mo fit muſicus: non flexo, ita, ex homine fit muſicus, &
Callias fit literatus, non ex Callia fit literatus. Alioquin
pauca ſunt in quibus rectius dicas, ex hoc fit, ꝙ̃ hoc fit
verbi. Ex ęre fit ſtatua rectius, ꝙ̃ ſi æs: ex lateribus fit do
mus cauſa: rectius, ꝙ̃ ſi lateres dicamus. Atq; hæc eſt in 59
voce diſtãtia. In natura vero & ſignificatione illud eſt,
& quidem maximum perſpicuumq́; diſcrimen: nã alte
rum in tranſmutationibus remanet, alterum perit. Ho-
mo.n. quũ fit de immuſico muſicus, & homo eſt & re-
manet, immuſicus non remanet, qñq; neq; tunc quoq;
remanet, quũ per ſe dicimus immuſicum fieri muſicũ.
Sed etſi immuſicum cum homine copulaueris, adæq;
immuſicus homo non remanet . Loquor autẽ de tota
dictione, quæ duabus illis iunctim vocibus cõſtat. His
igitur hunc in modum expoſitis , id quod reſtat ac ſu-
perat. Materiã voco id quod non ſuperat ſed abit eua-
neſcitq́; priuationem, immuſicum dico illiteratum q́ue.
Vtrunq; vero imaginari facile eſt ex eadẽ eſſe materia 60
numero, qñ neq; talia poſſunt ſeorſum citra materiam
ſubſtãtiamq́; conſiſtere, ſed in homine cognoſcuntur,
Ratio autem ſola diſtinguit : neq;.n. idem eſt hominẽ,
& immuſicum hominem eſſe . Oportet autẽ & priores
differentias meminiſſe, hoc eſt alterum permanere, nõ
permanere alterum, hominem ſupereſſe, non ſupereſſe
immuſicum . Atq; hoc nimirum rectiſsima ratione vi-
detur contingere. Facta ſiquidẽ in muſicum abitione
cõtinuo effugit id, quod venienti opponebatur, id ma-
net, quod nõ opponebaſ hoc eſt ſubiectũ. Satis quoq;
ampla atq; ſufficiens ea differentia eſt quã oſtendimus
voce conſtare . Declarauimus.n. quum de priuatione 61
paulo ante loqueremur, nonnullas eſſe res, in quibus &
hoc & ex hoc recte vtrunq; dici conſueuiſſet, ex immu-
ſico muſicum fieri, & immuſicum muſicum, idem ſer-
mo compoſitis congruit. At quũ de materia verba fiũt,
diſsimilis eſt ratio loquendi , aliquando vtimur recto,
aliquando non vtimur . Nam hominem fieri literatum
dicimus, non ex homine, contra nauim ex lignis, non li
gna nauim fieri, alioquin videbatur caſus ille ex hoc cõ
uenire maxime priuationi, rectus materiæ & perma-
nenti. Nam inflexio illa de recto videtur abiens quid-
dam & concedens ſignificare, Rectus contra caſus ſub
ſiſtens & reſtitans Cęterum quanq̃ eſſe vidẽtur, vtimur
tñ interdum & flexo , quum de materia loquimur , vt
ſupra dixi: appellat.n. materiam ablatiuus ex hoc , pro-
pterea ꝙ intra ſe tenet contrarium aduenientis formæ.
Quũ.n. nullum habeatur nomen, quo priuatio eius for
mæ quæ ad ſtatuam pertinet, indicetur, ex ære fieri ſta
tuã dicimus: perinde ac ſi æri inſit illius formæ, priua
tio. Hoc autẽ modo loqui ſolemus, quaſi ex ære infor-
mato ea priuatione, quæ ſpectat ad ſtatuã, ſtatua efficia
tur : & ex lignis in formatis ea priuatione , quæ ſpectat
ad claſſem, ex ædificeſ claſsis. Quod ſi hoc ex vi dictio-
nis illius non eſt perſpicuum, nihilominus ſubeſt quæ-
dã virtus in ea propoſitione, qua id maxime ſignificaſ.
Quamobrem initio tũc, quũ eam diſtinctionem adhi-
bui,

τὰ αὐτὰ εἶναι τῇ ὕλῃ κατ' ἀριθμόν

hoc eſt eadem eſſe ipſi materia numero

bui, demonſtraui ablatiuum ex hoc & de compoſitis dici: nunc oſtendi, interim manifeſtum eſſe ſignificatū, vt in eo exemplo quod ante ſubieci, interim ſolam vim & virtutem propoſitionis elici, vt quum dicitur, ex ære fit ſtatua. Igitur quum ex aqua dicimus aerem gigni, verbo ex aqua vtimur tanquam compoſito. Eſt.n. aqua compoſitum quiddam & ex ſubiecto quod permanet, & priuatione ea quæ formæ aeris erat oppoſita, vt appareat eiuſmodi quoq; in totū remanere non poſſe: quod cum iis conuenit quę ſuperius diximus. Nā compoſita dicebamus non remanere vniuerſa exempli cauſa: Homo immuſicus, totum hoc nō manet: quū muſicus fit. Sed de hoc producti ſumus, vt plura fortaſſe diceremus, quàm erat neceſſe.

DIGRESSIO Plane generationibus cōſtituēdis in materia opus eſt priuatione, alioquin nihil fieri poſſet, quia quicquid fieri diceretur, neceſſario anticiparet eſſe. Quare quanquam nullibi ſubſiſtit priuatio, ſed ſola ratione, neceſſaria tñ eſt ceu altera quædam natura, quæ alteri naturæ accidat. Sed contra eſt illud: Si materia in ſua ſubſtantia priuationem habet innexam comprehēſamq́;, nonne ex ea mutationem corrumperetur, quæ eſſet ad formam? Quum priuationis eſſentia in eo ſit, quod eſt priuatum eſſe, Præterea eſſentia materiæ cōſtituitur potentia, potentia porro coniuncta eſt priuationi: alioquin potentia nō fuerit, ni priuationem cum illa copulatam intelligamus. Sed ſoluitur, & ne propter ea tumultuemus, paulo altius repetēda res eſt. Omnia quę rebus aliis inſunt, aut per ſe inſunt, aut per comparationem ad alterum. Ligno per ſe contingit eſſe bipedale, duplum eſſe habet per comparationem ad alterū. Materia igitur ad ſuam eſſentiam cōſtituendam nō indigit poteſtate neq; poteſtas vlla in prima ac ſimplici ratione materiæ includitur, ſed primum res quædā eſt in ſe & exiſtit actu. Deinde materiā intelligitur aliorum eſſe, & ſm poſteriorem hanc conſiderationem, rōnem potentiæ contrahit. Nomen itaq; materiæ in eo reſpectu ſecū proculdubio affert poteſtatis eſſentiam, & ad quaſcunque res materia deriuatur, ad eaſdem referenda & communicanda eſt ratio poteſtatis. Ita tñ vt (quēadmodum dixi) prima materię notio non ſit eiuſmodi, vt referatur ad alia. Scio tñ eſſe per difficile illa reſponſione, relationeq́; ſequeſtrata materiam nudā & ſolam intelligi cæterum aſſequi poteris, ſi in eam indaginem paulo acrius incubueris ſtudiumq́; contuleris. Sed repetendum eſt denuo: Quum de materia duo nomina prædicari ſoleant, ſubiectum.ſ.& materia, nomen materiæ magis accidere videtur ad eam naturā, quam ipſa per ſe obtinet: Subiectum contra propius ad eam conſiderationem, ſm quam refertur ad alia. Vtrūq; tñ nomen ex iis vocibus eſt, quę referuntur ad aliud. Nam & materia eſſe dicitur alicuius materia, & ſubiectum alicui ſubiectum. Sed quum pro materia alicuius capitur, tunc cum potentia priuationeq́; id eſt. Dicitur.n. materia earum rerum eſſe, quę factæ aut ortæ nondū ſunt. Quum vero accipitur pro ſubiecto, tūc cum priuatione non eſt. Nihil.n. prohibet materiā alicui formę ſubiectam eſſe: illius autē qui poteſt eſſe materia cuius cōtinendi poteſtatem amiſit? Quapropter æs, eatenus dū ſine forma vlla eſt, recte dixeris materiam ſtatuæ: poſteaquā vero iam eſt formatū, iā in Apolline aut in Mercurio factum fuſumq́; nō materiam amplius recte, ſed ſubiectum appellaueris. Huius rei ſignum eſt illud, ꝙ idem hoc æs ſubiectum & permanens, alias aliarū rerū materia efficitur. Quemadmodum.n. Boethus inquit, materia qualitatibus informata nō amplius materia remanet, (nam ſecundum ſe informis eſt, & ſpēbus omnibus caret) ſed adhibitis qoalitatibus materia abit i ſubiectis, quippe ꝙ cū forma & termino ſit, & formæ ſubiiciatur & termino. Materiæ igitur appellatio tāquam pertinet ad futura, ſubiectum ad facta olim atq; producta. Sanè hęc res quam materiam vocamus, ſubiectum eſſe quoddam poteſt, cui accidit in natura facultas recipiendi & ferendi contraria. nam vt formam poteſt, ita & priuationem recipere. Quomodo igitur materia dicitur inaffecta, ideſt carens affectione & qualitate omni. Quoniam me hercule inaffecti vocabulum hoc loco non ſignificat priuationem qualitatis, ſed prorſus negationem qualia ſunt illa, illiteratus, immuſicus, pro eo quod eſt non muſicus, non literatus. Nam ſi inaffectio illa priuationem ſignificaret, quū priuatio qualitas quædam eſſe videatur, hoc ipſo qualitatem amplecti præferriq́; materia videretur. In quibus itaq; negatio vera eſt, in iis priuatio nō ſequiſ. Non.n. de quo poteſt dici, non iuſtum, de eodem dici poteſt iniuſtum: neque de quo verum eſt dicere, ꝙ comam aut capillitium non habet, de eodem verum eſt dicere ꝙ caluet. Nulla igitur ratione eſſentia materiæ poteſt in eo conſiſtere, quod eſt priuatum eſſe: ſed quemadmodum cera, ex qua fingi leo poteſt, non eſt amplius cera, quum factus eſt leo, ita & primum illud ſubiectum, quod poteſt formas omnes ſuſcipere, quamuis priuatum omnibus videatur eſſe, non tamen in eo quod ſubiectum eſt, priuatum eſſe diciúe poteſt. Subiectum enim eſſe nullo modo poſſet, ſi formam cum priuatione reciperet. Sed priuatum eſſe dicitur ea ratione, ſecundum quā ei accidit accommodatio. atque habilitas quædam ad formas omnes ſuſcipiendas. Dixi accidit, quia prius in ſe quædam abſoluta res eſt, quæ referatur aut accommodetur ad alia. Quapropter materia per formam aliquam terminata, ſubiectum poteſt dici, materia non poteſt. De hoc autem poſterius quoque videbimus, nunc redeundum eſt vnde diuertimus.

Materia prīmo res quædam eſt in ſe et exiſtit actu: deinde materia aliorum intelligitur eſſe.

Differentia inter materiam & ſubiectum.

[illegible] res quàm vocamus materiam ſubiectū quoddam eſt, cui accidit facultas recipiendi contraria.

Qvum itaque multifariam fieri quippiam dica- 62
tur, hoc ſimpliciter, illud non ſimplr, ſimplr fiunt ſubſtāniæ. Nam albū fieri ſimplr nequit, ſed id dūtaxat quod nuncupatur & demonſtratur hoc aliquid. Corpus.n. quum albū fit, & bipedale, non ſimpliciter fieri dicitur. ſed hæc arbor, hæc planta. Quum igitur tot modis fieri res dicantur in accidentibus, manifeſtum eſt ſubiectum eſſe animal, aut plantam, aut omnino corpus aliquod, in quo & qualitas, & quātitas, & relationes, & id genus cætera generaſ. Subſtāriis aūt producendi ſuſpicari poſſet quiſpiam, nō eſſe ſubiecto opus: nō.n. fieri factum ſubſtantiam. Eſt autem ea prima & ſenſilis, quæ neq; eſt in ſubiecto neq; de ſubiecto vllo prædicatur. Veruntamen opus eſſe ſubiecto aliquo gñationibus ſubſtantiæ faciendis, apprime ad hunc modū manifeſtum fiet. Si.n. communia quædam & generalia in rebus quę producūtur, explorare & contēplari volueris, facile inuenies omnem ſubſtantiam, quę gñatur, ex aliquo generari fieriq́; ſubiecto, quēadmodum
animalia & plātas & ſemine. Omnia quæ fiunt, in vni- 63
uerſum, aut transfiguratione fiunt, vt ſtatua, (nihil.n. aliud in ære mutatur, q̄ figura poſituraq; partium) aut appoſitione ferruminationeúe, vt ea q̄ augenſ coaugmentanturúe aut detractione, vt ex lapide Mercurius: aut ſtruc & cōpoſitione, vt domus: aut alteratione. Alterationis

teratlonis duæ habentur ſpecies,altera quæ in qualita-
te aliqua affectioneq́; patiaria verſetur, & hæc ꝓprie
videtur alteratio appellāda: altera quę ad ſubſtantiā pri
neat,& hæc, ꝓprie tranſmutatio vocaſ, quæ nihil aliud
eſt q̈ formæ rationiſq́; tranſitio. Atq; hæc oīa citra om-
nē exceptionē in ſuo quæq; ſubiecto gerūtur, Neceſſe
eſt.n.eſſe & ſubiici aliquid, in quo ſeruato & ſuperſtite
tranſmutatio conficiatur, quēadmodū neceſſe eſt eſſe
id,circa quod appoſitio,detractio,cōpoſitio, exerceā-
64 tur. Quare ex iis quæ dicta ſunt ſatis oſtenſum eſt, oē
quod fit ex forma & ſubiecto eſſe cōpoſitū: ſicut etiam
cōpoſitū illud fuerat vnde ortū & factū eſt illud. Porro
illud, vnde factū eſt hoc, duobus cōſtabat, & eo quod
formæ gignendæ opponebaſ, & ipſo ſubiecto. Dico
autē immuſicū opponi,hominē ſubiici,ſimiliter infigu
rationē,informitatē,inordinationē voco contraria: ſu-
65 biectū appello æs,aurum,lapidem. Si igiſ rerū natura-
lium cauſæ atq; principia habenda ſunt illa, ex quibus
tāquā intrinſecus poſitis vnaquęq; res fit,& quę vniuſ-
cuiuſq; rei eſſentiam perficitur, latiſsime patet ſubie-
ctū & formā huiuſmodi eſſe principia, ex quibus om-
nia cōmponanſ atq; condantur. Cōponuntur vero nō
quēadmodum ex lapidibus aut lateribus domus,ſed ra
66 tione: eſt.n.alia hōis ratio, alia muſici. Eſt autem ſubie-
ctum,ſi in ſe conſideretur. vnum quidē numero, ſed ra
tione duo. Dico hoc propter priuationē,quæ materiæ
accidit. Cæterum ſcire te velim,quāuis numero vna res
ſit: ratione tñ & cogitatione differre, vt Socrates ſimus,
Sane homo & aurum quamuis ex iis in primam ſubire
materiam poſsit,proprie & maxime numeralia ſunt,&
hoc aliquid,quæ mōſtrari vel digito poſsint. Prima ve
ro materia quáquā non eſt numeratilis,& hoc aliquid,
aliquanto tñ propius accedit ad numerum, q̈ priua-
tio: immo vero numeratilis eſt, cōparatione vtiq; pri-
uationis. Quanto igitur plus compoſito (quod vero ali
quid eſt) materia confert q̈ priuatio,(confert autē pro-
culdubio plus,quia & remanet,& apparet recedēte illa)
tāto habet magis hæc vt ſit hoc aliquid, quam illa. Nā
priuatio nullo modo aſſequi poteſt, vt hoc aliquid eſſe
videatur, quippe quæ facceſcat ingrediente forma exole
ſcatq́;. Deinde ex materia non fiunt ꝑ accidens, ea quæ
fiunt: inſunt.n.iis quæ ex ea gigūtur: ex priuatione autē
omnia per accidens generantur. Nam quoniam mate-
riæ,quæ per ſe & proprie principium eſt. priuatio acci-
dit: iccirco fieri res dicuntur ex priuatione per accidēs:
quo fit, vt ſi proprie ſit loquendum, duas eſſe rerū prin
cipes cauſas neceſſe ſit, materiam atq; formā. Cæterū
exiſtimare poſsis tertiam eſſe priuationem, quæ iccirco
ſit cauſa, vt contraria principia conſtituatur. Plane ſim
67 plici admodū & pingui Minerua dictū eſt hactenus,
priuationem & formam eſſe contraria. Sed quemad-
modū intelligantur eſſe contraria acutius deſcriptiuſq́;
indicabimus poſt. Sunt.n. non tanquam contraria quia
in ſe mutuo agere non videntur poſſe, neq; viciſsim pa
ti. Quæ ratio efficit, vt neceſſarium ſit, materiam quan-
68 dam ſubiectam eſſe contrariis. Dictum eſt & quot prin
cipia, & cur tot in rerum naturalium generatione ver-
ſentur, fecimus palam contrariis ſubiici aliquid opor-
tere, docuimus duo prorſus eſſe contraria. tametſi nu-
merus hic ferre ſuperuacaneus eſſe videatur. Nam alte
rius contrarij abſentia aut præſentia ſufficere videtur
ad trāſmutationes: ita fieri, vt forma vicē priuationis ſu
bire præbereq́; videaſ. Nā priuatio neq; natura eſt neq;
69 forma, ſed formę mera velut abſentia. Natura vero ſub

iecto, id eſt, materia ex proportione atq; relatione co-
gnoſcitur. Vt.n. æs ad ſtatuam, & lignum ad lectum, ita
materia ad conditam ſubſtantiam, & ad reliqua inter-
uenientia reſpectum & ancillatum gerit. Nam quū ſit
ſubiecta ſubſtantiæ, maniſeſtum eſt ſubiici debere quo
que iis, quæ ſubſtantiæ accidunt. Verum autē materia
& forma ſint ſubſtantiæ nondū liquet. Neq; illud item 70
adhuc eſt declaratum, quo pacto forma principiū ſit, &
an incorruptibilis aliqua, aliqua vero corruptibilis ha-
beatur. Item ſi incorruptibilis quælibet, quomodo non
æterna ſit quælibet: & ſi non quælibet incorruptibilis,
quomodo quęlibet nihilominus principium ſit. Verum
ſuperſedeamus hoc loco huiuſcemodi quæſtionibus,
quippe quæ ad partem aliquam inſtituti nobis operis
adiungi non poſsint, ſed ad curā ſuperioris philoſophi
pertinere maxime videantur.

POſt hæc exponemus & docebimus mediū, quo 71
difficultates eas quæ animos antiquorum perdiu
vehementer annexerunt, facile diluantur Pla. illi
quum ex philoſophiæ rationibus veritatem & rerum
naturam apprehendere, vel impendio niterentur, à ve-
ritate lōgiſsime receſſerunt. Quamobrē aliam ingreſ-
ſi ſunt viam ex imperitia diſputandi, putaueruntq́; ni-
hil gigni poſſe neq; corrumpi: quum id ſequi arbitra-
rentur propterea, ꝙ neceſſariū videbant eſſe quicquid
oriretur aut ex ente oriri aut ex non ente. Enimuero ex
ente nō poſſe, quippe quod iā ſit neq; ex nō ente, vtpo-
te quod fieri nequeat: ſed oporteat omnino inſtrui &
ſubiici aliquid. Quāobrē quū gñationem atq, ortū de
medio ſuſtuliſſent, concretionem ſecretionemq́; ſuffe-
cerunt, quibus res non nouari gignive, ſed erui atq; in
lucem proferri contingeret. His ita rationibus quū vte 72
rentur, id quod cōſequens ſtatim erat, adiiciebant, hoc
eſt, multa non eſſe entia oportere, ſed vnū. Nā ſi multa
ſunt, inquiunt, differentia & diuerſa erunt inter ſe, &
quod ſequens eſt, diuerſa & differentia erunt ab enti-
bus. Quæ autē ab entibus differunt eſſe nō poſſe. Hanc
igitur opinionem propter eas, quas diximus, cauſas ma
xime ſecuti atq; amplexi ſunt veteres. Nos vero huiuſ- 73
modi quæſtiones duobus modis exoluimus, quorum
prius eſt hic. Dupliciter dr̄ fieri ex ente & non ente ali- 74
quid, itē ens aut non ens fieri, atq; (vt generalius loqua
mur) ens pati agereúe ſolet habere ſignificata duo. Ne
que hoc modo in ſimplici gñone intelligēdū, qualis eſt
hominis, ſed & in cęteria quoq;, vt quum quis albus aut
muſicus fit. Vt autem latius ea res pateat, ſubiiciemus
exemplum. Dicimus medicum agere quippiam aut pa
ti dupliciter per ſe, id eſt, in eo quod medicus: per acci-
dens, in eo quod non medicus. Quum.n. curat ægro-
tos, per ſe id facit vt medicus, quum vero ædificat, nō fa
cit id amplius tanq̈ medicus, ſed tanquam is cui accidit
ædificator vt eſſet & opiſex. Rurſum ſi per ignauiā aut
negligentiā dediſcat medicandi artem, patitur in eo ꝙ
medicus: ſi vero efficiatur albus, nō patitur hoc in eo ꝙ
medicus, ſed ꝑ accidens, puta in eo ꝙ niger. Igitur duo
ſignificātur, quum ex non entibus fieri, aut nō ens fieri
dicitur. Vnum vt id quod eſt nō ens, inſit, & eſſentiam
ſuſcipiat, quod eſt impoſsibile. Atque hic eſt ſignifica-
tus orationis illius in qua dr̄: De non ente in eo quod
non ens fieri aliquid. Quem ſignificatum quum ſolum 75
eſſe veteres eſſent ſuſpicati, generationem ademerunt
à rebus. Alterum quod ſignificant ea verba, eſt, vt in-
telligatur nō ens abire & cōcedere ei enti, quod eſt futu
rum: quemadmodum fit ex immuſico muſicus. Atque
hoc eſt

hoc eſt de non ente per accidens fieri. Id.n.[a] quod ex
aliquo tanquam non ſubſito immanenteq́; fit, per acci
dens ex non ente fieri dicitur, quo ſignificatu nos dixi-
mus, ex non ente fieri ea quæ fiunt. Quoniam ex priua-
tione, quæ in ſe non ens eſt, concedente & abeunte fi-
unt. Vel alio modo etiam fiunt per accidẽs ex nõ ente,
ꝗ ex ea materia generantur, cui priuatio, quę non ens
eſt, accidit. Ita fit vt in rebus generatis poſsit ineſſe nõ
ens: non tñ id, quod eſt per ſe non ens, ſed cui nõ ens hę
76 ſit & accidit. Hoc autẽ eſt ipſa materia. Aeque & illud
fieri non poteſt, vt ex eo quod eſt, fiat ſimpliciter aliqd
aut id quod eſt. fiat ea parte qua eſt, per accidẽs autẽ ex
eo fieri quod iam eſt, nihil pugnat. Et vt clariora ſint ea
quæ dicimus, adhibebitur exemplum. Ponamus canem
in equum mutari: aut in quoduis aliud animal, quod &
fieri cernitur in aliquibus. Quemadmodum itaq; is, qui
dicit animal fieri ex animali, non dicit id quatenus ani
mal eſt, (Non.n. fieri poteſt, vt animal quum abit in al-
terum animal, tranſmutetur in eo quod animal: neque
quod fit animal ex animali, tanquam ex animali fit ani
mal) ſed quũ ex animali fieri animal dicitur, nihil aliud
ſignificatur, q̃ ꝗ ex eo cui eſſe animal contingit, alterũ
77 quiddam fit, cui eſſe itidem animal contingit. Similiter
ſi aqua fiat ex aere, ens ex ente factũ eſſe videbitur non
quod ea res quæ iam eſt fiat denuo, aut ea quæ iam eſt
facta, ſed quod ex aliquo, de quo prędicetur ens, alia res
gignatur, de qua etiam prædicetur ens. Quemadmodũ
ergo ſi fiat animal, in eo quod animal, nõ ex animali fit,
ſed ex non animali, puta ex ſemine: ita ſe ens ſimpliciter
fieret, non ex ente aliquo fieret, ſed penitus ex nõ ente
quod fieri omnino nõ eſt. Eodem modo, neq; id quod
ſimpliciter eſt, nõ ens fieri poteſt vlla ratione. Quapro
pter ex ente & nõ ente generari res queunt, ſine vlla cõ
trouerſia repugnantiaue: quia non eodem reſpectu cõ
ſiderationeq́; capiunt. Nam ſi ex ente generari rem di-
xeris, recte dixeris, quia alterum quiddam eſt. Si contra
dixeris ex non ente, recte etiam dixeris, quia hoc nõ eſt
in eo quod fit. Et vt ſimplicius loquar, generatio eſt par
tim ex ente quod nõ fit, & partim ex nõ ente quod fit.
Quo euenit vt priuatio & huiuſmodi natura ipſius ne-
ceſſaria ſit ad generationem conſeruandam, quia[b] ſci-
licet nullum ens in eo quod ens, generari poteſt. Cũ ma
teria igitur merito debet adeſſe priuatio. Atq; hic vnus
78 eſt diſſoluendi modus. Alter eſt is qui ducitur ex ea di-
uiſione, quæ nobis prodita eſt de actu & poteſtate. Ex
materia ſiquidem quũ fiant res, fiunt proculdubio ex
ente potentia, nõ ex ente actu. Atq; huius quoq; ſolu-
tionis viá nobis natura priuationis aperuit, quippe quæ
efficiat vt materia ſit poteſtate, non actu. Non eſt itaq;
prorſus inutilis generãdis rebus priuatio. Quamuis cau
ſa per accidens rerum quæ generantur appellata ſit, nõ
tñ pari loco cũ iis cauſis habenda collocandaque eſt,
quæ per accidens eſſe iudicantur, quales ſunt album &
nigrum, quum ei accidunt homini qui muſicus effici-
tur. Nam huiuſmodi cauſę ad generationem nihil con-
ferunt. Plurimum priuatio confert ad vniuerſam. Eſt
enim cauſa principiumq́; per accidens, quandoquidẽ
non poteſt contingere, vt quicquam fiat ex eo ſubie-
cto, cui non ſit oppoſitum aliquid.

Priuatio efficit vt materia ſit poteſtate.

*[a] Duobus modis (dicit Alexan.) exponi poteſt: ex non en-
te per accidens aliquid fieri. altero qui ex priuatione fit, quæ
per ſe non ens eſt: non tamen tanquam immanente, quod eſt
per accidens fieri. Altero qui ex materia fit, cui accidit ut ens
ſit. Et hanc duplicem expoſitionem recitat hoc in loco Them.*
*[b] Sic ait ipſe Græce hoc ĩ loco: οὔτε τὸ ὂν τῷ ὂν γίνοιτ' ἄν, διότι συνυπάρχει τῇ ὕλῃ· οὔτε τὸ μὴ ὂν τῷ μὴ ὄν, διότι
οὐκ ἐνυπάρχει τῇ ὕλῃ. cuius hæc uidetur interpretatio. Nam
neque ens in eo quod ens generatur, ob id quia materiæ co-
hæret, neq; non ens in eo q̃ non ens, ob id quia non eſt unum
& idem cum materia.*

IVre igitur accuſantur coarguunturq́; qui naturam 79
vſq; adeo neceſſariam aut ſuperpoſuerunt, aut ta-
citi prætererunt. Horum alij nihil omnino de priua
tione dixerunt, alij dixerunt quidẽ, ſed imperfecte. Nã
ij qui rerum materiam ſubiectum quoddam actu eſſe
arbitrabantur & corpus, vt ignem, aquam, aerem, aut
huiuſmodi aliquod, priuationem penitus ignorabant.
Plato vero quum diceret materiam inter nõ entia eſſe
annumerandam, innuiſſe videtur quodãmodo eſſe pri
uationem in rebus, cæterum non plene naturam illius
expoſuit. Nam ex iis quę dixit, ſequitur ex non ente in
eo ꝗ non ens, generari res poſſe. In eo nãque ꝗ Parme
nidem laudat ſentientẽ vnũ ens eſſe, & id quod præter
ens eſt, eſſe nõ ens, videtur cõcedere ex ſimpliciter nõ
ente fieri omnia oportere. Nam ſi vnum ſit ens, & id qđ
præter ens eſt, non partim ſit, partim non ſit, id eſt per
accidens. Sed ſi ſimpliciter atq; abſolute non ens, vt Par
menides exiſtimabat, non poteſt effici, vt materiæ na-
tura remaneat, aut vt partim ſit, partim non ſit. ſ. pote-
ſtate ſit, actu. nõ ſit. Si autem ex vno illo ente fieri quip
piam nequit, quũ ſit immutabile: ſi itẽ neceſſe eſt vt id
quod fit, fiat ex altero: quicquid vero præter ens eſt, om
nino nõ ens ſit, ſequitur maxime vt is, qui accidit Par-
menidi, quamuis negat aperte quod ſequitur: quũ pri-
mum tñ gñationem eſſe cõcedit, ſtatim videatur illam
ex nõ ente deriuare atq; deducere. Sed neq; illud qui-
dem recte, ꝗ materiæ definitionẽ nõ ſeiungit à defini-
tione priuationis, ſed qm̃ numero idem eſſe ambo illa
videbantur, arbitratus eſt ratione quoq; idẽ eſſe, pro-
inde æque pollere definitione, & poteſtate naturę. Nos
vero materiam & priuationem diſcrimine apertiſsimo
diſtare cognoſcimus. Illa per accidens non eſt ea rõne, 80
ꝗ complectitur priuationem, quæ per ſe atq; omnino
non ſit: illa vſq; adeo prope eſt, vt ſit ens, vt & propin-
qua compoſito ſit & pars ipſius ex principibus altera:
illa poſtremo, in q̃ rerum omniũ abitio fiat ac reſolu-
tio. Contra de priuatione dicendum. Ita cõcluditur ex
ſimpliciter non ente nullas conſtare generationes, ſed
ex eo ſolum, quod per accidens non ſit: vel ſi ſit, pote-
ſtate tantum ſit. Qui vero paruum & magnum princi
pia faciũt, ſiue vnum ſignificent illa, ſiue duo, quia tñ
vtranq; nihilominus de materia prædicari volunt, non
tres res, ſed tria vocabula credunt eſſe principia. Nã ma
gnum & paruum, non hoc materiam, priuationẽ illud
oſtendit, ſed vtrunq; materiam: ita priuationẽ oẽs deſ-
pectã indiſcretamq́; habuere. Nobis plane, vt diximus,
differre illa plurimum videntur. Materia.n. cauſa perma
nens eſt, atq; vna cum forma, cuius eſt, coniuge, tãquã
mater gignendis rebus præſto eſt. Altera pars cõtrarie
tatis (priuationem dico) ſi qualitatẽ illius atq; officiũ
animo complectare, intelligatur neceſſe eſt omnino
non eſſe. corrumpit.n. eſſentiam rerum & formam, quę
rebus omnibus bona ſunt. Quanquam illud admirari
nõ deſino, ſi ſit priuatio corrumpi rerum eſſentiam: ſi
non ſit, oriri atque naſci omnia oportere. Nihil.n. fieri
poſſe, niſi corruptio alicuius diſſolutioq́; præcederet.
Alioquin

τὴν δὲ ἀπουσίαν ἐκεῖνο ait ipſe græce hoc eſt: altera vero eius eſt abſentia.

Alioquin fuiſſent omnia ĩmortalia & ſempiterna. Ma
lum itaq; ex hoc proficiſcitur, & propter hanc contin
git interitus. Nam quum materia ſit receptrix capaxq́;
priuationis, atq; id habeat ſolum aut potentia conſtet,
infirmior & imbecillior eſt, q̃ vt poſsit formas quas vi-
cibus ſuſcipit, perpetuo retinere. Sed cur ſuſcipit vici-
bus formas? quia appetens eſt diuinitatis; & diſcupiens
81 boni. Voco autem diuinum & bonum primam formã
& primam cauſam, quo referuntur collimantq́; omnia
& cui queque res tendit fieri q̃ ſimillima quantum po-
teſt; poteſt autem quantum natura conceditur. Ea vero
appetitio quonam modo eſt in materia? Profecto ve-
riſsimum puto quod dicitur, prouidentiam fuiſſe, quæ
& turpi deſiderium honeſtatis, & egẽti opulentiæ quã-
tum ſit ſatis, iniecerit. Huic igitur formæ primæ (quæ
ab omni abiuncta materia eſt, quæ libera vndiq; & im
promiſcua, totumq́; abſtracta & ſeparata: atq; iis præ-
tereaformis, quæ profectæ ſunt ab illa, & in materia cõ
ſtitutæ) contraria eſt & aduerſa priuatio. Materia autẽ
refertur, & quaſi identidem reſpectat ad formam, cu-
ius eſt appetentiſsima, eiq́; addicta ſemper atq; præſer-
uiens eſt. Nõ eſt igitur in materiæ natura priuatio, quia
formã ſimul ac appeteret, labem & corruptionem ſuam
appeteret. Vnius.n.corruptio eſt alterius contrarij con
ſtitutio repreſentatioq́;. Iam ſi non ſit diuerſa ratio pri
uationis à ratione materiæ, ſed vna atq; eadem penitus
qui poſſet defendi, ne priuatio, quemadmodum & ma
teria, formarum conceptaculum haberetur? Proindeq́;
tanquam materia formis omnibus participaret, atque
ita cum formis illis adeſſet conſociareturq́;: quarum
nihilominus priuatio fuiſſet quod eſt quidem dictu fal-
tem portentoſiſsimum. Nam materia qui cõſiſteret, ſi
per alterum priuata ſpoliataq́; diceretur, altero parti-
ceps & conſors eſſentiæ fieret? Age vero natura mate-
riæ ſi iunctam atq; innexam priuationem habebit, nõ-
ne omnibus ſimul formis priuata neceſſario videbitur?
atq; ita corrũpi demum omnia atq; deſtrui oportebit,
tametſi aliquam ex formis habere, aliquam non habe-
re dicatur. Si igitur neq; forma eſt appetens ſui, (quum
nemini ſeipſo ſit opus) neq; contrarij, (quia corrũpunt
ſe mutuo, perimũtq́; cõtraria) reſtat vt materia ſit, quæ
appetat formam, quemadmodum fœmina marem, &
turpe honeſtum & pulchrum. Dixi materiam eſſe ap-
petentem formæ, quemadmodũ turpe honeſti & pul-
chri, ſed turpe qua turpe, non eſt appetens pulchri. Cæ-
terum nõ eſt per ſe in materia turpitudo deformitasq́;,
ſed per accidens, quatenus priuationis eſt conſors.

82 MAteria vno modo fit & corrumpitur, altero ne
que fit neq; corrumpitur. Per accidens corrũ-
pitur, qñ id quod materię accidit corrumpitur
per ſe; hoc autem eſt priuatio. Corrumpitur ergo, qñ
id, quod intra ſe tenet, corrumpitur: quemadmodũ cor
rumpi amphoram dicimus, quum vinum quod eſt in
amphora inaceſsit aut putret. Sed ꝑ ſe & ex propria na
tura corrumpi non poteſt. Nunquam.n.potentia illa in-
tercidit, quę in materia eſt: neq; igitur genita eſt vnquã
neque interitura vnquam. Nam ſi generari poſſet ma-
teria, neceſſarium eſſe ſubiectum vtique aliquod, ex
quo manente antecedenteq́; vt cæteræ res produce-
retur. Hoc autem nihil aliud eſt, q̃ ipſa porro materia.
Ita eueniet, vt fuiſſe videatur antequam fiat. Similiter
ſi corrumpi poſſet, in materiam demum reſolueretur:
ita corrupta eſſe videbitur antequam corrumpatur.
De materia ſatis dictum, ꝙ ingenita, ꝙ incorrupta, ꝙ
diuerſa res à priuatione, ꝙ primum ſubiectum, ex quo
primo cõſtante immanenteq́;, omnia procreantur, nõ
per accidens. Dixi non per accidens, vt exciperetur pri
uatio, ex qua fieri per accidens & generari res poſſunt.
At de forma vtrum vna an multiplex ſit, & quæ ſit, non
intereſt phyſici quærere, ſed munus eſt primi philoſo
phi. De naturalibus autem & corruptibilibus formis,
quæ propriæ principia non ſunt, ſed ſolum cauſæ, & tã-
quam elementa generatilium rerum, & ſequentibus li-
bris, & toto opere agemus.

FINIS LIBRI PRIMI.

THEMISTII PHYSICES LIBER SECVNDVS.

Hermolao Barbaro Interprete.

NVNC his rebus ita conſtitu- 1
tis, aliud initium inſtitutio-
ni noſtræ cõmodius ſumen-
tes, reddere definitionẽ cu-
rabimus eius rei quam natu
rã vocamus. Oĩa quæ ſunt,
aut ꝑ naturam ſunt: aut per
cauſas alias ſunt, atq; ꝑ cau-
ſas alias ſunt lectus, funda-
mentũ, militia, politia, ſeu reſpublica, theſauri repertio.
Ex his alia per artem ſunt, alia ꝑ fortunã, alia ꝑ delectũ
habentur. Per naturã ſunt animalia, & animaliũ mem
bra: eorum nanq; quæ natura conſtant, partes quoque
natura conſtabunt. Non ſic * in iis, quæ arte aut manu
fiunt: domus.n.per artem fit, lapides non fiunt. Sed &
plantæ ꝑ naturam ſunt, & corpora illa ſimplicia, ignis
aer, aqua, terra. Si itaq; acceperimus notauerimusq́;
id, in quo ea, quæ per naturam conſtant, differunt ab
iis quæ natura non conſtant, definitionem naturæ te-
nebimus. Differunt autẽ eo, ꝙ naturalia videntur prin-
cipiũ & cauſam in ſe habere quietis & motus, quod ma
nifeſtiſsime aĩalia declarãt. Hęc.n.& locũ ex loco mu-
tant, & augentur, & minuũtur, & alterantur ab ea cau-
ſa, quam intrinſecus obtinent. Plantæ quoq; quãquam
motu locali carent, alios tñ motus exercent. Cõtra eſt
de elementis ſimplicibusq́; corporibus, quippe quæ
nullo motu alio extra, q̃ locali moueanť. Nõ ſolum autẽ
hæc per naturam intus poſitam mouentur, ſed etiam
quieſcunt. Diuinũ & cœleſte corpus excipio, in quo na-
tura eſt principium ciens ſempiternum motũ, non etiã
cauſa & principiũ quietis: Artificioſa vero, qualia ſunt 2
lectus & tunica, in eo ꝙ artificioſa ſunt, ideſt in eo ꝙ le
ctus, & in eo ꝙ tunica nullũ habent principiũ inſitum
motionis: quieſcit.n.ſem ꝑ ea forma, quã ars appoſuit.
Cæterũ lectus & tunica, & oĩa arte facta, in eo ꝙ terra-
cea, lapidea, eburnea, aut ex pluribus elementis cõcre-
ta, fieri poteſt vt dimiſſa ferantur deorſum, aut putria
facta coaleſcentiaq́; cõprehendant, ita vt germinent,
quo fieri vt natura videatur, ĩ quibus ineſt principium
ciens quietis & motus. Eſtne itaq; naturale corpus ſta-
tua, quũ deorſum feratur, geratq́; intra ſe cauſam mo-
tus? an nõ intra ſe primo gerit? neq; dř ſtatua in eo ꝙ
gerit, ſed intra æs potius. Cæterũ nauis quã gubernator 3
mouet, ſi vim vocabuli ſpectes, quur non habeat intra
ſe motum hunc ex natura? eſt.n.intra ipſam guberna-
tor, & quidem intra ipſam, primo, Nam quonam in

altero prius q̃ in naui eſſe poteſt? Neq;.n.de peritia ipſa & ſcia gubernandi loquor, (quippe quæ primum in anima inſit,)ſed de illo gubernatore,qui temonem manu tenet.Sed dicendum [b] eſt nauim non per ſe moueri à gubernatore,quũ in definitione nauis nullus cõprehendatur gubernator neq; contra nauis in definitione gubernatoris. Quorum vterq; modus eorum eſt,quæ per ſe habentur.Quapropter gubernator ſeparatur à naui,quia naui per ſe non ineſt. Nam & ſi ægrotet medicus, teſtituatque ſibi ipſi ſanitatem,habet certe intra ſe primum mouendi principium, artem videlicet, ſed ſanatur & mouetur hunc in modum non per ſe, q̃a in eo qđ ægrotus ſeipſum re cucurrat, (alioquin oẽs qui ægrotarent ſeipſos poſſent curare) ſed in eo qđ accidit, vt iis qui ęgrotabat etiã medicus eſſet. Proinde & hæc viciſsim à ſe diſiungi diſſociariq́; põt. Similiter de oĩbus eſt ſtatuendum quæ finguntur(Ficta voco,& artificiaria) quorum nullum intra ſe põt habere principium fictionis,vt domus & oĩa manu facta:aut ſiquid eſt quod itra ſe principium fictionis habere videatur,illud neq; primo,neq; per ſe põt habere, vt medicus qui ſeipſum curat ęgrotũ. Ex his arbitror naturæ definitionem factam eſſe notiſsimam: Natura eſt principium & cauſa motus quietiſq́;,in eo cui primo ineſt per ſe.& non per accidens.

[a] *Hoc ab Alexan. Them. Simp. uero ei opponit, quia partes eorum quæ arte fiunt, ipſe etiam arte fiunt, ſi quæ uere partes ſunt inſpiciantur: ſicuti domus partes ſunt, tectum parietes, & fundamenta, quæ fiunt etiam arte. Si uero nomen partis ad propria etiam rei elemẽta extendatur, tũc neque rerum naturalium ultima elementa natura fiunt ut puta materia. Dicit tñ ſimpli. naturalia ab artificioſis hoc pacto differre, quod proxima elementa naturalium natura conſtant, ut quatuor elementa artificioſorum uero elementa proxima non arte, ſed natura conſtat: ut in ſtatua æs, & lapides & ligna domus.* [b] *Ex hoc loco colligi põt, ſicuti etiam Simpli. aſſerit, falſum eſſe quod & Auer. & alij quammulti dicunt, per ſe & primo differre ſicut magis & minus uniuerſale: immo: nec quodlibet quod per ſe ineſt, primo etiam ineſt: neq; quod primo ineſt, oẽ etiã per ſe ineſt.*

5 Habere naturam dicunt quæcunq; hmõi principium tenẽt,eaq́; oĩa ſunt ſubſtantiæ. Nam id quod compoſitum & conditum dicitur,ex forma & materia exiſtit. Natura ſiquidem ſemper ſubiectum aliquod habet,& in ſubiecto eſt, nõ quemadmodum accidentia,ſed vt in principium materiale rerum non oĩum, ſed corporalium. Secundum naturam aũt ea eſſe dicuntur quæ naturam habent intra ſe,& præterea actus quoq; eorum naturales,& impetus,qualis eſt in igne ſurſum tendere migratio delatioúe. Non.n. [a] poteſt delatio eſſe per naturam,ita vt ignis,quia natura eſt principium delationis.Illius ipſa vero delatio nõ habent intra ſeſe naturam, q̃nquidem actus ille ſubiectum eſſe non poteſt. Eſt igitur ex eorum numero, quę ſecundũ naturam ſunt:quare amplius eſt ſm naturam eſſe, q̃ naturã habere. Sunt ẽt res quæ dicũtur eſſe natura,atq; hoc plus eſt quam ſm naturam eſſe. Sunt enim quædam res natura, quæ ſm naturam eſſe non poſſunt,qualia ſunt vitia obleſioneſq́; ex ipſa genitura contractæ.Nam & hæc naturæ opera ſunt,quanq̃ laceſsitæ atq; fruſtratæ,neq; eo vſq; prouectæ,quo naturalis ratio atq; ordo duxiſſet. Atque iſta quidem hunc in modum explicata, ſufficiant.

[a] *Huius loci, hæc ſunt uerba græca: οἷον τὸ κατὰ φύσιν τοῦτο, ὁ κατὰ τὴν φορὰν ἀρχὰ φύσις, οὐκ αὐτὴ ἡ φορὰ οὔτε ἔχει φύσιν, οὐ γὰρ ὑποκείμενον τίς ἐστιν ἡ ἐνέργεια, hoc eſt. Non.n. hoc natura eſt, quia delationis principiũ natura eſt, non ipſa utique delatio, neque naturam etiam habet, quandoquidem actus ille &c.*

Eſt aũt perridiculum conari demonſtrare naturã eſſe,quum manifeſtum ſit pleraq; eſſe natura & per naturam. Neq; hoc quicquam eſſe clarius aut illuſtrius poſsit. Qui vero ex obſcurioribus contẽdit demonſtrari manifeſta poſſe, neceſsitatem demonſtrationis ignorat: neq; diſtinguere id,quod per ſe notum eſt,ab eo quod per ſe ignotũ eſt, poteſt.Sed quẽadmodum nihil profecerit,ſi quis iam inde ab ortu cęcus exoculatuſq́;, cuperet de coloribus quod ſint, ſyllogiſmo noticiã capere.nam ſi vidiſſet ſemel,ſuperuacaneus ſyllis foret. Nunc vero ſolas meraſq́; voces hauriens colorum, de rebus nihil intelliget: Non.n. ſyllogiſmo, ſed viſu colores indicantur. Ita ſi ei qui neque mente ſit ſana,neque manifeſta & ante oculos poſita videat, ſyllogiſmos præbueris, verba quidem temere fundentur, res vtique percipi & iudicari nõ poterit. Igitur naturam eſſe abſque vlla ratione conſtituendum recipiendumq́; eſt. 6

Illud quærendum potius, vnam tm̃ rem, an plures nomen naturæ ſignificet. Videt aũt fere multiplex eſſe nomen: nam vno ſignificatu natura dicitur eſſe materia. Materia iterum duplex eſt: vna particularis, atq; hæc non per oĩa informis eſt, ſed ad quendã modum, vt ædium, lateres: * lateram, humor & terra: ſtirpium aũt elementa. Altera generalis, atq; hæc eſt vltima ſine forma prorſus. Alio modo natura pro forma & ſpẽ & ſubſtantia definitionis affertur. Tertio ꝑ via & motu ad formam accipitur. Habetur & res alia quæ cum motus illius efficiens cauſa ſit, inſitaq́; oĩbus natura conſtantibus, nomẽ ſibi naturæ maxime & ꝓprie vendicat. Dicitur & ſubſtantia quælibet eſſe natura qualiſcunq; ea ſit, ſiue ſimplex ſiue compoſita. Sane de reliquis ſuo tempore diſputabimus, nunc de materia & forma diſquirẽdum illud eſt, vera ſit dignior nomenclatione naturæ. 7

Aliud exēplar habebat ſic lateris humor & terra ſtirpium elementa.

Nonnullis videtur materia magis eſſe natura quam forma, vt lecti natura ſit lignum non ars, ſtatuæ ſit æs. Propterq́; hoc natura aquæ primum ſubtum eſſe credebatur, quod & informiſsimum videretur, & longe carentiſsimum figura. Eius rei argumentum aſſerebat Antiphon, ꝙ ſi quis lectum inſoderit, ita vt vires putredo concipiat & germinet, non lectũ, ſed lignum eſſe prouẽturũ, perinde ac ea diſpoſitio q̃ facit, rythmum per accñs ſit illi Rithmum aũt vocabat formam. Proprie vero ſubam eſſe illam dicebat, quæ ꝑmaneret, & continue hmõi varietates nouationeſq́; ſuſtineret. Idem arbitrabatur dicendum de reliquis ſubiectis. i. quẽadmodum de ligno dicitur reſpectu lecti, ita de aqua, terra, & quodlibet alio corpore eſſe dicendũ reſpectu ligni. Sunt.n. illa ſubiecta ligno, & eo iure quo lignum eſt, natura lecti exiſtimanda. Ita aquam & terrã, & ſi quid aliud, ſi ſubiecta ſint ligno, naturam ligni eſſe conſtituenda. Proinde qui ignẽ vel aerem eſſe materiam rerũ putabant, iidem naturæ vocabulum igni atq; aeri tribuebant, & qui itẽ plures materias ędiderũt, ẽt plures conſtituere naturas. Reliqua oĩa aut qualitates illarũ eſſe, aut habitus, aut affectiones. Hanc igitur immortalem eſſe ſeculis omnibus 8 9

10 vt interitus,ita & ortus īmunem.Rerum ſiquidem na
turam ſeruatam oportet cōmeare cætera & infinities
fieri & corrumpi.Hunc in modum conantur illi mate
11 riam demonſtrare potiorem eſſe naturam. Qui vero
pugnant pro forma , contenduntq́; illam verius dici
iuſtiuſq́; naturam, vtuntur aere factorum exemplis.
Quemadmodum,inquiūt,in ſtatua atq; naui,& poſtre
mo oībus quæ fingunt arte,non in materia,ſed in for
ma artificium ſpectatur : ita in plantis & animalibus,
& poſtremo in oībus quæ producuntur à natura natu-
ram non in materia,ſed in forma cōperias . Et quem-
admodum arte factorum ars eſt forma,ita & naturaliū
forma eſt natura . Neq;.n.ligna ſunt artificium nauis,
neq; æs artificium ſtatuæ , ſed figura duntaxat & for-
ma:atq; hoc eſt artificiariū & arte factum. Quare pri-
mum ſubtum non eſt natura,ſed rō & definitio ſingu
lorum : atq; hoc eſt per naturam factum & naturale.
Nam æs artem non habet antequam ſtatuæ formā re-
cipiat,neq; materia naturam , anteq̄ aduentu formæ
alicuius ornetur,qualis eſt caro potentia, quum actu
fit caro.Quod ſi materia,ſimulatq́; ſuſcipit formam,&
naturam habere dicitur,& ſm naturam eſſe,nimirum
formam eſſe naturam oportet.Si aūt definitur ſubſtā
tiam rerum, non figuram, pulchritudinem, turpitudi
nemúe in finitione ſumimus,ſed id ſolū,ſm quod quę-
que res ſuam habet eſſentiam. Scire autem oportet
in primis naturam eſſe ſingulis rebus eſſentiam , atq;
id per ꝙ quodlibet eſt id quod eſt,ſed quęlibet res eſt
id quod eſt ex forma & ſubiecto.Natura igitur eſſe for
12 ma videtur . Formam porro dicimus à materia non re
ipſa,ſed rōne abiūgi. Cæterum id quod ex forma exi
ſtit atq; materia, natura quidem eſſe iam non poteſt,
ſed ex natura. Nam forma & materia iugatæ non am-
plius eſt natura , ſed ex natura,vt animal atq; planta.
Seorſum itaq; particulariṁq; vtrunq; conſiderāti,for
ma videtur magis eſſe natura,q̄ materia. Si quid ergo
fiat enaſcaturq́;,non ante ſuum indipiſcetur nomen,q̄
formā recipit vniuerſam. Tunc.n.& ſunt & eſſe dicū-
tur ſingula , quum actu ipſo ſunt,hoc eſt, quum ſuam
quæque naturam conſecuta ſunt atq, perfectionem.
13 Perfectio aūt eſt ipſa plane forma . Quamobrem pōt
hunc in modum conſtitui ſylls: Cuius præſentia natu-
rales res ſunt ex natura,illud neceſſario eſt natura:ſed
præſentię formę naturales res ſunt ex natura:eſt igitur
forma natura.Nam rō illa Antiphontis commeat , &
[illegible] facile retorquetur.Si.n.propterea mouet opinari ma-
teriā eſſe nām,ꝙ ex eo lecto,qui putris factus coalue-
rat . comprehenderatq́; demum & pullulum atq; ger-
men excluſerat,lignum nō lectus apparuiſſet,cur quū
ex homine homo naſcatur,non ſit etiam forma natu
ra? Eſt.n.homo forma,vt ex finitione latiſsime poteſt
patere. Nam artificialem formam , neq; nos quidem
nām facimus:quare forma lecti,neq; apud nos quoq;
eſt natura : quippe non ſit principium motus quem-
admodum eſt natura . Forma itaq; naturalis materia-
14 liſq́; ſemper generationem conſtituit & præbet ex ſi-
mili,canis ex cane,equus ex equo. Præterea omne qđ
fit,& appellat , & fieri dicitur id quo pergit,non id vn
de ſoluit,nec à diuerticulo,ſed ab intētione accipit no
men.Nam quamobrem lignum fieri à fabro ſcānum
non lignum putas ? Quoniam inquies,ex ligni forma
proceditur ad formam ſcamni.Item,quum ſe aqua in
aerem vertit , cur aerem dixeris non aquam oriri ? qa
nimirum huius deſerit formā,illius conſequitur. Eodē
pacto igitur ea quæ naſcuntur,non ante dicuntur na-
ta,q̄ venerint ad naturam . Ad formā aūt veniunt oīa
quæ naſcuntur,erit igitur forma natura . Non.n.deno
minatur natura,quemadmodum medicatio , quæ q̄-
quam tendit ad ſanitatem , non tamen à ſanitate,ſed à
miniſterio atq; officio dicta eſt. Non ſic natura genitu
raúe,ſed quemadmodum ſanatio,quia via eſt ad ſani-
tatem:& calefactio , quia via eſt ad calorem ab arbi-
trium magiſtris ſcitiſsime appellātur:ita & natura re-
ctiſsime dicta eſt,quia via eſt ad naturam.Qm̄ vero iā 15
oſtendimus formam magis eſſe naturam q̄ materiam,
ſcire oportet eam naturam , quæ pro forma capitur,
duplicem ſignificantiam habuiſſe. Nā priuatio quoq;
ipſa quodāmodo forma appellata eſt, quo fit vt vitia
defectuſq́; corporis ex natura videant accidere. Verū
quid ea de re ſentire conueniat,poſterius iudicabitur.
Illud quoq; docebitur,quomodo contraria formę in-
telligatur eſſe priuatio , & quomodo ſimplex genera-
tio,ideſt,ea q̄ ad ſubſtantias pertinent ex aduerſanti-
bus contrariiſq́; conſtituantur.

Nam eſt id per quod quodlibet eſt id quod eſt. Forma & materia iugata nō eſt natura, ſed ex natura.

Vitia & defectus corporis natura videntur accidere.

NVnc alienum nō ſit perſcrutari,in quo differat 16
à mathematico phyſicus. Ac vterq; quidem cir
ca corpora & accn̄tia corpori verſari videtur,
longitudines puncta,ſolida,atq; huiuſmodi multa.Cę
terū diſsimili genere phyſicus ita , vt cū materia ſunt
coniūcta contemplatur: Mathematicus ita, vt à mate
ria cogitationeq́; abiunguntur. Item,intentio phyſici
refertur ad corpus naturale,ꝙ eſt in motu:nam quum
de figuris agit phyſicus, de iis agit, vt ſunt clauſulæ &
termini corporis naturalis. Mathe.non ita definiuit fi-
guras vt terminos,ſed vt ſpēs quaſdam & formas, per
ſe citra motum & mām conſiſtentes. Plane aſtrologus 17
proxime ad phyſicū videtur accedere : nam & de his
quæ mouentur,tractatur in aſtrologia,& de magnitu
dine & figura , quæ per ſe corporibus inſunt naturali-
bus,de quibus phyſici neceſſario cōtemplantur. Nam
ſi ſcierit quid ſit ſol,ignorauerit quę per ſe inſunt ſoli,
non erit plene neq; perfecte ſciam aſſecutus. Quod ſi
vterq; circa figuras ſolis & lunę verſat,docetq́; vtrum
mundus aut terra ſit rotunda,in quonā obſecro phy-
ſicus ab aſtrologo differt ? Sed certe quanq̄ de eiſdem 18
ambo rebus agunt,non tn̄ eodem plane modo. Non
aſtrologus cœleſtium corporum accn̄tia vna cum geo
metra ſpeculatur,non illorum ſubſtantiā quærit:neq;
id.ſ.curat,q̄ tales figuræ,magnitudines, motus talibus
ſubſtāniis accōmodent,neq; vires illorum perueſtigat,
neq; q̄ ſic eſſe illa præſtet,quæ oīa ſuſcipiuntur & explo
rantur à phyſico. Et quanq̄ vterq; de motu cœleſtium
corporum ſatagit,tn̄ alter quantitatem motus docet,
alter qualitatem inſtituit.v.g.de ſole vterq; deq́; mo-
tu eius, ſed ſupputat aſtrologus ſolem tāto tpe,tm̄ cę-
li emenſum phyſicus docet,ſolem ferri orbiculari mo-
tu ſuapte natura. Item alter rotundum dicit eſſe ſolem
quia neq; igneus,neq; terreus,ſed æthereus habeatur:
alter quia quoquo verſus æque conſpicitur totus. nā
mathema.materia non vtuntur,ſed triangulum & cu-
bum citra materiam motumq́; definiunt. Quod ſi nō
ſolum intelligi illa ſine materia , ſed conſiſtere etiam
poſſe ſine materia voluiſſent,certe rem nō modo dif-
ficilem,ſed etiam factu impoſſibilem ſuſcepiſſent . Non.n.
cōſiſtere poſſunt margines ſine iis,quorum ſunt mar-
gines. Qm̄ vero ſola cogitatione , ſm quam videlicet
ſolum poſſunt à materia ſeparātur,peneſq́; mentē ceu
ſequeſtrem abiungendo abſtrahendoq́; reponuntur,

neq;

19 neq; mendacium eſt, neq; vllus error intercidit. At ij
qui ideas defendunt, q̃ neq; cogitatione quidē abſtra-
hi poſſunt, nedum intellectu ſolo, ſed actu quoq; mā
eximunt. At par quidem & impar, rectum & curuū fi-
guram & lineam definire poſſumus ſine motu & ſine
materia. Carpis vero aut oſsis, aut id genus corporis
definitionem reddere ſine vlla mentione māę nō poſ-
ſumus, quemadmodum neq; ſine naſo ſimitas definiri
pōt, neq; ſine cruribus bleſitas. (Eſt aūt bleſitas incur
uatura ſurarum pluriumúe q̃ qui habent & varij dr̄r.
20 Quam aūt ſint hæc veriſsima, argumento ſunt diſcipli
næ illæ, quæ inter mathe. proxime ad ſcīam naturalem
videntur accedere, quippe quę & motu, & ſenſu nitan
tur: cuiuſmodi ſunt pſpectiua, harmonica, aſtronomi
ca. Hæ quum lineam accipiant à geometrà, quam ille
tametſi naturalem, non vt tn̄ naturalem conſiderant,
ſed vt à materia cogitatione & rōne ſeiunctā. Quum
itaq; huiuſmodi lineam accipiant à geometra, nō quē-
admodum facit geometra, abſoluūt illam à motu & à
materia, ſed quia ad illarum artium demonſtrationem
neceſſaria eſt linea ſubſiſtens actu, vtuntur illa tanquā
mobili, & tanquam naturali, quod & Dioptrarum
vſus oſtendit. Si igitur ea quæ poſſunt cognitione ra-
tioneq́; ſeparari, ſimulatq́; ponuntur eſſe actu, nō poſ
ſunt amplius ſeparari, quanto magis eſt obſeruādum,
ne actu ſeparemus, ea quæ neq; ratio quidem poteſt &
cogitatio ſeparare.
21 QVoniam vero bifaria in natura eſt, forma vi-
delicet & materia, quemadmodum is, qui ſi-
militudinē finit, adhibendo infinitione mām,
Simitudo, inquit, eſt cauitas naſi: (quāquam ea res me-
lius deſcriptiuſq́; per formam exprimitur: vtpōte per
quam fiat, vt ſimus ſit quiſpiam) Ita de rebus naturali-
bus eſt dicendum, quippe quæ & in materia ſint, & cū
materia habeant, & eſſe id quod ſunt, ſint aſſecuta per
formam. Quamobrem definiturus rem naturalem vte
tur quidem materia, ſed definiet per formam. Nam &
illud ſcio poſſe addubitari, quum duæ naturę ſint, vtra
ad phy. ſpectet: vtrum de vtraque ſeorſum dicendum
agendumq́; ſit, an de eo quod ex ambabus prouenit.
22 Quòd ſi de eo, quod ex ambabus, oportebit maxime
vtrāq; cognoſcere. Cęterū ſi ad veteres reſpicias, ſola
mā pertinebit ad phyſi. nam Demo. & Empe. modicū
quiddam & quaſi per ſomniū de forma dixerunt: atq;
hic odium & amorē principia capitalia eſſe voluit, ille
figuras poſuit. Verum ſi vim earum probationē, quas
attulimus ſupra, conſideraueris, inuenies eū qui de for
ma eſt tractatum, phyſi. peculiariter eſſe propoſitum,
modo ne penitus materia negligatur, anteducaturq́;.
Nā ſi ars imitatrix & æmula eſt naturæ à qua effingit,
artis aūt eſt formam & materiam rei ad aliquē finem
cognoſcere: vt medici eſt ſanitatem, bilem, pituitam
noſſe, in quibus tum bona tum mala valetudo conſi-
ſtit ſimiliterq́; ædificator opifexq́; & formā domus, &
materiam ſpectat, vt ligna & lateres: nimirum conue-
niat etiam phy. naturam vtranq; perſpectam & explo
23 ratam habere. Præterea eiuſdem ſcīæ eſt, & finem co-
gnoſcere, & ea quæ inſtituūtur & ordinantur ad finē:
vt medici, & ſanitatem, & ea quæ ſunt efficientia ſani
tatis, ſed materia propter formam eſt inſtituta: ad quē
igitur pertinet formam cognoſcere, ad eūdem quoq;
materiam pertinebit. At vero formam huiuſmodi eſſe
naturam, vt finis ſit naturalium corporum, gn̄aliter
hunc in modū ediſces. Id quod cōtinuo motu, actuq́;
deinceps ad vltimum quiddam peruenit, quieuitq́;, vi-
detur motus finem habuiſſe, & conſecutū id cuius gra
tia mouebatur. (Quod tn̄ de eo motu intelligendum
puta, qui neq; fuerit interpellatus, neq; vlla extrinſe-
cus turba aut offenſaculo impeditus. ita vt ad id poſtre
mum, quo tendat, citra ocīu vim ſponte naturæ perue
nerit.) Eiuſmodi aūt extremum, & finis eſt forma.
Eo nanq; naturales motus collimant, generatio & au-
ctio: & inde perfectionē adipiſcitur ſuam, qua appre-
henſa, ceu feriis ociantur, & cōquieſcunt, tum deinde
cōmeantes vicibus reflectuntur atq; reciprocant. Per-
ridicule vero Poeta viſus eſt finem & metā, cuius gr̄a
facti ortiq́; ſumus, cōſtituiſſe mortem. Eſt certe vltimū
quiddam mors: non tn̄ omne vltimum tendit eſſe fi-
nis, aut id quod ſub hoc verbo, cuius gratia ſignificat:
ſed id proprie finis intelligitur habeturq́;, quod p̄ſtan
tius, atq; melius ſit. Eſt. n. vnaquęq; res boni alicuius
appetens, & auctio non mortis cā fit, (nam ſæpe deſi-
nit augeri res anteq̃ moriatur) ſed perfectionis & for-
mæ gratia augentur oia, & in ea quieſcunt, ſimulatque
eſt ad illam ventū. Mors vero eſt vltimum, nō vt meta.
ſed vt huiuſcemodi ſubſtantiæ debitus, & neceſſarius
quidam euentus. Sed & gignūt quoq; materiam artes 24
nonnullæ, aliæ ſimpliciter, vt ædicator lateres: aliæ de-
dolando poliendoúe, vt plaſtice cæram. Si igitur ope-
rariis artibus cōtingit materiam aliqn̄ facere, quur nō
ſit ſpeculatiuarum cognoſcere? Sed & nos quoq; ipſi,
q. fines ſumus, (multa. n. noſtra cā fiunt) non ſolū in-
telligimus & cognoſcimus ea, quæ propter nos ſunt,
ſed etiam ad noſtros illa vſus plerūque transferimus.
Cæterum quo pacto rerum finis ſit homo quanq̃ du-
plex finis habeatur, in lib. de moribus declaratum eſt.
Non oportet aūt mirum videri, ꝙ diximus nōnullas
eſſe artes, quæ ſuam materiam faciunt: qn̄ etiam illæ
quæ quia principes ſabricæ ſunt, architectonicæ appel
lantur quæque videntur maxime merito formæ p̄eſſe
inferioribus artibus, materiam oīno non negligunt.
Duo ſunt ſpecies hmōi artium, quarum vtraq; neceſſe 25
eſt habeat rōnem materiæ. Harum altera habetur, quę
ſola vtitur forma, quæque ei q̃ infra ſe tenet, pręſcribit
& imperat, qualis & quemadmodum futura ſit forma.
Hoc modo gubernandi ſcīa præeſt ei, quæ eſt faciendi
naues. Vtitur. n. forma nauis gubernator, ſed īperat tn̄
ſabro, quale nauigij genus idoneum ſit futurū magis
ad nauigandū: neq; ex oī materia, aut ligno ædificare
nauim ſinet, ſed ex tali vel tali. Ita materia quoq; illi cu
ræ erit. Formę. n. qua vtitur, certa materia opus eſt, ad
artem egregie atq; nauiter exercēdam. Alterum genus
eſt earum artiū, quæ (vt dixi) principes & capitales vo-
cātur quod non vtitur forma, ſed introducit formam
& perficit imperatq́; ijs ſimiliter atque præeſt artibus
quas infra ſe continet. Imperat dico q̃li materia opus
ſit exēpli gratia. Faber is qui nauim eſt facturus, p̄eſt ei
qui ſyluam cædit. Quamobrem vtrō oīs compendio
habeatur, quemadmodū in arte factis, quū materiam
creat & facit ars, formæ gr̄a & operis facit: ſic & in na-
turalibus, quorum materia fieri nequit, ſed iam ex iſtit
habeturq́; neceſſe eſt gratia formæ, & propter formā
materiam eſſe. Dictum eſt aūt ei quæ finem intelligit, 26
intelligenda eſſe ea quæ ſpectāt & regunt ad finē. Item
materia ex eorum numero eſt, quæ appellātur & refe
runtur ad aliud. Eſt. n. materia alicuius formæ mate-
ria atq; alterius item altera, videlicet ea quæ particula-
ris eſt & p̄pinqua. Is igitur qui alterum aſciſcit, alterū

quoq; neceſſario ſuſcipit. De materia itaq; phyſicus
in tantũ aget, vt cogitationem ad formam referat vni-
uerſam * de forma quoq; aliquatenus ita, vt à materia
non deiiciat oculos, ſed idẽtidem reſpectet in totum:
quemadmodum medicus neruum explorat, ita homi
nem phyſicus contemplatur. Quanq̃.n. formæ mate-
riales quãdoq; à materia, cogitatione atq; animo exi-
mũtur, non item poſſunt actu aut ſubſiſtentia eximi.
Quã aũt formæ materiales ſint oẽs in materia conſti-
tutæ, ea rõ aſtipulatur, ꝙ quæcũq; gignunt oriũturq́;,
ſimilia iis proueniũt vnde ſunt genita. Nam & hoĩem
homo gignit & ſol, vt videri poſsit vnaquæque efficiẽs
cã in materia eſſe collocata, tam ea quæ proxima ad-
inuentaq́; eſt homo, q̃ ea quæ remota ſol. Virum aũt
27 aliquæ formæ habeantur: quæ ſm ſubſtantiam à mate
ria ſint abiunctæ, & quonã pacto reſpiciant inferiora
hæc & quæ poſtremo ſit earum natura, munus eſt pri-
mæ philoſophię indicare. Satis hactenus dictũ de iis
principiis eſt, quæ tãquam elementa, naturalium rerũ
eſſentiam ſubſtantiamq́; conſtituunt.

** Simpli. aliter præſentem locum apud Ariſto. intellexit: ait. n. Ariſt. uoluiſſe oſtendere cõtemplationẽ philoſophi naturalis in cognoſcenda forma in cauſam finalem terminari, hoc aũt accepta ſimilitudine ab artibus. Eo. n. modo naturalis ſe habet in cognoſcendis formis de quibus cõtemplatur, quo medicus uel faber ea cõſyderat quæ illis artibus attinẽt. u. g. medicus neruum, & faber æs, hæc non ueluti artium materiam inducens, ſed ut formas quas artes conſiderant. In hoc tñ differunt q, artes practice ea conſiderant, naturalis uero ſcienter. propria uero ſubiecta circa quæ operantur artes, conſiderant uſque ad uſum & officium quod præſtant operibus perfectis, propter quæ ſunt ipſe arte introductę: eodem etiam modo formam naturalem cognoſcet naturalis philoſophus, eo uſque quo cognoſcat proprium munus cuius gratia fiat & eſt: Omnis enim cognitio (ait ipſe) quæ ex cauſis habetur: eſt ſcientiæ accommodatiſsima, quæ uero ex cauſa finali eſt aliis omnibus præſtat.*

28 NVnc altius repetito principio conabimur nume
rum & genera cãrum exponere: ac vno quidẽ
modo cã pro eo accipi ſolet, ex quo immanẽte
ſubſtanteq́; aliquid fit, vt æs ſtatuæ, aurum phialæ, &
horum genera. exempli cã: Phialæ propinqua materia,
hoc aurum, generalis eſt aurum, metallum, corpus.
Alio modo cãm pro forma capimus, & exẽplari, hoc
eſt pro definitione rõneq́; eius qđ appellant hoc noĩe
quid ſit rei eſſe: vt ſi eius concentus qui Diapaſon dr̃,
definitionem illam attuleris: Diapaſon eſt vniuerſitas
concentus, ſiue duorum ad vnum rñſus, ac mẽſus, tũc
fueris & formam eius rei, & quid ſit rem illam eſſe cõ
plexus. Exemplar aũt voco non eo modo quo ij, qui
ideas poſuere, ſeparatas quaſdam ſpecies, atq; ipſas p
ſe nullo innexu materiæ ſubſiſtentes, ſed ꝓpterea quia
definita, præſcriptaq́; eſt eorum oĩum forma, quę à na
tura proueniunt hominis, equi, bouis, fici, oleæ, plata-
ni, etiam illud principium vnde hæc oriuntur, eatenus
pergit mouẽdo & exercendo materiam, donec forma
illa & ſpecies materiæ coaptet, & congruat plene atq;
29 perfecte. Tertio dicitur cauſa id vnde primo princi-
pium motus capit, quemadmodum is qui conſilium
dat, & quemadmodum pater eſt cauſa filij. Dixi primũ
principium iccirco, qm̃ inſtrumẽta quoq; poſſunt cãæ
quidem motus videri, ſed non primæ. Quarto finis di-
citur etiam cauſa, eſt aũt finis ea cã, quam ſub hoc noĩe
Cuius grã, notari & intelligi volumus. Atq; hoc mo-
do cã geſtationis deambulationisq́; ſanitas eſt: neque
deambulationis modo, ſed & reliquarum actionũ fun
ctionumq́;, quas is qui ſanitati ſtudet, alias ex aliis ante
finem exercet attenuationis, ieiunij, potionum, po-
ſtremo & inſtrumentorum oĩum, quorũ eſt ad ea fa-
cienda & obeunda vſus opusq́;, (Sunt. n. hæc oĩa gra-
tia finis.) Tum * geſtiones ipſæ, vt ambulatio, vſtio: tũ
inſtrumenta, vt cucurbita medicinalis, & ſpecillum.
Cauſa itaque accipitur tot fere modis.

** Carpitur hic à quibuſdam interpres latinus, qđ. n. græce Them. ἔργα dixit ipſe geſtiones eſt interpretatus: proprie tamen opera ſignificat græcum illud uerbum. Opus aũ. ab actione uel geſtione differt: nam aliquid eſt quod opus dici poteſt, nequaquam uero actio, licet omnis actio opus poſsit appellari. Vnde communius nomen eſt opus, quam actio.*

FOrte autem accidit, vt quum multifariam cauſę 30
nuncupẽtur, plures vnius & eiuſdem rei cãæ in-
ueniantur, neq; id quoq; per accidens, ſed non
eodem tñ, reſpectu, neq; eadem cõſideratione. Nam
phialæ cãæ ſunt, & aurũ, & is qui ſudit, & vtrunq; eſt
cauſa per ſe, verum hoc vt materia illud vt excuſſor vel
opifex. Fieri etiam poteſt, vt nonnullæ res comeent,
ſintq́; ſibi mutuo viciſsimq́; cauſæ exempli gratia. La-
bor ſuſcipitur bonæ valetudinis cauſa: cõtra, labor bo-
nam valetudinem facit, verum non eodem vtrũq; mo
do. Nam bona valetudo cauſa eſt vt finis, labor vero
cauſa eſt, vt inde principium motus creatur: ſunt enim
labores bonæ valetudinis cauſæ efficientes, laborum
contra finis eſt bona corporis valetudo. Sed & con
trariorum euentum eadem poteſt eſſe cauſa dum non
eundem habeat in vtroque modum: nam idem guber-
nator ſi adſit naui, cauſa eſt ſalutis: ſi abſit naufragij.
Verum hæ, cauſę omnes in quatuor aptiſsimos re- 31
cidunt modos. Sunt autem à nobis denuo recurren-
di, vt res perquiſitius diligentiuſq́; conſcripta, & dilu-
cidior efficiatur, & firmius diutiuſq́; retineatur. Ac pri
mum quidem genus in materiam cadit & ſubiectum.
Non eſt autem materiæ modus vnus, nam aliter ſubie
ctæ ſunt ſyllabis literæ, (id enim fit ſtructura compo
ſitioneq́;) aliter materia formæ, quia videlicet fit hoc
per alterationem. Terra autẽ & aqua animalium cor
poribus per compoſitionem & alterationem ſubii-
ciũtur. Partes vero toti, altero ex duobus modo, & ꝓ-
poſitiones ſyllogiſmorum concluſioni: Secundũ ge-
nus eſt id, quod nos ſuperius quid ſit rei eſſe vocamus,
idq́; multis nominibus fungitur. Nam & totum dici-
tur in iis rebus, quæ ex partibus conſtant: atque totum
quidem nõ ita, vti vna cum partibus accipiatur, (hoc
enim eſt vniuerſum id, quod ex omnibus partibus ori-
tur) ſed vti ea res, quæ omnibus partibus ſuperueniat,
atq; in omnibus ſpectetur, ideſt ipſa abſolutio rei, atq;
perfectio, propter quod videlicet totum res dicuntur
& iudicantur totæ. Dicitur & cõpoſitio in cõpoſitis: &
dicitur forma potiſsimũ cõparatione materię. Tertiũ
genus eſt ea res, vnde principium ſumitur cieturq́; mo-
tus, vt ſemen genitale, vt medicus, vt is qui cõſilium
dedit, & poſtremo omnis res quæ efficiens eſt rei ali-
cuius. Quartum genus eſt finis, & bonum, id enim cu
ius gratia ſunt omnia requirit optimum eſſe, atq; finẽ
reliquarũ rerũ. Nihil aũt diſtat bonum dicas, an quod
appareat bonũ. Cauſæ igitur tot & huiuſmodi hñtur.

Veruntamen

32 VEruntamẽ quanquã ſunt quatuor genera cau-
ſarum vnumquodq;, nihilominus genus in mul
tos diſſecabimus modos. Efficientium cãrum
alia eſt propinqua, cõior aliqua. Propinqua, vt quum
recuperatę valetudinis cãm fuiſſe medicum dicimus.
Communior, vt quum id feciſſe artificem dicimus.
33 Rurſus huiuſmodi cãrum aliæ ſunt per ſe, aliæ per acci-
dens. per ſe cauſa eſt valetudinis medicus, per accidẽs
decuratus: põt.n. accidere, vt is medicus ſit etiam recu
ratus. Licebit igitur dicere, recuratum aliquem fuiſſe
cauſam ſanitatis. Sed & illa quoq;, quæ cauſas per acci-
dens, tanquam partes & ſpẽs continent atq; comple-
ctuntur, vt genera, poſſunt cauſæ appellari, vt homo
& aĩal ſanitatis cauſa fuiſſe dicantur. Ex accidentibus
quoq; cauſis quędam adiunctiores & propiores habẽ-
tur quædam remotiores, vt albus & muſicus, qualem
eſſe contingit medicum, dici poſſet cã ſanitatis fuiſſe,
34 Illa quoq; diſtinctio prodita eſt, aut.n. ſeorſim illas, aut
iunctim, efferimus iunctim vt quum dicimus recuratũ
medicum fuiſſe cauſam ſanitatis. Seorſim, vt quũ ſe-
paratim alterutrum dicimus. Quo fit vt modi cauſarũ
naſcantur, habeanturq; multiformes. Nam aut propin
quæ & ſingulares ſunt aut remotę & generales, aut per
accidens, aut per ſe, aut vt genera. Item aut coniunctę,
aut ſeparatæ, atq; hoc non ſolum in cauſis efficienti-
bus reperitur, ſed ẽt in ea quę ad materiã pertinet. Au-
rum.n. hoc, cauſa eſt & materia reĩ effigiatæ, & non ſo
lum hoc aurum, ſed ſimpľr aurum. Itẽ hoc corpus, &
non ſolum hoc corpus, ſed ſimpliciter corpus. Item
hoc flauum, & non ſulum hoc flauum, ſed ſimpliciter
flauum, & ſimpliciter coloratum. Item non ſolum di-
35 ſiunctæ aurum, ſed coniunctim aurum flauum. Effe-
cta quoq; cum cauſis eũdem videntur habere reſpon-
ſum. Alia nãque vt propinqua, alia vt genera proferun
tur: quemadmodũ ſi diceres Polycletũ effigiaſſe Dia-
dumenum illum molli iuuenta expreſſum, deinde di-
ceres ſtatuam, poſtremo imaginem. Idem videre licet
in effectis per accidens, quorum exemplis ſuperſede-
bo, ne moram atq; impedimentum inferam iis, quæ ſe-
36 quuntur. Rurſus alia eſt diuiſio. Singuli ſex modorũ,
quos cauſis diximus eſſe attributos, in membra didu-
37 cũtur duo, actum & ptãtem. Differũt aũt hęc inter ſe,
ꝙ cauſæ quæ in actu ſunt, ſimul ſint neceſſe eſt cũ effe-
ctibus qui procreantur, vt ſecans ſimul cum eo qui
ſecatur & vrens ſimul cum eo qui vritur. Cãę vero quę
non ſunt actu, ſed ptãte, non ſemper ſimul cum rebus
effectis habentur, non.n. ſimul cum ędibus corrumpiť
ædificator, neq; ſimul cum lecto faber. Eſſe ᵃ aũt ptãte
id nunc appello, quod non ſolum egit, ſed prorſus re-
ceſsit ab opera, & deſiit agere. Cæterum oportet vniuſ
cuiuſq; rei principem cauſam & proximam quærere,
atq; hæc eſt illa, ad quam ſimulatq; peruentum eſt, ceſ
ſat qõ ea, quæ. Quur ita ſit, &, Vndenam à Dialecticis
nuncupatur eſt. exempli gratia: Quęritur vndenã cau-
ſa ædium eſt Gabrias? Rñdetur, quia ædificator. Iterũ
quæritur quamobrem ædificator eſt? Rñdetur, quia
ædificandi ſcientiam & artificium tenet. Huc vbi ap-
plicitũ eſt neceſſario ſiſtitur. Eſt.n. aut veſani, aut per-
tinacis hoĩs vlterius percũctari. Prima igitur cã ædium
eſt ars ædificandi. Sed & gñaliũ effectorum gñales cau
ſæ aſsignãdæ ſunt, & particularium particulares, vt ſta-
tuarius dicatur ſtatuæ cauſa fuiſſe, & hic huius. Item
effectorũ ptãte, reddendæ ſunt cãæ ptãte, & effectorũ
in actu, cãæ in actu cõſtituendæ referẽdeq;. Quot igiť
cãæ ſint (q̃tuor videlicet) & quot accipianť modis, (ſex
vz) arbitror abunde & accurate demſ̃atum à nobis.

ᵃ Poteſtate appellat (ait hic Simpľ.) non id quod eſſe põt, ſed id quod operanti opponitur: hoc aũt eſt quod non opatur: non operatur uero, & qđ operari põt, & qđ operari deſiit.

EXiſtimanť aũt caſus & fortuna cõpluriũ eſſe effe 39
ctuum cauſæ, & fieri euenireq; multa tum caſu,
tum fortuna conſueuiſſe. Ac primum quidẽ di-
gnum ſcitu eſt, ſub quo nã genere cãæ, duo illa gene-
ra collocẽtur reponãturq;. Deinde illud quoq; nõ igno
randum, ſit ne caſus & fortuna idem, an res cauſæque
diuerſæ. Poſtremo aggrediendũ quid vtrunq; ſit, ꝓdē- 40
re. Adeunda tñ diſcutiendaq; prius ea qõ eſt, q̃ in vno-
quoq; negocio cognoſcendo maxime debet eſſe prin-
ceps & caput. Sit ne in rei natura caſus vllus aut fortu-
na, an inania potius vocabula temere circunferantur.
Quod plerique inducti rõne dixerunt, quia videbant
oium rerum quarum cãs facimus fortunam & caſum,
alias nihilo ſecius cauſas aſsignari afferriq; poſſe ex ea-
rum genere aliquo, quæ nobis ſupra ſunt proditæ, vel
numero, verbi cã. Si qs in forũ exierit alloquẽdi con-
ueniendiq; quẽpiã gr̃a, occurratq; ei amicus aliq̃ pe-
regre ꝓfectus, reuerſusq; ex itinere, atq; hũc q̃q̃ cupie
bat interuiſere, non tñ ſperabat futurũ obuiũ ſibi: illũ
Herc. ſiquis interroget quãobrẽ, aut quẽadmodũ na-
ctus ſit amicũ, Caſu rñdeat. Sed nugæ ſunt. Quur.n. ca-
ſu dicať occurriſſe, ſuperueniſſeq; potius, q̃ ſponte atq;
ab ea voluntate, qua is exiuerat, vt in forũ deſcẽderet?
Nam & ſi ei non id conſilium fuerit procedẽdi, ſed di-
uerſo quidẽ negocio deſtinatus, hoſpitem forte quadã
incurrenti, non tñ eo valet id vti propterea nouare, aut
confingere aliã cauſam oporteat, qua amicus id com-
pertus, præter voluntatẽ illam atq; itionẽ in forum. Si
igitur vniuſcuiuſq; rei quæ fieri dicitur forte fortuna,
certam licet cãm reddere, qui.ſ. poſſunt effugere ij, q
fortunam putant cauſam quandã eſſe inſtabilẽ indefi-
nitãq;, quin videantur nudum & ſine re vlla, nomen
fortunæ inter cãs referre collocareq; voluiſſe?. Quod
ſit parum ꝓficit rõ, valeat inquiũt, authoritas veterũ, 41
qui quum de cauſis rerum oĩum conquirerent, vidẽtur
nullu numero habuiſſe fortunam. Hæc fere illa ſunt ar-
ma, quibus nonnulli fortunã de rebus adimere & ꝓ-
figare conantur. Nos vero dicimus primã rõnem illo-
rum, cõtrarium eius quod volebant, feciſſe. Nã quum 42
fortunam demere niterẽtur, neſciunt ſe illam maxime
ita ſtabiliuiſſe. Si.n. oĩa quouis modo eueniẽt, conferri
in cauſas certas & determinatas poſſunt, idq; nemo eſt
qui neſciat facere, cur tñ fieri quędã fortuna dicimus,
quædam non dicimus? Nimirum opinor, quia fortu-
na cã quędam eſt præter certas illas atq; determinatas.
Nam ſi quædam effecta habẽtur, de quibus ſimulatq;
inuenta eſt certa præfinitaq; ratio nihil amplius poſsis
ambigere quædam contra reperiuntur, de quibus nõ
ſimulatq; inuenta eſt certa præfinitaq; rõ, deſinas am
bigere, ſed adhuc ad fortunã confugium habeas: ſum
ma pertinacia eſt inficiari fortunam eſſe rõnem & cau
ſam quandam extra certas illas atq; præfinitas. Nam
quamobrem obſecro Achilles Hectorẽ occidiſſet vl-
tro, Adraſtus filium Crœſi fortuito? Alioquin ſi nul-
lum ſit diſcrimen in cauſis, oportuerat Adraſtum ſuſce
piſſe id facinus, & propoſito percuſsiſſe, perinde atque
dicitur de Achil. Sed & reliquis eſt adhuc illis delirãdi
locus ita reſpondere ſolitis. Niſi telũ cohibuiſſet mit-

tere,Crœſi filius vineret,ſed.n.voluit quum miſit,(vo
lebat aũt non Crœſi filium,ſed feram tranſigere)miſ-
ſionis igitur cauſa volũtas fuit, vulneris mortiſq́; non
fuit. Nam ſi præuidere potuiſſet euentum nunquam
iaculum intorſiſſet. Quo fit vt id caſu factum merito
videaẽ, ſecutaq́; ſit mors non ſpõte illius, ſed forte for
tuna,venia quoq; digni ſint. Nec poſsis culpę addicere
qui id genus deerant ac peccãt: & Crœſus ſi ſapiẽs fue
rat, ignoſcendum habuerit,nedum exarſerit in perpe-
43 trãtem. Quod ſi ex veteribus videtur nemo,qui fortu
næ mẽtionem habuerit,quid tũ poſtea?præſertim quũ
hoc ipſo vel maxime taxandi reprehẽdendiq́; ſint, for
tuna vero propterea non tollitur. Et Hercules viden
tur antiqui nuſquã verba feciſſe de fortuna,nõ Empe.
non Anaxago.nõ alius quiſpiam. Nullam.n.ex his cau
ſis quas ſtatuebant, arbitrabantur eſſe fortunam, non
odium,non amorem non mentem,non poſtremo elẽ
tum vllum. Cęterũ & hoc rationem noſtram multum
confirmat adiuuatq́;, ꝙ neq; de cauſis aliis, & quidem
Tẽpus ætas lõga aptiſſima eſt ad veritatis indaginem ratio.
magiis neceſſariis tractatum aliquem habuere. Tem-
pus porro & lõga ætas aptiſsima efficaciſsimaq́; eſt ad
veritatis indaginem rõ. Mirum tamen illud eſt, ꝙ quũ
fortunam pro nihilo habendã putarent, non conati ſal
tem ſint perſuadere,nomen fortunæ ſalſum atq; inane
ab hominibus fuiſſe receptum. Neq; minus mirum eſt
illud, ꝙ quidam, qui eſſe fortunam in rebus arbitraban
tur,noluerunt tñ qualis quæúe ea rerum poſſet calligã
tibus,& cæcutientibus mortalibꝰ edere. Ego vero me
mini locũ,in quo Empedo.& quidem inuitiſsimus in-
cidit in mentionẽ fortunæ. Is.n.quaſi clam nobis poſ-
ſet id facere,aliquando in explicatione naturæ vtiẽ cõ
moditate & occaſione fortunæ. Nam quod aer ſeceſ-
ſerit,ſecretusq́; fuerit, fortunæ tribuit,& tãquã refert
acceptum hoc verſu. Sic cecidit volitans aliter quoq;
ſæpius aer. Sed & mẽbra quoq; aĩalium plurima eſſe
44 facta, cecinit à fortuna. Verum hic ꝙ raro fortunam
cõm.ſuis,& placitis adhibet,minus nobis accuſandus
eſt ſilẽtij huius. At Democritus atq; alij quo pacto nõ
ſunt ob eam rem grauiter reprehendendi atq; dãnan-
di ꝙ quum temeritati atq; fortunæ res præſtãtiſsimas
ſubieciſſent, nullam rõnem aut viam hoĩbus ad eam
indaginem reliquerunt? Nam neq; infinitos mũdos,
neq; fas, neq; ordinem illum vniuerſa continentem,
atq; nectentem ad aliam cauſam retulere: ſed tũ à for-
tuna,tũ caſu pendere,prouenireq́; oĩa defenderunt.
45 Atqui hoc ſeorſum in eo hoĩe maxime ſoleo demirari
ꝙ quum videret, quum animalia, tum ſtirpes & fru-
tices ex cauſis fieri ſuo & certo ordine conſtitutis atq;
præſcriptis,ſiue naturam fecerit cãm, ſiue mentem,ſi-
ue alio id nomine cõmonſtrarit(neq;.n.de hoc cõtro-
uerſia eſt.) Mirari inquam ſoleo vehementer,qũo ea
quæ & maxima videbãtur, & pleniſsima diuinitatis ac
numinis,cœlum,aſtra,ſedes,& locos aſtrorum quorũ
nihil poterat indefinitum, nihil exordinatum videri,
46 fortunæ tñ caſuiq́; tribuerit. Nam animalia & frutices
procul abeſſe caſu perſpicuum eſt. Si.n.ad eas genera-
tiones fortuna aut temeritas pertineret, cur nõ poſſet
ex quolibet vtcũq; ſors tuliſſet generari,& fieri quodli-
bet? Nũc autem & homo ex hoĩe oritur,& ex platano
platanus: neq; quiſquam eſt,qui equum ex equo ſpi-
cam de frumento naſci caſu putet. Qdꝰ ſi inferiora hęc
quæ & intercipi impediriq́; poſſunt,& plerũq; inter-
cidunt,eundem nibilominus ſemper ac definitum te-
porem & curſum ſeruant: qui fieri poteſt, vt cœlum,&
ſydera, & ordo ille rerum ĩmutabilis àtq; ſempiternus,
mente careat & ratione,caſu conſtetatq; fortuna?
Vtriſq; igitur eſt erratum,& iis qui rerum oĩum cau-
ſam conſtituere fortunam,& iis qui nihil nobis de for
tuna tradidere. Sunt & nonnulli,q quamuis cauſam 47
rerum plurimarum fortunam faterentur & crederẽt,
quia tñ illius naturam, aut aſſequi, aut explicari, non
poterant, ſpecioſam eius rei definitionem & magni-
ficam attulerunt, dicentes fortunam eſſe cauſam, quę
ſupra captum hominis eſſet. Veruntamen videntur ex
iis,qui dicunt diuinam quandam rem atq; pręcellentẽ
exiſtimare fortunam: qua ſententia plurimi fere mora
lium ſunt, qui fortunam colant vt numen, conſtitutis
etiam dicatiſq; priuatim ei rei tanquam deæ templis.
Super ea igitur recõſiderãdum eſt vſitata nobis diſpu
tandi ratione ac via.

Fortunam eſſe,& in quibus ſit,hunc in modum 48
poſſumus colligere. Rerum aliæ ſemper eodem
mõ proueniunt,vt perẽnia, aliæ fere & plerunq;
vt naturalia: nonnullæ rarenter. Nã ſi ſunt quæ plerũq;
& maiori ex parte proueniũt,manifeſtũ eſt eſſe quoq;
ea oportere,quæ rarenter & inſolẽter fiant, qualia ſunt
ea,quæ rerum naturalium neceſſariam gñationem ab-
rumpunt. Põt ne igitur fortuna locum habere in is quę
neceſſario eueniunt?nequaquam. Quis.n.ita mens ſit,
vt dicat ſolem hodie fortuito ortum eſſe? aut fortuito
occidiſſe? Dices in iis verſari fortunã,quæ frequenter
.i.plurimum & maiori ex parte proueniunt? At quis
niſi impudenter ac temere pertinax,dicat Callię manũ
caſu quinque digitos habuiſſe, aut calores eo tpe for-
tuitos,quo Syrius emergit, aut frigora tũc quũ ſol in
Sagitario eſt. Reſtat igitur, vt in iis fortuna reperiatur,
quæ infrequenter & raro. Quod & cõi ſententia ꝓba
ri ſolet: nã & ea quæ fiunt à fortuna,raro euenire dñr:
& ea quæ raro eueniunt, fortuna fieri ſaltẽ vulgo vi-
dentur. Sed ſiſtamus tantiſper, infrenemusq́; orõnem 49
hoc loco,reuerſuri mox vñ digredimur, diuidamusq́;
aliũde initio repetito: effectorũ alia alicuius gr̃a fiunt,
vt ea quorũ opifex eſt,aut natura,aut volũtas. Alia nul
lius,vt capillũ quũ vellimus,aut paleã quũ abiicimus.
In vtris igitur fortunã ſtatuo? profecto in iis quæ gra-
tia alicuius fiũt quod quemadmodum poſsit eſſe: cun
ctari parumper dum volo: atq; hoc in præſentia,ꝙ ve-
rum ſit inito. Sed paulo poſt demõſtraturus compro
baturusq́; ſuſcipiã. Id aũt quod ex aſſumptionibus ſe-
quitur, ſyllogiſmo nunc colligã. Poſitum eſt fortu-
nam in iis eſſe,quæ raro fiunt,atq; ẽt in iis,quæ gr̃a ali-
cuius fiunt. Quid igitur aliud ex iis cõcludi põt,ꝙ ali-
qua fieri raro in iis,quæ gr̃a alicuius fiũt? Hac ego de
cã ſum inductus ſyllm̃ vt clauderẽ ante aſſumptionũ
probationem: qm̃ mirari neminem volebam, id qdꝰ
gr̃a alicuius ſit,non ſolum in neceſſariis, & in iis quæ
plerunq; conueniunt inueniri poſſe,ſed etiã in iis quæ
pauciens & perraro contingunt reperiri ſolere. Hacte
nus ſatis. Qũo igitur caſus & fortuna verſantur in his
quæ rarenter fiunt? Opus Hercules eſt rõne aliqua at- 50
que explicatione,atque hoc eſt,quod paulo ante pol-
liciti ſumus oſtendere. Porro conſentiunt omnes,quę-
cunq; aut à natura, aut à voluntate fiũt,gratia alicuius
rei fieri oportere. Exempli gratia,quum domum egre
dimur lauandi cã aut continuandi quem aut conueniẽ
di philoſophus,& quum regula de imbricibus tecti ca
dit deſiderio proprium & naturalem locum tenendi,
vtpote quam nullo obiecto repagulo,quum graue &
terraceum

terraceum corpus ſit, deferri deorſum oporteat. Quū
ita is finis occurſorius & obuius ſit rebus, cuius gratia
initio factæ inſtitutæq; ſunt, nihil tunc habet cōe for-
tuna. Quum vero (vt fieri ſolet aliquando) alius finis
ceciderit, quæ is qui propoſitus fuerat, tūc fortuna &
caſus exerit ſe, atque elucet: vt ſi quis lotus egreſſus
canem offendat, à quo mordeatur: aut ſi tegula in ter
ram deuoluta, vt in proprio & nāli conſideret loco ꝑ-
tereuntis hominis caput confringat. Sane huiuſmodi
effectuum cauſam eſſe, aut naturam aut volūtatē licet
dicere, non tamen ita vt per ſe cauſæ ſiut: nam neque
vt morderetur ille proficiſcebatur ad balneas, nec te-
gula cecidit vt vulnus afferret, ſed euenit vtrūque per
accidens. Atq; hoc iā eſt caſus & fortuna, quū nā aut
voluntas alicuius facta eſt per accñs cā. Quo [a] ſigni-
ficatu acceptum id oportet, quod pauloāte dicimus,
fortunā.ſ. circa ea verſari quæ gratia alicuius fierent.i.
ad eos effectus euentusq; pertinere, quia aut à natura
aut voluntate per accidens proficiſcerētur. Per accñs
aūt cum natura tum volūtas cauſæ ſiunt, quotiēs eue-
niūt alia q̃ ea quorum gratia inſtituta actio fuerat. Sūt
enim [b] quemadmodum ex rebus, aliæ per ſe, vt ſubſtā
tiæ: aliæ per accidens, vt accidens: ita ex cauſis alię per
ſe, vt ædium redemptor: aliæ per accidens, vt albus &
muſicus. Et eſt ea quæ per ſe eſt, certa & præfinita: quę
vero per accidēs incerta atq; indefinita, poſſunt.n.in-
finita accidere ædificatori, Eiuſmodi eſt & fortuna,
eoq; indefinita. Diſtat aūt à reliquis per accidēs cauſis
fortuna in eo, ꝙ illæ idcirco cauſæ nuncupantur, quia
accidentia ſunt cauſæ per ſe, vt albus, grāmaticus, muſi
cus, deambulator, ſeſſor: quo fit vt nullum ſit tale ꝓ-
prie cā talium. At in fortuna actio vna atque eadē eſt
huius effecti cauſa per ſe, illius cauſa per accidēs: nam
foſsio per ſe cā eſt ſationis, per accñs inueniendi theſau
ri. Quare illic in cauſis eſt diuerſitas, hic non in cauſis,
ſed in finibus & euentis: quia quemadmodum in reli-
quis cauſis per accidens duæ cauſæ reperiūtur eiuſdē
effecti, vna per ſe, altera per accidēs: ita in fortuna nō
quidem duæ cauſæ reperiūtur eiuſdem effecti, ſed cō
tra potius vna cauſa duntaxat reperitur duorum effe-
51 ctuum, quorum alter per ſe erat.i. propoſitus. Eſt aūt
indefinitū nihilominus fortuna, imo latius ēt aliquāto
q̃ cæteræ. Nam theſaurum reperire multis & infinitis
ex cauſis poſſumus, gratia factis & inſtitutis alterius,
videlicet ſerendi gratia, pauimenti ſternendi, deducē
di aquæ ductus ad puteum, cōſtituendæ condēdæq;
ſepulturæ, templi exędificandi, atq; ſimiliū infinitorū.
Igitur quemadmodū dictum eſt prius, (neq;.n. vere-
bor præſertim hoc ocio explicandi negocij gratia, fre-
quentiorem eiuſdem rei repetionē) quum ea quæ fa-
cta & inſtituta gratia alicuius ſunt, efficiuntur alterius
cauſæ per accñs: ea affecta, quæ inde proueniunt for-
tuna fieri & caſu dicuntur. exempli gratia, lauandi cā
deſcendit quis in forum, offendit qui æs manuarium
referebat, ita recepit argentum. Profectio ea initio
cā per accideus, argenti recipiendiq; fuit: non.n. illius
gratia iuerat, alioquin non diceretur forte fortuna re-
ceptum. Neq; ſi neceſſario ad eum locum deſcendiſ-
ſet, neq; ſi ex cōſuetudine plerunq;, aut crebiter eo ſo
litus eſſet deſcendere, quia videlicet non eſſet id am-
plius præter rōnem, neq; perrarum. Sed & illud quoq;
aīaduertendum puto, ꝙ non ſolum cauſæ efficientes
aliquæ, per accidens cauſæ appellantur, ſed etiam effe-
ctus & finis aliqui, fines & effectus ꝑ accidēs vocātur.

Nam quemadmodum egreſſus & decenſus in forum
per accideus cauſa fuerat exigēdæ pecuniæ, ita & exa-
ctio finis per accidens deſcendēdi fuit. Atq; ille quidē
deſcenſus, vt cā quædam efficiēs, dicitur fortuna: exa-
ctio tanquam finis, & ea cauſa quæ ad finem pertinet,
euētus quidam vocatur, & exitus à fortuna. Oportet
aūt & hunc quoque indefinitum eſſe, & minime con-
ſtitutum, ne ſi certus cōſtitutus fuerit, non amplius vi
deri poſsit à fortuna perpēdiſſe. Quare huiuſmodi euē
tus atq; finis oīno habendus erit incertus, perindeq;
indefinitus, vtpote qui ſit per accidens factus. Feri.n.
poterat vt non ſolum reportatio pecunię ex illa profe
ctione eueniret, ſed & vulnus aut pompe alicuius ſpe
ctatio. Erat quidem vna res tantum, propter quam ini
ta erat profectio, ſed infinitæ quæ accidere poterant.
Ex iis igitur quæ dicta ſunt, patet fortunam eſſe per ac 52
cidens cauſam earum rerum, quæ non neceſſario aut
plurimum, ſed quæ raro proueniunt, atque in iis dun-
taxat eſſe conſtitutam ac poſitam, quæ gratia alicuius
ex propoſito & conſulto geruntur. Quare quibus ꝓ- 53
poſitum & voluntas ſubeſt, ineſt in iis fortuna: volun-
tas autem ſine mente non habetur: indefinitæ igitur
cauſæ ſunt neceſſario, ex quibus fieri pōt, vt aliquid
fortuna incurrere euenireq; videatur. Proinde videri
pōt, fortuna indefinita res eſſe. Oēs.n per accñs cāæ
indefinitæ ſunt. Nam hac re maxime differunt à per
ſe cauſis, ꝙ in illis aſsignari pōt ſua cuiuſq; rei certaq;
cā, vt ędificator domus: in cauſis aūt per accidens, nō
poteſt: neq;.n. eſt albus cauſa q̃ muſicus potior. Ita &
deſcendenti in forum reportandæ pecuniæ cāæ pote-
rant occurrere infinitę. Nam idem porro accidere po
tuiſſet etſi perſequendi, aut fugiendi, aut ſpectandi, po
ſtremo faciendi aliquid aliud gratia deſcēdiſſet. Quā-
obrem, vt verbo rem vniuerſam complectamur, ſum
ma eſt hæc. Si ſolum ea quæ per ſe ſunt cāæ rerum exi-
ſtimantur, nihil pōt fieri à fortuna: ſed ſi cauſæ quoq;
per accñs quædam recipiuntur, videri plane pōt ali-
quid fieri à fortuna. Neque mirū eſt putari fortunam 54
carere rōne: nam rō in iis ſolum habetur viſiturq; quę
aut neceſſario, aut plurimum fiūt. Verum qm̄ fortuna 55
quanq̃ per accñs, tñ cauſa efficiens eſt: cārum aūt effi-
cientium, aliæ propiores ſunt, Polycletus, ſtatuæ: alię
remotiores, homo: idē ſpectari in cā fortuitorū debet,
vt alia propior ſit alia remotior videaẽ eſſe. v.g. Sani-
tatis cā ægroto fuit, aut ventus, aut æſtus, aut capitis tō
ſio quum tñ horum nihil adierit feceritq́, valetudinis
gratia, ſed aut agendi quippiam aliud, aut ſpectandi,
aut capilli ponendi. Etenim hoc loco propior cā ſani-
tatis eſt ſpiritus flatuſue, q̃ tonſio. Plane ſi ꝑ accñs cau
ſas ſcire volumus, ꝓpiores q́ ſint queq; remotiores,
conſtituendæ ſunt actu, atq; ita viciſsim cōparandæ
perpendendeq́, : alioquin ſi ſimplr̃ & abſolute quęſie
ris, quę fuerit cā rei fortuitę propior, nullam licebit af
ferre. Nam infinitę poſſunt cauſę extitiſſe, quemadmo
dum multotieus nobis eſt ſupra commonitum.

[a] *Simpli. etiam hoc in loco declarare uolens, q̄uo fortuna circa ea uerſetur, quæ gratia alicuius fiunt: ait, non ſic intelligendum eſſe ut omnino quæ ſunt à fortuna gratia alicuius fiant, ſed quia talia ſunt quòd alicuius gratia fieri poſſunt, ideo in his connumerantur quæ alicuius gratia fiunt. Hoc autem Ariſto. teſtimonio comprobat, qui inferius ait quòd acceſsiſſet quidem gratia accipiendi argentum ſi nouiſſet, ſed non huius gratia acceſsit &c.*

b Them. id quod Ariſto. dixit ens hoc quidem per ſe eſt,
illud uero per accidens, refert in ſubſtantiam, & accidens,
ſequens ueſtigia Alex. Sed Simpli. exponit .i. effectus, ut ſen
ſus Ariſto. is ſit: ſicuti effectuum quidam per ſe ſunt, quidã
per accidens: codẽ modo ex cauſis aliæ per ſe ſunt, aliæ per
accidens. nam ait ipſe. Et ſi cætera prædicamenta acciden
tia ſint, non tamen per accidens inſunt ſemper.

56 FOrtunatus ª dicitur, quum finis atque exitus
rei talis habetur, qualem quis animo ante con-
ceperat atq; ſtatuerat. Infortunatus eſt e contra-
rio, quum quis ſtatuto fine nõ potitur. Bona fors núcu
patur, quum bonum quippiam accidit: mala, quũ ma-
lum. Infortunatus ſane & fortunatus eſt cui res magni
alicuius momenti contingunt, ita vt longe inſortuna
tiſsimus habeatur, qui prope fuerit: vt magnum ali-
quod bonum conſequeretur: (iam .n. id animus tãquã
præſens & in manibus poſitum tenere & poſsidere le
fingit. Nam id quod prope eſt, videtur tanquam præ-
ſto eſſe) E contrario fortunatiſsimus videaẽ, qui pro-
pe fuerit, vt in diſcrimen aliquod, atq; in cõmodũ ma
ximum adduceretur. Incõſtans vero huiuſmodi felici
tas dicitur quæ pertinet ad fortunatos rectiſsima rõ-
ne. Nam & fortuna ipſa incõſtantiſsima eſt, quũ neq;
ex earum rerum numero ſit, quæ plurimum veniant
neq; ex earũ quę neceſſario. Quid ſit fortuna dictum,
arbitror quam copioliſsime.

ª Eius oppoſitum uidentur hæc uerba ſignificare quod
uoluit Them. dicere, immo etiam uera non ſunt. Cum enim
talis habetur rei exitus, qualem prius animo quis concepe
rat ac ſtatuerat, non utique id à fortuna dicimus contigiſſe.
ſed cum aliud quid præter id quod aĩo conceperat, ut ſupe
rius declarauit ipſe Them. Græce uero ſic ait. εὐτυχία δ' ἐστὶν
ὅταν τοιοῦτον τι ἀπαντήσῃ τέλος, οἷον ἄν τις καὶ προείλετο
ἐξ ἀρχῆς, hoc eſt. Fortunatus dicitur quum finis rei tales
habetur qualem quis utique prius elegiſſet etiam.

57 ESt aũt & caſus temeritaſúe, vt prædictum eſt, cã
per accidens eorum quæ raro fiunt, & gratia ali
cuius. Differt aũt à fortuna in eo, ꝙ caſus de plu
ribus affertur. Quicquid .n. fortuna facit, facit & caſus
non tñ continuo quicquid fit caſu, fit itidem à fortuna.
Fortuna & id qđ eſt à fortuna, circa eas res verſantur,
quibus adeſt ea natura vt fortunatę poſsint dici: & de-
mum circa eas ad quas pertinet actio. Quapropter ne-
ceſſe eſt circa res, quæ agi gerių; poſſunt, verſari &
exerceri fortunam. Oĩa porro quæ agi, geri, adminiſtra
ri dicuntur, vt in moralibus libris eſt demonſtratum,
voluntate & conſilio fiunt: ſignum eius rei maximũ
eſt, ꝙ fortunati dicuntur üdem qui & felices. Felicitas
aũt eſt bona quædam actio adminiſtratioúe, aut oĩno
58 in actione adminiſtrationeų; poſita. Si hæc igitur ita
ſunt, ſequitur vt nihil dici poſsit à fortuna factũ, quod
59 ab iis rebus fiat, ad quas non pertinet actio. Quamo-
brem neq; inanimale quicquam, neq; brutum facere
põt fortuito, aliquid quia voluntate & conſilio carẽt:
vnde neq; fortunata neq, infortunata poſſunt eſſe, prę
terquam per ſimilitudinem & tranſlationem quandã.
Cuius generis eſt id, quod Protarchus dicebat fortuna
tos lapides eſſe, ex quibus altaria fierent & ſimulachra
deorũ, quę quũ nihil ad hanc rẽ per ſe cõferant, colun
tur tñ à nobis, & adorantur. Contra eſſe infortuna-
tos coniuges, & eos quos humi ſtratos cõculcaremus.
Poſſunt etiam inanima quãdoq; videri facere aliquid
à fortuna, ſi quis aliquam rem acturus rebus inanimis

tanq̃ inſtrumentis. v. g. Enſis ille quo quidam quum
tyrannum Promythea occidẽdi cauſa feriiſſet, vomi-
cã aperuit, & attulit medicinam, fortunatus vtiq; ap-
pellari poſſet quippe qui forte cœptus ſit pro deo ha-
beri ab eo, qui curatus eſt. Caſus vero non per ſimilitu 60
dinem aut tranſlationem, ſed peculiariter ad inanima
pertinet, & ad animantia ea, quę carent ratione. exem
pli cauſa: Equus ab hoſtibus captus, caſu liberatus eſt
hoc modo, quia quum deſiderio potus ſeceſsiſſet ad
fontẽ, in manus domini ĩcidit. Item caſus eſt, vt tripes
ꝗ cecidit, iaceat ad ſeſſum opportune accõmodateų;,
cuius gratia non ceciderat. Atq; vt exitus, atq, finis vi
deatur caſu eueniſſe, neceſſe eſt, cũ alienus ſit à rei na-
tura, quæ cecidit. Nam ſi lapis cubus deuoluitur, non
eſt caſus, ſi reperiatur iacere ad ſedẽ idoneę: quia hoc
habet ex natura vtcunq; ceciderit, vt omnia latera re-
gãt ad ſeſſum. Quapropter neq; ignis caſu ſurſum de-
fertur, etenim hęc eſt eñto illi natura. Illud igitur qđ 61
fit caſu, quale ſit, diximus: nam ſi gñaliter caſum acce
peris, poterit etiã de fortuna prædicari. A fortuna ve-
ro ſunt ea quæ caſu quidem fiunt, ſed in iis, quibus cõ
ſiliũm & voluntas ineſt. Veruntamen non eą oĩa, quæ
citra conſilium & voluntatẽ eueniunt, ſtatim fieri vi-
dentur à fortuna. Euenit hyeme nauigãti naufragium
facere hoc, neq; ex propoſito conſilioúe, neque for-
tuito neceſſe dicimus quia plurimum ſolet exitus iſte
eſſe nauigantium hyeme. Quam vero caſus ſiue teme- 62
ritas talis ſit qualem oſtendimus, illud eſt argumento,
ꝙ ea fieri temere & fruſtra dicuntur, quorum exitus
diuerſi ſunt ab iis quos ſtatueramus. Egrediẽ quis de-
ducendæ alui cã, id ſi non conſequitur, dicemus illum
temere .i. fruſtra egreſſum fuiſſe: vt ꝙ temere fruſtraų;
fit, videri poſsit gratia factum alterius tunc, quum id
non eſt ſecutum, cuius gratia inſtituta ſuſceptaų; actio
fuerat. Nã ſiquis dicat temere ſe lauiſſe, propterea ꝙ
deliquiſſet ſol, plane ridiculus habeatur, quia videlicet
illius gratia non lauabatur. Ita fit vt nomen temerita
tis ab eo quod temere eſt, deriuatũ eſſe merito videaẽ.
Igitur euenit quidem ſępe vt poſt rem incaſſum ac te
mere factam, nihil aliud cõſequatur, ſed ſolum de ſuo
fine ceciderit inſtitutio: vt ſi profectus quiſpiã ad dedu
cendam aluum reuertatur aluo nõ deducta. Atq; hoc
eſt, quod incaſſum appellatur & temere. contra euenit
aliqñ vt poſt rem incaſſum temereų; ſuſceptam. alius
quidam exitus cõſequatur, non iis qui erat propoſitus
& inſtitutus, vt ſi quis ad deponendum onus naturæ
profectus, aurum reperiat. Atq; hoc eſt, quod dicitur
caſu factum & temeritate ſpontina.

DIſtat aũt id quod caſu fit, ab eo, qđ temere, ſicut 63
diſtat finis à cã efficiente, & quantũ diſtat id qđ
fortuna fit, ab ipſa fortuna. Semper .n. quum ta
le quippiam accidit quod quanquam cãm propriam
efficientem haberet, non tñ ab ipſa cã præcedente fa-
ctum eſt, ſed ab alia ad quã alius & propius exitus per-
tinebat: tũc ea res quæ antecedit, temere dicitur facta,
qm̃ propoſitum finem aſſecuta non eſt. Id vero quod
factum eſt caſu, dicitur factum, quia ſine propria cau-
ſa pręcedente factum eſt. verbi cã: Lapis cecidit, præ-
tereuntem conuulnerauit. Hoc loco finis & exitus rei
eſt conuulneratio, cã efficiens eſt ipſe caſus & deuolu
tio lapidis. Cæterum vulneratio aliam propriam cãm
& peculiare principium habebat, nõ caſum lapidis aut
deuolutionem, ſed vt ita dicamus, deturbationẽ im-
pulſionemúe de induſtria initã, ita vt percuteretur is,
qui

qui præteribat. Caſus item lapidis non eum habebat
finem vt vulneraret, ſed vt in propriam & naturalem
locum ſeſe reciperet, quanquam id ſorte quadam in
prætereuntis iniuriam recidit. Sed & per accidens fit,
inuicem vti alterum cã, alterum finis eſſe dicatur. Is aũt
qui aliquid agendi gratia egreſſus eſt domo, & plagis
affectus re infecta rediit, temere dicitur egreſſus, caſu
64 vulnera retuliſſe, vel etiam à fortuna. Nam id quod à
caſu eſt in plura diffunditur, q̃ id quod eſt à fortuna.
Atq; hoc diſcere poteris hoc exemplo. Quum aliquid
præter naturam fit, vt monſtrum, id non fortuna, ſed
caſu dicimus ꝓueniſſe, vt manus ſex digita, & ſtrutho-
cephalus. Ni forte fateri nolis huiuſmodi portenta na
turę fieri caſu, ſed propriam & certam cauſam habere,
eam videlicet quæ intrinſecus fuerit antequam æde-
rentur in lucem, aut ſyderationem, aut materiæ exu-
berantiam & copiam, aut contra defectum. Sed qui
ita dicunt, nõne vident idem poſſe dici de lapide, quẽ
caſu cecidiſſe non negarẽt, habuiſſe illum vtriq; intra
ſe cauſam grauitatẽ & pondus? Sed certe pondus cau
ſa efficiens eſt deuolutionis & caſus, nõ etiam percuſ-
ſionis, ſed caſus percuſſionem fecit. Quid itaq; caſus
ſit & qd fortuna, quæq; ſit inter eas res differentia, ſa
tis videtur explicatum à nobis.

ª Alexander etiam, quem uidetur imitatus Them. ait ca ſum & quod temere dicitur inuicem diſtare, quemadmodũ finis ab efficiente diſtat: ſicuti etiam fortuna, ab eo quod fit ab ipſa fortuna. Verum Simpl. ab eis diſſentiens in hãc fere ſententiam ſcripſit, quod caſus, & quod temere dicitur non ſint eadem, recte quidem dici mihi uidetur: nam temere factum id dicimus, quod nihil conſequitur: caſu autem, quod conſequitur quidem aliquid omnino, per accidens tñ. Sed quod id quod temere eſt, ab eo quod caſu diſtet, quãtum diſtat fortuna ab eo quod à fortuna fit, nequaquam recte dictum puto: nam fortunæ, non id quod temere dicitur proportione reſpondet, ſed caſus ipſe: ei uero quod à fortuna fit, id quod à caſu. Nam & Ariſto. dixit tam fortunam quam caſum, eſſe cauſam efficientem: ipſum autem temere, nunquam: finem uero id quod à fortuna, & à caſu dixit, non autem caſum.

65 REdiguntur autẽ referunturq́; tum fortuna tum
caſus, ad genus cauſæ efficientis ea rõne, q̃ naturæ
voluntatiq́; applicantur & inectuntur, quarum
vtraq; inter cãs efficientes reponitur. Natura deuo-
lutus eſt lapis is, qui ſunt grauitate prætereuntẽ per-
cuſſit. Volũtate theſaurũ Soc. cõperit, quũ fundamẽ-
ta ædium iaceret. Planè neq; inuentio theſauri, neque
iactio fundamentorũ & foſſio ſimplr pertinet ad for-
tunam: poſſet. n. quis fodere ex induſtria, ſpe inueniẽ
di theſauri. Sed quum non ad eam finem fundamen-
ta ſunt iacta, ſed iaciẽti obuius factus eſt theſaurus, &
quodam modo offendit fodientis manum, huiuſmodi
occurſus ſuperue ntuſúe fortuna proprie nũcupatur.
66 Qm̃ vero caſus & fortuna in iis eſſe demonſtrantur,
quorum vel natura vel voluntas cauſę per accñs ſunt,
videtur maxime neceſſarium, vt voluntas & natura
priores caſu & fortuna ſint cauſæ. Sẽper. n. priora ſunt
67 ea quæ per ſe ſunt, iis quæ per accidens habentur. Pro-
inde manifeſtum eſt eos qui rerum oĩum cãm ſtatuere
fortunam, voluntatem & intellectum priorem illa ne
ceſſario conceſſuros. Quòd ſi maxime ſequitur vt cau
ſam rationem & intellectum velint, nemo eſt qui non
videat q̃ ridiculum ſit id quod relinquitur. Nam ſi in-
tellectus ſit cauſa per accidens hominis, haud intelligo
cuiuſnam rei poſſit eſſe cauſa p ſe efficiens.

TOt vero ª cauſas haberi, quot enumerauimus, 68
hinc licet accipere. Si iterrogati fuerimus, quã-
obrem vnaquæque res ſit? aut definitionem vl
timam afferemus, atq; hoc in mathematicis facimus.
Aequales. n. propterea lineæ ſunt, quia ab eodẽ circuli
centro proficiſcuntur. Quæ vero à centro proficiſcũ
tur, idcirco ſunt æquales, qa circulus plana figura eſt,
quæ vna linea vndiq; circunducta ad medium æquali-
ter vergit. Seruatur idem in reliquis, quæ à geumetra 69
definiuntur. Aut cãm mouentem primam aſſignabi-
mus. vt, Quamobrem Phocenſibus Thebani bellũ in-
tulerunt? quia templum ſpoliauerant. Aut reddimus
finem, cuius gratia ea res facta inſtitutaúe eſt, vt, Quã-
obrem rex Perſarum indixit Græcie bellũ? quia Græ-
cis volebat imperare. Aut ad vltimam materiã confu-
gimus. vt, Quamobrẽ putruit comprehẽditq́; lectus?
quia conſtabat ex ligno: Phyſi. itaq; quum oẽs cauſas 70
inueſtigare debeat, neceſſe eſt ipſum quamobrẽ, (ita
. n. appellatur à phy.) aſſignare ſciat & reddere. Nã ho-
mo morietur, aut quia eſt aĩal rationale mortale, aut
quia efficiens illius aĩa migrat à corpore, aut qa ex ma-
teria tali exiſtit quæ ſit obnoxia corruptioni, aut quia
illi eſt melius muri. Tres aũt cauſæ in vna plerunque
cernuntur, forma, finis, efficiens. Natura. n. forma eſt,
& finis, & efficiens rerum natura conſtantium, quem-
admodum aĩa eſt aĩalis: quare & hominem gignit ho-
mo, qui ſpẽ plane idẽ eſt quum hoĩe genito. Similiter 71
oĩa quæ mota ipſa imediate. i. citra medium mouent,
obiter ſibi propinqua eiuſdem generis ac formæ ſunt,
cum iis quæ producuntur. Loquor aũt de naturalibus
rebus. Plane generationis cauſæ hunc in modum per- 72
quiruntur, vt ſciatur quid poſt quicque fiat. Gratia. n.
formæ mouetur natura ante illam, & quũ perfectum
abſolutumq́; eſt, ceſſat ab eo motu, qui rem quæ fie-
bat creabaturq́;, anteceſſit. Item vt ſciatur quale ſit, id
quod perpeſſum & alteratum eſt: hoc aũt eſt materia.
Item vt ſciatur, quid nam fuerit mouẽs & efficiens cã:
atq; hic non quælibet ſatisfacit. neq; quælibet eſt quę-
renda, ſed proxima & ab alio identidem mota. Nam ſi
ſit ĩmobilis aliqua, quæ tñ ſit principium motus, non
phy. amplius ſed philoſophus primus finiendæ illius
negocium ſuſcipiet atq; munus. Quamobrem circa
tria ſubiecta ratio vniuerſa philoſophandi verſatur.
Nam aut circa ea quæ mouentur & corrũpuntur, aut
ea quæ quamuis moueantur non item corrumpũtur,
aut circa ea quæ neq; moueri poſſunt neq; corrumpi.
Duplex. n. principium eſt naturaliter mouẽs: quorum 73
alterum tm̃ naturale eſt alterum nõ eſt, quũ nõ habeat
intra ſe neq; motus principium, neq; naturam: hoc aũt
obeſt cauſa rerum mouens ĩmobilis ipſa, & rerum pri
ma oĩum. Vt igitur antedictum eſt, adhibendæ pro- 74
ducendæq́; ſunt oẽs cauſæ phy. atq; hoc ſæpius exulce
rari retractariq́;, tum memoriæ, tũ exercitationis gra-
tia conueniant. Idcirco factum eſt quippiam, quia il-
lud huius efficiens erat, ac in perpetuis quidẽ hoc ſim-
pliciter & neceſſario fit: ſm̃. n. omnino regitur atq; pẽ
det à primo. In generatis non neceſſario, ſed plurimũ
euenit. Deinde ſi hoc fieri generariq́; debuit, neceſſe
fuit materiam hanc prius habitam fuiſſe, quemadmo-
dum ſyllogiſmi cõcluſio exiſtere non poteſt, niſi prius
ſumpta & propoſitiones habitæ fuerint. Eſt & id qđ
nos

nos ſupra nominari diximus quid ſit rem eſſe, & definitio, & ratio eſſentiæ cognoſcenda, (quæ nonnunq̃, vt dixi, idem eſt) & finis, vbi videlicet ea conſideratio adhibetur, vt videatur optimum ita rem eſſe vti eſt, verbi cauſa. Homini melius eſſe hmôi formã habere, q̃ aliam quamuis. Porro quid melius & locupletius ſit, nõ ſimpl'r abſoluteúe accipiendum eſt, ſed pro modo rerum, & pro ſua cuiuſq; natura. Non.n.oium rerum finis eſt optimus, (alioquin finis vnius eſſet oĩum rerum fingendus) ſed id rei melius eſſe dicendum eſt, quod maxime ſit ſuæ cuiuſque naturæ idoneum congruumq́;. Quum igitur talis eſt finitio rei atq; eõ vt ſtatim appareat melius ac potius eſſe, vt hoc modo illa ſit, q̃ quouis alio, tunc finis & forma concurrunt coniungũturq́;: quod in rebus naturalibus paſsim aĩaduertere eſt. Quũ vero non ſtatim apparet, tunc forma eſt ſola & ſeorſum à fine, quod in mathe. cernitur. Nõ.n. quemadmodum ex hominis, equi plantarum finitione oſtenditur ſtatim quid ſit in ſpeciebus illis, optimũ præſtantiſsimũq́; oſtenditur: item in mathe. Quis enim obſecro non rideatur, ſi pergat probare melius circulo eſſe vt lineæ à centro profectę ſint pares: aut quadrato, vt illæ quæ quadratum obambulant? [a]

[a] *In Mathematicis, ait Alex. quod id qđ eſt huius gratia: aliud non eſt q̃ forma, ea.n. in ipſis eſt finalis atq; ultima cauſa, eoq́; fit ut in eis ultimum ſit forma & diffinitio: in mathem. igitur negat reperiri finalem cauſam. Simpli. tñ contendit mathema. fine non carere: is aũt eſt ut transducatur aĩs à ſenſilibus ad intelligibilia. Finem tamen hunc mathe. qua mathematicus eſt, non cognoſcit: & ea propter ipſum quamobrem ad diffinitionem ultimam reducit.*

[b] Græce legitur, τοιοῦτον δ' ἐστὶν, εἴ τι κινεῖ μὴ κινούμενον ὥσπερ τὸ παντελῶς ἀκίνητον καὶ τὸ πάντων πρῶτον, *ideſt. Tale aũt eſt, ſi quod ĩmobile mouet, quemadmodũ perfectum illud immobile & oĩum primum.* [c] *In his Them. Alexan. imitatus. eſt Simp. aũt defendere uolens mathema. non carere fine ſic ait. Siquis circuli definitionem, aut quadrati eo modo acceperit, quo hominis diffinitionem, non ſecundum formam, ſed ſecundum uim ipſam, inueniet formã eiuſmodi diffinitioni æque propriam ac in diffinitione hoĩem erectũ eſſe. quaſi dicat, diffinitio circuli cõſideratã ſcđm eam uim ſcđm quam poſt facere ut circulus ſit, habet etiam finis rõnem & melioris: melius. n. eſt triangulo ut lineæ ductæ à centro ſint æquales, quam alio modo: ſicuti melius hoĩs eſt, ut recto ſit corpore, non autem abſolute ſecundum formam.*

75 SEd qm̃ illud ſæpe à nobis poſtulatum vſurpatũq́; eſt naturam agere gratia alicuius, videtur ad inſtitutionis noſtræ diligentiam pertinere aliqñ, id rõne confirmationeq́; aliqua vindicare controuerſia: ineſt.n. in eo ſumpto nonnulla diſſenſio. Sed & illud quoq; oſtendendum eſt, quemadmodum naturalibus rebus ſit coniuncta neceſsitas. Nã oẽs ferè qui de natura ſcripſerunt, cauſas omnes in neceſsitatem & materiam cõtulere. Idem aũt ſignificari & neceſsitatis & materiæ noĩe volebãt: Poſtquam inquiunt, calidum, frigidum, & quod quiſq; principium materiale ſtatuerit, tale eſt aut tale, neceſſe eſt hoc, quod ex illis principiis materialibus oritur, ita prorſus eſſe conſtitutũ vt eſt. Eos [a] vero qui cauſas efficiẽtes quoquo modo attigerunt Anaxag. & Empedo & ſi qui alij è veteribus
76 erant, valere ſinunt cũ ſuis inuentis. Putant aũt nõnulli naturam, neq; facere quicquam gr̃a alicuius, neque vt melius & locupletius ſit ſed quẽadmodũ Iupiter pluit, non vt triticum huius creſcat qđ eſt in agro, illius diſſipetur quod in area eſt, ſed ex materiæ neceſsitate: vaporem.n. ſubeuntem vi ſolis, refrigerari & cõgelaſcere oportere atq; in aquam verti, verſum denuo in terrã imbrem decidere atque deferri: quo delato, forte fortuna euenire, vt huius adoleat meſsis atq; luxuriet, illius intereat, deturq́; peſſum. Ita nihil vetare, vt aĩalium quoq; membra ex neceſsitate talia ſint, quia ex tali materia. Sed qñ ita accidit, vt & diſpoſitæ ordine quodam partes, & viciſsim cõmiſſæ innexæq́; videantur, ita vt ad functionem oĩs officij, ſuam quæque opem & operã conferant, non ſecus ac ſi alicuius finis gratia factæ, aut aliqua rõne inſtitutæ fuiſſent: aiũt id non prouidẽtia vlla naturæ, nec rõne melioris notæ, ſed caſu factum confluẽtibus temere cauſis, atq; ita cadentibus partibus. Neq; ſolum caſu fieri hæc omnia, ſed etiã caſu conſeruari, atque hoc in dentibus pſpici, quorum priores acutos animalibus iunctos fuiſſe, maxillares contra latiores datos, non ad eum finem, vt alteri ſecent, alteri molant, ſed ex neceſsitate mera & abſoluta materiæ: accidere vero vt huiuſmodi poſitus, & collocatio dentium ad dirimẽdum & ſubigendum cibum accõmodatum ſit: ꝓ ſi qua ſunt aut eueniunt, quæ ad nullũ opus vſumúe apte diſpoſita eſſe videantur, interire illa atq; diſſolui, quales ſunt Empe. bouigenæ habẽtes priora viri. Hæc ferè illa ſunt, quæ dici ab iis conſueuerunt, cæterũ multum errant à veritate.
Quamobrem? Qm̃ naturæ opera aut eundem ſemper 77
tenorem & curſum ſeruant, aut plurimum: (homo.n. ex homine, & equus ex equo fit.) Dentes quoq; eandem vim ſemper obtinent, & eundem vſum præbent. Contra quæ fiunt à fortuna, docuimus ſupra raro fieri oportere. Tunc.n. caſu pluit, quum ſub emerſum canis pluit: & calores quum hyeme ſentiuntur, caſu dicuntur accidere. Si igiẽ in natura plurima ſunt certa & definita, in fortuna plurima ſunt ĩcerta & indefinita, reſtat vt naturæ opera caſu aut fortuna euenire non poſsint, rõne aliqua & gratia alicuius poſsint. Sane nãæ opera ſunt plantæ aĩalia, atq; horum partes, quorum nihil eſt fruſtra, nihil temere, nihil mancum, nihil ſuperuacaneum. Pluit aũt Iupiter? fateor. Non vt triticum meũ increſcat? Quis hoc negat? Cęterũ non ſequitur, ſi mei tritici cã non pluerit, nullius rei gratia pluiſſe. Videtur enim ob quãdam aliã cauſam pluiſſe, q̃ ſi cupiunt ſcire, adeant eos libros, in quibus de mundo diſputaẽ, alioquin eius rei quæ natura fit occaſionem agricola commoditatemq́; arripit. (Serit.n. eo tpe, quo pluuię expe
ctantur.) Iam quarum rerum finis eſt aliquis, qui quũ 78
tendat continue motus, ibidem fine apprehenſio conſiſtit, quæcunq; ante finem illum fiunt, finis gratia videntur eſſe facta. In operibus aũt naturæ videri põt id apertiſsime, continue ſiquidem mouentur res, & ſine interuallo eatenus tendit pergitq́ue, quo ad dum vniuerſum finem indipiſcatur & prendat. Nam & herba, & ſtipula, & ſpica, & gluma, cæteraq́; id genus multi iuges formę, quæ anteq̃ matureſceret triticum, ſubinde alteræ poſt alteras creabantur, videntur adeo oẽs ad triticum proculdubio intendiſſe. Id ſimulatq́; conſecutæ ſunt, quies quædam & veluti ſtatus innaſciẽ, vt manifeſtũ ſit ea oĩa tritici gratia pręceſsiſſe. Neq; accidunt itaq; neq; aũt caſu fiunt quæ ante finem fiunt, ſed illius gratia fiunt prętermittunturq́; à natura. Nam ſi natura domum ædificaſſet, nõ aliter opinor ędificaſſet, q̃

ſet, ꝙ eo pacto quo pôt ornatiſsime & aptiſsime ex-
ędificari. Poteſt aũt apertiſsime exędificari, ſi ea quę fi
nem antecedunt, finis gratia facta eſſe videatur. Lapi-
des.n.prius cogendi, & intritũ habẽdũ; lateres quo-
que fingendi ducendiq́; ſunt, & ligna cædenda, tegulę
comparãdæ, demum oĩa ea inuicem coaptanda com
ponendaq́; integumenti tutelæq́; gratia, aduerſus no-
xia infeſtaq́; corporis, qui iam finis eſt domus. Cõtra,
ſi ars aĩal feciſſet, nõ aliter ꝙ natura feciſſet: feciſſet aũt
ars finis gratia, ea quæ ante finem fuiſſent. Eundẽ igit
79 in modum & natura. Prorſus perficere ſolet ars aliqñ
ea, quæ natura non pôt abſoluere. Sunt.n.quædam, in
quibus non natura, ſed ars inuenit extremum: nam ad
parandam ſanitatẽ, & vires recolligendas medicamen
ta præbentur tunc, quum natura nõ ſufficit. Aliqñ nõ
perficit, ſed imitatur naturam ars, vt pingendo ſingen
doq́; varias rerum naturalium, aĩalium & plantarum
effigies. In vtriſq; autem ea quæ finẽ antecedũt, ęque
80 referũtur ad finem. Planè eſt id in aĩalibus manifeſtiſ-
ſimum, vt videri poſsit naturam agere nõ temere, ſed
gratia alicuius, Formicæ & araneæ, quamuis neq; arte
vlla neque conſilio agant, faciunt tñ ea, quæ faciũt ali-
cuius gratia. Eodem modo hirundines quũ nidulanſ,
quum paleis & ſtramento lutũ minutiſsime artificio-
ſiſsimeq́; cõnectunt, & formam capaciſsimam, & ad-
uerſus iniurias munitiſsimam & inoffenſiſsimã conſti-
tuunt. Et apes digniſsimæ admiratione, quæ poſitũ &
tex. illum ſexangularem concameratumq́; operoſiſsi-
me ſcitiſsimeq́; conſtituunt. Sed & alcyonum nidi in
aquis tutiſsimi ab aquis, maximam non ſolum admira
tionem habent, ſed etiã ſignificationem ſolertis & in-
genioſæ naturæ. Poſſemus innumerabilia alia ad hanc
confirmationem afferre, ſi nunc de ingenitis auitij &
aĩalium cæterorum cõmẽtaremur. Sed qd de aĩalibus
loquor, quãdo & in plantis quoq; atq; iis quæ viuiſcũt
in terra, natura finem oſtendit? etenim ſolia fructibus
præſidij gratia, & radices alimoniæ adiũctas eſſe quis
non videt? Alioquin quur in diuerſum ordo non cõ-
ſtet, radices ſupra ſpectentur ramorum loco, rami ter
ra condantur radicum vice? Quur fructuum ſemina
alia ligno intecta, alia corticibus ſepta atq; lib. tanquã
munimentis quibuſdam & tunicis veſtiuntur? niſi vt
prouideretur, ne generatio, quæ rerum viciſsitudine
conſeruatur ſeminibus amiſsis diſsipatiſq́; deficeret?
Quare ex iis quæ dicta ſunt, cuiuis clare dilucet natu-
81 ram agere gratia alicuius. Duplex aũt eſt natura mã
atq; forma, forma vero etiã finis eſt: eſt.n. materia gra
tia formæ, quia ſpẽs. Forma & ratio potior ꝙ materia,
& præſtantior cã eſt, quam veteres contra, formæ ma
teriam prætulerunt celebraueruntq́; ſupra ꝙ fas erat,
vtpote qui & cognoſcerent ſolam & ad rerum genera-
tionem ſolam adiungerent adhiberentq́;.

** Græcorum uerborum hoc in loco hæc eſt fidelis inter-
pretatio: καὶ γὰρ ὅλως ποιητικὸν αἴτιον ἐμνημόνευσαν ὅσοι
ἁψάμενοι χαίρειν ἐῶσιν ὡς ἐμπεδοκλῆς καὶ ἀναξαγόρας
καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν παλαιῶν. Nam qui: cauſæ efficientis memi-
nerunt, eam quoquo modo attingentes ualere ſinunt, ut Em
pedocles, & Anaxagoras, & ſi qui alij ex ueteribus.*

82 DIcere poſſet aliquis, ſi natura agit fine conſtitu-
to, cur non ſemper conſequitur finem? Cur itẽ
non ſemper ars finem indipiſcitur ſuum? nam
potio plerunq; nocet ei, qui propter imbecillitatẽ vim
medicamenti ferre non poſsit. Cur fulcrũ lecticę ma-
iore aliquo pondere frangitur? data tamen eſt potio
vt proſit, & fulcrum lecticæ additum ad ſuſtinendum
fulciendumq́;. Quapropter aut finibus priuãdæ & exi-
mendę ſunt artes, aut nã donanda. Vtraq;.n. id quo p-
gunt, aſſequi plurimũ conſueuit, & tunc manifeſti ſunt
fines: raro fruſtrari, & tunc quoq; deprehẽdere, nihil-
ominus licet conatum quẽdam illarum ad bonũ, quo
tendebant, inuitasq́; à ſuis finibus ob materiæ inopiã,
aut redundantiam aliquam cõcidiſſe. Nam etiam tũc
quum fruſtrantur falluntureq́;, non longe abſunt, aut
diſcedunt à fine. Neq; id quod euenit diuerſum admo
dum aut alienum multũ ab eo eſt, quod propoſuerãt,
Nunquam.n. ita fraudatur ordo inſtitutioq́; naturę, vt
ex viro gignatur aut ꝓdeat platanus, ſed vir maxime:
aut ſi non vir, vtiq; mulier: aut ſi neque mulier, ſaltem
aĩal: aut ſi neque animal demum, ſaltem caro. Item fi-
cus aut ficum gignit aut caprificum, non quercũ, al-
numúe: & olea oleam aut oleaſtrum, non fraxinũ fa- 83
gumúe. Talia ſunt ea quæ Empe. inter aĩalia numera-
bat, Bouigenas habẽtes priora viro: nam frutices viti-
genas habentes priora olea, ſic nunquam eſt auſus vel
fingere neq; alia huiuſmodi portẽta de plantis, quum
tamen aliquanto magis liceret monſtroſos illos partus
inter plantas, ꝙ inter aĩalia collocare (minus.n. in plan
tis fines apparent:) Sed ocioſi hominis eſt perſequi hu
iuſmodi deliramenta, aut putare aliquo numero eſſe
philoſophum tam prodigioſæ ſciæ. Exiſtimandum tñ
eſt adeo, ſi ex prima illa conſtitutione molitioneq́; re-
rum proſatum eſſet bouigenum, (illud pecus qđ prio-
re parte ſeorſus hominem poſteriore ſeorſus bouem
referret) eadem oblæſione factum fuiſſe, quo monſtra
quoque naturæ, rudimentaq́; cætera, aut ex ſeminis im
becillitate, aut ex alicuius principij diſſolutione corru
ptioneq́;, nõ ꝙ dimidiatis aĩalib⁹ dimidiata aĩalia ſub-
inde coagmentata ferruminataq́; fuerint. Nam quod
ille apellare ſolet totigenum perfectum & abſolutum
ſemen, id quod iam conſiſtere & conſeruari pôt, non
fuit ſtatim, atque initio factum. i. illico, nulla re alia ꝓ-
cedente, ſed ex ſemine certo, atq; mã in quauis formę
pollens eſſet & ꝓpotens. Præterea qui finẽ eripiunt adi
muntq́; naturæ, cur ipſum naturæ vocabulum relin-
quunt? Nam qui natura factũ iunctumúe aliquid di- 84
cit, negat aũt id gratia alicuius eſſe iunctum, fruſtra
noĩs naturæ mentionem habet. Sunt.n. res nãæ quæ-
cunq; ab aliquo motæ principio, non oĩ quẽlibet finẽ
ex principio quolibet, quod eſt fortuitarũ, ſed ordine
quodam in fine peculiarem ac ſuum proficiſcuntur.
Atq; in iis ex certis ſinguliſq́; principiis ꝑueniunt cer
ti & ſinguli fines atq; exitus conſtituti, qui non raro &
fortuiti, ſed plurimũ tales tenentur viſitanturq́;, qua-
les natura ꝑſcripſit. Cur ergo quæ ſunt à fortuna, fieri 85
fortuito arbitrantur? Neque.n. recte poſſumus fortu 86
nam cum natura coniungere, niſi cõione ſola vocabu
la cõmittantur: nam ſignificata mehercule ſunt remo
tiſsima: neque iccirco recipienda eſt naturæ prouidẽ
tia, ꝙ illam oculis conſultantem deliberantẽq́; intue-
ri non poſsis, quemadmodum potes eos qui de rebus
dubiis in cõe deliberant. Nam hoc quidem mõ pluri-
mis artibus eripi fines poſſent, quum neq; faber in cõ-
ſultationem referat vtrũ ſit prius ſecandũ ꝙ poliendũ:
neq; literator quo pacto ſcribẽdũ ſit A vel a, neq; quo-
tiens verbũ hoc Cleon, ſcripturus ſit, totiẽs eius verbi
literas cogitatione conquirit, ita vt hæreat quod elm-
tum primo, qđ ſecundo loco ponendũ. Similiter neq;
ædificator

ædificator iacienda ne ſint prius fundamenta, ꝗ inte-
genda domus, aut cōſtituendi parietes dubitat. Eodē
modo neq; textor, neque lapidicida. Præfinita.n.&
certa quædā ratio habetur obeūdi hæc atq; ordo qui-
dam eſt in opere condendo faciundoq; ꝯſtitutus, qui
recta nos quaſi aliud agentes, ad propoſitum finem, &
ad ea quæ conueniant obiter ferrat. Proinde omnis
opifex viam certam & ordinatam, quā nullo labore
ingrediatur, habet, nec cogitatio exigitur, ſed quaſi of-
ferunt ſingula ſeſe, & ſponte quadam ſequuntur. Si-
militer agit & natura, quippe ꝗ ſit exemplar artis. Di-
ſtant aūt in eo, ꝙ ars extra opus eſt, naturaītra. Quod
ſi intra lignum fabrica eſſet, lectumq; non alio modo
fabricaretur, quā eo quo cum eſt ars extrinſecus, ma-
nifeſtum eſt ſi nunc quum eſt extrinſecus: gratia alicu-
ius facit, etiam tunc gratia alicuius fuiſſe facturā, quū
intrinſecus ageret vt natura. Videtur autem maxime
tunc ars ſimillima eſſe naturę, quum medicus quis ipſe
ſe recurrat. Differentia vero ſuperius plane demon
ſtrata eſt. Ex iis poteſt perſuaſum eſſe naturam age-
re propter finem.

87 POſt hæc diſcutiendum videtur quō ſit in rebus
id quod quidam neceſsitatem appellāt: & vtrum
ea quæ natura fiunt, ita fiant ex neceſsitate, vt ex
præcedentibus cauſis conſtitutiſq; principiis oriātur,
an ita vt phyſi. putauerunt, qui ex motibus mā̄ę neceſ
ſario euenire omnia arbitrati ſunt. Atque eſt quidem
neceſsitas quędam in rebus naturalibus conſtituenda
recipiendaque, nō tamen eo modo quo illi conſtituūt,
qui deridicule admodum naturæ functiones & opera
neceſsitate aſtringūt & illigāt. Aiūt.n. tellurem in imo
ſediſſe neceſſario, quoniam grauis eſſet? ſublimatum cę
lum, & occupaſſe ſumma, quia leue: rati falſo naturales
materiæ motus neceſsitate inuariabili contineri, ac re-
gi, quemadmodum ſi quis parietem putaret neceſsita
te ita conſtructum, vt eſt: quia quum grauia deorſum
ruant deuergantq; pondere, leuia ſurſum verſum ni-
tantur & euolent, crederet lapides magnos & ſaxa in-
gentia ob grauitatem inferiore loco ſtetiſſe, lateres
atq; ligna ob leuitatem in faſtigiū cōmigraſſe. Quod
dicere non ſtupidi modo atq; attoniti hominis eſt, ſed
qui nullam domum exædificari vnquam viderit. Non
enim lapides ipſi ſponte ſua, neque lateres, neque ligna
in ſuos delata quæque locos conſtituunt & architectā-
tur domum, ſed talis aut talis compoſitura, aut forma,
88 aut ars maxime principes ſunt ædibus fabricandis. Nō
ꝙ abſq; illis fieri domus poſsit, ſed ꝙ mālia illa, quum
ſint ſua ſponte, non poſſum domum conficere: Ars
& compoſitura poteſt. At materia quidem (vt dictum
eſt) ex eo genere cauſarum habetur, quæ ſunt per, ſe
minus propria, quam ſit forma & ratio & quod quid
eſt eſſe. Ideo fit vt motum materiæ forma neceſſario
non ſequatur, quin potius ad formam materia accom
modanda regendaq; ſit. Non enim propterea ſcalpel-
lum, ſerram, & aratrum eſſe neceſſarium eſt, quia fer-
rum ſit: ſed contra potius, quia ſcalpello & aratro opus
eſt nobis ad functiones vitæ, ideo quęritur & eligitur
ferrum. Item tolluntur & conſtituuntur ædes non
propterea quòd parati ſint lapides (quāquam lapidi-
bus opus eſt ad ſubſtructionem) ſed propterea vt con
damus aliquit, aut vt ab iniuria vindicemus, atq; hoc
maxime ratio fuerat ædificandæ domus. Par conſide-
ratio in cæteris, quæ gratia alicuius fiunt. Tunica pro-
pterea facta eſt, vt tutela ſit ab iis, quæ de foris veniāt:
verum hoc fieri ſine panno nequit: oportet itaque præ
ſtinari pannum & ſubiici. Item calcei propterea facti
ſunt ne pedes ambulando detuſi conterantur ob lapi-
des, verum ij fieri ſine pellibus & corio non poſſunt:
primū ergo pellium cura eſt habenda. Plane ſi ſimul-
atq; adeſſet pannus: neceſſario, emergeret etiam atq;
exiſteret veſtis & ſimulatque preſto eſſent pelles, e uc-
ſtigio calcei naſcerentur, neceſſarium eſſet vt formæ
materias ſequerētur. At non eſt ita, immo contra eſt:
propter veſtem enim adhibendus & coemendus eſt pā
nus, & propter ſerram ſubiiciendum eſt ferrum, & pro-
pter murum comparandi ſunt lapides: non tamē ita,
vt ſtatim comparato ferro, & lapidibus apportatis, ne
ceſſarium ſit aut parietem, aut ſerram exiſtere. Habet
itaq; materia neceſsitatem non per ſe, ſed per formam
& ſpeciem: nam materiam nulla ſequitur forma ne-
ceſſario. Neceſſarium contra eſt materiam eſſe formæ
ſubiectam, & tanquam dicto audientem. Quamobrē
ea quæ anteceſſerunt præcurreruntq́, neceſſarius non
ſequitur finis, ſed poſito conſtitutoq; fine, indicit ne-
ceſsitas materiæ præcedenti. Non ergo finis aut effe-
ctus neceſſario prouenit, ſed propter finem neceſsitas
omnis emergit. Eſt enim materia propter finem, & ſu
biectum propter formam, materia vero atque ſubie-
ctum cauſa ex neceſsitate eſt. Qui igitur ſolā cauſam
poſuere materiam, & ex naturalibus materiæ motib⁹
ſequi neceſſarios & præfinitos effectus, ij proculdu-
bio arbitrantur ſimpliciter omnia lege quadam im-
mutabili obtricta & ineuitabiliter & neceſſario fieri.
Nos vero aliam cauſam, & quidem magis propriā &
præſtantiorem oſtendimus, formam videlicet cuius
gratia materiam tum comparari, tum duci atq; fingi
monſtrauimus, non contra illius gratia formam habe
ri: ſed neque cauſam omnino poſſe materiam conſti
tui, neque ſimpliciter abſoluteq; neceſſariam cauſam,
ſed duntaxat ſubiectione adiunctioneq;: aut ſi ita ma-
lis expoſito id quod pro more noſtro ſæpius ſupra-
documus.i. ſimulatq; poſueris conſtituerisq; formam
hunc in modum aut illum ſe habere, ex templo mate-
riæ neceſsitatem affingis. Cæterum huiuſmodi neceſ- 89
ſitatem, hoc eſt neceſsitatem ex adiunctione vel poſi
to, habent quodammodo etiam aliæ diſciplinæ. Po-
ſitis nanque propoſitionibus neceſſario ſequuntur cō
cluſiones, non item è contrario concluſionibus poſi-
tis, eædem propoſitiones habentur. Poteſt enim ea-
dem res pluribus rebus addici comprobarique, nam
ſi quinque & quinque ponantur, neceſſario ſequitur
decem eſſe, contra ſi decem ponantur non continuo
quinque & quinque reperies: poterant enim eſſe ſe-
ptem & tria, aut ſex & quatuor. Ex quo fit, vt ea qui-
bus poſitis ſequuntur concluſiones, ipſa concluſioni-
bus poſitis non ſemper ſequi poſsint. Quod ſi conclu-
ſio non ſit neceſſaria, neque propoſitiones vtique ne
ceſſariæ fuerint. Num igitur hęc eandem neceſsitatem
habent, quam & res naturales nequaquam, ſed ordo
in contrarium agitur. Hic ſi propoſitiones fuerint, erit
& concluſio, hoc eſt ſi prima fuerint, erunt & poſtre-
ma. In rebus naturalibus, ſi poſtrema fuerint, erunt &
prima: & ſi fuerit forma, erit & materia. Hoc diſcrimē
cætero ſunt ſimilia. Nā formæ opus erat materia, non
tamen propterea neceſſario forma materiā ſequitur.
Ita in ſyllogiſmis, concluſioni neceſſariæ propopoſi-
nes ſunt, non tamen neceſſario exiſtunt propoſitio-
nes concluſionibus poſitis. Ordo itaque commeat,

& in

90 & in diuerſum conſtat, quanquam non prorſus. Proinde ſcire oportet in operariis artibus, quarum officia tum in vſu, tum in ratione conſiſtunt, duo eſſe principia proſpectandi contemplandique: vnum cognitionem & finem, alterum agnedi adminiſtrandique. exempli gratia: In domo ædificandi forma domus & ratio ſpectandi principium eſt fundamentum adminiſtraudi. Vbi vero nulla eſt adminiſtratio, geſtio, actio, conſequens eſt, vt vnum illud principiū adminiſtrandi tollatur, alterum relinquatur: quod cernitur in propoſitionibus ſyllogiſmi. Quamobrem quum in ſyllogiſmo ſua principia repęriātur, in artibus itē principium ſuum ſit forma, nec eſſe eſt vt in vtroq; ſit ſimile, id quod affertur vt conſequens. Ex principiis enim neceſſaria ſequi debet concluſio. Quia quemadmodū in adminiſtratiuis, & operariis artibus neceſſarium eſt ipſa materia, ita in ſpectatiuis contemplatiuisq́; neceſſarium eſt ipſa concluſio, Iam conſpicuum eſt tum id quatenus habeat materiam neceſsitatem, tum id quatenus materia alterationes, & motus neceſſarij eſſe videautur, quia ſine materia forma fieri nulla ſcilicet po-
91 teſt. Ac cauſa quidem vtraque à phyſico eſt conſideranda, quanquam acrius & dil gentiue forma vtpote cuius merito reliqua pro gignantur. Eſt enim cauſa materiæ id, cuius merito fiunt & proueniunt omnia. Diximus aūt in naturalibus rebus idem eſſe formā & finem. Eſt.n. forma principium definitionis & rationis, & eius quod ſub hoc vocabulo. Quid ſit rem eſſe, ſignificamus. Nam & in artificioſis, vt ædibus & quibuſuis aliis generis eiuſdem ſi domus talis eſt futura, neceſſe eſt talem adeſſe materiam, item vti talia aut talia prius fiant, atque exiſtant. Et ſi talis ſanitas eſt prouentura, neceſſe eſt talia prius facta atq; exiſtere. Eodem agitur modo in rebus quoque natura gignendis, homine, caue, boue. Cæterum in arte factis plerunque non eſt idem finis & forma.

In operariis artibus duo ſunt principia.

* Nam domus quæ è tali materia exiſtit, facta talis eſt defenſionis & cuſtodiæ gratia: in naturalibus ſemper idem eſt finis & forma. Quamobrem ſiue ea ſpectes quæ fiunt à natura, ſiue ea quæ affinguntur arte, intelliges phyſicum in commentationibus & ſpeculationibus ſuis materiam & eius neceſsitatem comprehenſam habere. Ei nanque qui ſecandi opus ita finiat:. Sectio eſt lignorum diuiſio ſtatim ſeſe ferri vſus oſtendet, ita vt materia ea ſi non actu, ſaltem ratiocinatione aliqua facillime poſsit intelligi. Plerunque etiam actu ipſo cognoſcitur, vt quum ita definias. Iracundia eſt accenſio feruorque ſanguinis circa cor gratia vlciſcendi doloris. Quo fit vt phyſicus ex forma quidem definitiones ducat ac regat, ſed materiam nihilominus communionem hsbeat. Eſt enim huiuſmodi forma omnis naturalis, vt ſemper cum materia & ſubiecto aliquo intelligatur.

** In latinis codicibus quædam uerba deſiderantur, quæ in græcis habentur, hæc ſcilicet, ὧν πολλοῖς δὲ ἐμφαίνεται ἐν τῷ λόγῳ καὶ τὸ οὗ ἕνεκα: hoc eſt, in pleriſque tamen in eorū diffinitione, quod eſt huius gratia apparet, ſequitur deinde: Nam domus &c.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

THEMISTII PHYSICES
LIBER TERTIVS.
Hermolao Barbaro Interprete.

QVONIAM definiendo naturam ſuperiore libro diximus naturam eſſe vim cientem naturales * tranſmutationes & motus ignorare nō oportet quid ſit motus: nam qui motū ignorat, neceſſe eſt naturā quoq; ipſam ignoret. Planè quemadmodum de motu agendum a obis eſt, iccirco quis motus comprehenditur in definitione naturæ: ita ſi quid in defitione motus obiter collocabitur, de illo quoq; ſubinde diſputandum erit. Porro in definitione motus ſtatim continuitatis mentio habetur, in qua deinceps cōtinetur infinitas: nam motus ex earum rerum numero habetur, quæ videntur eſſe continuæ. Continuum aūt 2 definiendo eſt qñ vtimur infinito. Dicimus.n. continuum id eſſe, quod ſecari in infinitum poteſt, vt planè detur intelligi continuæ quantitati primum ineſſe infinitudinem, non diſcretę quū huius perficiat, illius non perficiat definitionem. Merito ergo is qui eſt de infinito tractatus, conſequitur eum qui eſt de motu. Sed & is quoq; qui de loco eſt, & qui de inani promendus ſubiiciendusq́; eſt: nam locus & tēpus neceſſario quæruntur in motu. Ipſum quoq; inane nōnulli ſunt, qui neceſſarium ad eandem rem putarint: quo ſit vt ſaltē hoc ipſum in diſcuſsionem vocari ęſtimariq́; æquū ſit, rectene illi an perperam ſenſerint. Pręterea motus, locus, & tempus naturalibus corporibus videntur eſſe cōia. Cōia autem initio operis diximus, anteq̄ particularia eſſe tradenda. Ratio igitur eſt, vt de huiuſmodi accidētibus priuſquam de corpore vllo naturali agaſ.

Primum expoſuit Simpl. per ſe & imediate vt innuit etiam Themi.

** Them. imitatus Ariſt. motum hoc in loco & tranſmutationem appoſuit, cuius rei Simpl. duplicem affert rōnem: uel.n. ob id quia nondum oſtenſum eſt, q̄uo inuicem hæc differant, uel proprie his nominibus uſus eſt, eo ſcilicet modò quo inferius declarabit. Mutatio enim in ſubſtantia tranſmutatio proprie quidem eſt, non autem motus, in qualitate uero, quantitate, & ubi, proprie motus eſt.*

DE MOTV autem prius ea ſumenda ſunt, 3 quæ ad cognoſcendam eius naturā præcedere, & quaſi præcurrere videantur. Ex * entibus habentur quædam tantum actu qualia ſunt prima illa ſummaq́; motus & materiæ prorſus immunia, quę nec alteraſcere, nec fieri poſſunt diuerſa q̄ ſunt, ſed ſemper eodem mō & ſui paria, & ſui ſimilia inueniuntur generis, planè ſui naturæq́; tenaciſsima. Quædam cum actu potentiam iūctam ferunt, qualis ſunt ea q̄ ex materia exiſtunt & forma. Actu ſunt, quia formā intra ſe tenent: ptāte, qa poſſunt aliam quoque formā per reciprocationem & ſucceſsionem induere. Sed æthereū corpus vi ſuæ nāæ ſolo actu eſt, quia nequit de forma & ſpē ſua mutari, particeps tñ ad quendam modum potentiæ eſt quatenus in loco mouetur, quia videlicet vbique ſimul eſſe non poſsit. In totum, quæcunq; ſunt actu aut ſubſtātię ſunt aut quātitates, aut generū reliquorū aliquæ ſpēs. Hactenus poſtulo, vel ſine rōne cōcedatur hoc mihi

eſſe

eſſo aliqua poſſe, quæ vno cum actu innexam etiam ptãtem gerant. Illud[b] quoq; maxime velim admittatur recipiaturq́;, quod tñ erit nihilominus priore poſtulato cõſpicuum, hoc eſt, ad ea quæ iu genere ad aliq̃d repouũtur, non ſolum pertinere defectum, exceſſum, æqualitate maius & minus, ſed & pleraſq; alias haberi ſupeſſeq́; ſpẽs, q̃ ad idem genus relationis poſsit referri, ſimilitudinem, æqualitatem, & reliqua. Ea quoque quæ agendi & patiendi potentiam obtinent, hoc eſt actiua & paſsiua in eodem eſſe gñe colloeanda, quippe quæ viciſsim referri reſpondereq́; aptiſsime videantur. Illo modo & id quod mouere põt ad id quod moueri, & è coutrario mobile ad motiuum referatur ne-
4 ceſſe eſt. Sit itaq; coueeſſum hoc nobis motiuũ & mobile mutuam habere relationem. Tertium quod poſtulamus, eſt motum in mouente ac moto eſſe, non ſeorſum conſiſtere citra ſubiectum quod ſi eſt ita, mauifeſtum erit totidem habere motus oportere, quot ſuns res quæ monea utur & trauſmutentur. Mouentur autẽ res aut quæ de ſubſtantia ſint, aut quæ de quantitate, ant quę de qualitate, aut q̃ poſtremo de loco. Erit igĩ multifarius & multiformis motus, non vti genus, ſed vti cõis quædam vox ad multos ſignificatus. Si.n.genus vllum haberetur illis principiis quatuor, in quibus cernitur & conſtituitur motus, vtiq; neceſſario illi generi motus, primum ineſſe, ita vt non multiplex amplius nomen motus futurum ſit, ſed quemadmodum genus illud cõe quatuor generibus fuerit motus. Item qui iu eo genere collocatus eſſe, fuiſſet genus motuũ quatuor, qui ad quatuor illa primordia pertinerent. Sunt ergo motus totidem quot res quæ mouentur, & quia illorum generum diuerſę definitiones ſunt diuerſæ erunt definiriones & motuũ. Proiude tametſi vnã motus definitionem allaturi ſimus, ſcire tñ oportet illum ex earum genere orationem futuram, quæ ſignificatum multiplicem amplectãtur. Scitum eſt.n. prout quæque res fuerit ſimplex muliplexue, definitionem quoque illius eodem iure eeuſendam. Detur igitur & hoc cum iis quæ cõceſſa ſunt prius, motus appellatio-
5 nem eſſe multiplicem. Quartum poſtulatum eſt, vt in quaq; re cui motum in eſſe diximus, biſariam aliquid eſſe diciúe concedatur, aut peius, aut vt melius: iu ſubſtantia priuationem & formam in quantitate abſolutum & ceſſans, in qualitate candidum nigricans, aut ex contrariorum numero quælibet: in loco ſupernum infernum. Itaque quum motus nullus extra quatuor genera habeatur, recte in geueribus quatuor, ſed duplex in ſingulis couſtituitur. Qui vero iſta habeaut ſequentibus oſtenderimus.

[a] *Ariſto. hoc pacto explicat præſentem locum. Eorũ quę ſunt, alia quidem actu tantum, alia uero potentia atq; actu hæc quidem hoc aliquid, hoc uero tantum &c. Græci expoſitores dupliciter legunt hæc uerba, Alexã. quem Themiſt. imitatur, dixit Ariſt. diuidere ea quæ ſolo actu conſtant, ut ſubſtantiæ ſeparatæ ſunt ex una parte ab his quæ ſimul potentia conſtãt & actu ex altera: ut compoſita ſunt ex materia & forma. Et Simp. hanc expoſitionem confirmans, ait nihil eſſe quod hanc diuiſionem ſubterfugere poſsit: nã etſi ratio diuiſionis perfectæ uideatur expoſtulare, ut ens diuidatur in ens actu tantum, & id quod tantum potentia eſt in id quod uel actu eſt atque potentia, Ariſt. attamen ad id reſpexit quod ſubſiſtere poteſt: & cum id quod tantummodo potentia eſt ſubſiſtere minime poſsit, ideo illius partis non meminit. Voluit deinde quod id quod actu eſt ſimul atque potentia, in decem diuidatur prædicamenta: unde poſt ea uerba, potentia atque actu, pungunt. Porphy. autem quem latini uidentur ſequi, ait ens hæc in actum & potentiam diuidi, actum deinde in decem prædicamenta: unde poſt illud, alia uero potentia, punctum apponit illud uero, atque actu, ad ſequentia refert.* [b] *Quamuis multæ ſint ſpecies in genere ad aliquid duæ tamen potiſsimum deſeruiunt his quæ de motu ſunt declaranda, ſcilicet defectus & exceſſus, motiuum & mobile: nam Plat. ut teſtis eſt Simp. motum ad exceſſum & defectum referebat; quam opinio. inferius improbabit Ariſt. qui ad motiuum & mobile reduxit, & ob id forſitan aliis relictis harum tantummodo meminit.*

NVuc quid ſit motus aperiendum. In eo vtemur 6
earum rerum opportunitate, quas nobis paulo ante parauimus, corrogauimusq́;. Igitur ſupra nobis conceſſum eſt in vno quoq; prędicamento ſpẽs haberi, quæ particeps, tum actus, tum poteſtatis erãt. Quare[a] auſim dicere motũ videri actum geſtionẽque rei mobilis, quatenus mobilis eſt. Sed cur addidimus quatenus mobilis? Nimirum idcirco, vt actus ille fieri videretur, remauẽte etiamnũ ſeruataq́; poteſtate ẽa, cuius is eſſet actus. Duplex.n. in vnaquaq; re actus eſt: nam æris q̃ ſtatua ptãte eſt alter actus eſt, quando in ſtatuam obiter mutatur: alter qñ iam in ſtatuã eſt mutatum atq; formatum. Poſterior hic qui poſt perfectã mutationem ineſt in ære, uullã amplius ſeruat ptãtem ad ſtatuã: iam.u. eſt ſtatua, poteſtatemq́; in eo reſpectu oẽm amiſit ſumptitauitq́;. Proinde actus is non eſt perfectio poteſtatis, quia corrupit & ĩpulit ptãtem, ſed eſt perfectio rei cui potentia inerat. Priorem vero actũ qui in ipſa mutatione adiungebatur æri, quia poteſtatem adhuc retinebat & agnoſcebat, poſſumus motum & poteſtatis perfectiouem vocare. Oĩs.n. perfectio ſeruat id quod perficit, donecq́; potẽtia illa ſeruatur, ſeruatur & motus contra ceſſante & deficiente potentia motus quoq; ceſſat & deficit. Deficit aũt poteſtas oĩs proprie, ſimulatq́; ſpecies adeſt & forma. Plane in ſingulis quibusq́; generibus ſinguli diuerſiq́; habentur modi potentię: qualis aũt potẽtia eſt, talis etiam exercetur & motus. Nam eius quod fieri album põt, ęam quæ ex nigro in album eſt via: & eius quod fieri uigrum põt, eam quæ ad nigrum ex albo fit, vtranq; alterationẽ vocamus: eius vero quod augeri & minui poteſt, motum, auctionem, munitionẽq́; appellamus. Nullum.n. cõe nomen vtriq; motui additum, vt alteratio. Item eius quod gigni corrũpiq́; põt motum, tũ ortum & obitum, tum gñationem corruptionemq́; dicimus: eius aũt quod trãſferri & migrare de loco ad locũ põt, motum tranſlationem delationemúe noĩamus. Cæterum in re tranſlatili duplex quanq̃ via eſt, (nam res ſurſum aut deorſum defertur, progreditur aut retrocedit, ad dextram aut ſiniſtram demouetur) vuum tamen proditum nomen eſt oĩbus illis commune, Delatio. Duplex ergo motus ſingulis generibus accidit. Atq; hoc eſt vnum ex iis quæ ſupra nobis conceſſa voluimus. Poſtulauimus etiam illud extra res nullum poſſe motũ conſiſtere. Hæc itaq; ex ſuperius conſtitutis definitiſq́; arbitror eſſe planiſsima.

[a] *Themiſt. græce definitionem motus protulit hoc pacto: κίνησιν εἶναι τὴν τοῦ δυνάμει κινητοῦ ἐντελέχειαν ᾗ τοιοῦτον. hoc eſt motũ eſſe mobilis perfectionem, uel ut Herm. alibi*

eſt

eſt interpretatus, perfectihabiã quatenus tale eſt. At Sim. hoc in loco notat Ariſt. non ἐντελέχειαν, ideſt perfectihabiam, ſed ἐνέργειαν dixiſſe, hoc eſt actum uel geſtionem. Alexan. uero tam Porphy. quam & Them. mutaſſe in ea definitione, ἐντελέχειαν, in ἐνέργειαν, ac ſi hec pro eodem haberentur apud Ariſto. Ait tñ Simpli. Ariſto. uerbo ἐντελέχεια, uti ſolitum in ipſa tantũ rei perfectione, q, ſi quando eo pro ἐνέργεια utitur, hoc eſt, pro actu & geſtione, non pro quocunque actu id ponit, ſed tantummodo pro perfecto actu: et hoc ea de cauſa, quia tũ res una queque eſt in ſua perfectione, cum poteſt ſuos ſecundum naturam actus edere. Verum motum: cum res quædam imperfecta ſit, ſtatim ἐνέργειαν, hoc eſt, actum & geſtionem utique non temere appellauit, non autem perfectihabiam.

7 QVam[a] vero huiuſmodi natura ſit motus, eo patet exemplo. Aedificatilis res tunc mouetur, quum actu ipſo ędificatur, quũque adhuc poteſtatis aliquid ſeruat: quum vero abſoluta & conſummata ædificatio eſt, vtique neque mouetur, neque ſeruat aliquid poteſtatis. Si igitur ædificatilis rei actus, tunc quum adhuc ædificatilis manet, ædificatio nuncupatur: ædificatio autem motus eſt, nimirum ædificatilis rei actus, in eo ꝙ ædificatilis erit motus. Eodẽ modo auctilis rei actum, in eo, ꝙ auctilis, & altilis, & tranſlatilis, in eo ꝙ altilis & trãſlatilis: & cæteros id genus actus geſtioneſq;, motus eſſe haberiq; oportebit. Qoare[b] alio quoque modo finire motum licebit ita: Motus eſt primus actus rei, quæ poteſtate aliquid eſt, Dixi primus, quia vltimus videtur eſſe forma, quã res aſſecuta quum primum eſt quieſcit. Primus vero actus eſt, ea quæ in formam eſt itio: Atq; hic proprie motus is eſt quem modo conquirimus. Quoniam aũt formã ipſam maxime & ſimpliciter actum vocamus, neceſſe eſt vt ea profectio, quæ ad formam dicitur inſtituta, ad eum quoq; actum inſtituta dicatur, qui proprius atq; præcipuus eſt. Quo fit vt ea itio, qua ad actũ illum perfectum abſolutumq; deſtinatur & tendit perfectus actus ipſa eſſe non poſsit, ſed inchoatus & mancus. In hunc modum motus itelligitur actus eſſe non quidẽ conſumatus ille atq, cõpletus, ſed laceſsitus & ceſſans nõ tñ ita vt ſit per omnia ĩperfectus, ſed vt ſit nõdum perfectus perſolui tamen qui poſsit & perfici.

a Simpli. qui ex Alexan. accepiſſe uidetur. ait Ariſto ſyllogiſmo oſtendere motus definitionem recte eo modo traditam, cuius ſyllogiſmi propoſitiones euidentes ſunt, utpote que ſolo egeant exemplo ad declarationem: & ia idem tendunt uerba Them. hic ſi recte conſiderẽtur. b Them. Alex. ueſtigia inſequens ex exemplo Ariſto. aliam motus definitionem elicit, quam in hunc modum protulit Alexan. Motus eſt rei que potentia eſt, prima tranſmutatio uel primus actus. Quamuis aũt Them. uerbum illud, tranſmutatio, omiſiſſe uidetur, ex ſequentibus tamen uerbis idem cum Alex. ſenſiſſe uidetur, exponens.n. cur primum actum motũ appellauerit, ait uerbum uerbo reddendo. Vltimus autem eſt in ipſam formam μεταβολὴ, hoc eſt, tranſmutatio in qua quieſcit deinde. Simp. uero contra Alexan. definitionem acerrime inuehitur, & querit quid per tranſmutationẽ uelit ipſe in ea definitione: Nam uel idem quod motus, quod ſi dixerit, motus per motum definiretur: uel quid cõius & ueluti genus motus, ob id quia generatio motus non eſt, cũ tamen fit tranſmutatio. At nec hoc eſt quidem rõni ſatis cõſonum, tum quia ĩmanifeſtũ eſt adhuc, & inferius in. 5. declarabitur: nunc uero loquimur, ac ſi generatio motus eſſet: tum quia motus qui hic diffiniturus eſt cuius natura principium eſt & ideo: & motum & tranſmutationem amplectitur. Preterea, ait ipſe, omnis tranſmutatio à quopiam eſt in quopiam: à quo ergo & in quod, ab imperfecto ad perfectum non ea.n. ultima eſt tranſmutatio dices, à non moueri ad moueri: tunc ad motum eſſet, motus ad tranſmutationem tranſmutatio: ſi etiam omnis tranſmutatio motus eſt ea ratione, qua hic de motu loquimur quomodo fieri poteſt ut ultima tranſmutatio motus non ſit? Hæc Simpli. contra Alex. que quo modo ſolui poſſint, conſidera.

QVoniam vero nonnullæ ſunt res, quę tũ actu, 8
tum poteſtate participant, (aqua.n. & actu calet, & poteſtate friget, ſed neq; ſimul tñ, neq; ab eodem reſpectu: aut ſi ab eodem reſpectu aliquãdo, non ſimul tamen, quia fieri neqoit, vt quicquam ſit ſimul actu & potentia calidum: aut ſi ſimul non tñ ab vno reſpectu, ſed actu calidum, potentia frigidũ.) Qm̃ inquam nonnullę, res huiuſmodi ſont natura, ſequitur mouere illas poſſe, & ſubinde viciſsim moueri, impellere & impelli demum, agere, ſimul pati. exempli gratia: Serra & ſecat & retunditur, cæterum aut nõ ſimul, aut non eodem reſpectu, vt dixi, ſed ſecat ex forma, retunditur ex materia. Nam ferrum eſt non forma, quod retunditur: contra ſecat forma, non ferrũ. Item aqua calefacit ſimul & frigeſcit ab ea re, qoam calefacit ipſa: ſed calefacit, quia ſit actu calida: frigeſcit, quia potentia frigida. Quicquid.n. naturaliter mouet, mouetur ab iis contra quæ mouet: vtiq; ꝙ ſit & actus & potentiæ particeps. Sed mouet parte, qua eſt actu, mouetur parte, qua potentia. hoc eſt mouet per formam, per materiam mouetur. Verumenimuero quod dixi non eſt ſimpliciter concedendum, moueri omne contra quod naturaliter mouet, ſed duntaxat in iis verus eſt ſermo, quę in natura ſua vtrunque præferunt, poteſtatem & formam. Quanquam non ſum neſcius 9
fuiſſe nonnullos, qui promiſcue adeo ſentirẽt moueri obiter cuncta quæ moueant. Sed de hoc ĩ loco viderimus. Nunc ad penſum redibimus. Quum itaque res fuerit actu altera, altera poteſtate, actus illius in eo ꝙ poteſtatis eſt, particeps motus erit, neq; vero vlla moueri res poſſet, quę poteſtatem ſolam haberet, quamobrem materia per ſe non mouet, qm̃ per ſe nũquam eſt actu. Oportet igitur actus ineſſe aliquid, & ita agere, non ad id comparandum quod tenetur iam habeturq;, ſed ad id demum quod nondum habetur, haberi tñ poteſt. Sane id quod haberi põt, ita velim accipias. Aes eſt poteſtate ſtatua, non tñ actus eris in eo ꝙ æs, poteſt motus eſſe, quia in quod æs eſt quieſcis, ęs enim non mouetur: ſed motus in ære naſcitur in eo, 10
quod põt in alterum quippiam verti affirmariq;. Põt aũt in ſtatuam verti: huius igitur actio motus erit. Nihil.n. vetat quin æs qua æs quieſcat, qua ptãte ſtatua eſt moueatue, quia non eſt oĩno idem eſſe actu æs, & ſtatuam poteſtate: alioqnin eodem modo definirentur, quod apertiſsime falſum eſt. Quamuis.n. à ſubiecto vnum ſint diuerſæ, tamen earum rerum cernũtur definitiones, Atq; hoc tametſi clariſsime demſtatum puto, nihil tñ obſtat, quin idẽ ſi fieri poſsit, & clarius & illuſtrius doceamus exemplo. Non eſt eadem ratio corporis & earum qualitatus facultatemue, quæ verbis illis ſignificantur poſſe ſanum fieri & poſſe ęgrum:

corpus.n.vnum eſt,& ſibiipſi plane idem:poſſe autem
ſanari & poſſe ægrotare, nõ diuerſæ modo poteſtates
qualitateſq; ſunt,ſed etiam maxime depugnãtes: nam
& illarum actus ipſi longiſſime diſcrepant, aduerſan-
turq́, . Quòd ſi corpus id ptãtibus illis idem eſſet,ipſæ
quoq; inter ſe non cõtrariæ,ſed eædem eſſe reperiren
tur. Item, non eſt idem color & viſile: nam color af-
fectio eſt,quæ luce præſente perſpicuum mouet:viſile
autem accidens eſt colori, quatenus videri oculis po-
teſt,& ſenſum inuehere.Pariter neq; ſonus idem cum
re auditili eſt,neq; calor cum tactili,neq; vlla poſtre-
mo res actu cum ea quæ poteſtate inſit, Quamobrem
patere vel intuitu poteſt,non dictorum pugnantia,qui
defendat eandem rem ſimul moueri poſſe & quieſce-
re. Neq; igitur idem prorſus eſſe, quieſcere rem in eo
11 ꝙ actu ſit, & moueri in eo quod poteſtate. Quã vero
actus huiuſmodi aliquis habeatur,qui poteſtatẽ adiũ
ctam & illigatam inferat, inde efficiemus palàm. Cõ
tingit* vnamquanq, rem interim id agere,cuius agẽ-
di poteſtatem habet, interim non agere.Aedificatilis
res quum ædificatur in actione eſt,quum vero nõdum
neq; lapides,neq; calx ab arte mota excitataq́, ſunt tũc
vacua eſt ab actione oĩ. Eſt igitur actio aliqua, quæ
ædificatilem rem in ſua adhuc retinet ſeruatq; ptãte,
eaq́; ædificatio nuncupatur, nam ſi illa non ſit,quænã
eſſe poſſit alia, viderint qui acutius vident,ego vide-
re non poſſum. Neq;.n.domum ipſam auſit quiſquã
ædificationem vocare,quum non ſit amplius ædifica
tilis domus, quæ ſuam formam recepit,ædificatio aũt
tunc eſt,quum res adhuc ædificatilis manet. Ita con-
cluditur ædificationẽ eſſe rei actũ ædificatilis oporte-
re.Sed ipſe actus nihil aliud eſſe põt ꝙ̃ motus: & ex eo
conſit, vt neq; ante tunc moueretur, quum ædifica-
tilis tantum eſſet:neq; poſt,quum ędificatio perſoluta
& ad exitum eſt collata: ſed medio tempore, quum
12 de poteſtate.ſ.ad actum iretur. Quod aũt motus in iis
recte ſit collocatus à nobis, quæ cum actu poteſtatem
habent annexam,etiam illi videntur concedere aſtipu
lariq́;, qui motum confictis noĩbus alteritatem, inæ-
qualitatẽ,non ens eſſe dixerunt. Cæterum ſi huiuſmo
di aliquid motus eſſet,vt illi arbitrantur, profecto iis
quibus illorum aliquid ineſſet, motum quoq; ineſſe
ꝓculdubio oporteret. Quod eſt ipſo ſtatim in limine
perſpicuo falſum.Cernimus.n.complura habere inter
ſe alteritatem atq; diuortium.i.altera eſſe atq; diuerſa,
quæ tñ propterea minime moueantur.v.g. Inter me
& equum eſt alteritas, non tñ ea re continuo moueor.
Sed & denarius quinario inæqualis eſt, non tñ confe-
ſtim & mouentur.At dices te nõ de ea alteritate loqui,
qua quis ſit alter ab altero,ſed de ea quæ ĩ ipſa re inſit,
ſed neq; hoc quidẽ eleuat ſatisfacitũe. Ineſt.n.in reb⁹
multis alteritas,motus vbi non eſt.Cernitur in cuiuſq;
rei partibus alteritas, cernitur in iis, quæ duabus illis
rebus tam longe diſtantibus diſcrepantibusq́;, pote-
ſtate conſtant & actu: non tñ eueſtigio cernuntur ea
moueri quorum partes multæ adeo ſunt: neq; ea quæ
partim ſunt actu,partim poteſtate, cuiuſmodi eſt æs,
quod quum ſit actu æs,dicitur eſſe poteſtate, ſtatua.
Ex his,vt dixi,nihil eſt mehercle,quod iccirco moueri
neceſſe ſit, quia partium & naturæ alteritatem diſcri-
menue intra ſe teneant.Sed fortaſſe alteritatẽ intelligi
& accipi volunt pro aliatione, vt ita loquamur:at hũc
in modum motus per motum definiretur.Quid enim
aliatio põt aliud ſignificare,ꝙ̃ alterationẽ, ſi idem eſt
aliud & alterum:aut quandam tranſmutationem?Nos
vero rectius in motu deſcribẽdo fecimus, qui actum
tanquam genus in ea definitione poſuimus.

** Nonnulla annotat hic Simpli. quæ referre non erit ab re, primo cur Ariſto. & ipſum inſecutus Themiſt. contingit unamquãque rem dixere &c. grece autem ἐνδέχεται, cum tamen ſit neceſſe id quod potentia eſt in actum tranſmutari, alioquin fruſtra eſſet potentia: ut manifeſtum eſt. ait ergo: Vel propterea, quia eorum quæ potentia ſunt, plurima intereunt prius quam in actum deueniant, & ſecundum id agant: moriuntur enim multi antequã dentes emittant, qui eos attamen habent potentia. Vel fortaſsis quia ea quæ proprie potentia ſunt, ſicuti quæ & generantur & corrumpuntur, contingenter agunt: etiam cum agunt quæ potentia ſunt. Notat præterea illud quod ibidem dicunt, unamquanque rem interim agere interim non, audiendum eſſe in quibus reperitur id quod potẽtia eſt: in his enim quæ ſemper mouentur hoc uerum non eſt. Tertio uero loco ait quod actus rei quæ potẽtia eſt magis paſsio eſt quam actus, attamen actum appellant, quia ſecundum illum agitur ab agente & à mouente mouetur ea eitam ratione.qua uia eſt ad id quod actu, ob id etiam quia prius quieſcens & in ſola perſiſtens habilitate ad id quod actu promouetur, uel forſitan quod naturales motus, cum ab intrinſeco fiant, idem quodammodo habent mouens & motum, quo fit ut paſsio hæc actiua quodammodo uideatur: nam materia: patiens primo corpus diſponit.*

QVi vero non ens eſſe motum voluerunt,(Fuit 13
aũt ea Pythagoricorum ſententia) fere vidẽ
tur ad veritatẽ propius acceſsiſſe, ſi non ens
ita accipiunt,non ꝙ oĩno non ſit,ſed ꝙ nondum in eã
naturam abierit, quo tendebat inchoatum.ſ.ens &
imperfectum.Quemadmodum nos quoq; ſentimus,
qui poteſtatẽ in motus definitione addidimus.Verun-
tamen obſcurius illi atque tãta res poſtulat,definierũt.
Vidẽtur enim accidens quiddam motui potius, quàm
rei naturam explicuiſſe.Accidit ſiquidem motui vt ſit
non ens ex eo ꝙ procul eſt ab ente:inſuperq́; non ſta-
tim moueri oportet id cui accidit eſſe nõ ens,alioquin
in motu & excitu eſſent omnia. Quicquid enim eſt,
vnum eſt,non infinita.Atque ita hoc reſpectu non en
tia dicent, exẽplo. Quicqd mutaẽ videri ex alteritatẽ
in alteritatẽ,ex inæqualitate in inæqualitatem mutari,
alteritatem ergo & inęqualitatem eſſe oportere tranſ-
mutationem & motum. Sed errant.Nam eo quidem
modo, ſi dijs placet,identitatem & entiam quoq; mo
tum liceat dicere,quum ex identitate in identitatẽ mu
tari penè oĩa videamus:nam & à forma in formam, &
à colore in colorẽ cernuntur res apertiſsime trãſmuta-
ri.Verumenimuero fortaſſe ea cauſa eſt,cur motum in
non ente, alteritate, inæqualitateue collocandum pu
tent, quia indefinita quædam res eſſe motus videba-
tur: nam ſimulatq́; præfinitur,vaneſcit ac perit.Quo
fit vt egregie illi quidem & fortiter ſibi videantur ex-
cogitaſſe, quum dicerent motum eſſe alteritatem,eſ-
ſe inæqualitatem, eſſe non ens. Sunt.n.hæc omnia in-
definita,quemadmodum & illa decem initia, quæ ad
genus priuationum Pythagorici referunt. Eorum nul
lum (ſunt.n.priuatiua omnia) eſſe definitum poteſt,
neq; ita vt hoc aliquid, neq; ita vt quale, neque ita vt
quantum, neque ita poſtremo vt res vlla generum
reliquorum. Subiecimus claritatis gratia, vtriuſq;
ordinis

ordinis deſcriptionem quandam atque picturam, & eius qui ſormæ tribuitur, & eius qui ad prinationem adiungitur.

Par.	Impar.	Finituu.	Infinitum.
Dextrum.		Siniſtrum.	
Maſculum.		Fœmininum.	
Quietum.		Motum.	
Rectum.		Curuum.	
Quadratum.		Altera parte longius.	
Intellectus.		Opinio.	
Vnum.	Multa.	Lumen.	Tenebre.

14 Ob eam vero maxime rõnem, motum eſſe indefinitam rem, ac ſere cõmentitiam putauere, ꝙ quum ens in actum & ptãtem diuideretur, & neutrum genns pertinere poſſe motum arbitrabãtur: exempli cauſa: Ptãte pedaneum non mouetur continuo augeturúe, neque qnod iam eſt actu pedaneum. Item qui poteſt Romam Athenasúe proficiſci, nõ ſtatim neceſſe etiam eſt proficiſcatur: neque qui iam ad eas vrbes peruenit. Item id, qnod eſt ptãte album, non albefit neceſſario, neque id quod iam ineſt albe factum. Sed neque prinatio quoq; eſſe motus põt, quippe qui non in priuatione, ſed in exiſtentia conſtet, & præterea quicquid priuum eſt, non etiam mouetur. Ex his cauſis natura motus viſa eſt oppido ꝗ̃ difficilis cognitu, qñ neq; in iis ꝗ̃ potentia, neq; in iis quæ actu ſunt, neq; in iis quæ priuatione conſtitutus videtur. Ita maxime reliquum eſt eam definitionem probari oportere, ꝗ̃ nos ſupra reddidimus, motum eſſe actum rei quendam arduum quidem ſpiſſumqueſcitu,
15 ſed qui tñ eſſe poſsit. Sed denno eadem illa repetamus, non modo iterũ, ſed ter & quater, & ſi libuerit etiã ſępius, vt difficultates illas ſaltem frequenti tractatu facile aſſeqnamur. Duplex eſt in quaque re ſpẽs perfectionis & actus, vna quæ adeſt, quum abſoluta & cõſumata res eſt, cũque naturam ſuam pleniſsime eſt conſecuta. v.g. Oculus poſtquam eſt perſectus actum & functionem ſuam habet: ea viſio eſt, ipſe aũt actus à forma nihil differt. Hoc.n. eſt oculum eſſe, quod eſt actu ipſo videre, atque hunc ego actum perfectionemq́ue, motum eſſe non dico, vtpote qui ſit forma & ſpẽs, & ad quietis propius, ꝗ̃ ad motus naturã accedens. Altera ſpẽs perfectionis & actus eſt, quæ adeſt rei vna cũ pãte, qualis eſt ipſa formatio & fabricatio pnpillarum. Quũ.n. formãtur oculi, circundantnrq́ue pupillę genis ac tunicis, retinent, in ipſa formatione potentiã. Ipſa vero formatio circũdatioq́ue imperfecta eſt, neqne quia inſtituta eſt ad potiorem finem ad quem feſtinat. Et Hercules quicquid poteſtatem habet, imperfectum eſt, quatenns ptãtem illam gerit. Quamobrem in eo ꝙ omnis ptãs nauit exoleuitq́;, ſimpliciter nuncupamus actũ: in eo vero quod ſimnl adeſt, duratq́; aliquid poteſtatis, actum imperfectum vocamus, cuiuſmodi probauimus motum eſſe, ſed de hoc ſatis.

16 SEd retractemus & id, moueri rem mouentẽ poſſe, ſi ptãte ſuerit mobilis, ᵃ hoc eſt, ſi quandoq; moueatur, qñq; non, cuius imobilitas ſit quies: ea quibus ineſt motus quoties non mouentur. dicũtur quieſcere. Merito aũt huiuſmodi mouens res moueri dicit̃: vtpote quæ poteſtatem apprehenſam ferat, ex actu ſi quidem hãbet vt rem tranſmutet, agatq́ue vim ſuam in mobile. Quapropter & mouebitur contra vicibus, & contra perpetratur. Ex eo.n. ꝙ actu res eſt, aget: ex eo vero quod ptãte eſt, patietur. Atq; hoc eſt in mouentibus motiſq́; rebus pepetuum: adeſt.n. & id quod actũ & id quod potentiam pręferat in vtroq;. Quare ſibi mutuo viciſsimq́; per actum præſtant, vt agere contra poſſint: per ptãtem, vt perperi. Quicquid itaq; mouet, tractu, contractuq́; rerum viciſsim motarum mouet. Mouentur aũt contra ea duntaxat, quæ ſunt ptãte mobilia. Rectam itaq; finitionem motum attulimus, Motum videlicet eſſe actum oẽm rei ptãtem habentis, in eo ꝙ ptãtem illam habet, niſi ſorte excludenda ſit prius ea calumnia, ꝗ̃ quis poſſet afferre. Dictum eſt rem oẽm, ꝗ de poteſtate ad actũ egreditur eſſe oportere in motu: videri poteſt hoc eſt ſaltem interim falſum. Nã arbor (exempli gratia) quæ à dextris eſt poteſtate, ſi ad leuam me contulero, de ptãte quidem ad actum mutat̃, non ideo tñ mouetur. Adanget difficultatẽ, ꝙ ego qui ad leuam me contuli, in motu fui. Si ergo id quod poteſtate leuum erat, in motu fuit, q̃uo id quod poteſtate dextrum fuerat ſine motu potuit ad actum proficiſci? Vna porro potentia eſt eorum, quæ in genere ad aliquid collocantur. Ipſa.n. illa reſponſio, qua dextrum & leuum ad ſe mutuo & ſunt & dicuntur, aut potentia aut actus eſt. Quare ſi alterũ mouetur, alterum quoq; moueatur neceſſe eſt. Cęterum ſoluitur. Aio actum eorum, quæ in genere ad aliquid ſunt non ſeruare ptãtem, ſed de poteſtate ſubitam & momentariam fieri mutationem in actum. Quum itaq; duo ſint actus in reliqs generibus, ad quæ pertinet motus, in genere relationis vnus duntaxat conſpicitur, is.ſ. qui perfectus & abſolutus eſt, imperfectus vero & inchoatus non conſpicitur.

Non.n. pedetentim acceſsimúe arbor tranſi ad leuã, quum in dextram me coniicio, ſed de repente, cnnctim atq; momento. At ego quum in dextram eo non ſᷣm relationem, ſed ſᷣm locum moueor. In hũc modum qui contra nos hac quæſtione inerunt, facillime reuincuntur. Quód ſi qui volunt argutius id facere, primum debent actum aliquem imperfectum oſtẽdere: deinde ita pede collato definitionem motus nobis aſsignatã impellere. Verum quia prædicamentorum oĩum ſua poteſtas eſt, motus vero nõ in oĩbus reperitur. locoᵇ eius quod nos in definitione diximus poteſtatem habẽs, cõmodius collocabitur mobile ad hunc modum: Motus eſt actus mobilis in eo ꝙ mobilis. Neq; nos aliquis reprehendat, quaſi videamur naturam motus per mobile, hoc eſt, per æque ignotum indicauiſſe. Nam quum motus ex eorum numero ſit, quæ alio referuntur, (erat aũt & hoc poſtulatum à nobis ſupra) quum motus, inquam, referatur ad mobile, aliter definire non põt, niſi adiiciatur id quo refertur, queamdmodum neq; patrẽ ſine filio, neq; duplum ſine dimidio definire recte aut ſcienter poſsis. Accedit ꝙ notius eſt mobile aliquanto ꝗ̃ motus. Non.n. idem eſt noſſe motum eſſe, & quid ſit motus exploratum habere. Nam vt ſit motus neminem latet: quid aũt ſit, vel nos quoq; nunc quærimus. At vero motum eſſe, res motæ nobis oſtendunt. Hæc autem ſunt, quæ nos mobilia nũcupamus. Quare is qui in motu definiendo admonitionem habet rei mobilis, affert rem magis planam & notam ad docendũ id quod erat gnotius. Prorſusᶜ oẽ quod mouet, formam habeat ali- 17
quam aut ſubſtantialem oportet, aut quantitatis, aut qualitatis, aut de generibus reliquis. Mouet.n. per formam res oĩs, & principium omnis motus eſt forma.

ᵃ *Non erit forſan ingratum ea audire quæ Simpl. ſcripſerit locum hunc pertractans, ait.n. Quia dixerat prius mouẽs*

phyſice rem ipſum etiam eſſe mobile, (eiuſmodi enim omne
quum mouet mouetur) uult nunc ſimul & inditia ponere eo-
rum quæ dum mouent contra etiam mouentur, & (ut in-
quit Alexan.) diuinum corpus uindicare ab hac ut cōtra mo
ueatur patiaturúe. Eodem autem uidetur inditio ſeparare
id quod eſt phyſicæ mouens, quodq́; contra mouetur a mo-
uente quod eſt immobile, ueluti prima, eſt atque intellectilis
ſubſtantia: & ab eo etiam quod ſemper in motu exiſtens mo
uet, ſicuti ſunt cœleſtia. Quod nanque phyſicæ mouens eſt,
quum ipſum etiam potentia ſit mobile mouet: quapropter
etiam contra mouetur: neque tantummodo mobile, ſed mo-
tuum etiam eſt potentia: Prima uero ſubſtantia ab omni pror
ſus potentia eſt libera qua uel moueat uel moueatur, eſtq́; pe
nitus immobilis nec eſt potentia motiua. Hoc igitur diſcrimi-
ne ab eo ſeparatur quod phyſicæ mouet atque potentia mobi
le eſt: alio etiam quod & ſi aliquando immobile permaneat
mouens phyſicæ. eius tamen atque primæ ſubſtantiæ non eſt
ſimilis immobilitas: In phyſicis enim immobilitas, quia mo
uētur aliquando, quies dicitur: primæ autem ſubſtantiæ īmo-
bilitas, quia omnino eſt immobilis, quies non eſt, ſed identitas
immutabiliſq́; ſtabilitas. Eiſdem etiam inditijs à cœleſtibus
ſepararentur ea quæ in generatione & corruptione ſunt: nā
etſi cœleſtia moueantur à cauſis immotis, ab his tamen nō cō
tra mouentur quæ ipſa mouent. Si enim ſunt potentia motiua
etſi ſemper mota, niſi potentiā quis reſpectu alterius & al-
terius motus recipiat, nec quieſcunt hæc etiam ſicut nec pri
mæ ſubſtantiæ: differunt tñ quia illæ quidem non quieſcunt,
ob id quia moueri non poſſunt: hæc uero quia mouentur ſem
per. Vnum eſt etiam annotatione digniſsimum, quod Simpl. in
ſuperioribus uidetur affirmare, in corporibus cœleſtibus ali-
quam conſpici rationem quæ inuicem mutuo & agūt & re-
patiuntur, non quidem quatenus hæc inferiora mouent, (non
enim eo motu repatiuntur) ſed ea ratione qua ipſa mutuo ſe
reſpiciunt. ſecundum enim differentes reſpectus & compli-
cationes quandam ſubeunt alterationem, patiunturq́; qua-
tenus eis ineſt quod eſt potentia: unde alia fit in ipſis affe-
ctio ob communem aſtrorū in eodem angulo concurſum, alia
ob triangularem uel ſexangularem ſitum, ſicuti diuerſi in-
dicant effectus qui à diuerſis ſtľ collocationibus proueniunt.

[b] Aliam etiam utilitatem afferet, ait Simp. teſte Alexan.
ſi loco eius quod eſt, poteſtatē habēs, mobile collocauerimus:
nā deinde oſtenſurus eſt motum in eo eſſe quod mouetur. Præ
terea etiam quod phyſicæ mouet poteſtate exiſtens motiuum,
ſic tunc actu redditur tale cum egerit immobile, non tamen
mouetur, neque in eo eſt motus. Ideo merito mobile in ea
definitione aſſumpſit, non autem motiuum à quo motus īmo-
bili prouenit. [c] Non tamen ita intelligendum eſt hoc. ait
Simp. ut id quod mouet formam habeat illi ſimilem quæ im-
mobili reponitur, nam in motu locali non eſt hoc uſquequaq;
uerum: anima enim corpus localiter mouet, quæ tamen in lo
co non eſt. Quamuis igitur non oporteat ut penitus eadem
ſit forma, quæ ab agente in eo quod fit reponitur, peculiari-
ter tamen in utroque reperitur: domificator enim domo fa-
cit ſecundum eam domum quæ eſt in ipſo: & anima etiam
non ex quacunque cauſa mouet: ſed ex cauſa localis motio-
nis quæ in ipſa eſt, quæ eandem formam habet cum eo quod
mouetur.

18 DEinceps quærendum in mouente ne motus ſit,
an in re quæ mouetur. Sane in re ipſa eſt quæ
mouetur idq́; ex eo colligas, ꝙ rei mobilis actū
probabimus motum eſſe. Pręterea quū in eo ſit actus,
in quo fuerat ante potentia, actus vero rei poteſtatem
habentis eſt motus, neceſſe eſt in re mobili motum eſſe
conſtituendum. Quamuis autem in re mota ſit motus,
non tamen à re mota creatur, aut fit, ſed à mouēte. Eſt
autem vnus idemq́; motus, qui & in re mota conſiſtit,
& à re mouente producitur, & ipſa actio mouentis in
re mobili eſt. Ea tametſi vna, facit nihilominus vt mo
tiua res ſit actu mouens, & res mobilis moueatur actu.
Eſt autem huiuſmodi actus mouentis, & motæ rei ſu-
biecto vnus, rône & conſideratione non vnus. Quem-
admodum itaque aſcendentes deſcēdētesq́;, idem iter
atque idem ſpatium quanquam peragunt, diuerſus tñ r
deſcenſus ab aſcenſu eſt, quia hinc capeſcentibus viam
aſcenſus eſt, illinc deſcenſus: ita motus & actio rei mo-
uentis & motę, ſubto quanquam eſt vna, habet tñ à mo
uente, vt ſit factio, à mota habet vt paſsio. Ita ſit vt rō-
ne duæ res videantur eſſe. Quòd ſi hęc non recipiantur, t 9
præſto erit addubitatio illa non admodum leuis con-
temnendaúe. Videtur. n. neceſſarium maxime vt qui-
dam ſit rei mouentis actus quidam rei eius quæ moue-
tur, quorum prior ſit factio, poſterior paſsio. Hos au-
tem inter ſe differre manifeſtum eſt, quum & opera ef-
fectaq́; differre cernantur: nam factionis effectus factū,
paſsionis effectus eſt paſſum. Ponatur itaque diuerſus
eſſe actus oportere, deinde quæratur quo pacto duo
actus eſſe vnus poſsint. Primum igitur, aut vterque in
agente, aut vterque in patiente: aut alter, ideſt, factio in
agente, alter. i. paſsio in patiente collocandus eſt. Nam
[b] è contrario eſſe non poteſt, vt factio videlicet in pa-
tiente ſit, paſsio in agente, niſi abutendum ſit noīe fa- t
ctionis pro patientis actu. Sit itaque primum in agente
factio, in patiente paſsio: ſequitur ergo vt quemadmo
dum res mota habet in ſe motum, tanq̃ propriam & pe
culiarem actum, ita & mouens habeat motum quēdā
ſuum tanq̃ proprium actū, atq; peculiarē: eſt. n. vtrinq;
rō eadem. Quòd ſi conceſſum ſit, alterum duorū ꝓban
dum admittendumque eſt: aut vt id oē quod mouet,
etiam moueatur: aut vt quicquam tale ſit, quod quam-
uis intus habeat, feratq́; motum nihilo ſecius tñ nō mo
ueatur, ſed ſint ambo actus in re patiente, factio atque
paſsio, & in addiſcente doctio & addiſcētia. Nōne hoc
ſtatim videbitur, in ipſo agente nō eſſe conſtitutū actū?
Præterea mirū qui fieri poſsit, vt paſſa res duobus, &
quidem impendio differentibus motibus moueaſ: dein
de quinam, aut quales erunt motus illi difficile eſt red-
dere, quum perpetiens res vnam duntaxat ſpēm motus
habere, ferreq́; videatur, qua tum in motu, tum in paſ-
ſione & affectione ſit poſita. Eadem & plura incōmo-
da conſequentur, ſi in re mouēte vtcunq;, actus & mo
tus duos conſtituerimus: nam ſtatim poſsis occurrere,
ſi ita ſtatuatur, rem motā moueri non poſſe, qa vterq;
motus in mouente, neuter in mota re collocatur. Atq;
hæc oīa fluere videntur ex eo, ꝙ motus illi exiſtiman-
tur eſſe diverſi, Huiuſmodi itaque opinio reiicienda ex- r
plodendaq́; eſt. Sit igitur contra, vnus & motę rei & mo
uētis actus. Sed, & ſic quoq; abſurdum illud ſuſcipitur,
duarum rerum diſcrimine ſpeciei diſtantium, agētis &
patientis, vnum atq; eundem actum haberi. Vt. n. albī
& nigri non vnus eſt actus, ita facientis & patientis vnū
eſſe actum videri nō poſſe accedere, ſi vnus idēq́; actus
fuerit agentis & patiētis: idem quoq; fore doctionem
& addiſcētiam, docere & diſcere demū agere atq; pati.
Quòd ſi eſt ita, docentē in docēdo diſcere oportebit, &
facientem

facientem in faciēdo pati. Iā ſi vnus duntaxat eſt actus, vbi nam collocabitur? Profecto ſi definitionē ſpectas, in re mota videtur conſtituendus, motus. n. eſt rei mobilis actus. Ad hoc quoq; in conſentaneum, actum agētis non videri poſitum in agente. Nullum igitur effu-
20 gium videri, ſi duo illa actus vnus eſſe dicatur. Quamobrem ſi neq; vnus eſt, neq; diuerſi, fortaſſe (qđ dictū eſt) & vnus & diuerſi quodāmodo videbunť, ita vt vnus ſubiecto ſit, diuerſi conſideratione & definitione intelligantur. Hunc in modum dicentes, nullæ vrgent anguſtiæ. Non. n. actus agenti & mouenti eripitur, quāuis ſubiecto vnus, & in re mota tñ haberi dicatur. Quum. n. is qui docet, erudit, & imbuit addiſcentem, eruditio ea, quæ in addiſcente ſuſcipitur, non ita transfertur in addiſcentem, vt docenti eripiatur: atq; ita doctor ſine vlla rōne remaneat, diſcipulus ſolus ſit qui agat. i. ſolus ſit in actu. Non eſt inq̃ ita, ſed præſente eo qui docet, & agente atq; id faciēte quod patiť ſuſcipitq́;, diſcipulus erigi-
21 tur conſtituitur addiſcentis actus. Neque illud obſtat, quod ſuperius eſt adductum duarum rerum ſpē differentium, factionis & paſsionis vnum actū eſſe nō poſſe. Diximus. n. ſubiecto vnum eſſe oportere actum, ſed cōſideratione & cogitatione diduci. Eſt. n. vna eadēq; ſpeculatio proſpectatioq; quæ diſcitur, & quæ traditur à docente & doctio nihil eſt aliud, q̃ id quod docendo condiſcendoq́;, & diſcendo paritur, æque & ipſa ſuſceptio diſciplinæ. Verum actio eſt ipſa traditio diſciplinæ, diſciplina vero & condiſcētia eſt ipſa ſuſceptio dictionis, Dicentis aūt poteſtas ad actum perducitur à docente. Non eſt igitur docere & diſcere idem, quamuis circa eadem ſpeculamina verſenť, & qui docet, & qui addiſcit. Neq; aſcendere & deſcendere idem, licet eadem via vtrunq; iter conficiatur. Differunt. n. earum rerum definitiones: & quemadmodū hinc cœpto itinere aſcēſus eſt, illinc deſcenſus. ſpacium quoq; oīno idem, ita ſi addiſcentem ſpectes, diſciplina, ſi docentem doctio doctrinaq́; nūcupatur: & ſpeculatio tñ eſt vna q̃ ab vtroq; tractatur. Neceſſe eſt aūt, vt ea quæ vnū & idē eſſe prorſus debent, & quibus oīa oportet eſſe cōia definitione quoque & conſideratione non differant. Nam Athenis Thebas proficiſci, & Thebis Athenas reuerti, neque idem eſt, neq; ſimul poteſt facere quiſquam vtrunque. Via tñ vna eſt, & montes iidem, & diuerſoria eadē. Sed concedamus ex ſuperabundanti idem eſſe doctionem & diſciplinam, ſiue addiſcentiam, nō tñ ſequi pōt ex eo, idem eſſe docere & diſcere. Nam quamuis hinc illuc, & illinc huc eadem eſſe diſtātia videatur, non tñ idem eſt
22 hinc illuc, & illinc huc diſtare. Re vera aūt neq; doctio & addiſcentia idem eſt, neq; factio vlla & paſsio, ſed ea quibus hæc inſunt, motus & actus: qui quanquā ſubiecto vnus eſt definitione tñ & conſideratione diſtrahitur.
23 Quid itaq; de motu eſſet ſentiendum, non ſolum oſtendimus in vniuerſum, ſed etiam particulatim duabus definitionibus diligenter & acute monſtrauimus. Prior fuerat hæc: Motus eſt actus rei poteſtatē habētis in eo, ꝙ poteſtatē habet. Altera hæc: Motus eſt actus rei mobilis in eo ꝙ mobilis. Neq; difficile deinceps eſt ad hoc exempli ſingulas ad ſpecies motuum propriam definitionem adiungere. exempli gratia: Alteratio eſt actus rei alterabilis in eo, qđ alterabilis: Auctio eſt actus rei auctilis in eo quod auctilis. Quòd ſi tertiam quoq; definitionem adiicere hbeat, nihil prohibet, quum ita definire poſſumus: Motus eſt actus mutuus rei actiuę & paſſiuæ potentia. Licebit & hāc definitionē ad ſpēs motus particulares accommodare ac transferre ædificationē, auctiunem, medicationem. Quod facile aſſequemur, ſi quod in gnali motus definitione gnāli vocabulo ptātis poſuimus, ad particularem ſingularium ſpērum appellationem deduxerimus. De motu ſatis hæc ſunto. 24

a Ariſto. Them. quæ aiunt grece hoc modo ἔχει τινὰ λογικὴν ἀπορίαν, ideſt, habet dubitationem quandam logicam, & Simp. rōnem reddere conatur, cur logicam appellauerit huiuſq; rei multas cauſas reddit, uel quia ex probabilibus procedit, uel quia ἐν λόγῳ, hoc eſt, in ſermone tantūmodo ſeu uerbis apparentia habet, à rebus autem nihil roboris accipiat. Nam, ut idem Simp. paulo poſt docet, ratio illa in hoc fundatur, q, actus duo ſunt, alter qui agentis eſt, alteri patientis: & hi quidem diuerſi: quod nō credimus niſi ob id, quia noīa habent diuerſa, alter. n. actio, alter paſsio appellatur: Vel ideo logicam dixit, quia cōis eſt, & non ex propriis principijs re. c *b Id quod Ariſt. dixit quòd oportet hanc etiam actionem uocare, æquiuoca utique erit, dictum putat Themiſt. ſi. animaduertis ad refellendum partem illam diuiſionis, in qua dici poſſet actionem in paſſo paſsionem eſſe in agente. Attamē Simp. alio modo hunc locum intelligit, et ad priorem inductæ diuiſionis partem hoc ipſum refert, nam dicit Ariſto. Aut illorum utrunque in paſſo eſt, aut actio quidē in agente, paſsio uero in patiente. Nam ſi propterea quia motū uel paſsionem actum eſſe diximus ipſius mobilis, uelit ipſam etiam actionē aliquis appellare, illud is ſciuerit, quod hæc æquiuoce actio reſpectu illius actionis quæ agenti attribuitur, dicetur.*

c Simpli. diuerſa uetur à Themiſt. hoc in loco ſentire, ipſe enim hæc ita ſcripſit: Motus eſt unus non modo ſubiecto, uerum etiam definitione cum in moto ab ipſo mouente. ideoque una eſt eius definitio actus mobilis qua mobile eſt. Neq; enim in eo ſeparatur eſſe ab hoc, & eſſe in hoc: hæc enim ambo motum ipſum complent. Verum actio & paſsio ſeparantur: nā alia quidem agens reſpicit, alia uero genitum: unde Simpli. ea Ariſto. uerba, huius in hoc & hoc ab hoc, non in ipſum motum refert, quemadmodum Themiſt. Alexan. inſequutus, ſed in actionem & paſsionem.

QVoniam vero ſcīa naturalis circa magnitudinē motū, & tempus verſať, quæ oīa aut finita eſſe oportet aut infinita, vtpote quæ nō vt qualitates aut vt puncta conſiderenť, conſequens eſt de infinito videre, ſit ne an ſecus, & quid ſit infinitum ſi ſit. Quā vero pertineat hæc notio ad ſciam nālem, argumento ſunt oēs, qui hanc phiæ partem attigerunt, quippe qui de infinito ſemper aliquid dicere conſueuerint. Sed & multi illud tanq̃ principium quoddā rerum ſummo honore affecerunt Pythagorici atq; Pla. quandam per ſe ſubam eſſe atq; naturā, atq; ita principiū voluere: neq; terram illud quidē, aut aquam, aut aliud corpus illū eſſe arbitrati ſunt, ſed ipſam ex ſeipſa naturā infinitā in infinita ſubſtantia conſtitutam *a* Diſſentiunt tñ inter ſe plurimum. Nam Pythagorici numerum aſſeruerunt eſſe infinitum: non illū quidem incorporeum & ab oī abiūctum materia, ſed illum quē eſſe ſenſilium rerum principium autumant. Illi. n. ſenſilia oīa deriuata ortaq; eſſe à numero putauerunt, atq; hinc ſumpta occaſione in numerum oīa conferebant, & naturæ fons quaternio ferebatur. Egreſſi etiam cęlo infinitū eſſe quoddā exterius defendebant, quod nō commentitium modo, ſed deliramento quoq; ſimillimum videtur. nam neq; quale illud eſſet, neq; cui rei vſui eſſe poſſet, demſtrabitur. Plato 25

Vero extra cœlum,neq; corpus eſſe vllū,neq; incorporeum quicquam exiſtimauit. Nā neq; ideas quidē ſuas extra cœlum locauit,neq; oīno locum vllum illis attribuit. Infinitum porro nō ſolum ſenſilibus rebus,vt illi, ſed etiam intellectilibus eſſe principiū credidit. Principium,n.& ſenſilium & intellectilium rerum Pla.numerum putauit,excogitata,rōne quēadmodū ideæ quoq; ipſę contineri numeris viderentur. Numeri vero principium duitas,duitatis magnum & paruum,dimidium & duplum,paucitas & multitudo defectus & exceſſus: exq; iis oībus infinitū,indefinitum ſiue interminatū ex corporum ſectionibus & auctione incremētoq; nume-
26 rorum ſtatim elucet & oriť.Sed & in hoc quoq; à Pla. Pythagorici diſsident. Illi non vnumquēq; numerū, ſed parem tm̄ dicebant eſſe infinitum, eumq; eſſe cām ſectionis eius, quæ in partes quales in infinitum extrahitur:Quare hunc numerum quibus ineſt authorē eſſe infinitati;contra naſci finitatem ab impari ea rōne, ꝙ adiectus atq; additus pari,ſectionē illā in partes æquales interimat.Sed aliud argumentum eſt apud illos finitatis cauſam numerum imparem eſſe, infinitatis parē. Accipiunt numeros impares vnitatē conſequentes,eos tum vnitate ſeorſum componunt. 1. 3. 5. 7. 9. Vnum & tria conficiunt quatuor,quatuor & quinque conſtituunt nouem, ſeptem & nouē efficiunt ſexdecim, ſexdecim & nouem quinque & viginti conſtituunt: ita fit vt huiuſmodi oēs numeri qui ita colliguntur,quadrangulares reperiantur. Ea propter geometrarum exēplo Gnomonas arithmetici numeros ipares vocāt, quippe qui collectis numeris per ordinem ſi adiiciantur,ſemp ſpēm quadrati retineant quemadmodum ij qui conſtituuntur ex lineis. Planè gnomonas eſſe in Geometria ignorare non oportet,alioquin & hæc ea ſpe cōſcribimus,vt nō ſit futurus nobis cum oīno imperitis ſermo. Ita impares numeri vnitatem formæ & naturæ conſeruant. Pares ſi addantur vnitati, nouam continue ſpēm excitabunt,differentiæq; in infinitum abibunt. Triangularis,ſeptāgularis,decangularis,& reliquæ poſtremo formæ quæ ex hmōi congeſtu collectioneq; naſceren-
27 tur. Hūc in modum numerus par ſolus à Pythagoricis iudicatus eſt infinitus, At Plato duo conſtituit infinita, magnum atq; paruum, vtrunq;.n.ex corporum ſectione,hoc diuidendo:illud adiiciēdo creſcendoq; in infini-
28 tum,habeat eſt neceſſe. Ex phyſicis aūt nōnulli opinati ſunt naturę alteri infinitū hæſiſſe,aut igni,aut aeri, aut alicui inter hæc medio: quāuiſq; varia de principiis inter ſe ſentirent,in vnam tñ oēs ſententiam confluxerunt,[c] infinitum eſſe ſua magnitudine principium & cām rerum oīum oportere.Hoc alij vnum alij plura,& numero infinita poſuerunt, vt Democritus & Anaxa. quorum alter in ſimilaribus partibus,alter in figuris cōſtituit infinitatem,ita tñ vt initium capiat Demo.ab eo quod eſt numero infinitum, deinde terminari rem putet in id,quod ſit magnitudine infinitum. Ex mutua ſiquidem infinitorum collocatione atq; cōcurſo quædā
29 infinita magnitudo conflatur.Planè ij qui plura principia & numero finita dixerunt, nullum locum infinito inter principia reliquiſſe cernūtur.Qūo.n.tria vel quatuor,vnū vel duo, vel quodlibet infinita eſſe ſimul poſſunt? Sed neq; poſt principia illud vidēter collocare potuiſſe.Nam quicquid ex iis componitur,quæ & numero & magnitudine ſunt finita,ipſum quoq; finitū eē ne-
30 ceſſe eſt. Atq; hæc ex eorum dictis ſequunť.Cęterū ſumma rō eſt,eos qui eſſe infinitum in rerum natura arbitrabantur,principium id facere voluiſſe. Si.n.fuiſſet in rerum nā infinitū quo noīe cenſeri alio q̄ principij potuiſſet? vtpote quod à nullo principio deriuari & gñari potuerit. Nam à quo cedo? Dices à forma? forma infinita nō eſt. Dices à materia? at nihil eſt maius materia, ex qua fit. Dices fruſtra quidem eſſe infinitum in rebus, ſed eſſe tñ? At ſi tanta res fruſtra ſit,quid pōt in natura eſſe non fruſtra? Merito quoq; in procreabile incorruptibileq; iudicatur: nam ſi aliquando factum aut productum fuiſſet magnitudinis ſuæ aliquod principium neceſſario habuiſſet, quū minime videatur potuiſſe ex abrupto cunctim cōcretimq; coaleſcere atq; coire:deinde ita coactū collectumq; momento derepenteq; cōparuiſſe:quemadmodum.ſunt nōnulla,quę ita(quod & primo lib.diximus) alterantur.Contra ſi corrumpereť, haberet aliqñ eius magnitudinis exitum quēdam ac terminum,in quem eſſet illa corruptio deſitura. Quamobrem recte illi quidem(vt dixi)infinitum, & principium eſſe,& ſempiternum principiū fecerint. Ille quoq; noīum ambitus,ꝙ gubernās,ꝙ intēperans,ꝙ continēs oīa, ꝙ extra intraq; cuncta complectens, non tam ſpecioſus q̄ verus fuerit naturam eius poteſtatemq; æſtimātibus. Nam Anaximandro vnum id eſſe ac ſolum numē viſum,quem & ſecuti ſunt ij, qui neq; mentē,neq; concordiam, neq; cauſam vllam efficientem gñandis rebus adhibuerūt.De infinito igitur eſſe phyſico agendū, ſatis demonſtratum cenſeo.

[a] *συνισταμένην ἐν τῷ ἀπείρῳ dicit ipſe, hoc eſt ut uerbum uerbo reddatur, quæ in ipſo infinito ſubſtantiatur, uel cuius ſubſtantia in ipſo infinito eſt conſtituta.* [b] *In hac parte Simpl. diſſentit à Them. cæteriſq; expoſitoribus: neq;.n. hac de cauſa putat ipſe Pythago. in numero pari infinitatem collocaſſe, qa is in partes æquales ſecari poſsit. Nam non tius ſectionis in partes æquales quæ in numeris fieri poteſt, ſed potius quæ in magnitudinibus cauſa eſt infinitum: numeri enim uel etiam pares, aut non plurimum in æqualia diuiduntur, aut ſi diuidantur ad unitatem uſque deuenientes diuiſionem ſiſtunt tandem. In magnitudinibus etiam non ſolum in partes æquales extrahitur ſectio in infinitum, uerum etiam nihil uetat quin in partes inæquales ſectio in infinitum poſsit fieri. Ariſto. præterea non uidetur ſectionem inæqualium uti cauſam infiniti aſsignare. ait igitur ipſe. Quia par in unaquaque ſectione diuiſionis cuiuſcunque eſt cauſa: nam ſectio quælibet, ſi una tantum fuerit in duo diuidit id quod diuidit, ſiue æqualia, ſiue inæqualia fuerint: è ſectione autem quæ fit ſemper in duo enaſcitur infinitū: at duitas paris principium eſt, propterea igitur parem infinitum eſſe dixerunt, eodem etiam modo parem ipſius additionis cauſa: nam unum uni ſemper adducitur.*

[c] *Hoc modo græca Themiſtij uerba hoc in loco ſe habēt: τῷ μεγέθει γὰρ πάντες τὸ πᾶν ἄπειρον ποιοῦσιν, οἱ μὲν μίαν τὴν ἀρχὴν ὑποτιθέμενοι καὶ ταύτην ἄπειρον, καὶ πάνυ σαφῶς. οἱ δὲ πλείους μὲν, οὐ πεπερασμένας δὲ τῷ ἀριθμῷ, ἀλλ' ἀπείρους, καθάπερ Ἀναξαγόρας τε καὶ Δημόκριτος, ὁ μὲν κατὰ τὰς ὁμοιομερείας, ὁ δὲ κατὰ τὰ σχήματα, &c. hoc eſt: omnes enim magnitudine infinitum omne faciunt: alij enim qui unum tantum principium ponunt, hoc etiā & admodum manifeſte infinitum faciunt: alij uero plura quidem, ſed ea numero non finita ſed infinita, ut Anaxagoras & Democritus, quorum alter in ſimilaribus partibus, alter in figuris conſtituit infinitatem.*

Deinceps

31 DEinceps quęritur ſit ne infinitum in rebus,& vn
de nam coniectatio aliqua ad eam rẽ poſsit in-
duci.Quinque habentur loci,è quibus ſumi ali-
quod põt de natura infiniti:primus ex tp̃e ducitur, eo
ꝙ imenſum,incomprehenſibile,& innumerabile videaẽ
eſſe.Secundus ex diuiſione continui,eã & arithmeticis
eius rei vſus opusq́; eſt, ſumuntq́; id pronuntiari adeo
cuiuſdam ac principij loco. Tertius ex perpetuitate ge
nerationis, quæ proculdubio conſtare non poſſet,niſi
ex infinita aliqua mole , tanquam perenni quodam è
fonte manaret, ſuppeditareturq́; obiter quicquid inde
ad ortus rerũ abraditur,atq; deſecatur. Quartus ex ipſo
corporum nexu ac ſerie, quæ nullis ita marginibus cõ-
prehenſa circunſcriptaq́; videbantur,quin aliud ſubin-
de corpus in termino ſemper occurreret:quo cauillo &
poſteros quoq; nõnullos perſpicio abuſos. Quũ.n.in-
quiunt,id quod terminatũ & clauſum oporteat, quic-
quid quãlubet ſæpius extrahas,videbitur alio deinceps
poſſe conferri atq; traduci. Quintus ex ipſa vi intelligẽ
32 di,& viſa concipiendi imaginãdiq́; capitur . Atq; hoc*
cæteris quoq; illis,quæ modo attulimus, videbatur fidẽ
quadam & confirmationem adiungere,quaſi extremũ
& finis conſtitui vllus & apprehendi non poſſe , ſed re
quantauis aĩo ſuſcepta atq; conficta,maiorem alteram
afformare ſemper,atq; imaginare liceret. Atq; illo mo-
do & numerum oportere intelligi infinitum & corpo-
rum ſectionem, & id quod extra cœlum ſit ſpacij liberã
& inoffenſiſsimam eſſe vim mentis,nec inuenire repa-
gulum , meta concludi aut coerceri non poſſe. Ita cœlo
egreſsis continuo vaſtum quoddã inane , aut imenſum
aliquod corpus cogitatio affingit:alioquin ſimul con-
ſtituitur imenſum & infinitum inane,corpus quoq; cõ
ſtitui imenſum & infinitum oportet.Si.n.ea natura va
cui eſt vt poſsit corpus recipere , ſimul infinitum poniẽ
vacuum, neceſſario corpus item infinitum recipi pote
rit,quod ſi poterit recipi,ſtatim recipietur . Quãquam
enim in rebus corruptibilibus ſi quid põt recipere,põt
& non recipere, (quia in iis neceſſe non eſt , vt ptãtem
è veſtigio conſequatur actus,quum vel plerunq; res pe
reat , antequam ſuſcipiat ea quæ põt) in iis tñ quorum
ſubſtantia tp̃e circunſcripta non eſt, ſed perpetuo ſine
temporali definitione conſtat,neceſſarium eſt vt id fiat
ſtatim quod poteſt, & quod nondum factum eſt, nec
fieri quidem amplius poſsit.Quamobrem in rebus ſem
piternis & in defectis accidẽtiam cõtingentiamúe inue
nias,quippe quæ in certum ſemper ac præfinitum euen
tum propendãt : non vt caduca ſubciſiuaq́; parem ha-
beant in alterutrum libram, aut momẽtum, ſed neceſ-
ſario faciant ea quæ faciunt, imo vero potius fecerint .
Neq; refert in illis poſſe dicas an eſſe . Non.n.fieri põt
vt ſempiternas alias alia conſpiciantur. Quare ſi infini-
tum fuerit inane,corpus quoq; infinitum aliquid dabiẽ.
Nimirum eodem modo infinitos eſſe fatebuntur mun
dos in vacuo : nam ſi hic,cur nõ & alibi eſſe concedaẽ?
33 Planè ſpiſſum & difficile captu eſt infinitum. Ac parte
quidem alia eos qui id non aſciſcãt, pleraq; ſubabſurda
ſuſcipere eſt neceſſe.Primum mathe.diſciplinę tollũtur,
deinde tollitur auctio numerorum & temporis: quorũ
vtrunq; qui non agnoſcunt, videntur neq; veſtibulum
quidem ipſum philoſophiæ naturalis ingreſsi , caſuro
proculdubio(ſi ita fuerit) mundo.Nã permanente qui-
dem & conſiſtente cœlo,non põt iniici repagulum tp̃i,
quin creſcat duretq́; in infinitum. Quum igiẽ qui hæc
adimunt de rerum natura,difficiliora quędã videantur
afferre,vt proceſſu q̃onis clarius oſtendeẽ.Sũma rõ hoc
ipſum quęrere perſcrutariq́; velle,ſit ne vſpiã infinitũ,&
quo nam mõ,ſi ſit,& an vt ſubſtãtia,an vt hærẽs alteri,
accñsq́; naturæ . Potiſsimũ vero ad inſtitutum phyſici
pertinet rimari , ſit ne infinita magnitudo,ſed ſenſilis.

**Hoc.n. argumento innixi Epicurei crediderunt uniuer-*
ſum eſſe infinitum,ut tradidit. Simpl.Pythagorieus Archy-
tas,ut Eudemus retulit, extra cœlum eſſe corpus infinitum
probabat hoc argumento:interrogabat enim ſi quis in extre
mo cœlo , eſſet poſſet nec ne manum extendere baculumue,ſi
poſſet , erit igitur uel corpus uel locus ibi : ſi locus , & cor
pus , quia locus poteſt corpus recipere : & in æternis poſſe
& eſſe eandem habent rationem. Hoc deinde conceſſo infini-
tum illud eſſe contendebat , quia quocunque fine dato idem
ipſe interrogabat . Non poſſe autem manum ponere,abſurdũ
uidetur:quid enim hoc prohibeat ?

INfinium aũt accõmodatiſsimum rei explicandæ ſu- 34
metur,ſi quot modis id quo de agitur,veteribus di-
ctum ſit,indicabitur prius cõmonſtrabiturq́;.Dici-
tur itaq; iſinitum,primo id quod quum ſit de gñe quã-
titatis,percurri tranſiriq́; nã ipſa non põt:quemadmo-
dum & vocem ſolemus inuiſilem vocare,ꝙ minime vi-
deri oculis queat inepta ad id officij,& repugnante nã.
Ad id exempli & punctus,& q̃litas infinita dicuntur,ꝙ
in quantitatis gñe conſtituta non ſunt.Dr̃ alio mõ Infi
nitum,id qđ caret extremo,qđ aſſequi & quo ꝑuenire
quis poſsit : atq; in hunc maxime ſignificatum conſue
uimus accipere nomen infiniti.Eſt & id tertio Infinitũ,
quod ęgre & cum labore peragitur,vt quum iter lon-
giuſculum dicimus eſſe infinitum.Quarto & illud recte
vocaueris Infinitum,qđ tametſi natura ſua confici per-
curriq́; põt , quodq́; magnitudinis finem & terminum
aliquem obtinet,nobis tñ & inacceſſum & inuium eſt,
vt Labyrintus, aut pelagi altitudo . Quinto dr̃ Infinitũ
tum id quod perpetuam adiectionẽ capit,vt numerus,
tum id quod infinitam abraſionem deſectionemq́; pa-
titur,vt continuũ & magnitudo:quæ & vtranq; rõnem
infinitudinis recipit . Nam ſecta diductaq́; re in partes
duas, alteri parti ſemper põt adiici , ab altera ſemp põt
abradi.His ita expoſitis,perſpiciemus vtrum eſſe poſsit 35
Infinitum per ſe à ſenſilibus rebus abiunctũ,quale Py-
thagorici conſtituerunt.Et ſane neceſſe eſt eos, qui ita
ſentiunt,inſectile illud indiuiduumq́; concedere . Si.n.
diuidere voluerint,aut in magnitudinem aut in multitu
dinem diuident:& ita infinitum erat quantitas,aut nu-
merus, nõ ſeparatim vlla ſuba:ita fit vt ſi tueri ſuã ſub-
ſtãtiam volunt, maxime neceſſum ſit impartile illud &
indiuiſile ſtatuãt.Quòd ſi dederint,ſtatim deſinat infi-
nitum eſſe extra q̃ niſi vt pũctus & vox , quorũ alter qa
ex nã non habet , vt ſi vllius magnitudinis capax , põt
hoc reſponſo infinitus dici altera , ꝙ ſub ſenſum ocu-
lorum venire idonea non eſt,per abuſionem inuiſilis &
decolor dicitur.De hoc aũt genere infiniti, neq; illi ſunt
locuti,neq; nos in præſentia quęrimus:ſed de illo quod
neq; percurri põt , neq; terminũ habet quo poſsit per-
ueniri.Quòd ſi alteri naturæ innecti adhærereue infini 36
tum dixerint rõne & veritate conuicti, nõ erit amplius
infinitum illud in numero principiorum habendũ col-
locandumq́;,ſed ea natura potius, cui hærere illud con
ceſſum fuerit:quemadmodum neq; inuiſile poteſt dici
orationis ſermoniſq́; elementum,ſed ipſa literarum vis
& poteſtas , cui accidit & hæſit inuiſile . At illi infinito
ſunt vſi, perinde ac principio quodam & elẽto rerum.

Plane quum numerus & magnitudo à ſubſtãtia eximi
& ſeiungi non poſsint, nonne ſumma ſit amẽtia, infini-
tũ (quod ſi vlli accidit, numero & magnitudini accidit)
37 ſeiunctum à ſubſtantia & ſeparatum, putare. Verum &
illud quoq; nullo modo dici poteſt, infinitum eſſe per
ſe actum, aut ſubam, aut principium quoddam, ſimpli-
cemq; naturam oĩ carẽtem ſubiecto, qualem eſſe aĩam
dicimus, aut intellectum mẽte múe, ita vt ratione idem
ſit infinitum & eſſe infinite. Eſt.n. ea natura rerũ appri-
me ſimplicium, vt neq; rõne quidem diſtrahi aut ſecari
poſsint in plura: at non eſt ita in compoſitis & cõcretis.
Non.n. eſt idem album, & eſſe albo, ſed album eſt cor
pus affectum albedinẽ: albo vero eſſe, eſt colorem eſſe,
qui obtutum diſtrahet. Si itaq; quod paulo ante dicebã
infinitum eſſet ſimplex quædam natura citra oẽm cõ-
poſitionem mixtionemq;, ſed ipſum et ſeorſum per ſe,
abſoluteq; infinitum ſingulæ quoque illius partes infi-
nitæ neceſſario haberentur. Quæratur.n. partes infini
tæ ſubſtantiæ: aut eandem ſuſcipiunt definitionem, aut
diuerſam? ſi eandem, ergo partibus etiam competet, id
quod competit vniuerſo, infinitas igitur & imẽſas eſſe
cõuenit: ſi diuerſam ex diſsimilibus igitur partibus fi-
nitum conſtabit, ita neq; ſimplex erit neq; principium.
38 Cæterum ſi quis numerũ ſtatuerit aliquem infinitum,
aut magnitudinem aliquam infinitam, non propterea
partes quoq; effecerit infinitas, quippe qui ſubiiceret
naturam alteram, in qua reciperetur infinitas. Neque
vetaret rõ vlla, quin numeri pars eſſet numerus, & tñ
non eſſet numerus infinitus, quia non eædẽ infinitatis
definitiones haberentur & numeri. Eſt.n. numerus col
lecta ex vnitatibus multitudo, Infinitum vero eſt ĩper-
curſilis & imperactilis quãtitas. Qui vero infinitum eo
modo ſubſtantiã putat, perinde hac in definitione eius
per ſe comprehenſam & poſitam, qui fieri poteſt, vt nõ
videat ſingulas quoq; partes eius oportere eſſe infini-
tas? Nam quemadmodum aquæ pars oĩs eſt aqua, quia
totum & partes eãdem definitionem habent: ita & par
tes infiniti erũt neceſſario infinitæ, quia (vt dictum eſt)
eandem eſſe totius ſubſtantiæ & partium definitionem
oportet. Conſtabit igitur infinitum ex pluribus infini-
tis, ſi plures eſſe in eo particulæ concedantur. Quòd ſi
noſtris rõnibus victi, infinitum, ſed indiuiſile fecerint,
eodem (vt aiunt) in luto nihilo ſecius reuoluentur. Ita
enim cogentur fateri, id nihil aliud eſſe q̃ pũctum. Pror
ſus nituntur Pythagorici ſubſtantiam quãdam eſſe de-
mſare infinitum, ſed in tutanda ea ſententia ſibi nõ cõ
ſtant. Manus dant ſtatim, & mouentur loco, fatenturq;
accidere oportere infinitum, alteri hærere naturæ. Nu-
merum ſiquidem parem aſſerunt infinitum eſſe, atque
ita numero infinitatẽ attribuũt, & in partes ſecant: quo
39 fit vt infinitum ſubſtantia non ſit, ſed multitudo. Verũ
quærere, an tale ſit vſpiam infinitum, nihil aliud eſt quã
quærere, an poſsit tãta moles animo cõcipi. Id.n. quod
ſine ſubiecto conſiſtit, ſolius animi actioni ſubiicitur.
In totum, indago hæc infiniti, ſiue vt id à mathematicis
agnitum eſt, ſiue vt inter ideas eſt poſitum, certe in-
ſtitutionis noſtræ qualitatem excedit: an ſit autem cor-
pus ſenſile magnitudine infinita vllum, nr̃a eſt functio
prodere. Id autem tum cõibus, tum phyſicis argumen
40 tis inquiritur. Communia ſunt hæc: Omne corpus ſu-
perficie clauditur, (eſt.n. hæc definitio corporis) Infini
tum nulla ſuperficie clauditur. Corpus igitur infinitum
eſt nullum, neq; intellectile, quo genere apud mathema
41 ticos habẽtur: neq; ſenſile, quo naturalia. Oĩs numerus
ſiue in ipſis vnitatibus fuerit, ſiue in ipſis reb', hoĩbus,
equis, aſinis conſtitutus, numerabilis eſt: omne nume
rabile poteſt percurri, infinitum non poteſt: nullus igi-
tur numerus infinitus. Sed quemadmodum polliciti ſu 42
mus, deinceps & phyſicas rõnes afferamus. Neceſſe eſt
ſi fuerit infinitum, aut concretum, aut ſimplex id eſſe,
ſed.n. neque concretum eſſe, neque ſimplex poteſt: nõ
eſt igitur infinitum. Ac concretum quidem non poteſt
eſſe, ideo ꝙ elementa definita & comprehenſa ſunt nu
mero. Nam aut ex omnibus cõſtabit, aut ex quibuſdã,
aut quod reliquum eſt, ex vno quod ſit infinitum. At
ex vno nequit. Quamobrem inquies? Quia oẽ corpus
naturale, ingenitam atq; inſitam quãdam vim habet in
ſe, aut.n. caliditatem aut frigiditatem, aut humiditatem,
aut ſiccitatem. Rerum autem finitarum finitæ ſunt vi-
res, infinitarum vero contra infinitæ. Omnis vero infi
nita vis fortior & valentior eſt q̃ finita. Quinetiã ſicut
oẽ quod robuſtum eſt, abſorbet & deſtruit debiliora
& imbecilliora quæ ſunt, ita infinita vis vim finitam
extinguit. Quare ſi intra res compoſitas elementum ali
quod infinitum in eſſet, abolerenť cætera corrũperen-
turq; quibus conſumptis atq; ſublatis ingenitum infini
ti non eſſet concretum aut cõpoſitum amplius, ſed ſyn
cerum, intemperatum, ac ſimplex. Atq; hoc quoq; quã
ſit impoſſe, poſterius demonſtrabitur. Nunc id quod
obiici poſſet huic rõne videtur eſſe antea amoliendum.
Quamuis.n. (dicet quiſpiam) corpus infinitum mole
immenſa ſit, erit tñ minore potentia quam finitum. Nã
& ſi magnitudo aeris ſuperare magnitudinem ignis di-
catur, vis tñ corporis minoris pollentior atque amplior
ſit quam maioris, ſed ſoluitur: Hæc.n. tunc recte dicun
tur, veraq; ſunt, quum vtrunq; corpus finem habet &
terminum aliquem, ideſt, quum vtrunque finitum eſt:
quum vero caret alterum fine, alterum non caret, men
tita rõ eſt. Qua de cauſa? qm̃ licet aer ille qui maior eſt
igni, imbecillior ſit igne, ſi tamen per adiectionem ma
gnitudinis quamlubet auctus amplificatusq; fuerit, erit
aliquando poteſtate & libra pari cum igne, eoq; pote-
rit maiorem etiamnum aſſequi, ſi augeatur identidem:
ſed & infinito maiorẽ, ſi infinita materia adſit, de qua
fieri poſsit adiectio. Quid igitur iuuat, ſextãtem (verbi
gratia) ignis valẽtiorem eſſe quam aeris tantundem, ſi
repenſari poteſt infirmitas numero? Sit.n. quincuplo,
ſit decuplo valẽtia ignis maior (neceſſe eſt.n. finitis vti-
que illis corporibus ſuperantię numerus aliquis con-
ſtituatur) ſed ſi magnitudinem aeris centies aut millies
auxero, nonne poteſtati ignis poteſtatem aeris parem
effecero? maiorem ſi decies millies auxero, & longe ma
iorem: ſi cẽties millies. Si ergo infinitus cõceditur nõne
ſupra oẽm menſuram proportionis eſſe conceditur? ita
vt finitum ignem vis aeris infiniti, quemadmodum di
ximus, obruat. Oportet.n. æquatas eſſe contrariarũ re-
rum poteſtates ac vires, ſi ſeruari compoſita volumus.
Ex iis patet ex infinito vno finitis cæteris, nõ poſſe dici 4
compoſitum infinitum. Ex pluribus quoq; coalitũ aut
compoſitum eſſe minus poteſt. Nam qui cæteris ſingu
la locum relinquant, ſi omnem locum amplectuntur,
& occupant ſingula? Atq; ego rõnem paulo ante obli-
tus ſum afferre, tunc quum de vno agebatur. Si.n. infini
tum vnum in cõpoſitionem vllius acceſſerit, vbi nam
elementa reliqua collocabis. Quàm igitur nequeat cor
pus compoſitum vllum infinitum haberi, ex iis (vt arbi
tror) plane oſtẽſum eſt. Quã vero neq; ſimplex quoq;, 44
hunc in modum ediſces. Si ſimplex eſſe aliquod infi-
nitum,

nitum, illud aut elementum eſſe, vt ignis, aqua: aut natu
ra altera, qualem Anaximander ambigentem igni &
aquæ, atq; ancipitem afferebat. At is quidem me hercu
le optima rōne videtur indicauiſſe, nullū ex elementis
infinitum eſſe debere, ne reliquis rebus præ magnitu-
dine virium ſuarum obliterationem & abolitionem iri
ſerret. Sunt.n. mutuæ in elementis diſsidentiæ: aer [b] hu
mecta eſt natura, humor gelida, ignis ſeruida. Si ergo
vnum ex illis infinitū poſuiſſet, videbat reliqua ſtatim
delitum & abſumptum iri. Eſt.n. natura compertum,
vt imbecilliora paucioraq; ab opulentioribus & valen
tioribus obterātur. Eoq; nām alterā ſtatuit īfinitam, vn-
45 de & elementa & reliqua deriuaret atq; deduceret. Ve
rum quū duplex ſit in ea re quæſtio, prior ſit ne vſpiam
talis natura aliqua præter elementa: altera ſi ſit, an eſſe
videatur infinita vtemur cōi ratione, qua neq; elemen
tum vllum, neq; præter elementa quicquam eſſe demō
ſtrabitur infinitum. Primum docebitur nullam poſſe
eſſe naturam, præter ea quæ nuncupantur elementa.
In id.n. diſſoluuntur res ex quo ſunt factæ, nam orta de
terra reuertuntur in terram, genita de cęlo redeunt rur
ſus in cœlum, quemadmodum in tragędia canitur. Cur
igitur nō videmus res in tale aliquod vllas diſſolui, qđ
46 neq; ignis, neq; aer, neq; aqua, neq; terra ſit? Porro vnū
ſubiicere elementum aliquod è quatuor illis, aut diuer
ſum à quatuor, ſiue finitum id ſiue infinitum cōſtituat,
hoīs eſt parum ſcij ne an delirantis dicatur? [c] quem-
admodum viſum Heraclito eſt, qui principium vnum
atq; elementum vnum ignem aſſeruit, reliqua ob igne
originem ſumere: Inde nos ille perinde ac perterritu-
rus incōminatus eſt deflagraturum quandoq; orbem,
vt huc.ſ. oia redeant, vnde profecta deriuataq; fuerint.
Verum Heraclitus eadem rōne qua Anaximander, fun
damenta generationis ſubſtuliſſe deprehenditur. Quū
enim inter media illa Anaximandri natura non ſit par-
ticeps diſsidentiæ alicuius cum quatuor elemētis, pro-
fecto neq; ipſa in vllū illorum, neq; in ipſam illa conuer
ti mutariq; poterunt. Ita de ea neq; quatuor illa corpo
ra, neq; aliud quippiam proficiſcetur, quod quidē huic
47 illius placito repugnatiſsimum eſt. Qū (ſi diis placet)
opus eſt inde rerum ſemina & elementa decedere, cur
igitur introducta eſt, quum ſit generandis rebus pror-
ſus inutilis? Heracliti vero ignis ſeu quodlibet elmtum
aliud actu corporeum, ſi rebus ſubiiciatur, habebit qui-
dem procul bio aliquam intra ſe diſsidentiā, vnde poſ-
ſit in contrariam quoq; naturā abire, ſed nihilo leuius
tñ q̃ Anaximander errauit. Nam aut diſsidentiam illam
in abitione & conuerſione ſeruabit: hoc eſt, ſi ignē eſſe
ſtatueris, aut caliditatem ſecum in naturam contrariā
ferret, in quam verteretur, quod fieri nō pōt: aut cor-
rupta caliditate frigiditatem aſſumet, quo facto ſtatim
deſinet ignis eſſe: at ſi fuiſſet principium elemētumq;,
remanſiſſet, nec fuiſſet corruptum. Præterea quæ nam
rō obſtat, quum aerem quoq; dicamus eſſe huiuſmodi
elemētum? quum ſimili modo poſsit aer in ignem con
uerti? Sed dixerit quiſpiam, nos qui materiam carere
contrariis affirmamus, eaſdem anguſtias incurſuros, in
quas videtur Anaximander incidere. At nōne plurimū
differunt illæ aſſertiones, quarum altera elementū ipſum
atq; principium conuerti & permutari concedit: altera
non ipſam mutari materiam, ſed in ea recipi mutationes
rerum oīum defendit? Nam mutari aliquid quod con-
trario vacet natura finit. Cōtrariarū rerum mutationes
in materia contrarias recipi quod prohibet? Nos itaq;
qui ſentimus rebus genitis vnam ſubeſſe materiam, prin
cipium incorruptum & īmortale ſeruamus. Ij vero qui
vnum ſubiiciunt elementum, nulla rōne poſſunt illud
ab interitu & corruptione defendere. Atq; hęc velut ex-
tra materiam dicta ſunt hactenus. Redeundum núc eſt
ad id, vnde obambulauit oratio. Intentio erat nullum 48
corpus eſſe poſſe infinitum. Id ita neceſſariis rebus ad-
dicitur oībus rebus præcauendum eſt loco. Inſtitutum
enim à natura eſt, vt oē corpus ſenſile, qđ ſit tum ortus
tum interitus particeps (de [d] motu.n. in præſentia quæ-
ritur) aliquo in loco ſit: proinde ſuus eſt ſingulis addi-
tus locus à natura, idemq; tum toti, tum partibus iun-
ctus aſsignatusq; eſt. exempli gratia. Toti terræ idem &
glebæ. Toti igni idem & ſcintillæ. Nō ꝙ eadē ex æqua-
taq; moles ſit vtrunq; cōplectens, ſed ꝙ quemadmodū
ipſi toti ſupnus aut infernus peculiaris eſt locus, ſit itē
peculiaris & partibus. Hęc quum ita ſint, ſi corpus vllū
infinitum habetur, aut ex partibus conſimilibus conſta
bit, & generis ſocietate coniunctis: aut ex diſparibus,
hoc eſt, mēbris genere & natura diſtātibus: hęc.n. ſunt,
quæ tum Homogenium, tum Heterogenium vocant.
Si Homogenium & locus quoq; cenſebitur eodem iu-
re totius & partium, quod maxime ſequēs eſt æque in-
finitus totius & partium. At pars erit ne īmobilis an cō
tra? non mobilis. cur.n. ſurſum potius, q̃ deorſum fera-
tur? Concedatur etenim illis ſummum & imum aliquid
ſtatui poſſe in infinito: eſt.n. locus omnis infinito pecu
liaris & debitus, ſed nullus peculiariſsimus. Mouebitꝰ
ne itaque pars ad loco ſimul oīa, & ſimul occupauerit
omnia, an vndique per vim agitata & conuulſa vaga-
bitur? Sed & quo pacto ſiſtetur quieſcetúe ſemel im-
pulſa? Nec.n. tum demum videtur poſſe quieſcere, quū
proprium locum attigerit: nam & is quem reliquit, ſue
rat proprius. Moueri itaq; partes infiniti non poſſunt.
Nam infinitum eſſe quicquam & moueri, vel Meliſſus
ipſe deſperauit poſſe, quamuis non recte illud, ꝙ omnis
motus infinito eripiebat, quum tamē alterari id potuiſ
ſe videretur. Dices moueri infinitū vniuerſum eo mo-
do, quo globus, qui eodem in loco manens, per partes
obit quod orbe vniuerſo non poteſt. Sed ſi hoc eſſet
verum, ſequeretur id primum, vt quia totū Homoge-
neum ſit, partes quoque ſingulę circulo non moueren
tur. At hoc non cernitur, cum cōtra potius, tum aqua,
tum terra è regione differri, atq; recta nō circulo videāt
tur. Pręterea ſi circumuoluatur, eſſe finitum oportebit
vtpote quod figuram nanciſceretur & formā. Erit itaq;
cum pars, tum totum īmobile. Ego vero non hoc dico,
quia quieſcere infinitum non minus impoſſe arbitror, q̃
moueri. Quemadmodum.n. ad vnum moueri locum
nequit, quia ſinguli æque proprij accommodatiq; ſunt:
Ita neq; in vno poteſt loco cōſiſtere, quia nullus eſt ma
xime peculiaris ꝓprius, Sed concedamus quieſcere to-
tum infinitum & partes: erit igitur cōmentitia quædā
res motus, non perſpicua, nō oībus nota: poſtremo quę
nullam expoſitionem aut commentationem expoſtu-
let, niſi forte ad res īmobiles cognoſcendas definitione
motus aliqua opus eſſe putauerint. Porro ſi infinitum 94
quod eſt, Heterogeneum ſit, ideſt, ex partibus ſpecie
& natura diſsimili corporum: erit igitur tum compoſi
tum & concretum ex pluribus, tum attactu congeſtuq;
& commixtione partiū ſola vnum, quo euenit, vt nul
lus naturalis locus poſsit infinito tribui, ſed ſingulis ge
neribus ſinguli tribuendi, ex quibus illud conſtet, tan
quam ex partibus totum: ita motus non in toto pote-

rit,ſed in illis partibus conſpici.Sed attẽde obſecro,quę
ſequantur.Partes illæ,quę diuortio generis diſcrepant,
aut finitæ numero aliquo, aut infinitæ ſtatuentur.Si fi-
nitę,aut imẽſam & infinitam vnam pluresúe dabis aut
finitas oẽs , vt numero ita & modo : quorum vtrunq;
abſurdiſsimum eſt, hoc quia ex partibus finitis infinita
moles oriri nõ poteſt,illud ꝙ pars ea quæ immenſa in-
finitaq́; ponitur , depopulabitur & obruet cæteras. Ita
fiet, vt eaſdem rõnes, quas ſupra attulimus , repetere
iterum & afferre poſsimus . Propterea elementum nul
lum,vt ignis,vt terra,poteſt eſſe in miſtione aliqua infi
nitum. Eſt.n.definitus iis locus,neque ſunt oẽs idonei
accõmodatiue,ſed ſupernus igni, infernu, terrę tribui-
tur.Quapropter nullus eorum qui phyſicæ ſunt locuti,
ignem aut terrã arbitratus eſt eſſe infinita,ſed aut aquã;
aut aerem potius,q̃m loci ignis & terræ manifeſtiſsime
noſcebantur, horum erant latentiores,& qui vtriq; na-
turæ tanquam ambigerent .. Dices partes infiniti eius,
quod Heterogeneum ſit eſſe numero infinitas.Loci er
go illarum erunt, habebunturq́; infiniti:quod ſine vlla
controuerſia protinus reſpuẽdum eſt . Sunt.n.& loci &
locorum differentiæ finitæ.Nam ſupernum,infernum,
deſtrum,ſiniſtrum, anterius, poſterius,quæ diſcrimina
loci ſunt,ſeriò continentur.Finita igitur numero erunt
& elementa,quum nullus locus poſsit pluribus elemen
tis competere. Non.n.differunt ſpecie ea , quibus vnus
idemq́; locus naturalis ac proprius ſit:aut cum Demo-
crito ſentiendum affirmandumq́; eſt, fieri poſſe,vt mo
tus oĩs ſit ſpecie ſimilis, vt ſimilia ſint elementa,vt inſe
ctilibus indiuiduisq́; corporibus idem ſit, qui & vniuer
ſo locus . Atq; hæc atomis ipſa ſuſtinet: quæ ſi per for-
mam finita ſunt & magnitudine numero quo pacto id
quod ex iis cõſtabit,poterit eſſe infinitum. Quam vero
ex eo ꝙ finita ſunt loca,corpora quoq; finita eſſe opor
teat,quis eſt qui nõ aĩaduertat ? nam corpora coæquã-
tur,& conſentanea locis ſunt.Non.n.locus vllus eſt ma
ior corpore,quod continetur in loco. Etſi maior eſt lo
cus, non erit igitur corpus,quod recipitur infinitum.
Neq; corpus contra maius eſt,quam quantus eſt locus.
Si.n.excederet locũ,aut reciperetur in vacuo, aut nuſ-
quam eſſet:quorum alterum paulo poſt demonſtrabi-
mus falſum eſſe , alterũ in ipſo ſtatim limine apparet,
q̃ ſit ridiculum.Nihil.n.abſq; loco aut moueri põt , aut
quieſcere.At vero Anaxagoras ſubabſurdam commen
tus eſt cauſam , cur imẽſum illud & miſcellaneũ Chaos
immobile eſſe voluerit.Dicebat enim quia contineri à
nullo poſſet.quod infinitum eſſet,ſed fulciri atq; inniti
ſeipſo,& tanquã ſua vi liberare ſe atq; ſuſpendere opor
teret , quietem illi atq; immobilitatem accidere,ita vo-
lente & tribuente natura , Cæterum hoc non recte di-
ctum eſt.Nõ.n.eo loci,in quo quæq; res eſt, ſemper na
turalis eſt quies,poteſt inuita,põt vi detineri eo loco,in
quo naturaliter non quieſcat , vt lapis è palo tectoúe
pendens . Fultio aũt illa innixus argumentũ eſt violẽte
quietis potius quam naturalis , vtpote quæ carentiam
atq; egentiam loci ſignificent , in quo motus conſtitui
exerceriq́; poſsit.Plane nunquam docuit Anaxa.vtrum
ſi locus eſſet,quieſcere infinitũ nihilominus oporteret
eo modo , quo ea quæ in naturali loco quieſcunt.Idcir
96 co.n.terram natura ſua imotam dicimus, atq; pigram,
quia ſi adeſſet etiam euolãdi euagãdiq́; locus , nihilo tñ
magis illa moueretur.Ea rõne tellus natura habet, vt in
imo ſedeat ſemper quieſcatq́; . Quamobrem ſi cui infi-
nita dicatur eo modo , quo nunc medio ſpacij poſita,
non ideo quieſcat neceſſe eſt:quia infinita cũ ſit,ſemet-
ipſa fulciat,aut quia ſibi ipſa nitatur,aut in ſeipſam conſi
ſtat : ſed quia habeat à natura, vt grauitata ſua mediam
regionem obtineat, Reddenda igitur aſciſcendaq́; eſt
rõ aliqua naturalis , cur infinitum illud quiete tam in-
exorabili ſempiternaq́; torpeat . Nam ea, quam reddit 97
Anaxa.ab ipſa mole,non ab ipſa re ſumpta eſt.Nã qui-
dem mehercule reſponderit de partibus infiniti,vtrum
illæ quoq; ipſe ſe fulciant? & quod ſequens eſt agant im
mobiles ? Hoc neq; ipſe quidem Anax.diceret. An ve-
ro quia finita ſit partium magnitudo moueri poterunt
partes totum , moueri non poterit ? At ſi hoc fuerit cor
pus infinitum,imobilitatem illã naturaliter nõ habeat.
Si.n.Homogeneum eſt,partes quoq; eodẽ modo quo
totum, eſſe imobiles oportebit . Quapropter vt totum
in toto eſt,ita partes in partibus eſſe neceſſe erit . Et ſi
hoc accidit toti à mole ipſa non à natura,idem partibus
ſingulis ſuis cuiq; molibus accidit non ipſa natura.Qđ
ſi non vi vlla neceſsitateúe,ſed ex natura habet, vt in ſe-
ipſo ſu totum,vtq́; ſibi ipſi ſit locus , cur non idem cõ-
ueniat partibus? Sunt.n.loca ſpecie eadem totius & par
tium , totius ignis & ſcintillæ idem, totius aquæ & cya-
thi idem. Si igitur infiniti locus eſt recipi ĩtra ſeipſum &
conſiſtere,neq; mouetur totum,neq; partes: igitur mo
uebũtur.Is itaq; qui hunc in modum ſentit, motũ ęque
tollit atq; illi faciunt , quos initio retulimus vniuerſum
imobile poſuiſſe.Sed & nullo pacto fieri poteſt, vt cor- 98
pus ſit vllum infinitum.Si.n.omne corpus ſenſile aut
graue eſt aut leue, & ex ſuarum quæque qualitatũ niſu
in propria deferũtur loca,corpus infinitum , neq; graui
põt eſſe, nec leue:nullum vtiq; locum aſsignare infini
to poterimus. Nẽpe aut totum erit graue, atq; ita in lo-
co inferno conſtituetur, ſupernus erit ſuperuacuus,aut
totum erit leue,atq; ita ſupernũ locũ occupabit, infer-
nus ſuperfluet:aut dimidiũ erit graue, & dimidiũ leue,
Sed qua rõne ſortioneúe infinitum dimidiaueris ? De- 99
inde ſi pars ſummo,pars imo loco ponatur,nonne ſta-
tim terminabiť concludeturq́; circunſcriptione illa lo-
corum? nam ſummũ & imum ſunt noĩa terminorum.
Iam ſi in loco ſit infinitum, quum loci differẽtiæ ſint ſu
pernum infernum,anterius poſterius,dextrum ſiniſtrũ,
neceſſarium eſſet,eadem monſtrare infinito diſcrimi-
na . At diſcrimina illa ad res finitas pertinent. Neq; pu-
tandũ eſt differentias ſex locorum,quas modo diximus,
ex habitu & relatione tñ noſtra cõſtitui . Nam, vt infra
docebitur, duplex habetur genus illarum, alteræ creã-
tur & pendent à nobis, alteræ inſtituuntur ab ipſa natu-
ra.Si aũt in loco eſſet aliquo infinitum , operteret diffe-
rentias illas ſpectare in infinito, quæ ab ipſa natura, nõ
quæ à noſtra inſtitutione aut reſpõſione pẽderent . His 100
illud adiicitur.Si infinitus eſſe locus non põt , oẽ autem
corpus in loco eſt, non poſſe corpus eſſe vllum infinitũ.
Enimuero primũ eſt, eſt ergo & cõſequens.Cæterũ eſſe
in loco idem eſt, ac ſi eſſe in aliquo loco dicamus. Nam
ſi in nullo loco res eſſet, neq; in loco oĩno eſſe poſſe vi-
deretur: quemadmodũ neq; eſſe quãtitas poſſet, ſi neq;
pedalis, neq; bipedalis, neq; alterius vllius formę reperi
reť. Si ergo in aliquo loco cõceſſeris infinitum eſſe, erit
nimirũ aut in ſuperno, aut in inferno, aut vtcunq; alibi
collocatum. Qđ nos ſuperius nullo mõ eſſe poſſe ꝓba-
uimus. Ex his liquet nõ poſſe haberi corpus vllum actu
infinitũ. Plane etiam abſurda ſunt illa, quæ ſuſcipienda 101
ſunt iis, qui per oĩa tollũt infinitũ de rebus : quamuisq́;
ſupra de hoc nõ nihil ſit dictum , denuo tñ illa eadem,
ſed

ſedfuſius repetentur: nam & initium tpis & finem atq;
interitum mundi cõſtituunt. Quod qui dicit, nil aliud
dicit, ꝗ tunc fuiſſe tempus, quũ non erat tempus. Quic-
quid.n.fit: in tpe fit, & hæc verba, ſemel, aliqñ, tunc &
reliqua id genus, tẽporis admonẽt, tempus appellãt, de
tpe prædicantur. Conceſſum eſt etiam apud philoſo-
phos motum eſſe perpetuum perennemq́;, neque ſine
vllo aut exordio, ſed prorſus ante retroq; æuiternum:
motum autem comitatu temporis fluere. Atq; hoc pri-
mũ ex opinione illa conſequitur, quæ infinitũ excludit.
Alterum eſt illud incommodum, quod de continui di-
uiſione, quam tollunt, & numeri multiplicatione infini
ta ſuperius induximus. Quòd ſi æquior eſt illa ſentẽtia,
quę neq; eſſe, neq; non eſſe infinitum affirmat, opus eſt
volentibus diſcere ad explicationem noſtram, atq; in-
terpretationem attendere. Palam eſt igitur id quod dr̃
infinitum modo quodam haberi, alio non haberi: actu
non eſſe, eſſe potẽtia. Quam diſtinctionem quia nobis
ſæpiſſime inductam meminimus, non eſt cur explanã
dum hoc loco putemus. Quamobrem ſi ex auctione
numerorum & tpis, ex diuiſione magnitudinis neceſ-
ſario infinitum eſſe colligitur, quum priores rõnes actu
eſſe illud non ſinant, reliquum eſt, vt poteſtate eſſe dica
mus. Ac continui quidem corporis ſectio, ſi in infinitũ
extrahitur, (nam inſectiles lineæ facile confutantur)
erit hoc quidem modo poteſtate aliquid nõ actu infi-
nitum. Qui.n. infinitam actu ſectionem inducit com-
poſitionem ex infinitis actu conſtituit. Nam in quot di
uidi ſecariq́; continuũ poteſt, ex totidem videtur eſſe
compoſitum. Id vero quod ex infinitis conſtat, ſit mo
le & magnitudine infinita, qđ nos paulo ante deſtruxi-
102 mus. Quum vero dicimus eſſe aliquid potẽtia infinitũ,
non ita loquimur, vt ſolemus de ære, qđ potentia ſta-
tuam dicimus, quia futurum ſit aliqñ ſtatua. In ęre.n. &
ſtatua, quum primum aduenit actus poteſtas extingui-
tur, quia id quod eſt permutatum in ſtatuam, nullã am-
plius facultatem gerit, vt fiat denuo ſtatua. Habet.n.
reſpõſum in iis relationemq́; poteſtas ad actum: vnde
efficitur, vt poteſtas illa peruenire ad eum actũ poſſit,
quo reſponſum habebat, referebaturq́;. Non ſic in infi
nito, ſed idẽ eſt poteſtas actusq́; infinito, qua infinitũ
eſt, quia actus & perfectio infiniti qua infinitum eſt in
eo habetur quod eſt plus continue poſſe. Si.n. aliũ actũ
poteſtas illa infiniti deſideraret, perinde ac ſtatum, for
mam, & ſpẽm, nihil aliud videretur, ꝗ finem deſiderare.
Id aũt eſt corruptionem ſuam & interitũ petere, quod
fieri non põt. Oĩs ſiquidem actus cõſeruare ſubm ſuum
debet, & quemadmodũ perfectio rei mobilis in eo qđ
mobilis, ſeruat ptãtem ſm quam res adhuc poſſit mo-
ueri: ita actus & perfectio infiniti in eo eſt, vt alterius
ſemper poſſit. Quod ſi ea ptãs tolleretur, tolleretur etiã
eſſentia infinito. Sicut.n. ea quæ tũc ſolum ſunt, quum
fiunt geruntur q́;, ſi deſinant geri, eſſe etiã deſinunt, vt
ludi, vt dies, vt tempus, vt flãma: ita ea quæ tunc ſolum
ſunt, quũ in poteſtate ſunt, ſi poteſtatem amittant, amit
tunt eſſentiam. Siquis vero eiuſmodi aliquam ptãtem
in ſectionem magnitudinum infinita quęrat, quæ refe-
ratur & inſtituatur ad actum, reperiat illam anteꝗ acce
pta ſit ſectio: tũc.n. quemadmodum æs ptãte ſtatua eſt,
antequam fingatur fundaturúe: ita quæuis magnitudo
anteꝗ diuidatur venire ad actũ diuiſionis eius põt, quę
in infinitum eſt abitura. Cæterum dr̃ia ea, ꝙ quãquam
diuidi in infinitum magnitudines poſſunt, non tñ poſ-
ſunt eſſe actu in infinitum diuiſę. nam alterum impſe: &
à ſeipſo euertitur. Nam ſi diuiſæ non ſunt, neq; igitur in
infinitum. Qui.n. confici diuiſio potuit? Alterũ eſt poſſe 103
in infinitum magnitudines diuidi, quum id quod reſtat
ſecari ſemper, & diuidi in infinitum poſſit. Vniuerſam
itaq; coactamq; perfectionem, abſolutionemq́; infiniti
nemo requirat, eo modo quo domus, lecti, bibentis:
ſed quemadmodum dici ſolet ludos, quum ędũtur actu
adeſſe, & diem, & tempus, ita de infinito dicendum ſen
tiendumq́; eſt. Nam neq; olympica certamina momen
to perſoluunt, neq; dies ſimul totus pręterit, ſed vtrũq;
ſucceſſione partium labitur, ita & infinitam diuiſionẽ
probandum: neq; ſimul extare totam, neque abſolui,
ſumptitariq́; vniuerſam poſſe, ſed partibus, quia ſemper
aliquid obiter reſtat magnitudinis diuidundæ. Plane tẽ
pus & diuiſio infinita videntur eſſe ꝗ ſimillima, tum in
eo ꝙ vtrunq; tunc ſolum eſt, quum fit, tum in eo ꝙ nõ
ſimul totum, ſed ſucceſſione partium exiſtit. Sed & ſi-
milis quoque hactenus in vtroq; infinitas eſt, ꝙ aliud
atq; aliud continue capitur, atq; illud finitum termi-
natumq́; eſt. Differunt in eo, ꝙ pars tẽporis continuo,
vt orta eſt, perit, quia oẽ præteritum ſimulatq; pręteri-
tum eſt aboleſcit euaneſq;. Ea vero pars quæ eſt deſe-
cta diuidendo permanet & ſuperſtes eſt. Cęterum neq; 104
tempus generandis rebus, neq; magnitudo diuidundis
poteſt deficere. Non eſt aũt ignorandum non ſolum in
diuiſione, ſed etiam in adiectione infinitudinem cõſpi
ci. Nam ſi quantum de finita magnitudine demeris, tã-
tundem adieceris alteri quemadmodum exibit in infi-
nitum ademptio, ita exibit in infinitum adiectio, ita vt
ſectioni adiectio, quaſi ex altera parte reſpondeat, vt
quicquid hinc eſt deraſum, illinc collatum atque appo-
ſitum videatur. Nec tñ oĩs ſectio adiectioq́; poteſt eſſe
infinita, nam *ſi ſemper æquales portiones magnitu-
dines deſeces, aliqñ vniuerſam exhauries. Quapropter
ſecandæ ſunt res, vt in infinitum abeant eadem propor
tione nõ eadem magnitudine partium explorata. Si.n.
acceptam quantitatem primum dimidiaueris, atq; ſub-
inde in dimidia alia diſſecueris, id quod reliquũ fuerit,
eandem proportionem non magnitudinem ſeruare
videberis: quo fit, vt nunquam de futura ſit materia
ſectioni, proindeq́; neq; adiectioni. Infinitudo igitur
ineſt in vtriſq; potentia, ſed differunt, nam ſ qui ſecat,
poteſt quantalubet magnitudine minorem magnitu-
dinem facere. Qui vero adiicit, non poteſt quantalubet 105
magnitudine maiorem oſtendere, (nihil.n. eſt maius
cœlo) ſed tantam põt conficere, quanta poteſt ex diui-
ſione obuerſaria reſpondenteq́; colligi. Nam ſi qualu-
bet magnitudine liceret maiorem accipere, foret cor-
pus aliquod actu infinitum: quale etiam Phyſici quidã
arbitrati ſunt eſſe. Quia quum corpus infinitum eſſe nõ
poſſit, neq; poterit quoq; vllum ex adiectione infinitũ
conſtitui. Prorſus infinita põt eſſe adiectio, ſicut & ſe-
ctio infinita. Infinitum vero ex adectione corpus eſſe
nõ poteſt. Ea rõne Plato dua infinita inuexit, magnum 106
& paruum, quorum alterum adiectioni, alterũ ſectioni
aſſimilauit, atq; illis nominibus ceu per ænigma duas
illas res nobis ſignificauit. Veruntamen duo quum ſta-
tuiſſet, neutro vſus eſt in aſſignatione principiorũ: ſunt
enim numeri penes illum principia, in quibus neq; diui
dentibus, neq; adiicientibus contingit infinitas. Nõ di-
uidentibus, quia ad vnitatẽ ſoluti conſiſtunt. Non adii-
cientibus, quũ ille ad denariũ vſq; numeros augeri non
vlterius putet, indeq́; ceu in orbem alternando recipro
care iterariq́; circulo.

[a] Ariſt. uerba quæ huic loco reſpondent, hæc ſunt. Si aūt ſecundum accidēs eſt infinitum &c. Vbi Them. cæteriq; græci expoſitores uerbum illud, ſecundum accidens, ab Ariſt. poſitum eſſe aiunt pro accn̄te: ipſi nāq; uolūt hoc in loco probari infinitum non eſſe accidens. Simpli. huius eſt ſententiæ quòd Ariſt. nunc quoque probet infinitum non eſſe ſubſtantiam, ait. n. Dupliciter poteſt quis imaginari infinitum eſſe ſubſtantiam, altero quidem modo per ſe ea rōne ut idem ſit eſſe infinitum & ſubſtantiam: hocq; eſt priori rōne improbatum. Altera uero modo per accidens, ea rōne ut accidat infinito eſſe ſubſtantiam quemadmodū accidit inuiſili ut uox ſit: quod nunc Ariſto. refellit. Quam expoſitionem uidetur Auer. uelle imitari, qua aūt rōne adducatur ut ab alijs expoſitoribus diſſentiat, narrat ipſe: Quia nondum Ariſt. uidetur pertranſiſſe ad oſtēdendum infinitum non eſſe accidens, cum ſtatim alia etiam afferat argumenta quibus probat infinitū ſubſtantiam non. Ea deinde parte ubi ſic aīt ſecundum ergo accidens eſt infinitum &c. oſtendit infinitum accidens non eſſe. Quòd ſi hæc idem faceret, bis eadē eſſent repetita, quod uidetur incongruum.

[b] Themi. uero græce ὁ μὲν ἀὴρ ψυχρὸς, τὸ δὲ ὕδωρ ὑγρὸν ait, hoc eſt aer quidem frigidus, aqua uero humida & hoc idem habet Ariſt. Quod animaduertens Simpli. dixit, hoc in loco Ariſt. rōnem tantummodo contrarietatis, quæ in qualitatibus reperitur habuiſſe, ob quam ſolam hoc eſt uſus exēplo, nullo habito reſpectu illius cuius eſſent hæ qualitates propriæ. Vel forſitan, ait ipſe, ex errore librariorum ita ſcriptum eſt. Sunt tamen quidam qui aſſerāt Ariſto. uſum tū rōne, tum exemplo etiam Anaxi. eiuſq; ea uerba eſſe quæ ab Ariſto. referuntur. [c] οὐδὲ στοιχεῖον λέγω ὃ σῶμα ὂν ἤδη κατ' ἐνέργειαν, τοῦτο ἄτοπον εἶναι φημι. hæc uerba omiſiſſe uidetur latinus interpres, quæ in græcis tamen codicibus habentur, quorum ſenſus is eſt. Vnum aūt elementum dico qđ corpus ſit iam actu: hoc nanque abſurdum eſſe affirmo.

[d] In latinis codicibus locus hic mēdo non caret, in græcis enim ſcribitur hoc pacto νῦν γὰρ εἰ ἔστι τοιοῦτον ἄπειρον ζητοῦμεν. hoc eſt, nunc. n. ſi tale aliquid infinitum ſit quærimus.

[e] Quærit hic Sim. quam ob cām oporteat ſemper eandem ſeruare proportionem ne ut ſectio in infinitum abeat, cum nihil ſit quod uetet, quin uariata etiam proportio in infinitum ſectio abire poſsit: nam ſi à certa quantitate dimidium abſtuleris, ab eo potes deinde tertiam partem auferre, à qua poſtea quartam, & hoc pacto in infinitum abibit. Et ſoluit ipſe, quòd ſi eadem ſeruetur proportio, ſemper poterit in infinitū abire: at ſi ea uarietur, poterit conſumi diuidenda magnitudo. Fieri. n. poteſt ut diuidendo eandem ſemper quantitatem auferamus, ſi proportionem non eandem ſeruemus: uti ſi ſit quòd magnitudo ſex digitorum poteſt quis ſextam eius partem auferre, deinde à parte quæ reliqua erit quintā eius partem, ac poſtea quartam reſidui auferre: & tunc æquales ſemper deſecabimus portiones magnitudinis, quo fiet ut uniuerſa exhauriatur aliquando. [f] Ego uero hoc in loco ſum anceps. Illud enim quæſiuerim quomodo Ariſto. eumq; imitatus Them. de ſectione ſint locuti, nam ſi eodem modo quo mathema. neſcio qua rōne aſſeuerauerint non poſſe quantalubet magnitudine maiorem oſtendi: qualibet enim linea data concedet mathema. poſſe dari maiorem. Quòd ſi nequaquam de mathema. ſectione uel adiectione ſermonem habeant, ſed de ea quæ fieri poteſt in corpore ſenſili ac naturali: non uideo quomodo qui ſecat, poſsit quantalubet magnitudine naturali ſenſiliq; minorem facere magnitudinem, cum olum quæ natura conſtat ratio ſit determinata magnitudinis et paruitatis, ſicuti ipſi aiunt ſecundo de Aīa. primo etiam lib. phyſices auſcultationis, aperte profiteantur minima naturalia.

QVòd ſi recte dicimus: & infinitum ex iugi perē 107
niq; corporum diuiſione & exhauſtione perſpicitur, liquido appatet aliud eſſe infinitum,
q̄ vt nōnulli opinantur, qui infinitum id putant extra
quod capi nihil pōt: nos cōtra infinitum eſſe defendimus,
extra quod ſemper capi aliquid poteſt. Atteſtatur
nobis ea conſuetudo, quæ ſolet eos anulos infinitos
vocare, qui palam fundamúe non habent, quaſi in iis
ſemper capi aliquid extra queat: atque in hoc videntur
eſſe ſimillimi infinito. Differunt vero, qa infinitū vtrūq;
exigit, & vti ſemper aliquid extra apprehendi poſsit, &
vti nūquā idem repetatur recurraturúe, id quod anuli
& globi non habent. Eadem rōne neq; numeros infinitos
dicemus, ſi, vt inquit Pla. à denario quaſi reſiliūt
atq; reciprocant. Si itaq; licet infinitum deſcribere, infinitum
id erit, cuius ſm̄ acceptam quātitatem aliquid
ſemper extra licebit apprehendere. Quantitas aūt alia 108
modi eſt, alia numeri. In vtriſq; comperitur infinitas,
quia ſemper & numerum maiorem & diuiſionem vlteriorem
licet extrahere. Ideo vero in ea finitione adiecimus
ſm̄ quantitatem acceptam, quia me hercle ſm̄
ſpeciem continuum in diuiſione infinitum non eſt, ſed
finitum: quamuiſq; nō eadem ſit continue quantitas,
eſt tn̄ ſemper eadem ſpecies diuiſioni ſubiecta. Nam &
id quod eſt deſectum, & id à quo deſecetur, vtrunque
ſemper eſt linea, aut ſuperficies, aut corpus. Eſt itaque,
vt diximus, infinitū hoc: id vero cuius nihil extra licet c
prendere, perfectum potius atq; totum non infinitum
eſt dicēdum. Ita. n. definiuimus totū, vt ſi id à quo nihil
abeſt eorum, quæ ad propriam perfectionē abſolutāq;
plenitudinem requiruntur, vt arcam, vt hoīem tunc. n.
demum ea dicimus tota, quum nihil deeſt, abeſtq; formæ.
Porro id quod in ſingularibus viſitur totis, in eo
quoq; perſpicitur maxime quod proprie, & potiſsime,
& ſimpliciter totū eſt. Id aūt proprie & ſimpliciter totum
eſt, cui nihil penitus deeſt: huiuſmodi & habetur
illud, quod tum pfectum, tum abſolutū, cōſumatumq;
nuncupamus. Et ſane videntur duo hæc vocabula, totum
& perfectum, aut eandem oīno, aut cognatiſsimā 109
ſignificationem habere. Nam totum vocamus facta ad
partes relatione, quarum nulla deſit abſitúe. Perfectū
facta relatione ad finem & terminū. De eodem quoq;
prædicantur perfectum & totum, atq; alterum alterius
cōſentaneum eſſe dignoſcitur: ita ſi quod perfectū eſt,
exitum habet & finem, totum quoq; finem habebit &
exitum. Rectius ita Parmenidi, q̄ Meliſſe viſum. Ille finitum
eſſe totum putauit, idq; medio ſpatij libratum
atq; ſuſpenſum: Meliſſus vnum & infinitū res duas maxime
repugnantes cōmiſit, nō linum lino, vt in adagio
eſt. Si. n. illud totum eſt, cuius nihil extra eſt: infinitum
contra cuius aliquid ſemper eſt extra, fieri qui poteſt vt
oīa vnum ſimul & infinitum? Ita eo errore q̄ ſimilia &
eadem eſſe totum, vniuerſum & infinitum rebātur, ea- 110
dem inſignia infinito dederunt, quę toti & vniuerſo cōueniebant,
tranſlatis illuc prærogatiuis noīum, vt regere,
vt cuncta complecti, vt cōtinere in ſe oīa diceretur,
quę de tota ꝓprie afferri & ꝑdicari debuerant. Nam infinito
vna tm̄ rōne conueniunt, quatenus infinitum ceu
materia rebus eſt, quæ totæ & perfectæ dicuntur. Quæ
enim

enim tota perfectaq́; ſunt? compoſita ipſa ſunt, in qui-
bus eſt forma. Sane materia ſeorſum infinibilis intermi
nata quę eſt, eadem pôt & totum & perfectum quadan
tenus dici, quia capax ſit & conceptaculum formæ. De
materia vero atq; forma concretũ & cópoſitum naſci-
tur. Id itaq; ꝙ materiæ ſola poteſtate tribuitur. i. vt po-
tentia totum perfectumq́; ſit, illi non cum adiunctione
atque exceptione potentiæ, ſed ſimpliciter abſoluteque
de materia prædicant. Atque ita illa quæ debent toti,
aſciſcere infinito & vendicare conãtur, quod vero ma
teriæ inſit infinito aperte liquet. Nã & magnitudinem
ſectio & adiectio, cõtraria ſectioni quantitatẽ ſubtam,
non formã aut ſpeciem mutant, quod & ſupra diximus
Iam materia non per ſe, ſed à forma habet, vt tota, fini
ta perfectaq́; ſit. Semper vero ab aliqua quauis forma
cótineri videtur, poteſtq́; eius aliquid ſemper capi extra
ſpẽs, atq; ob id merito infinita, inabſoluta, & ignota cẽ
111 ſetur: quum infinitum oẽ neceſſario ſit ignotum. Sed
quo producti ſumus, dixerit quiſpiam, nonne qđ maxi
me præter opinionem hominum ſit, infinitum partem
totius potius, q̃ totum fecimus? Qui paulo ante dicere-
mus infinitum eſſe materiã, materia porro pars cópo-
ſiti, quemadmodum ſtatuæ pars eſt æs. Sed certe nos q̃
illi verius rectiusq́;, qui magnum & paruũ, quæ duo ad
materiam pertinent, infinita conſtituunt: demumq́; fa-
teri cogũtur intellectilia quoq; à materia contineri, qa
neceſſe ſit oĩa ab infinito eſſe comprehenſa ita fieri, vt
ſcitæ res atq; cognitæ ab ignoto & indefinito continea
112 tur atq; difiniantur. Ex iis vero quæ nos opinamur. i. ex
hoc quod materiam eſſe infinitum dicimus, & (qđ ſe-
quens eſt) infinitum à toto contineri, euenit, vt qualibet
magnitudinem minorem capere videatur licere, maio-
rem non licere. Materia nãq; intra magnitudinem diui
ſam incluſa, ſi minorẽ velis efficere, quaſi miniſtrat ha-
ſtas, ac præſtat, vt in infinitum extractio prodeat: ſi ma
iorem non præſtat, vt prodeat (alioquin mole aliqua
externa opus eſſet) at extra magnitudinem nihil eſt il-
lius magnitudinis reliquũ. Et quũ rem forma cõtineat
finiatq́; neceſſe eſt exauctionem crementũq́; prouehi
113 hactenus, non vltra q̃ quanta ſit res. Eadẽ eſt in nume-
ris rõ, nam eorum pôt minimus non maximus promi.
At in magnitudine contrarius modus eſt: nam ſecanti-
bus diuidentibusq́; nullum occurrit minimũ, adiicien-
tibus contra aliquid occurrit maximum. Quidnã igiẽ
cãæ? nempe vt ego ſentio, quia numerus ex vnitatibus
conſtat. Nihil. n. aliud eſt numerus, q̃ vnitates multę: nã
& ternarius binariusq́; multarum vnitatũ ſunt nomina.
Ex quot aũt vnaquæque res conſtat, in totidem diuidi
ſecariq́; pôt: quare & numerus in vnitates ſecabitur,
vnitates vero ipſę erunt inſectiles. Quicquid. n. eſt vnũ,
in eo quod eſt vnum, inſectile eſt, & homo vnus in eo
quod hõ indiuiſilis eſt, quia nequit in alios hoĩes diuidi.
Quòd ſi poteſt in partes ſecari & diuidi, non poteſt in
eo qđ vnus eſt. Vnitas plane vſquequaq; & penitus vna
eſt, non. n. vnitati tali ſubiecta materia eſt. Quare opor
tet in vnitatem cadere ac deficere ſectionem. At ma-
gnitudo non ex vnitatibus, ſed ex magnitudinibus con
ſtat: ita fit, vt cum nulla diuiſio ad indiuiſilia vſq; perue
niat, minimum vtiq; prendi nos poſsit. Per * diuiſionẽ
vero magnitudinis numerus in infinitum exit, quia di-
uiſio illa numerabilis eſt, & oẽm multitudinem finitam
excedere eſt aggerãdo ſubinde, adiiciendoq́;. Porro
non habet ex ſe infinitatem numerus, ſed ex materia.
Quare oĩno omnis infinitas à materia proficiſcitur, &
in materiæ fertur oĩs acceptio. Cumq́; materia ptãte non
actu ſit, recte dicĩ infinitatem quoq; poteſtate eſſe, nõ
actu. Recte & illud tũ ſolum poſſe infinitum eſſe quũ
fit: nam & materia diſfluit ſemper nec permanet. Nu-
merus itaq; à materia mutuatur infinitatẽ. Ex numero
contra non habent magnitudines vt poſsint in infini-
tum excreſcere. Nam maiora quærenti extrema mun 114
di facies occurrit eo modo, quo in numeris vnitas. At
mundus diffundi augeriq́; nequit, alioquin eſſet aliquid
cœlo maius. Totum vero ſi totum eſſe tendit, neceſſe
eſt eſſe terminatum. Sed ſi vnicuiq; corpori ſemper lice
ret adiicere, nihil eſſe totum aut vniuerſum poſsit, ſed
infinita quædam & ſenſilis magnitudo, qualem vete-
res nonnulli, ſcilicet ſomniabant.

** Si quis numerũ ipſum per ſe, & à magnitudine abſtra-
ctum accipiat, nonne tunc cuicũq; numero poterit unitatem
addere in infinitum. Igitur numerus exire poterit abſq; ma-
gnitudinis diuiſione. Adiectio etiam quæ ſemper fit in nu-
meris, ab his accepta quæ generationi ſunt, ut puta in homi-
nibus: numerus etiã cœleſtis motus & temporis, ab aliqua,
nam magnitudinis diuiſione enaſcitur. Huic dubitationi
reſpondit Simp. non dixiſſe Ariſto. fieri cuiaslibet numeri ac-
cretionem in infinitum ex ſectione magnitudinis, ſed eius tã-
tum qui exiſtere & permanere poßit, Quomodo. n. quod per-
ſiſtere & permanere nequit crementum ſuſcipere poteſt? &
ſolus is numerus permanet, q ex magnitudinis ſectione pro-
dit, alij uero enumerati neque permanent, nec eſſe habent
niſi in opinione uel in imaginatione noſtra: abſtractus. n. nu-
merus ſolo conſtat intellectu. Cœleſtis uero motus, tempo-
ris atque eorum quæ generantur & corrumpuntur numeri,
ea ratione qua præcedentia corrumpuntur, habent eſſe: par
tes uero diuiſæ magnitudinis permanent. & ex ipſis qua ſe-
ctione & ipſe ſunt magnitudines, oritur infinitum ſecundum
adiectionem: quæ uero ut unitates accipiuntur faciant infini-
tum quod numeris ineſt.*

SEd ſcire licet quum infinitum dicimus in magni- 115
tudine, tpe, motu conſtare, nõ ita loquimur, vt pu
temus infinitum eſſe genus quoddã, & cõem adeo
naturam illorum: ſed ita, vt eo ordine, quem res illæ ge-
runt inter ſe, eodemq́; ſint infinitudinem aſſecutæ. Tẽ-
pus. n. propter motus infinitatem infinitum eſt: nam &
à motu habet vt ſit. Motus propter magnitudinem eſt
infinitum, quia motus oĩs citra magnitudinẽ verſatur,
auctio, diminutio, alteratio, delatio. Magnitudo ex ſua
natura videtur infinitatẽ adepta, quia in magnitudines
alias deinceps extrahitur. Cęterũ credamus hæc in prę-
ſentia ita eſſe vt dicimus. Nam proceſſu operis demõ-
ſtratione clariſsima explicabuntur hæc omnia.

NEque tñ exiſtimandum eſt rationem hanc, qua 116
oſtenditur nihil eſſe actu infinitũ, & impercur-
ſile crementũ verſus, eripere mathematicis fa-
cultatem tractãdi de infinito: nõ. n. linea infinita opus
eſt illis, quum finita & terminata ſemper vtantur: ſatis
habent ſi quantã volunt, obtineant. Sed ambigat aliqs,
ſi finitus ſit mundus, primum illud ſpectamẽ Theore-
maue in lib. elẽtorum qui demonſtrauerint? Nam deẽ
iis diameter mundi: ſupra quẽ conſtitui triangulus de-
beat, vbi nam duo latera trianguli collocabunẽ: ſed ſol-
uitur: Primum, non das qualem petunt, (petũt aũt quæ
poſsint extrahi.) Deinde apud Geometrã nihil intereſt,
ſit ne aliquid extra mundũ, necne. Cogitatio. n. ſola eſt
quæ datam lineam prouehit in imẽſum: neq; pręter ea
neceſſe

neceſſe eſt cõtinuo eſſe actu, quod quis affingit aut cõ
cipit aio. Forte.n.non fuerit in rebus linea, qualem illi
affirmant: neq; corpus item aliquod in tres dimenſio-
nes fuſum ſine diſsidentia aut renitentia aliqua. Sed
quemadmodum nihil vetat longitudine, latitudine, &
puncto indimenſili ſeparatim atq; ſeorſum vti, quam-
uiſq; nullum illorum per ſe ſubſiſtat actu, quia tamen
finguntur ſubſiſtere, in conſiderationem per ſe ſine mẽ
dacio veniunt: ita & ſub diametri illius commenticio
& imaginario incremento, vti citra metum culpæ aut
falſi poterimus. Neq; abſurdum id ſequitur, quaſi nul-
lus ſit extra cœlũ locus, quia liniamenta illa loci nõ in-
digent. Non.n.omnis linea naturalis eſt, quæ & naturã
requirat & locum. Nam mathema. quædam habentur.
quarum veluti locus eſt animus ſpeculantis. Ideo.n.ma-
thematica dicuntur abſtractu & abiunctu conſtare;
qm̃ ab his quę in nãlibus corporibus viſitanſ, loco quali
tate, tempore, actione, motu affectionibus, & reliquis
generibus eximuntur abiunguntur'q;. Ipſi per ſe men-
ſus atque ipſa continuæ ęſtimnntur atque ſpectantur.
Quòd ſi deſcribendo triangulo neceſſaria eſſet mẽſio
loci, is qui locum adimeret, ipſam quoque demonſtra-
tionem euerteret. Proinde nemo ita dicit, quia linea in
hoc loco, aut in illo ſit neceſſe eſt hoc aut illud ſequi.
Quemadmodum itaq; Democritus, quum probare ni-
teretur colorum varietatem nõ natura conſtare corpo
ribus, ſed ex habitu noſtro reſponſioneq́, contingere,
nihil ſtatuit contrarium geometræ, quia coloribus di-
ſciplina illa non vtitur, ita is qui locum eſſe infinitum
negat, imo & is qui locum omnino eſſe inſiciaretur, nõ
eſt impedimento iis, qui de lineis cõmentãtur rõcinan
turq́;. Nam qui locum auferunt, id auferunt, quo geo
metræ non egẽt, Quàm vero mathematicæ res nõ ſint
in loco aliquo conſtitutæ. Ariſto. adeo declarat: Quã-
uis (inquit) in loco illæ non ſint, eſſe tamen ex inſti-
tutione & diſpoſitione noſtra videntur. Hæc illæ. Sed
cedo quæ nã naturalis aſſertio geometriam poſſe euer
tere? Illa mehercule opinor, quæ principia & elemen
ta inſectilia & minima faceret. Ita diuiſio infinita adme
retur, qua adempta corruerent plurima mathematicis
veriſsimæ & facillime demonſtrata. Quòd ſi in maiori
minoriq́; linea explicari eadem poſſunt, quemadmo-
dum & faciunt & fatentur mathematici, quid nam per
deum opus eſt maxima? Eſt.n.eadem ſecandi maximã
& minimam rõ, quæ poteſt & extrahi. Ita igitur de infi
nito agũt, non vt de impercurſili ſpatio, ſed vt de linea
117 ea quæ poſsit & extrahi. Eſt itaq, huiuſmodi infinitum,
& (vt diximus) ad cauſam materialem refertur. Eſt.n.
materia ipſa infinitũ, ſi per ſe ſola ſpectetur, vtpote quia
in priuatione, (infinitas aũt ipſa priuatio eſt.) Non tñ
iccirco quia infinitas in materia priuationeq́; eſt, ma-
teria ipſa per ſe poteſt eſſe diuiſionis illius ſubiectnm,
ſed corpus continuum ſenſile: nam diuidnndę res ſubſi
ſtunt actu. Sed quamobrem dictum nobis eſt diuiſio-
nis infinitatem ad materiam pertinere? nẽpe qnia com
poſitum & id quo diuiditur corpus non amittit for-
mam in diuiſione, ſed retinet: ita quum non poſsit à
forma pendere, à materia pendeat. Ac videntur qui-
dem veteres infinito vſi perinde atque materia: ſed
diſſentaneum erat, quum ita vterentur, exiſtimare
nihilominus coercere & continere id, cæterea non con
tineri.

118 Rliquum est ad eas aggredi rõnes, quibus infini-
tum non potentia modo, ſed actu eſſe defenditur:
nam ex illis aliæ minus neceſſariæ ſunt, aliæ veras quæ-
ſtiones videntur afferre. Nam putare iccirco haberi
actu infinitum aliquid oportere, ne rernm generatio
exanſtis ſumptitatiſq́; principiis procumbat & conci-
dat, lubrica & caſſa ratio eſt: qunm fieri poſsit, vt mate-
ria rerum finita corruptionem vnius generatio alterius
vicaria ſubeat, & obitorum loco naſcentium pullulet. 119
Ea quoque ſors, ratio qnæ dicit finitam rem ad aliquid
finiri terminariq́; oportere ſemper, tametſi veriſsimilis
videatur, facile m̃ in hnnc modum æſtimantibus fal-
ſa deprehenditur. Equidem hand conceſſerim finitam
rem terminari ad aliquid ſemper: nam ad aliquid termi
nari nihil aliud, quã tangere contra quod tangat. Atqui
alind eſt tangere, aliud finem atq; extremum habere:
nam tangere ad alterum refertur externe, habere finem
ad ſeipſum interne. Tactus tangendo conficitur, finis
ipſum extremum habẽdo. Quamuiſq́; nõnullę res poſ-
ſint & habere finem & tangere, non tamen idem eſt re-
bus tangere & finẽ habere: accidit.n. vt finita quæ ſunt,
etiam tangant, vt ſunt omnia quæ non tota modo in
ſe, ſed partes etiam vniuerſi ſunt: atque id quoque non
in eo quod finita ſunt, ſed in eo ꝙ partes ſunt mundi.
Quòd ſi qnid eſt vere ac ſimpliciter totum, ideſt, ꝙ nul
lo modo ant reſpectu ſit pars, ſed abſolute totum &
ſemper, nimirum extra terminatum in alio eſſe nõ po-
terit. Præterea quocunq; rem conferas habet extremũ
& terminũ, non itẽ quocunq; cõferas tangit: nã linea pe
dalis quouis relata terminos ſuos habebit, notas & pun
cta, non tamen quouis relata etiam tanget, quia linea
omnis ſolam lineam tangit. Proinde quæque res quo-
cunque collata ſuos fines tuetur & obtinet, non item
neceſſe eſt vt tangat omnia, ad quæ conferre libuerit.
Quod ſi linea non tangeret lineam, non propterea in-
finita interminataq́; fuerit. Quamobrem non idem eſt
finiri rem, & ad aliud extra finiri: ſed neque nnmerus
aliquis (puta denarius) tametſi finitus, aliquid obiter
tangit: nec quamuis per ſilentiũ ſit finis impoſitus vo
ci, finita illa proinde vox tangere ſilentium poterit.
Ij quoque qui adſtare inane quoddam extra cęlum au-
tumant, quamuis finitum eſſe cœlum putent, non tñ
tangi ab eo poſſe vacuum illud concedunt: nam ſola
ſe corpora mutuo contingunt. Sed & indiuidua illa Epi
curi corpuſcula, quæ per inane vagari & volitare cre-
duntur, quamuis finita viderentur eſſe, non tamen ter-
minari aliquo extra aut tangere dicebantur. Alioquin
vir ille tantum tribuebat huic inuento, vt ea quæ ve-
tuſtate collapſa obſoletaq́; eſſent, reconcinnari inſtau-
rariq́; diceret, ſubſidio minutularum quarundam ag-
geſtionum, quibus recreata illa ſibiq́; reſtituta derepẽ-
te, alia quaſi ad inſtar ſubdititij partus & præſtigiatorię
ſubiectionis extarent: ſumpto credo de furibus com-
mento, quibus ea ſolertia eſt cælandis quæ interuenıſ
ſent, vt aliam iis tum ſpeciem, tum formam, & figuram
inducant. Sed de hoc ſatis. Cæterum quum ea terminẽ
tur ad aliquid: quorum ſemper extra licet aliquid ca
pere. Id autem cuius aliquid ſemper extra licet capere,
infinitum eſſe conceſſum eſt. Nimirum ſi finitarum re-
rum ea natura ſit, vt ad aliquid ſemper extrinſecus ter
minentur: ſit etiam earum illa natura, vt infinitæ im-
menſęq́; habeantur. Quare aut efficite: vt non ſit idẽ
rem ad aliquid terminari, & licere ſemper extra cape-
re: aut oſtendite infiniti naturam non fuiſſe nobis re-
cte deſcriptam: aut poſtquam hæc præſtare non pote-
ſtis, ne prædicatæ, (obſecro) rem infinitã poſſe ſem-
per ad

per ad aliquid terminari, niſi mauultis de re finita infinitum dici afferriq́; poſſe. Sed comparate & coferte(ſi lubet)ea quę dicimus perſpiciteq́; an nobis par vis ſumptorum ſit. Infinitum nos vocamus id, cuius extra ſemper aliquid capitur. Totum & vniuerſum id, cuius extra nihil licet accipere. Totum igitur quod eſt, nequit eſſe infinitum. Atq; alteram quidem propoſitionem etiam ipſi concedũt, hoc eſt, extra totum nihil haberi, vtpote quod tũ neceſſarium ſit; tũ ſuapte natura clariſſimum: alteram nos ſupra certiſsimis argumentis addiximus. Sed ſufficere hæc ad reprehenſionem & confuta-

75 tionem rationis illius exiſtimo. Diſcutiamus nunc id quod obiicitur alia ratione, licere, ſcilicet quauis magnitudine accepta, maiorem imaginando fingendoq́; capere, & adiicere ſemper quantum quis cogitatione animoq́; conceperit, neq; poſſe quẽquam etiam id volentem conantemq́;, ita mentem & cogitationem abducere inhibereq́;, vt non vlterius prodeat coaceruando aſsidue accumulandoq́;, vſque dum moles quædam immenſa conſurgat. Sed quamobrem obſecro neceſſe eſt magnitudinem conſtitui infinitam in rebus, quia viſione ſola cogitationeque infinita conflari? quaſi vero de nobis pendeant omnia, atque ita res ſint, prout ipſi concepimus. Nam ſi te extra vrbem eſſe concipio, ſi celſiorem monte, num propterea extra vrbem ſis? Num (vt Homero dictum eſt) verticem montis excedas? Amplum profecto minus atq; præclarum fuiſſent nobis à diis immortalibus iunctum, ſi omne id, cuius quẽque cupiditas inceſſeret, ſimul collibitũ fuiſſet affingere id, repreſentareq́; omnino, confeſtim nobis extaret. Concipiat Hercules ſe præſtantiorem deo, & ferat ex templo quod concipit, ſi quis ea libidine teneatur. Non ſunt igitur omnia, qualia ipſi concipimus, ſed qualia ſunt pleraque pauciſsima vouimus. Tempus autem atque motus nulla vi cogi poſſunt, vt initiũ aut finem agnoſcant, (ſubeſt enim vtrinque infinitudo) non tamen ſimul nec actu nec tota, quũ fluxæ ſint partes illorum caducęque. Ex dum fiunt ſucceduntque, tum quaſi tegitur & texitur motus & tempus ad eundem modum. Continuorum diuiſio infinita eſt. Quòd ſi viſa illa imaginaria vehementer quem vrgent ac torquent, ſimus vel periculo liberales, audeamus fortiter, infinitatem demus. Quid ni? Sed imaginariam atq; fictam, quę neq; actum neq; ſubſiſtentiam pręferat. Nã acrius quidem intuẽti videtur neq; imaginatio quoq; ipſa infinitudinem aſſequi poſſe, tũ ꝙ deponit aliquando, tum ꝙ finitum ſemper aliquid adiicit, idq́ue eatenus dum mens labore cogitationis affecta laceſsitaque deſtituat, manusq́; faſtidio det.

[a] *Quinque fuerant adductæ rationes quæ infinitum eſſe probant, quarum prima ex tempore ducebatur, ſecunda ex magnitudinis ſectione, tertia ex perpetuitate generationis, quarta ex rerum ordine, quinta ex ui intelligendi & imaginandi: ex his tamen tres tantum ſoluit. Huius uero rei rationem innuere uidetur Them. quã Simp. explicat dicens: Primam enim & ſecundam non ſoluit, quia neceſſario probant eſſe infinitum aliquod, nõ tamen id quod actu ſit, ſed quod potentia: quòd ſi uero cæteræ in id tendunt ut infinitũ actu oſtẽdant, ideo eas diluit.*

FINIS LIBRI TERTII.

THEMISTII PHYSICES, LIBER QVARTVS.

Hermolao Barbaro Interprete.

EODEM ferme ordine de loco agendum diſputandumq́; 1
eſt; primum an ſit, deinde [a] quemadmodum ſit, vtrum ſeorſum vt ſubſtantiæ atque per ſe, an potius in alio conſtitutus: poſtremo quid ſit. Quam vero ad inſtitutum noſtrum pertineat rõ hęc oſtendit vetus opinio, quæ alicubi omnia eſſe contendit, & ꝙ vſquam non ſit, ne eſſe quidem videri, quod quidem non procedit. Nam quum viderent ea quæ non ſunt, vt Hircoceruus, vt Sphinx, nullibi quoq; eſſe cõmeare & reciprocare rationem putabant, vt ea quæ ſunt, omnia eſſent item alicubi. Verum vt in totum illi oberrẽt, fortaſſe tñ quia veriſsimum ſit naturalia corpora, ignẽ, aerem, aquam, terram, quæque de iis concreta ſunt, in loco eſſe aliquo oportere: partium phyſici erit de natura loci diſſerere. Iam ſi philoſophus naturalis de motu conſiderat, motus vero naturalium corporum cõiſſimus atq; primus eſt: is qui loco vtiẽ profecto vel noĩe hoc de loco nobis cogitandum cõmentandumq́; eſt.
Quamuis autem longe difficillima ea qõ ſit, [b] quum ex 2
ipſa per ſe loci natura, quã haud facile quis ex reb' vtiq; adiacentibus loco definiat, (quod paulo infra monſtrabitur) tum vel maxime ea ratione, ꝙ primi viam facimus cõiusq́ue nullo quidem initio vel omnino veſtigio veterum, cui poſsit inſiſti, nemine ad hoc æui comperto, qui nedum in ea re paulo plus viderit, ſed ſcite indubitauerit quoq;. Non tñ deprecandũ aut ſubterſugiendum nobis id oneris eſt, alioquin non pollicentibus, niſi quatenus vires noſtræ ſufficiant.

[a] *Tria proponit Ariſto. inquirenda de loco, an ſcilicet ſit, quemadmodum ſit, & quid ſit: quid aũt ſibi uelit per primũ & ultimum, nulla eſt ambiguitas: circa tñ ſecundum, aliqua eſt diuerſitas inter expoſitores. Them. n. quem cõm. inſequitur, referunt illud quemadmodum quo locus eſſe habeat, uidelicet nunquid per ſe eſſe habeat ueluti ſubſtantia, uel in alio ut accidens. Attamen Simp. hoc in loco quemadmodum ſit locus exponit, hoc eſt, quæ inſint ipſi: quaſi uelit quod hæc ſit qõ quæ tertio loco collocatur. 2. Poſte. quæ e. s. ſ. inquirit quæ rei inſunt: unde & quærit ipſe, cur eſt quod Ariſt. quemadmodum ſit præpoſuerit ipſi quid ſit? cum ordo ſit in eis contrarius, ut. 2. Poſte. manifeſtum eſt: aitq́; ea ratione hoc factum eſſe, quia ſæpe ex his quæ rebus inſunt deducimur ad cognoſcendam earum ſubſtantiã. Verum inferius ubi de uacuo agit idem Simp. inſequens Aſpaſium, quid ſit & quemadmodum ſit, quaſi ſint idem exponit.*

[b] *Huius loci hęc eſt fidelis interpretatio: nam ſi quis ea oĩa quæ loco inſunt conſiderauerit non utiq; ex ipſis. & c. id eſt. οὐκ ἂν ἐξ ἐκείνων ἔχοι τὸν αὐτὸν ὁρισμὸν ἀποδοῦναι hoc eſt, poterit eandem afferre definitionem.*

AC PRIMVM quidem eſſe in rerum natura 3
locum plurimis declaratur euentibus: Cedunt ſucceduntq́; mutuo corpora, & eo loci vbi aqua inerat, diſfluente aqua identidem ſubindeque aer ingreditur, eodem mehercule modo,

modo, quo in vaſculis & doliis cernitur. Ita fit vt idem
permanere locus, ſed diuerſa excipi corpora videãtur.
Ex iis quæ diximus, duo eueniunt: vnum vt locũ eſſe
oportcat, alterum vt neceſſe ſit ab iis corporibus quæ
4 locantur, diuerſam rem locum haberi. Præterea quum
corpus omne ſi non detineatur præpediaturq́; in ſuum
quodq́, locum impenſe commigret, ignis in ſublime,
terra in imum, palam fit non modo locum eſſe ſimpli-
citer abſoluteq́;, ſed & peculiares veluti vires, quaſdã
eius haberi, easq́; loci videri & eſſe diſtantias differen-
tiasq́;, ſupra, infra, dextrorſum, leuorſumq́;, ante, retro
verſus, quo videlicet corpora moueãtur differanturq́;.
Neq; credat quiſpiam huiuſcemodi locorũ diſcrimina
varietatesq́; ex noſtra tñ inſtitutione creari pendereq́;
adeo, ſed (quemadmodum ſumus & præfati) ab ipſa
plane natura inuentas, collocatas, & aſfirmatas ſciat.
5 Quomodo autem hæc differant, non impendio obſcu
rum internoſcere. Nobis nanq; idem plerunq; eſt &
infernus, & ſupernus locus. Nam ſcandulæ imbri-
camentaque ædium, quæ modo nobis meditullio im-
pluuij agentibus ſuperna ſunt, cõmodum aſcendenti-
bus tectum, fiunt inferna: & columna, quæ nunc eſt à
dextra ſi me conuertero, puncto fiet à læua. At ſitus na
tura diſpoſitos, perfixos & conditos ipſi corporum na-
turalium motus atq; impetus produnt & detegunt, vt
ſupernus is ſit, quo ignis & leuia conuolant, infernus,
quo glebulẽta & grauia proſternuntur & corruunt. Et
hercule hos locos natura nõ ſolum maximo interual-
lo diſpeſcuit, ſed etiam viribus & ptãte ſeiunxit: quod
quidem inde datur intelligi, quia ſinguli ſuas & maxi-
me differentes quoq; naturas tum recipiãt tum conſer-
uent. Sed & q̃ non ſit locus idem qui de ſtatu noſtro in-
ſtitutioneq́; naſcitur cum eo, qui natura præſcribit, ma-
thematicæ res affatim oſtendunt. Illæ neq; locum ha-
bent, neq; mouentur vllatenus, quia per ſe nõ ſubſiſtũt
de noſtro tamen habitu reſponſuq́;, tum à dextra, tum
à leua intelligi poſſunt & fingi: nõ ꝙ locum natura ſine
vllum adeptæ, dextrum læuumue, ſed ꝙ intelligantur
tñ, de eo ſitu poſitæ. Et quemadmodum eas res imagi
natione cogitationeq́; abſoluimus & ſeparamus à mo-
tu, & qualitatibus reliquis: ita & locum & reſpectum
huiuſmodi quem illis natura non addidit, ſolum ima-
ginãdo tribuimus Nam ij qui vacuum introducere ni-
tebantur, tanquã locum quẽdam ſubſitum id rebus vo-
6 lebant. Quid.n. ſi vacuum ſit, eſſe aliud poteſt q̃ locus
corpore deſtitutus viduatusq́;? Quamuis aũt ſatis hæc
ſint ad communiendum id quod ſumus agreſsi, non eſt
tñ poetarum anthoritas in ea quoq; re contẽnenda in-
ſuper poſt habendaq́; penitus: Heſiodi, inquam, qui
oĩum primus nobis commendauit & prodidit locum.
Nihil.n. aliud per naturam illam hiantem, (quã Chaos
& patorem appellat) q̃ locum & in habitaculum rerum
intelligi voluit: perinde ac rebus præcauendum eſſet
protinus aliquo, in quod reciperentur atq; recõderent.
Atq; hic ex eorum numero videtur fuiſſe vnus, qui res
7 oẽs alicubi eſſe arbitrabantur. Quòd ſi locus eſt, ita vt
Heſiodo viſum, profecto ea natura erit admiratione &
ſpectatu dignisſima. Nam ſi rebus oĩbus primum ſup-
poſitus & ſubtus eſt locus, neceſſario ſequit̃ rerum pri-
mum fuiſſe comparuiſſeq́; locum propterea nihil ſine
loco fuiſſe: locum contra, & ipſum chaos ſine reliquis
rebus aliqñ adſtitiſſe: ita & t pe & natura præceſsiſſe. Nã
loco ſublato reliqua continuo pereunt, non item quæ
in eo continentur ademptis ipſe perimitur: vt etſi ignis
interſtinguatur, nũ abolitur propterea & locus. Quare
ſi rem eſſe nihil aliud eſt, q̃ alicubi eſſe, loco vtiq; corru
pto, res quoque locatæ obiter interibunt.

SEd cauendum eſt, ne dum vltra q̃ ſit par loci natu- 8
ram honeſtare illuſtrareq́; tendimus, tãquã frigiu-
ſculi redeamur, alioquin magnis viris è regione pu
gnantibus quorum rationes prætermittendæ nec ſunt,
quibus illi nedum vt æquiorem vllam ſententiam præ-
ferant, nihil loco relinquũt, ſed penitus de rebus exter
minant & interdicunt eſſentia. Proinde incomminan-
tur, ſimul quis attentauerit quid ſit locus afferre, coa-
ctum recantare & confiteri non eſſe. Nam primum
deſigna (inquiunt) nobis, in quo nam genere locum col
locaueris. Nonne liquet in genere corporum? eſt.n. lo-
cus inter dimenſiones fuſus. At ſtatim abſurdisſimum
illud ſequitur, corpus in corpore recipi, & duo corpo-
ra eundem locum accubare occupareq́;. Nã ſi & locus
& id qđ recipitur, corpora ſunt in dimẽſus æquales at-
tenſa: nimirum bina ſimul corpora ſingulis locis aſsi-
ſtentur collocabunturq́;. Quod portenti maxime co
gnatũ atq; aſfine meditationib' Chryſippi Zenonisq́;.
veteres tanquã apertiſsimum maximumq́; mẽdacium
conſone diſploſerunt: quod & pleriq; dicato ſeorſum
opere amoliri & confutare ſunt conati. Præcipue vero
Aphrodiſienſis Alexander in lib. iis: quos de mixtione
compoſuit, paſsimq́; vtcunq; incidit mentio in reliquis
rerum naturalium commentariis, quorum lectionem
volentibus adire promptum ſit rõnes illas ediſcere. Et
Hercules ſi corpus non ſit locus, haud plane videre ſe
quid demum eſſe aliud poſsit: nam diffundi in tres di-
menſiones ſolius eſſe corporis propriũ. At aqua dices, 9
poſt aerem locum recipit: ita locus eſſe per hæc oſten-
ditur. Sed attende vt ex hoc quoq; diſſentanea quædã
incurrant. Quum aquam excipit locus is, vbi aer fue-
rat antea, manifeſtum eſt ſuperficiem quoq; aquæ re-
ceptam eſſe ad idem exempli, quo recepta aeris fuerat.
Si ergo ſuperficiem recipit, lineas quoq; & puncta re-
cipiet. Quare locus erit vt corporib', ita & pũctis ſuus.
Sed hoc eſt impoſsibile, ꝙ locus puncti nõ diſtet à pũ-
cto nec locus lineæ ſuperficieiq́; a linea item & ſuperfi
cie diſcrepat. Quid.n. ſit per Deum ſupeficiei locus pr̨
ter ſuperficiem aliud? & maior quidem ſuperficie locus
eſſe non poteſt, Ea.n. parte qua ſuperficiem vinceret
excederetq́;, nihil ſuperficiei vtique contineret: & for-
taſſe (quod in tranſcurſu dixerim) locus ſuperficies eſt.
Quòd ſi lineæ locus non differt à linea, & is qui ſuper-
ficiem recipit, nihil eſt præter ſuperficies, & is qui con
tinet punctum ipſemet punctus eſt: efficitur, vt quum
corpus aliquod aliquo in loco recipitur, locus ille ſit
corpus. Præterea vnaquæque res aut elemẽtum eſt, aut 10
ex elementis conditum: (Atq; hoc veriſsimum impro-
miſcuę atq; ſimpliciter eſt, ſiue de corporeis, ſiue de in-
corporeis loquamur.) & corporũ corporea ſunt elñta,
incorporea incorporeorum: atqui neutrum horum eſt
locus. Primum enim inter incorporea coaptari & col-
locari nõ põt, quia dimenſum & magnitudinem præ-
fert. Nec inter corpora, ꝙ (vt diximus) in illo corpora
receptantur. Iam locum eſſe initialem, & primam re-
rum putare, & tanquam originale principium oĩbus, 11
hominum eſt parum conſiderate loquentium, & in ma
ximis rebus errantium. Nam quo pacto principiũ eſſe
voluerint, num vti materiam? At quid nam videtur de
loco tanquam de materia conditum conſtitutumq́; nũ
vti formam? num vti cãm mouentem? num vti finem?

At

12 At profert quiduis horum qui conſtet? Sed & Zenonis
rō ſuperponenda non eſt: Si fuerint res (inquit) in loco
oēs, fore vt ipſe quoq; locus in loco ſit, & huius etiam
loci alius ſubinde locus, atq; ita deinceps in infinitū alij
13 conſtituanť. Si qs vero vacuum, vt non eſt ita de rebus
etiam tollat, palam eſt ſi fuerit locus, nō eſſe illum ſine
corpore futurum, ſed fore vndiq; verſus pleniſſimū &
confertiſſimum in plenum. Qui locum defendunt, qd
ſtatuent de rebus iis quæ augentur & creſcunt? iis quā-
tum adiicitur corporis, tm̄ accidit & loci: nā & tot ę con
tineri & recondi cernuntur. Neceſſe eſt itaq; maiorē
effici locum, & vna cum corpore intumeſcere & gli-
ſcere. Sed quonam modo, aut vnde ampliabitur locus,
difficilis explicatu res eſt. Recte igiť initio dicebamus
eum, qui loci naturam reddere tentauiſſet, periclitatu
rum ne locum non eſſe fateri maxime cogeretur.

14 SAne nos alia via aggreſſi, duplicem locū eſſe com
perimus: alterum primum, non primum alterum,
ſed qui quòd medio alio locus ſit, locus per aliud
commodè appellabitur. Sicque per aliud locus eſt is
qui pluribus corporibus eſt communis. Primus autem
qui ſuus cuiq; cōſentaneus adęquatusq́; habetur, quod
hoc exempli patuerit. Domus, vrbs, terra, aer, cœlum
nō ſunt loca prima, ſed per aliud. Is vero qui nihil prę-
ter te amplectiť ambitq́;, locus is primus eſt tuus, quia
propter hunc locum, qui primus & tuus eſt, duntaxat
vera ſunt quæ de locis non primus dicuntur. Iccirco.n.
verū eſt te domi eſſe, quia in loco illius aliquo tibi ęqua
to poſitus conſtitutusq́; es, & in vrbe propterea, quia
domi, & in terra itidem, quia in vrbe. Sed ſi proprius
locus eſt is, qui primus continet ambitq́; corpora neceſ
ſarium eſt, vt locus ſit tanquam extimum quiddam li-
mes, finis, ac terminus, vtpote quo primū corpora de-
finiantur & terminentur. Nam quum nihil ſit medium,
non poteſt dici ad aliud primum corpora terminari, &
ad hunc proxime. Dicet quiſpiam, ſi locus eſt terminus
primus & proximus rei, qui diſtinguetur à forma? Eſt
enim forma prima, quæ terminat definitq́; corpora, &
quæ magnitudines ad ſubiectam materiam accōmo-
15 datas habileſq́, impartit. Sane ſi hoc reſpicias, locus vi-
debitur forma eſſe: ſin vero aliam quædam accidentia
loci conſideres, ad naturam materiæ perpenſius decli-
nabit. Videtur.n. [a] locus eſſe corporis & magnitudinis
ſpacium: quæ conditio in materiam quoq; conuenit.
Ea nanque quum per formam finitur continetur q; ſu-
perficiebus & terminis magnitudo & ſpacium quoddā
efficitur. Et ſuapte quoq; materia ſpacium eſt, quanq̈
finib' exemptum, indiſtinctum, interminatumq́;. Si.n.
à globo ſphæraúe terminos & affectiones remoueris,
nihil præter materiam ſpaciumq́; illud merum abſolu-
tumq́; reſtabit. Nec.n. exiſtit conſtatq́; terminis ſpaciū,
ſed finitur terminis. In terminis quoque non eſt, ſed in
ſubiecto. Ex hoc locus videri ſimillimus materiæ pōt:
alioquin cognatio quoq; illa nō tenuis fuerit, ꝙ quem-
admodum materia, itē & locus, formas, ac ſpecies mul
tas quæ corporibus inſunt, vnus idemq́; ſuſcipere con-
tinereq́; videatur. De ea potiſſimum ſimilitudine mo-
tus eſt Plato, vt idem eſſe materiam & locum in Timęo
aſſeueraret. Id.n. [b] quod formas alternatim ac ſucceſ-
ſu reciperet, modo ſyluam (.i. materiam) modo conce
ptaculum (ideſt ſedem ac locum) vocabat: ceu vna re
multis noībus dicta ſignificataq́;. Veruntamen aliter
in Timæo, aliter in iis quæ Agrapha inſcribūtur, ædiſ-
ſerit de cōceptaculo. Illic materiam præcipientem par-
ticipantemq́;, hic numerum .i. magnum & paruum eſſe
conceptaculum rebus & formis oībus ſtatuit. Per hæc
(vt dixi) videri poteſt, materia eſſe idem & locus. Ac 16
cæteri quidem ferme oēs locum eſſe aliquid putauerūt.
Solus [c] Plato auſus eſt non ſolum dicere locum eſſe, ſed
etiam finire quid eſſet: quanquam id parum proſpere,
tranſlationibus agens non proprio ſermone naturam
eius indicans reuellansq́;. Liquido igitur conſtare arbi-
tror locum, ſiue quis materiam cum putet eſſe, ſiue for
mam, tractatu vtcunq; per difficilem videri, vtpote in
quo noſcendo ad principia recurramus, quorum ſpecu
latus pſe altiſſimus eſt, & haud facile quiuis adeundus,
qa conamur ſeparatim cognoſcere ea, quæ ſeorſum co
gnoſci non poſſunt. Porro fieri non poſſe, vt forma aut 17
materia locus ſit, non eſt impendio laborioſum oſten-
dere: Forma & materia ab ipſa re ſeparari non poſſunt,
locus poteſt: vbi enim aer fuerat, per viciſſitudines
nunc aqua, nūc terra, nunc denuo aer inuehitur: nō.n.
locus aliquid corporis eſt, non pars, non affectio, non
habitus, non poteſtas. Nam huiuſcemodi qualitates à
corpore non exoluuntur, locus exoluitur. Hercules vi
detur vaſi eſſe ſimillimus: eſt.n. vas locus tranſlatilis,
& ipſum quoq; nihil eſt rei. Igitur dixerit quiſpiam, lo-
cum non eſſe contenti locatiq́; corporis accidens, iccir
co quia ſeparatur à corpore: an ita ſoluitur, vt eſſe in lo
co, accidens ſit inſeparabile corporis, locus non ſit
locati corporis accidens, ſed plane illius cuius ſuperfi-
cies atq; exitus eſt. Materia autem eſſe nequit locus alia 18
etiamnum ratione, ꝙ quum materia contineatur, con-
tinere cernitur locus. Iam deforis externusq́; locus eſt.
materia & forma interna. Plato vero qui cōtendit oſtē
dere locū eſſe materiam, non videt ſe, ſi ita ſentiat, ſuas
illas ideas numeroſq́; ſpecificos in loco eſſe conſtitutu-
rum, quia vt dixi) materiam ſubiectam numeris facit,
q̄ ille interim magnum & paruum, interim participatio
nem & præceptionem appellitat. Præterea ſi res quæ 19
mouentur in locos proprios feruntur. in materiam &
formam nulla res fertur, quia ſecum & intra ſe cominet
vtranq; naturam, certe neutra locus erit. Equidem li-
benter pol diſcerem, qui fieri poteſt, vt corpora ſi locū.
(.i. materiam & formam) intra ſe continent moueanť:
& quomodo locus ſupernus infernus diſtent, vt ad ea lo
ca deferantur: etiam quomodo in iis futurus ſit motus.
Et in materia & forma quidnam ſupra? quidq́; infra?
Quærenda enim & aſſignāda ſunt loca, ad quæ corpo-
ra naturaliter differuntur. Quòd ſi materia formaúe 20
locus ſit, quum materia & forma motu corporum mo-
ueanť, ibiq́; adſint vbi ipſę res adſunt & corpora, primū
ſequitur illud abſurdū moueri locus poſſe: deinde quo-
modo elabentur, ne locum eſſe in loco concludant? Si
enim tunc in loco corpus eſt, quum hinc illuc aut con
tra defertur, profecto & locus corporis eſſe in loco vi-
debitur, ſi ipſeq; ſimul cum corpore deferatur. Præte-
rea cum vicibus corpora permutentur, aer in aquam
aqua in aerem abeat, ſi formam eſſe putaueris locum
continuo locum fateberis poſſe corrumpi, quia & for-
mæ in tranſmutationibus & conuerſionibus corrumpū
tur. At quænā ſit loci corruptio, difficile eſt afferre, vel
fingendo. Aut ſi materiam eſſe locū dicas, cur aqua re-
cens progenita non in aeris loco maneat, quippe qui iā
vannerit, in aeris materia maneat, quippe quæ incorru
pta ſit ſemper, atq; vt inquit Plato, vna atq; eadem ma
nens differentium formarum ſignaculis & impreſſioni-
bus exculpatur.

a Simpli. aperiens locum præſentem in hunc fere modum ſcriptum reliquit. Videtur æquidem locus eſſe ſpatium illud, quod magnitudinem ſuſcipit: ea enim magnitudo in loco eſt, quæ eſt ſpecie ſua terminata, in qua duo poſſunt perſpici & conſiderari. Primum eſt ſpatium interminatum, quod intelligere poſſumus ut remotum & abſolutum eſt quocunque termino, cæteriſq; accidentibus quorum ſuſceptiuum eſt: alterum uero eſt finis terminusúe illius ſpatij interminati, qui quidem ipſum continet terminatq;: is autem forma eſt: at id quod ab hoc ſequeſtratum intelligitur, aliud nihil eſt quàm materia, uel quod idem eſt dicere ſpatium. horũ deinde occaſione monet idem Simp. id dubium, dicens: Magnitudinis. n. ſpatium quantum quoddam eſt, ſed quantum forma eſt: cur ergo ipſum materiam appellat Ariſto. In qua quidem re controuerſia eſt inter Alexan. & Simp. Alexan. n. ſpatium omne quod magnitudini & quantitati attinet, formæ attribuere uidetur, cum ait ea quæ hoc in loco de materia dicũtur, non eſſe accipiẽda ſicuti ea quæ ab exacto examine auctoris prodeunt, ſed tantummodo tanquã opportuna ad oſtendendum propoſitum. Simp. uero omnino contendit materiale illud ſpatium, neque proprie quantum eſſe, neque formam, niſi eius formæ quæ magnitudini & quãtitati attinet, fiat particeps, ſed tantummodo eſſe fuſionem quandam interminatam indefinitamq;: & conatur oſtendere in hac eadem ſententia Ariſto. eſſe qui ait: Eſt autem id ipſum materia & infinitum ſeu interminatum. Annotat etiam idem Simplic. tanquam correlarium quoddam, non eſſe credendum ſpatium id corporeum, quod ut magnitudo aliqua & quãtum habetur: aut illam multitudinis ſecretionem quæ in numeris reperitur, ab ipſa materia in corporibus haberi, ſed eam ſolummodo diſtractionem diffuſionemq; & interminationem, qua materialia ab immaterialibus differunt.

b Hæc ſunt Themiſt. uerba in hoc loco τὸ γὰρ μεταλημπτικὸν τῶν εἰδῶν ἄπερ ὕλην, καὶ τὴν χώραν, ὅπερ ἐστὶν ὁ τόπος, τὸ αὐτὸ λέγει. καὶ ὅτι τὴν ὕλην ἄλλως μὲν ἐν τῷ Τιμαίῳ φησὶ δέχεσθαι τὰ εἴδη, ἄλλως δὲ ἐν τοῖς ἀγράφοις δόγμασιν. ἐκεῖ μὲν γὰρ κατὰ μέθεξιν, ἐν δὲ τοῖς ἀγράφοις δὲ καθ᾽ ὁμοίωσιν. *quorum hæc uidetur fidelis interpretatio: nam id quod formas recipit, quod quidem materia eſt, & ſedem quod eſt locus ipſe, eadem eſſe aſſeuerat. Veruntamen aliter quidem, materiam ait in Timæo recipere formas, aliter in ſententiis agraphis: nam ibi participatione, in agraphis uero ſimilitudine.*

c Them. & Alexan. Platonem accuſant, quod tranſlationibus ſit uſus cum materiam ſedem uel locum appellat, dixeruntq; allegorias. merito ab Ariſto. carpi in hac re: nam conſentaneum erat ut prius aperiret, quod eſſet proprium loci ſignificatum, ut eſſet doctrina apertior ſi eius nominis tranſlatione erat uſus, quod tamen nuſquam feciſſe comperitur. Attamen Simp. Plat. defendens eum non tranſlatione uſum eſſe ait in nomine loci ſub communiori quodam ſignificatu accepiſſe, qua ſcilicet ratione id ſignificat quod eſt alicuius ſuſceptiuum, quemadmodum & Ariſto. animam locum ſpecierum apellauit.

22 HActenus ambigendi rõnes attulimus. Ab his
quot modis res dicatur in altero, eſſe exponen
dum videtur: id. n. pertinere maxime ad demõ-
23 ſtrationem præſentem putamus. Ac primum quidem
vnum ſignificatum. i. quo digitus dicitur in manu eſſe,
& pars omnis in toto. Alter inuerſa vice, quo totum in
partibus, vt os in oculis, fronte, narib⁹, bucca. Tertius,
quo ſpẽs in genere, vt homo in aĩali. Quartus, quo ge-
nus in ſpecie, vt in homine animal. Neque mirum vi-
deatur, ſi in homine eſſe animal dicitur, quaſi id quod
plus eſt in eo quod minus eſſe nõ debeat. Nam ſi acri-
ter inſpexeris, inuenies animal tanquam partem in ho
mine, proindeq; in hominis definitione includi com-
prehendiq; aĩal. Quintus, quo forma eſt in materia,
vt lectus in ligno, & ſanitas in temperatura calidorum
frigidorũq;. Sextus, quo in rege intelligit̃ poſitus rerũ
gręcarum ſtatus, & quo demum in primo aliquo mo-
uente gubernãteq; dicũtur aliqua eſſe collocata: quale
eſt illud Homericum. Hæc Iouis in genibus. Septimus,
qui ad bonum & finem pertinet, vt quum dicimus oĩa
in felicitate & beatitudine poſita. Sunt & alij modi qui
bus res eſſe dicuntur in altero, a ſed oĩum quos enume
rauimus, & quos prætermiſimus, illæ eſt maxime pro-
prius atq; præcipuus, quo res in aliquo tanquam in vaſe
& loco deſita conſtitutaq; dicitur, His ita explicatis id 24
quod eſt conſequens inueſtigemus: Sit ne quippiã in
vlla re, ita vt in ſeipſo. Et vtrum modus hic ſub aliquẽ
eorum cadat, quo prætermiſimus: an hoc oĩno eſſe nõ
poſsit. Porro veriſsimum eſt, omnia vt nullibi eſſe, aut
in altero. Sed quonam modo inquies? Vſualis illa locu
tio recipitur, qua ſolemus plerunq; in ſeipſo eſſe quẽ
dicere. Sed ſcire licet hominem non primo, ſed per
aliud in ſeipſo eſſe poſſe. Ex eo. n. quod hominis ani-
ma in corpore hominis collocata eſt: totiusq; hominis
pars in alteram partem recepta, fieri poteſt hoc argu-
mento, vt eſſe quid in ſeipſo dicatur idcirco, quia pars
in parte ſit condita: nam & aĩal propterea ſuimet mo-
uens habetur, quia pars illius altera moueat, altera mo
ueatur. Alio modo arbitrari totum in toto eſſe, prorſus
eſt diſſonum. Quod ſi quis ruſtice vrgeat non dicere
ſe animam eſſe in corpore collocatam, ſed ipſum pror-
ſus animal in ſeipſo prorſus, is videtur conſuetudinis
licentiam ignorare, quæ efficit vt pleraq; à partibus cõ
mode & apposite denominentur. Quemadmodum
itaq; petaſatum calceatumúe dicimus Soc. non ꝙ to-
tum corpus calceo petaſoúe indutum ſit, ſed ꝙ tantum
pedes iniecti munitiq; habeantur: ita & animal in ſe-
ipſo eſſe conſueuimus dicere, qm̃ pars altera intra par-
tem alteram animalis condita conceptaq; eſt. Eodem
exemplo poſſumus amphorã, hoc eſt, vas illud fictile,
quod cum ipſo vino ſit, dicere in ſeipſo eſſe, eo qđ in
vaſe vinum includitur, non ꝙ ſeorſum, aut vas in vaſe
ſit, aut vinum in vino. Prohinc non ſimpliciter abſolu-
teq;, ſed per aliud & ſm̃ partem in ſeipſa res fuerit.
Pleraq; autem per aliud eſſe dicuntur in aliquo: eſt. n. 25
in homine albedo, ideo quia in corpore eſt, & in cor-
pore propterea, quia in ſuperficie eſt. b At in ſuperfi
cie non per aliud amplius, ſed per ſe immediateq; fue-
rit. Verum tametſi in ſuperficie ſit primum albedo, nõ
eo tñ iudicanda eſt eadem res albedo & ſuperficies, ita
vt ſequi poſsit in ſeipſa rem eſſe: alia ſiquidem defini-
tio ſuperficiei, alia albedinis & coloris eſt. Item, defini
tio animæ diuerſa eſt à definitione ſcientiæ, atqui ſcien
tia primum in aĩa haberi dicitur. Eſt enim in homine
ſcientia idcirco, quia primum in anima. Demum ſi ſin 26
gula percurreres, & æſtimare velis reperies definitionẽ
recipientis rei alienam eſſe à definitione receptę. Quod
quum ita ſit, quo pacto eſſe in ſeipſo quippiam poteſt?
alioquin à ſeipſa ipſam rem eſſe diuerſam & alienam
oporteat. Eſt ne in ſe res aliquo eorũ modorum, quos
retulimus?

retulimus? Et hercules quæcunq; recipiuntur, in re diuerſa recipiuntur. Nam totum quod videtur eſſe in partib⁹, non dicimus eſſe in ſeipſo: aliud.n.eſt totum, aliud partes ipſæ. Totum eſt vnum & ſibiipſi idem. Partes & plures ſunt, & differentes. Sed neq; ratio ipſa quam diximus, ſinit rem eſſe in ſeipſa vllam quia definitiones, & naturę eius quod eſt primum in aliquo, & eius in quo primum eſt aliquid, proculdubio differentes & diſcrepantes habentur. Quare ſi quid in ſeipſo eſſet, naturas & definitiones pugnantiſsimas ſubiret: immo eſſet illa ipſa quæ pugnant. Sed quemadmodum nequit eſſe, vt vinum ſit amphora fictilis ſimul atq; vinum: aut è diuerſo, vt amphora fictilis ſit vinum ſimul & amphora, ita nequit eſſe, vt in ſeipſo ſit quippiam. Verum vt ante dictum eſt, eſſe ĩ ſeipſo aliquid penes ſecundumq́; partem põt, ita vt totius amphoræ pars.i.ipſum vas fictile vinum excipiat, non ꝙ ſi ipſum vinum, ſed res à vino diuerſa, pars.i.vinum in vaſe ipſo excipiatur, non ꝙ ipſummet ſit vas, in quo ſit, ſed ꝙ in ee altera & à ſe oĩno diuerſa, tanquam in vaſe collocetur. Semper.n.definitio eius quod in altero eſt, diſtat ab ea, quæ eſt eius, in quo eſt alterum. Quemadmodum ergo in ſeipſo ipſe nihil per ſe poſsit, conſtare de ſupradictis rõnibus puto.

27 Quàm vero neq; per accidens eſſe in ſeipſo res poſsit, peruincemus hoc modo. Illud prius notauerim, non idem intelligi cum per partem, & cum per accidens dicitur: quamuiſq́; vtrunque per aliud ſit [c] perplurimum tñ, vtrum afferas, intereſt. Aĩal per partem obtuitur, quia oculi qꝫbus officium obtutus abſoluitur, pars ſunt animalis. Per accidens fluctat malus in naui, quia in naui quæ fluctibus iactatur, accidit malus. Albedo quoq; quia motu hominis in quo eſt mouetur, penes accidens dicitur moueri. Atq; ij duo modo habentur. quibus res per accidens dici exiſtimantur. Primus quũ pars afficitur affectione totius, alter quum accidens afficitur affectione ſubiecti. Vtrum genus accidentis afferimus, quo quid in ſe ipſo eſſe per accidens poſsit? Quod equidem ſcientiam, plane video neutrum, alioquin ſit neceſſe, alterum aut ſuimet, vt pars, aut vt accidens fiat, quod quidem ſupra captum cogitationis eſt. Atq; ita quidẽ ſi aliquid eſſe accidens in ſeipſo poſſet, nulla rõne alia poſſet, niſi quia vel pars eſſe vel affectio ſuimet poſſet. Eodem mõ amphora in ſeipſa per accñs eſſe non poteſt, niſi aut pars aquæ ſit, aut accidens amphora. Nam ſimulatq; aqua collocata eſſet in vaſſe, ipſum quoq; vas, quod aut pars, aut accidẽs fuiſſet aquę, in ſeipſo vtiq; collocaretur. Hoc vero perridiculũ eſt, atq; ſequitur duo corpora eſſe eodem in loco futura, tum vas quod in ſeipſo eſſet, tũ aqua quæ contineretur

28 in vaſe. Verum de his ſatis. Ex horum modorũ explanatione Zenonis cauillus facile diſſuitur, quo ille vtebatur ad demrandum ſi locus aliquid fuiſſet, in alio loco ſubinde locum eſſe oportuiſſe. Prorſus vt dixi, res in aliquo eſſe [d] multifariam poteſt intelligi, eritq́; locus nimirum ipſe in aliquo, vtiq; nõ in loco. Is.n.qui proprie locus eſt corporis nobis obducti, & circundati, & abiectis eſt vltimum. Eſſe vero in aliquo dicitur locus.i. in corpore eo, cuius ipſe pars atq; exitus fuerit, nõ tanq̃ in loco, ſed tanq̃ in toto. Nam & ſanitas in aliquo eſt, in temperamẽto.ſ.calidorum frigidorumq́;, non tanq̃ in loco, ſed tanquam in corpore, cuius eſt habitus. Caliditas item atq; frigiditas in corpore, non vt in loco, ſed vt qualitates eius & affectiones habentur. Ita & locus in aliquo ſit, dum nõ ita vt in loco, alioquin diſſentaneum fuerit eam rem in infinitum extrahere. Sed ſatis hactenus indubitatum diſputatumq́; in cõtraria eſt. Nunc decernendi ſententia & fiducia iniuienda.

[a] Vndecim enumerantur in præſenti modi quibus res in altero dicitur. Hic uero tantummodo octo, quod ob id eſt quia quidam ibidem in duos diuiduntur, (ut ait Simp. qui in unum hoc coguntur, ſicuti modus ille quo forma in materia, et accidens in ſubiecto eſſe dicitur: ſimiliter quo aliquid in uaſe uel in loco. Omiſit præterea in præſentiarum modum quo aliquid eſſe in tempore dicimus: quapropter? forſan quia de tempore nondum egerat. Inter hos autem modos propriiſſimus eſt iis, qui ad locum refertur: quia eſſe in aliquo proprie uidetur importare eſſe alicubi, quod maxime ſignificare uidetur eſſe in loco, ut ait Alexan. [b] Ex his forſitan quæ de ſuperficie ab Ariſto. hoc in loco dicuntur, occaſionem accepit Themi. ut quinque crederet eſſe modos, quibus aliquid per ſe dicitur: cum tamen cæteri quatuor tantum enumerent: nam quintum eſſe credit, qui oritur ex relatione accidentium à ſubſtantia quibus non per aliud inſunt, ut color ſe habet ad ſuperficiem comparatus, de qua re loquitur ipſe primo poſterio. analytico. lib. capi. 10. & 2. de anima. capi. 22. [c] Per aliud commune quid eſt quod diuiditur in id quod per accidens dicitur, & id quod partem, ut etiam Simp. hæc exponit. [d] Quærit hic Alex. quonam ex his modis qui ſuperius ſunt enumerati, locus in aliquo dicatur, & ſoluit dicens: nunquid ut affectio uel habitus aut omnino ut in ſubiecto an potius ut pars in toto? quodam enim pacto ſuperficies pars eſt, qua quidem ratione ut terminus ſumitur terminati corporis: qua uero longitudine & latitudine eſt definita, pars eſt corporis cuius ſubſtantia tribus conſtat dimenſionibus. Vnde ſuperius quo loco Ariſt. docuit multa in aliquo eſſe non priò, ſed ſcd̃m partes, uſusq́; eſt exẽplo albi qd' in corpore eſſe dicimus, non qa ei primo inſit, ſed per ſuperficiem, hac eadẽ rõne expoſuit ſuperficiẽ corporis eſſe partẽ.

QVoniam vero loci natura compertu exploratuq́; ardua eſt, primum cõſiderabimus & quaſi 30 reponemus ea, quæ ineſſe loco cõi hominum intelligentia opinioneq́; iudicantur: deinde ſenſim irrepemus ad cõitionem abſolutionemq́; reliquorum. Ac primum quidem cõfeſſum eſt oĩbus, locum complecti contineriq́; eas res, quarum eſt locus. Deinde locum eei illius quam continet, nihil eſſe, quod nos ſupra neceſſariis rebus addiximus. Tertium eſt, locum primum citimum & proprium maiorem minoremúe corpore eo quod continetur, eſſe non poſſe. Nõ minorẽ, qui.n.abieet amplecteretur? nec maiorem, quia in partem illam ſubſiduam corpus alterum poſſet inferri ſuffarcinariq;: & ita confiteri, vt iã neq; proprius, neque primus, neque citimus ſit futurus. Quartum eſt, vt locum à corpore collocato ſeparabilem eſſe dicamus. Atq; hæc nos ex ſucceſſu ſubeuntium corporum & viciſsitudinario rerum ingreſſu egreſſuq́; verũ eſſe ſupra docuimus. Poſtremum quod affirmauerim eſt, vt quęcunq; in loco ſunt, aut ſuperiori, aut inferiori loco eſſe neceſſe. Subiectis his hunc ad modum perſpiciẽda &

reducenda ſunt reliqua. Prorſus neceſſe eſt, talem defini 31
tionem afferre, qua tum argumementa contraria diſſoluantur, tũ ea quæ in eſſe videntur loco aſſerere ac tueri poſsimus. Inter hęc illud quoq; manifeſtum obiter fiet, quidnã cãæ fuerit, quod in ea re explicanda enodãdaq́;

difficultatem & ſcrupulum pareat. Primum ſcire opor 32
tet nullam haberi poſſe de loco mẽtionem, niſi motus

localis aliquis haberetur, propterq; id potiſſimum cęlum eſſe arbitramur in loco, quia in motu ſit & excitu maximo. Tria aũt genera localis motus ſunt, delatio, auctio, & minutio. Nam & in auctione rerum locus ex loco mutatur, & qđ prius fuerat dodrantẽ hic quodq; (v.g.) occupauerat loci maiorem deinceps minorẽue ſibi loco adoleſcendo minuendoúe comparauit. Mox & illud quoq; notatu dignum, non ex omnibus quæ mouebantur, veniſſe nos in cognitionem loci, ſed ex his modo, quæ per ſe ac proprie mouebantur: nam quæ per accidens mouentur, quemadmodum proprie non mouentur, ita neque loco egere, neq; ad loci noticiam perducere poterant. Sed & diſcrimen quoque non admodum tenue viſitur inter illa ipſamet, quæ per accidens mouentur: nam quædam ſimulac à toto ſubiectoúe ſeparaueris, per ſe moueri differriq; poſſunt, vt corporis membra, vt nauium claui: quædam non poſſunt, vt albedo, vt ſciẽ. Verumenimuero neutrum genus nos in primam loci cognitionem perrexit, ſed ea duntaxat occaſionem momẽtumq; præſtitere, quæ per ſe ac proprie mouebantur. Per ſe aũt mouentur, ea quæ diſſeparata diſiunctaq; ſunt ab eo quo cõtinẽtur, eiq; quod nihilominus tangunt, minime continuãtur.
33 At manus implexa volumini ſcribẽdo ſeorſum eſt à reliquo corpore, non tñ eſt à reliquo corpore ſeparata, neq; attigua brachio, ſed continua eſt, proinde nemo ſm illam partem, neq; per ſe mouetur, neq; in loco ꝑ ſe eſt. Verum quemadmodum ex iis quæ per ſe mouẽtur, proculdubio natura loci petenda promendaq; eſt. Mouentur aũt per ſe in mundo animalia. Num igitur mundum eſſe animalis locum cenſueris? minime. Nũ igitur aerem? nequaquam. Quamobrem? quia probatum ſupra eſt, locum neq; anguſtiorem neq; ampliorem eſſe poſſe, q̃ corpus locatum. Quiſnam igitur erit locus Calliæ peculiaris & proprius? ꝑfecto nullus alius niſi eius aeris extrema & ciſima pars, qua ſolus Callias ambitur atq; circundatur. Per id eſſe in aere Calliam verum eſt, per aerem in mundo. Quo fit vt hic primus
34 ſit Calliæ locus. Quum ergo id quod continet, non eſt à re contenta ſeiunctum auulſumúe, ſed iunctum plane continuatumq;, ea res in loco eſſe, ſed non in ſuo toto putanda pars eſt, vt manus, vt crus, vt thorax in corpore. Quũ vero præciditur diſſeparaturúe, ita tñ vt tangat, tunc in eo loco eſt, vbi continentis eſt finis. Hic iã neq; pars corporis cõtenti, quum ſit extrarius, neq; arctior item aut capacior, ſed quoquo verſus æqualis, & quadrans, & conſentiẽs finibus marginibusq; ambiẽtis corporis vltimis qa ᵃ cõtiguorũ extrema ſunt ſil̃. Planè partes quæ in toto ſunt, non in toto, ſed cũ toto mouẽtur: ea vero quæ ſeparata ſunt, in loco non cũ loco moueri intelliguntur. Sed occurrat aliquis, nõne res quę in vaſis locantur, vna cũ loco ipſo moueri viſunt, quoties vaſa ipſa vtcunq; mouentur? Verum vaſa non ſunt loci, quod quærimus, proprij, quippe incluſis corporibus ampliora capacioraq;, ſed extrema, hoc eſt cõcaua illa fictiliũ internaq; facies, id maxime ac ꝓprie locus eſt, vtpote quæ habeat receptis rebus amplitudinẽ parem.

ᵃ *Contiguorum extrema in eodem ſunt, ait Ariſto. Verbũ illud, in eodem, expoſuit Themiſ. imitatus Alexan. hoc eſt, ſimul. Quod ſi hoc modo expoſuerimus, fateri oportet (ut notat Simp.) hũc alium eſſe modum à praenumeratis, quo aliquid in altero dicitur cum ambo ſunt ſimul: & hoc concedit Alexan. attamen Aſpaſius in eodem exponit, ut in loco, eo modo quo ſuperius conceſſimus uini amphoram eſſe in ſeipſa, ob id quia pars in parte eſt. Et ſuperficies (ait ipſe) eius qđ in loco eſt, in ipſo loco eſt, una cum fiat ſuperficies, ob impartibilitatem. Quærit tamen Simpl. ſi una efficitur quomodo ſit in aliquo, & ait: Nunquid in continente corpore?*

SI itaque vera ſunt hæc, apertum eſt locũ eſſe ter- 35
minum rei continentis extremum, quæ id qđ ipſa continet, tãgit. Atq; hoc etiã alia rõne mõſtramus. ᵃ Nam quum quatuor habeantur, quorum aliquod neceſſe ſit locum eſſe: Forma, materia, ſpaciũ inter rei continentis extremas margines cõprehenſum, ipſi termini vltimi corporis continentis: ſi de tribus nullum eſſe locus probatur, id qđ reliquũ ſubſidet, locũ videri neceſſe eſt. Sed.n. materiam locum eſſe non poſſe declarauimus ſupra euidentiſſime. Errorem quoq; illorum coarguimus, qui ꝙ & locus & forma complecti cõtinerique videbantur inſcitia diſputandi ratiocinandiq;, locum eſſe ſuſpicati ſunt formam. Sanè tametſi vtrũq; ſit terminus, non tñ vtrunq; rei eiuſdem eſſe terminus, forma rei contentæ terminus eſt, locus vtiq; cõtinẽtis. Et quidem ſi quis de me id quærat preſſius, neq; terminum quidem nuncupauerim formam, vtpote quæ nõ ſit ſuperficies, ſed rõ, & id quod ſub hoc verbo qđ ſit rẽ eſſe percipitur: niſi quis dignationi eius hoc tribuat, quatenus materiam fuſam diffluẽtemq; quaſi coercet finibus, & intra certos limites reuocat, veluti norma
quædã menſuraq; rerũ ac numerus. Reliquũ eſt vt do- 36
ceamus ſpacium illud, quod inter cauum vaſis interiacet, locum eſſe nõ poſſe. Sanè peruetus hæc opinio eſt, & eorum maxime affinis conſentaneaq; ſententiæ, qui vacuum in rebus affingunt. Polluit viguitq; ea primũ ętate Chryſippi, mox ſub Epicuro emerſit atq; floruit. Aſſerunt impendio nonnulli idem quoque Platonem exiſtimaſſe. Cæterum oẽs ij qui loco id ſedulo ſentiũt vt veriſimili argumento nitantur, lubrico tñ planeque vitioſo atq; falſo mouentur. Quum.n. in cogitationem loci veniſſent, & adhibito ſenſu clariſſime deprehendiſſent, corpora continuæ alia atq; alia eodem in loco per alternationem & ſucceſſum haberi ac recipi, iere curſu vt locum eſſe ſpatium illud interceptum marginibus dicerent, ꝙ vnum idemq; manens exciperet cõcedentia ac ſubeũtia vicibus corpora, quaſi ſeiunctum & diuulſum à ſingulis quæ ingrederentur. Vt vero ita connixe opinarentur, vaſa potiſſimum in cauſa fuere. Quum.n. intra eandem ſuperficiem fictilis, quæ certis finibus circunſcribebatur, interim aquam, interim aerem includi contineriq; intuerentur, arbitrabant̃ illud æquor qđ intra illos fines coercituſq; iacebat, quodq; idem permanere ſemper, & abiunctum & ſolitarium videbatur, eum ad modum, quo & ſuperficies ipſa ſuccedentibus corporibus locum eſſe, & cõceptaculũ oportere. Eſt aũt indicium quo mouentur fallitioſum ac tenue: nam ſi vas eſſe locus poſſet vacuus corpore, fortaſſe ſpacium illud quod cõmiñcuntur, peruidere ac ſerere potuiſſent. Non dantur aũt id genus loca. Simulatq;.n. egreſſus dilapſuſq; humor eſt obiter ſeſe aer inſinuat, atq; inde deriuatus eſt error, ꝙ dimẽſum illum ac ſpacium, quod corporibus ſuum quibuſq; adiungit̃ innectiturq;, corporibus detrahunt & vendicant loco, neq; perſpiciunt omnem dimenſum in loco eſſe aliquo oportere, idcirco quia corpus quoq;, cui ſoli debetur dimenſus & ſpacium, ſemper in loco eſt. Declarãt id vaſa ænea & quoquo verſus obſepta, q̃lia ſunt clepſydræ:

ex iis.n.ne ſtillicidia quidem eliquantur, niſi orificio altrinſecus aliquo adaperto, vnde ſit additus aeri ad eũ locum ſubinde implendum, quem aqua diffluendo vacue feciſſe. Sed eo quoq; fallũtur maxime, q́ vaſorum ſuperficies caua nunquam adducitur. Nam ſi vt veſicę & vtriculi ſolent, vento aut aqua dilapſa concideret ſolidareturq́;, nõ tñ facile opinor decepti, & ſeducti fuiſſent. Ergo igitur de ſpacio corporis mei, atq; aere illo quo ambior, ſiccine imaginator. Quum primum me mouero, ſuperficies, quæ me operit & continet, coaleſcit atq; diffundit, & in ſeipſam, vt ita loquar, inſinuat: eam vera ſuperficiem quæ, quia ſolidorum corporum ſit, coire & conſundi non põt, corpus cõtinue aliquod tangit. Illi igitur corpus in eo ſpacio recipi autumant, proindeq́; intra ſuperficiem ſpatium illud ſeorſum haberi ſemper ceu patorem, & amplitudinem quandam condendis & hoſpitandis corporibus delegatum.

[a] *Ratio hæc ex diuiſione procedit, ut Simpl. ait quæ quidẽ ſatis erit inefficax, niſi oſtenſum fuerit quod ea diuiſio nequaquam manca ſit: quod nititur ipſe oſtendere in hunc modum: Si id quod ſecundum locum mouetur, ſecundum locum tranſmutatur, neceſſe id eſſe locum ſecundum quod illud tranſmutatur quod ſecundum locum mouetur, tranſmutatur autem quod loco mouetur, aut ſecundum aliquid eorum quæ in ipſo ſunt, (in ipſo uero nihil eſt præter materiã & formam) aut ſecundum aliquid quod ipſi hæreat: ipſi autem hæret aut finis rei ipſum continentis, aut ſpatium illius finis medium, ſi quid aliquid eiuſmodi eſt.*

Contra Galẽ. SEd ſtatuamus, inquies, aqua dilapſa nullũ corpus ingredi: nõne iacebit intra ſuperficiẽ ſpatium ſeparatum? At ò Galene, vir. ſ. ſapientiſsime accuratiſsimeq́;, nõne abſurda & futilis eorum diſputatio eſt, qui ſumunt id quod in q̃õne diſcutioneq́; ponitur? Quum enim quærimus hoc ipſum eſſe ne poſsit ſpatium tale, extẽplo illud tute tibi cõſtituis, & quale volebas appingis, nulla id prorſus ratione cõiens. Præterea rem impoſsibilem poſtulas. Nihil.n.aliud eſt ingredientiũ & ſeceſſentium corporum tollere ſucceſsionem, q̃ ipſa corpora tollere: neq; aliud facis, q̃ ponis nec cœlum eſſe nec terram, neq; aliquod poſtremo eorum corporum, quæ nunc habentur, neq; gigni ſubinde poſſe alia. Ita efficis vt illud ſpacium, in quo nunc ſunt corpora, & in quo nõ amplius ſunt futura, relinquat̃ ſolum in rebus: hoc aũt eſſe non põt. [a] Neq; igitur quod Galenus putat. Nam ſpacium ſine corpore nequit ſubſiſtere, quin frangerentur potius diſsilirentq́; æra, quã corpore vacarent. Etenim vacuum inaneúe nihil eſſe, & vero vacuum eſſe, mox probabimus. Cur vero parietẽ non putas vndiq́; verſus ab aliquo corpore nõ poſſe tangi, (ſiquidem in hoc neceſſe, non eſt vacuum amoliri) doliũ & craterẽ poſſe? Etenim ſimiliter hunc ſemper aliquod corpus quaqua verſus obit & tãgit, differentia dũtaxat in figura eſt. Sed dices: vnde nam ſpacium illud, ſi non eſt ſeparatum à corpore, intelligitur tñ quoquo modo ſeorſum à corpore? Tu vero, inquam, vnde albedinẽ? vnde nigritiam? Ea tametſi in contemplationem veniunt ſine corpore, nec tñ per ſe ſunt, nec à corporibꝰ redempta, abſoluta, præciſa, ſed ſola eſt cogitatio, quæ id cõminiſcitur. Non.n.idem eſt in hac aqua ipſa aquę eſſentia, & ipſæ dimenſiones aquæ: pariter in hoc vino, neq; in hoc aere. Sed & qualitates quoq; animo tñ ſequeſtratæ, atq; adeo abiunctæ corporibus, non quidem ſeorſum habẽtur, ſed ſeorſum intelligunt̃ à nobis. Qualitates, inquam illæ, ſecundum quas eſt hoc aqua, illud aer, illud vinum, adæque & ſpatium id, quaſi per ſe ſolitariumq́; concipimus. Quum itaq; tria illa corpora in eodem ſpatio, ſed vicibus conſidere, & veluti caſtra metari viderent, quamuiſq́; qualitatibus & natura diſſentiãt: tantundem tñ æquoris incubare obtinereq́; viderentur. Contingebat illos credere id, quod vt aſſeuerantiſsime poſtea tuebantur, ſpaciũ illud ab receptis corporibus eſſe diuerſum. Nã & ſenſu id probari poſſe, quo.ſ. nullum eſt iudicium acrius obtutuq́; iſto gemino, ſi intenderimus agnituros aerem, qui poſt vinũ ingrederetur, non qualitates vini, ſed ſpacium idem occupaturum. Ita cũ corpora qualitates ſuas, caliditatẽ, frigiditatem, candorem, nigrorem in loco nõ ſint, ſed à ſpatio id.ſ. habeãt neceſſario ſpacium illud veteres pro loco corporum habuere. Cæterum non acute hoc, nec enim ſequitur: Ex ſpatio habent res, vt in loco ſint, eſt igitur ſpacium locus. quemadmodum nõ ſequitur: Ex impetu habent res, vt moueantur, eſt igitur impetus motus. Hæ ſunt ferme cãæ, quæ illius ſectæ homines in errorem præcipites egerunt. At locum quidem, nõ eſſe ſpacium illud, quod inter rei continentis terminos iacet manifeſtarie palam fiet, ſi meminerimus earũ proprietatum, quę nobis ſupra formula quadam agẽtibus, ceu communes deſcriptiunculæ indicatæ ſunt loco. Ac primum quidem locus continet, continetur ſpaciũ.: locus è corporibus ſeparabilis diuiduuſq́; eſt, ſpacium cum corporibus adeſt abeſtq́;. Diximus.n. eum qui ſine corpore ſpacium poſtulat, velit, nolit, vacuum poſtulare. Diximus etiã eandem neceſſario permanere amplitudinem ſpacij, ſpacium diuerſorum idem eſſe non põt. Item locus nihil eſt corporis, ſpatium minimo minus ipſum corpus eſt. Præterea qui locum eſſe ſpatium aſſerit, non ſolum corpus in loco eſſe aſſerit, ſed etiam locum in corpore, quum aliquanto rectius dicatur ſpacium in corpore eſſe, q̃ corpus in ſpatio: quia [b] alterum accñs eſt, qualitas, ſubſtãtia, alterũ corpus. Aequidem perlubenter illud didicerim, quum corpus in loco recipitur, ſeruet retineatq́; ſuam dimenſionem, (eſt.n. ſuus cuique menſus, primum: deinde ita in loco recipit̃) an abiiciat ſuam, atq; ita in eam modo, quæ loci eſt, recipiatur. Si rñderint ſuam abiicere, doceãt qui fieri poſſit, vt incolumi corpore dimenſiones corporis corrumpantur. Et hercules, cur proprias exuat, vt alienas induat? Quòd ſi vtranq; ſeruatam & retẽtam velint, qua rõne, quo digeſtu duas ſimul cõmiſerint? Vtrã eſſe in altera dixerint, vtram continere, vtram contineri cenſuerint, iam illud diſcrimen rationis affert: ſi eſſe ſimul duo corpora nequeunt, quamobrem opinemini duo ſpacia duas dimenſiones poſſe. Nam cætera accñtium, caliditas, frigiditas, albedo, nigritia, impedimento non ſunt: nec ſtat per ea, quo minus eodẽ in loco plura ſint corpora. Nec.n. molem aut amplitudinem qualitates, id genus habent, ſed ſolæ dimenſiones & ſpacia. Qm̃ vero illi hoc fortaſſe, tanq̃ ſequens admitterent, noſtrę partes ſunt qui refellere illos ſuſcepimus, hoc ipſum qđ ſequens eſt cõarguere. Sciſcitandum eſt igitur & quærendum de illis, num aucto ampliatoq́; corpore augeantur & dimenſus loci, necne. Si primum, poſſet.n. quis facile credere magnitudinem augeri, quæ continet ex alterius magnitudinis incremento: non ſecus tñ id fuerit, atq; ſi pullũ augeri de alimonia catuli crederet. Si ſecundum, iam id nemo facile crediderit. Qui.n. fieri poteſt, vt locus ille qui auctis rebus ipſe non eſt auctus,

ſit amplius capax rei maioris loco? Hęc aũt ratio in nos recurrere, aut retorqueri non poteſt: qui vltimam corporis ambientis marginem locnm eſſe ſtatuimus. Non enim poteſt per ſe ſuperficies augeri. Hæc ferme ſunt, q̃ nos ſeorſum contra eam ſententiam excogitauimus.

[a] Simp. etiam ait ea Gale. petere quæ ſibi ipſis, pugnantia ſint quia qui poſtulat in uaſe nullum eſſe corpus, eſſe tamen ſpatium dimenſionemue, poſtulat in ipſo uaſe & eſſe & non eſſe corpus. Nam ſicuti corpus nequaquam eſſe põt ſine dimẽſionẽ, pari rõne dimẽſio ſine corpore ſubſiſtere neqt.

[b] Mendum eſſe reor in latino codice, nã ipſe, εἴγε τὸ μὲν συμβεβηκὸς ποσὸν γάρ. τὸ δὲ οὐσία, σῶμα γὰρ αἰσθητὸν, græcè ait. hoc eſt, quia alterum accidens eſt, quantum enim: alterum uero ſubſtantia, corpus etenim ſenſile.

37 RAtiones vero quibus vtitur Ariſtot. quãquam ſubobſcuriores videãtur eſſe, conabimur tñ pro fide ſaltẽ inſtitutæ nobis cõmentationis mediocrem illis lucem inſerre. Si, inquit, ſpacinm vllnm per ſe eſſe nuturaliter poſſet, & ĩ ſeipſo manere infinitos haberi locos oporteret. Quamobrem? qm̃ ſi vas oquæ aut aeris plenum aliquo tradncatur, quicquid in eo reſpectu de tota aqua ſtatuitur, idem in partibus aquæ ſpectabitur. Quum itaq; tota aqno in eo motu obtineat dimenſionem ſuam, & gerat, partes qnoq; in eodẽ motu ſnas qnæque dimenſiones obtinebunt & gerent. Porro quocnnq; delata fuerit amphora, palàm eſt habiturã ſpacium aliqđ, & eſſe inter cõtinẽtis aereis terminos. Eius aũt ſpacij ſuas ſibi portiones cum aqua, tum aquæ partes habebunt. Sed collige obſecro vno in loco quot dimenſiones, & ſpatia habebuntur: primum id qđ vniuerſa geret amphora, tum id qđ tenebit aqua, quæ pars eſt amphoræ: deinde quod partes aquæ ſingulæ nanciſcentur: præter hæc ad tota, quot aqua habebit in amphora, vtpote quæ in loco .i. in amphora & in vltimis cauę ſuperficiei terminis ſit. Accedũt & ea: quæ ad ſingulas partes ſortito accõmodantur iis, ſi adieceris id quod eſt amphorę totius, in eo quod corpus eſt: qnemadmodum & aquæ: item, id quod artis eſt in eo, quod, corpus eſt pars, comperies plurimas, atq; adeo infinitas eodẽ in loco dimenſiones & ſpacia. Ego [a] abſurdius quiddã in partibus video: nã ſingulæ & in proprio aderunt loco, & in loco maioris partis cubabunt: quumq́; habeat ſectio oĩs in infinitum, abibit in infinitum & iſta locorum aggeſtio. Enimuero ſi ſpatium locus eſſet, non ſit diſſentaneum putare ſingulas partes in loco eſſe per ſe, quia in ſuo quæque ſatio ſita per ſe collocata videreſ, quod quidem ſpacium totius loci pars eſſet. Ij vero qni vltimum continentis eſſe locũ volunt, vt nos, per accñs partem eſſe in loco conſtituũt, quia totum in loco per ſe eſt. At ij qui ſpatinm vniuerſum illud interiacens faciunt locum, qua rõne defenderint, ne partes per ſe in loco eſſe videantur? ita conſit vt neceſſe ſit locus ſingulis rebns finitos adiungi. Euenit etiam vt locus in loco ſit. Nam ſpatium id qđ extremo illo ambitu cauoq́; includiſ, ſi tranſlata alio amphora ſit, erit in alio qnoq; ſpatio, atq; ita in alio loco ſubinde collocatum. Nnm hæc incommoda ſequuntur eos, qui vltimam continẽtis faciem locum putant? Minime: ſed q̃ ob cauſam? Quia ſi transferaſ moueaturq́; amphora, hand conceſſerim .ſ. aquam & aquæ partes alium locum eſſe occupaturas, quum eadem ſuperficies in canea maneat, quę aqua omplectitur, nec diuarieſ, vt ſpaciu. Sed quæres ſi vinum & partes in dolio tranſlato, eundem locum occupant, quem antea occupabant, quo pacto verũ ſit id quod dicitur freqnenter, vinũ de atrio in penum fuiſſe tranſlatum? Sanè quum ita transfertur dolium, per ſe non mouetur vinum, quippe quod acquieſcat in dolio, ſed dolium ipſum in quo vinũ eſt, mouetur per ſe ut qd transfertur: id .n. in quo aer, aqua, vinũ, aut aliud quippiam eſt locatum, deferſ moueturq́;: non vtiq; aer, non aqua, non partes. Hæc aũt tunc moueri videntur quũ viciſsim ſubeunt ac ſuccedunt in dolium. Quòd ſi ſpatium locus foret vna cum vaſis, ipſa quoq; corpora per ſe, & partes corporum mouerentur, & ad exemplum vaſorum dimenſiones varios & ſpacia obſiderent, & loca diuerſa mutarent, & ſingulæ ſingulis locis diſtribuerentur nõ quidẽ per accñs, ſed ita vt quiſq; locus pars ſit loci maioris, atq; ille alius exinde maioris, eatenus dum ad ampliſsimnm locum & ad capaciſsimum ſpatiũ veniatur, in quo cœlum contineretur: Ita hercules hoc de opinione illa mirabile ceu corollarium ferimus, locũ eſſe partem loci oportere, quemadmodũ dimenſionis & ſpatij partem ſpatium eſſe & dimenſionem oportet. Atq; hoc non illi quidem dicunt, ſed tanquam extrinſecus ſequitur. Illuc nunc recurrimus: Vinum aũt contendũt per ſe aut moueri, quum abſportatur, (& dudũ oſtendimus, ꝙ anguſtias adituri ſint, ſi id conceſſerint) aut ſatebuntur quieſcere. Sed ò rem ridiculam. Thaſium vinnm Athenas ſine vllo motu perferri. Non .n. reddere cauſam diſcriminis poſſunt quibus videtur locus eſſe dimenſio, cur vinũ motis vegetibus per ſe moueri non poſsit, per accidens poſsit.

[a] Simp. aſſerit, hac rõne uoluiſſe Ariſt. oſtendere ſequi infinitum in actu ex ea poſitione. Nam ſequitur quãlibet partem & in loco eſſe & moueri per ſe, quod aũt in loco per ſe eſt & per ſe mouetur, determinatum eſt & actu ſubſiſtit, ut eſt ſuperius declaratum, partes ergo corporis quod in loco eſt per ſe erunt & actu diuiſæ: at infinitæ ſunt partes in continuo, erit igitur infinitum actu: præterea loci erunt infiniti, unicuiq; .n. parti ſi in loco ſit, per ſe proprius debetur locus, Ariſto. aũt hoc intulit tantũmodo ſequi .ſ. infinitos eſſe locos, & non infinitas eſſe partes, ob id quia de loco nunc ſermonem habet. Conatur præterea idem Simp. has rõnes diluere, ait .n. illud incõmodum .ſ. infinitas eſſe partes actu ſeparatas, infinitaq́; loca, quia credimus eas partes quæ in loco per ſe ſunt oportere ut actu ſint ſeparatæ: hoc autem neceſſe quidẽ eſt confiteri, ſi uelimus defendere locum eſſe ſuperficiem ultimam rei continentis. Quod .u. per ſe eſt in loco: cum circunſcribantur externa quadã ſuperficie, opus eſt ut actu ſeparatum ſit. Quòd ſi uelimus defendere locum eſſe ſpatium illud, non eſt neceſſe ſateri: nam cum ſpatium illud per uniuerſas partes diffundatur, nihil uetat partes per ſe in loco eſſe, nec eas tamen eſſe diuerſas, eo enim modo partes ſunt in loco quo habent eſſe: Vnde cum locus cõtinuum quid ſit, habeatq́; partes continuum etiam erit corpus quod in ipſo eſt, & rõne qua totum & ratione etiam partium. Ego tamen, Simpl. enim hoc modo occurrerem, ſi pars in loco eſt per ſe, per ſe etiam moueri poterit ſecundum locum: quod uero per ſe mouetur actu eſt, (ut inferius oſtenditur) at pars ut in toto eſt, non eſt actu, ſed potentia.

SAtis hactenus dictum atq; adeo confectum & com 38 probatum videtur, locum dimẽſionem aut ſpatiũ non poſſe demonſtratum eſt etiam nec materiam eſſe, nec formã. Nam extra ea quæ abũde à nobis ſuperius in eã rẽ adducta meditataq́; ſunt, pterq́; id ꝙ tametſi

in mate-

in materia quieſcere corpora videantur, quẽadmodum
& videntur in loco, nõ tñ à materia abiungũtur, quem-
admodum abiunguntur à loco, certe neq; ſimilitudo
ipſa reſponderit quadraueritúe. Quum.n. de materia lo
quimur, id quod prius fuerat aqua, nunc aerem voca-
mus. Quũ vero de loco habetur mentio, vbi prius aqua
39 fuerat, ibi nunc eſſe aerem dicimus. In plenum, ſi locus
neq; materia, neq; forma, neq; ſpatium eſt, neceſſario
quarta res fuerit, continentis.ſ. corporis terminus ac li-
mes extremus, ſecundum quod contento corpori cir-
cũſecus adiungitur atq; committitur. Porro* in locò
corpus oẽ eſt, quod poteſt moueri delatione, & quie-
ſcere. Dixi delatione, vt cœleſte corpus exciperem: nec
40 enim idem delatio & circunlatio eſt. In totum, videtur
locus cognitu & compertu difficilis, & prorſus magna
quædam res eſſe. Quum.n. multa ſint, quæ ad eam na-
tura proxime videantur accedere, & quaſi calcẽ vrgere,
facile nimirum in re tam varia quaſi fuligine ob oculos
iacto, caligat & confunditur animus. Præcipue vero di
menſiones & ſpatia metam premunt atq; collimant, q̃a
proculdubio ſimilitudine ambigunt cum loco affinita-
teq́; maxima. Nam & immobilia ſunt, quẽadmodum
locus primus, & diuerſa corpora ſucceſsim excipiunt
conduntq́;, ita planè vt locus ſolet. Sed aperuimus iam
rationem captionis illius. Quum enim exeuntia & ſub-
euntia corpora, quamuis diuerſas affectiones, ſpatium
tamen & dimenſum æqualem in quem reciperentur, ha
berent, arbitrabantur non æqualem modo illum, ſed
vnum atque eundem haberi ſeorſum corporibus reci-
piendis dicatum. Alioquin & ipſa ſucceſsio corporum
propter celeritatem oculos hominum præſtringebat.
Aer quoq; adiuuabat & prouehebat errorem, tanq̃ in-
uiſus incorporeuſq́ue. Ita illis nõ ſolum termini & ex-
trema vaſorum, ſed & ſpatium interiacẽs locus eſſe ne-
ceſſario videbatur. Nam interuallum illud, quod in ca-
uea eſt, ſine corpore eſſe & plane vacuum putabant. qđ
(vt dixi) tennitas aeris & gracilitas facit, propter quam
elemẽtum illud minorem ſenſum q̃ cætera inuehit, quæ
propter inſignem euidentiam ſui facile dignoſcuntur,
nec viſum effugiunt. Eſt autem non vas vniuerſum lo-
41 cus, ſed introrſus extimũ caueæ. Huiuſmodi locus non
ſimpliciter, ſed per accidens delatilis eſt. Nam corpus
ipſum cuius vltimum locus eſt, per ſe defertur: & quẽ-
admodum vas locus eſt delatilis, ita locus vas eſt immo
bile. Quum enim in remota mouetur quippiam, vt na
uis in fluuio, id quod cõtinet nauim ſimilius eſt delato
vaſi quã loco. Nam locus ſuapte amat tẽditq; eſſe ĩmo-
bilis: & hercules merito, quum terminus ſit, & vna cũ re
adſit, cuius eſt terminus. Sunt.n. extrema ſemper cum
ea re, cuius extrema ſunt. Quare ex his omnibus conſti
tuitur definitio completiſsima abſolutiſsimaq́;, vt lo-
cus ſit rei continentis extremum, immobileq́, primum
ac citimum. Proinde terra medium complexa mundi
42 infimus locus eſſe vulgo exiſtimatur, extima vero atq;
vltima cœli facies, ſupremus ac ſummus, atque id pro-
pterea ꝙ vterq; videtur immobilis, Sanè vnus re vera
immobilis eſt, alterum ſenſus indicat. In hæc loca mo-
uentur, feruntur nutu ſuo grauia & leuia corpora. Le-
ue eſt, quod ſurſum verſum ſublime corripitur: Graue,
quod deorſum terræ caducum illiditur. Infernum lo-
cum facit ipſum plane meditullium cardoq́ue mundi,
præterq́; terra, mox aer & aqua. Nam omne corpus
graue, ab iis tribus elementis circundatur, aut omni-
bus, vt extantes in fluminibus lapides: aut duobus, vt
gradientia & nantia. Supernũ facit vltimus cęli tergus,
& ſi qui quid deinceps eſt cœlo attiguum.

** Hæc uerba interpoſuit Them. ut obuiationi occurret quæ ex uerbis Ariſto. oriri poßit. ait enim ipſe. Dico autem contentum corpus quod delatione mouetur? quæ uerba uidẽtur præ ſe ferre omne corpus quod locali motu mouetur, in loco eſſe: hoc tamen falſum eſt, ſi cœlum reſpexerimus, qđ motu locali mouetur: attamen per ſe in loco non eſt. Them. Alex. inſequutus ait per delationem motum rectum uoluiſſe, & illud quod de loco oĩno in locũ mouetur. Aſpaſius uero dixit non conuerti: non enim ſequitur ſi oẽ quod in loco eſt, locali motu mouetur ut quod in loco etiam ſit. At Simp. conuerti affirmat, ita tamen ut eodem modo in loco eſſe dicatur quo etiam mouetur: cœlum enim per partes mouetur, & per partes in loco eſt: in circulo enim ait Ariſto. alia aliam continet, & ideo tantummodo circulo mouetur.*

ILlud itaq; corpus, extra quod alterum corpus eſt 43
ambiens, in loco eſt: illud vero extra quod nihil eſt,
in loco nõ eſt. Quapropter terra quanquam ĩmota
atque vna ſede ſemper hærens, tamen in loco eſt: habet
enim extrinſecus alterum corpus quod ſe cõplectitur.
Corpus cœleſte non eſt in loco, quia extra cęlum nihil
eſt amplius. Nam ſi aerem aquamúe ad exemplum cœ
li conſtituas, extra quæ nihil ſit neq; ipſa quoq; in loco
viderentur eſſe. Dices qui poteſt cœlum localem mo-
tum mouere, ſi caret loco? an aliquo modo mouetur,
aliquo non mouetur? Non mouetur ſecũdum totum,
quia toto quoq; non egreditur loco. Nam ea toto egre
diuntur loco, quæ directo motu mouentur. At cœlum
circulari motu mouetur. Atque is motus duntaxat par
tium eſt, & partibus ſui quibuſq; ſunt loci. Nam globi
ſphæręq; oẽs illæ in cœlo, quæ in ſe orbe toto recurrũt
atque voluuntur, gradatim ſibimet ſuperlatæ, ac viciſ-
ſim mutuis adhęſionibus ſunt nexæ: viciſſim ergo pro-
ximi quæque circuli ſuperficie continentur. Ita locos
alteræ alteris complexu illo comprehenſuq́; mutuo pa
riunt. Neq; totum igitur neq; vniuerſum in loco eſt,
ſed partes, Harum quædam in gyrum circulumq́; tor-
quentur, nonnullę ſurſum feruntur, aliæ deorſum cur-
runt. Surſum & deorſum aguntur, quæ aut raritudinẽ
aut denſitudinem agnoſcunt. Cæterũ huic loco Eude-
mus in tertio rerum naturalium volumine, ad hũc fer-
me modũ occurrit: ipſum, inquit, vniuerſum erit ne in
loco, an non erit, an vtrunq; dicendũ? certe in loco nõ
erit, quum nihil ſit extra quod ambiat. An ſi ſit, de illo
identidem quæramus? nec non erit, nã aſtra & reliqua
quæ intra extimum cœlũ habentur, locabuntur procul-
dubio in illius extremis ea parte qua continet. Sed quæ
ita in aliquo ſunt, in loco eſſe dicuntur. In quo aũt par-
tes ſunt, in eo totũ quoq; eſſe haberiq́; oportebit: atq;
ita totum erit in loco. Sed & alio quoq; modo videtur
eſſe alicubi totum, quia.ſ. omne totum in partibus eſt?
verum eſſe alicubi multiplices habet ſignificatus.

VT vero compertius & latius pateat quemadmo 44
dum eſſe in loco, aut non eſſe cœlum oporteat,
quædam paulo altius repetemus. Diximus retro
aliqua eſſe in loco potẽtia, in contrariũ eſſe actu nõnul-
la. Potentia in loco ſunt partes cõtinui, quæ & ſeparari
poſſunt à toto: ſunt.n. ea in loco potentia, quæ ſi ſepa
rarentur ꝑcidanturq́;, actu eſſe poſſunt in loco. Ita quæ
ante ſeparationẽ continue ſunt, ſeparatione facta con-
tiguæ in acerui modũ habenť. Actu in loco ſunt & ipſa
cõtinua, quũ ab aliquo corpore cõtinenť, & partes cõ-

tinuorum quum à toto diſparantur. Item quædam habẽtur in loco per ſe, vt corpora quæ delatu, quæ actu, quæ diminutu mouentur. Quædam p accidens, vt colores, vt anima. Hæc in loco per ſe eſſe nõ poſſunt, quia nequeunt à ſubiecto diſiungi: quemadmodũ partes cõ-
45 tinuorum, quæ ſola poteſtate in loco ſunt. Quonam igitur modo erit cœlũ in loco? Num actu? at nullo ſorinſecus corpore continetur. Nũ poteſtate? at neq; vnquã continebitur. Nũ per ſe? at delatu moueri nõ põt. Non .n. deferri & circunferri idẽ ſunt, ſed Deferri eſt vniuerſum locũ deſerere: Circunferri eſt in ſe eodem ſitu per eandẽ ambitudinem recurrere. Nũ per accidens? certe hoc Ariſt. voluit, idemq; ſequuntur ex poſitores. ait.n. Per accidẽs mouentur, vt anima atq; cœlũ. Ego vero admodum vereor, ne tueri Ariſto. hoc loco poſsimus; quo minus ſibi ipſi pugnare variareq; videatur. Hic idẽ eſſe p accidens & per partẽ facit[a] ſupra: quum oſtenderet nihil eſſe in ſe ipſo vt in loco per ſe, conceſsit per partem nõ per accidens rem eſſe in ſeipſa poſſe. Cæterum fortaſſe hic ſuſius & generalius capit verbum per accidens pro verbo per aliud: alioquin mos quoque Ariſt. eſt generũ loco vti vocabulis ſpecierum: ac ſupra quidẽ alio ſignificatu p partẽ accepit, alio hic. Illi[b] per partem dicit eſſe quũ pars in parte recipitur, hic cõtra quũ totũ in partibus. Quomodo igitur in loco per accidens cœlũ mundusúe erit? Nẽpe quia mundus non cõtinuatione vna tanq̃ mẽbrorũ coalitu innexuq; coit ſed partes habet abiũctas q̃ iniectu mutuo ſe attingũt, & mutuo cõplectuntur, vt globi, quorũ ſinguli ſingulos motus exercẽt: ꝓptereaq; in loco ſunt partes. Totũ itidẽ in loco eſt, ſed per accidens: eſt.n. totũ in partibus & à partibus ſeparari nõ poteſt, nõ tñ partes oẽs in loco ſunt, quia nõ ambiuntur oẽs. Nam circulus vltimus qui inerrabilis dicitur, vtpote arcens & continens cæteros, ſimpliciter in loco nõ eſt, ſed penes interna quæ ambit. tangit.n. orbem Saturni, & quodammodo continet penes externa, oĩno expers eſt loci. Sed & partes quoq; extremi globi eundẽ ſequuntur modũ, qui vniuerſo debetur. Nam neque illæ in loco ſunt actu, neq; potentia, quũ ſubiecto auelli non poſsint: ſed neq; per ſe ĩ loco ſunt. Solum ergo ſi qua poſſunt, per accidẽs poſſunt. Atque hoc neque adhuc quidem abſolute: nõ .n. abſolute in loco per accidens extremus eſt orbis. Proinde quemadmodum ille eſt in loco per accidens totus, ita & partes conſtituendæ in loco per accidens ſunt. Quumq; is penes interna tantũ in loco ſit, partes quoq; eandem rationem habebũt. Iam qui poteſt eſſe, vt vniuerſum in loco ſit ꝓprie & abſolute, quũ id quod ita eſt in loco ſemper aliquid exterius habeat, extra vniuerſum nihil eſſe poſsit: alioquin de ſuo nomine ceciderit, nec vniuerſum amplius fuerit, ſi adderetur exterius aliquid, in quo comprehenderetur? At hercules quidnã eſſe extra vniuerſum poteſt? non inane, non corpus.
46 Nã corpus aut finitum fuerit aut infinitum: ſed finitũ erit & illud in loco, atque ita in infinitum abibitur. Si infinitum, promãtur rationes quibus id ſupra impulimus. Quòd ſi non de nihilo eſt vetus opinio obire operireq; cœlum omnia, & eſſe omnia intra cœlum, & cœlum eſſe id quod vniuerſum vocamus, forte neq; licuerit quidem aliquid extra cœlum ſaltem fingere, quippe q loci non egeat, ſed in quo reliqua tanquam in loco coercita comprehenſaq; ſint. Locus vero nõ eſt oẽ cœlum ſed deorſum interius, atq; ea pars tantum quæ vltima à cœlo citima terris proxime deſpicit mundum, & mortale corpus hoc tãgit. Eo modo terra eſt ĩ aqua, aqua in aere, aer ĩ æthere, æther in cœlo, cœlũ in nullo.

[a] Hunc eundem locum Simplic. pertractans, hæc in medium affert: Proprie in loco per accidẽs eſſe nõ poteſt, neq; ipſum uniuerſum neque ultimus orbis: nam ſi id in loco eſt per accidens quod uel eius eſt pars, uel ei accidit qđ per ſe eſt in loco: uniuerſum quidẽ nullius eſt uel pars uel accidens: orbis uero extremus eſt quidem pars uniuerſi: non tñ eius quod loco ſit p ſe: nõ igitur in loco p accidens fuerit. Per accidens igitur accepiſſe uidetur pro eo qđ eſt per aliud: nam quod eſt per aliud, cõe eſt ei quod per accidens & quod per partes eſt. [b] Ex quo accipe iux. Them. opinionẽ cœlum in loco eſſe, nõ per partes quidem continuas, quia, ut Simp. hoc in loco ait, neq; circuli ultimi neq; circuli alicuius alterius, partes per ſe ſunt ĩ loco. Nam etſi inuicem contineantur, non ſunt tñ ſeparatæ. Quòd ſi partes non ſunt p ſe in loco, totum etiam per partes nequit eſſe in loco. cœlũ igitur appellat uniuerſum cœleſte corpus, qđ ex pluribus orbibus ueluti ꝓprijs partibus conſtat, quorũ unuſquiſq; per ſe in loco eſt: & hac rõne totum per partes in loco dicitur. Verum orbis ultimus, qui nequaq̃ continetur ab alijs in loco p partes nõ eſt, neq; per ſe proprie ſed p accidens, ea rõne qua ſua intima ſuperficie attingit orbem contentũ & ad eum finitur, ea parte dicitur p ſuperficiem illius locari & ab eo quodãmodo contineri. Iuuebitur attamen Simp. contra Them. in hac parte hoc mõ: Si ultimus orbis in loco eſt, quia eius interna & caua ſuperficie proximum Saturni orbẽ pertingit, neceſſe eſt fateri locũ in loco eſſe. Quod ueluti abſurdũ habitũ eſt ſuperius, hic uero oſtenditur: nam p ſuperficiem intimam tangens Saturni orbẽ eſt ei locus, & uice uerſa p eandem locatur? Poteſt attamen facile dilui Simp. rõ, quia intima ultimi orbis ſuperficies, ſi reſpiciat Saturni orbem extra quẽ eſt, eius eſt locus: ut uero reſpicit Saturni orbẽ, non habet rõnem loci ſed finis uel termini: eodẽ modo de ſuperficie ſupremi orbis dicendum eſt: quare non ſequitur loci locũ eſſe, quia alia rõne locus eſt, & alia rõne in loco. Nec hoc ſolum in hac re oportet affirmare ſed multis in alijs: aqua.n. fluminis eadẽ ſuperficie locus eſt & in loco, nam fundus aluei eſt in loco p ſe, nec in alio præter q̃ in ſupficie fluentis aquæ aqua tãgitur: fluens etiã aqua in loco eſt in alueo à quo continetur: eadẽ ergo ſuperficies & locus eſt et non locus, ſed non eſt eadem rõ. Abſurdũ uero eſſet ſi ea rõne qua eſſet locus in loco etiã eſſet.

NVnc quod ſumus polliciti, præſtandum eſt, vt 47
eas rationes dilui poſſe mõſtremus, quibus merito addubitatum veteribus eſt, quidnã de loco ſtatui oporteret. Non eſt igitur neceſſe auctis corporibus augeri locum & indoleſcere. Nullus.n. terminus rei p ſe diminui augeriúe poteſt, ſed corpore ambiente p reciprocationem compreſſo vel denſato per conculcationẽ adducto atq; coercito. Margines quoq; ipſæ, quibus includitur terminaturq; p accidens coercentur & comprimuntur. Ita fit vt ea quæ augent. maiorẽ & capaciorem locũ adipiſcantur. Quod ſi locus ſpacium & interuallum foret, augeri ampliariq; per ſe vtiq; poſſet, vnde eueniebat, vt diximus, locũ in loco eſſe oportere. Puncti quoq; nullus eſt locus, quum neque à ſubiecto ſeparabilis ſit, neque ab vllo contineatur. Sed neq; duo corpora eodem in loco erunt, quum non ſit corporeũ ſpacium locus, immo neq; ſpacium quidem, ſed terminus intra quem ſpacium eſt, non ſeorſum abiũctimq;, ſed ſemper implexum innexumq; corpori. Quare locus erit alicubi nõ vt in loco, ſed vt terminus in ea re, cuius eſt terminus.

eſt terminus. Non.n.omnia ſunt in loco, ſed corpora
atq; ea quoq; non omnia, ſed ea ſolum quę delatu mo
48 uentur. Feruntur quoq; in ſuos quæque locos optima
ratione. Nam quæ ſe mutuo quaſi nexu nec violenter
tãgunt, quæque alterũ includunt & implicant, vicißim
cognata & congenera quodammodo ſunt: ignis aeri af
finitate cõiungitur, aer humori, humor cognationi ter-
renæ conſentit. Quum.n.in quoddam commune con-
ueniant, quod intra ſe gerunt, facillime in proxima &
finitima vicibus permutãtur. Ergo quæ ad cognata &
cõgenera deferũtur, in proprios deferri locos vidẽtur,
vtpote à quibus contineantur & ambiantur. Quæ por
ro ſe tangunt mutuo, & in loco ſunt & agunt patiun-
turq́; mutuo. Partes vero quæ à toto non ſunt defectæ
abiunctæue, neq; in loco per ſe habentur, neq; mutuo
agere patiue poſſunt, adęq; in ſuis quæque locis moran
tur & quieſcunt rationaliter. Nam ſi ratio eſt, vt ad co-
gnata ſibi quæque & finitima deferant, ratio etiam fue
rit, vti in cognatis elemẽtis morentur atq; conſolidant,
habeãturq́; quaſi partes corporis elementiq́; cõtinẽtis.
Nõ quidem eo modo implicitæ atq; cõmiſſæ, quo par-
tes in continuis cernuntur, id eſt, quo aqua aquæ pars
eſt: ſed eo modo quo tangẽtia, ſed diſsita diſſeparataq́;
49 ſolent. Mutuo autem ſibi illa materiæ vicem præbent,
& mutuo communicant commutãturq́;, quamuis hoc
non eadem omnibus formula cõtingat. Verum de hoc
preſsius diſquiſitiusq́; in loco: nunc deſcripte liquido
explicari non poteſt, illud pro tempore ſatis eſt diſcere.
Si materiam ſibi mutuo exhibẽt præminiſtrantq́; quem
admodum [a] in toto partes continuorum manent, ita
ea quæ modo tangunt, ſimul coaluerint cõuerſione fa-
cta in elementis ad quæ mouent eſſe manſura. Quòd ſi
ſpatiũ locus fuerat, quonã pacto corpora in proprios
acta locos fuiſſent? qñ corporibus non cuiuſuis corpo-
ris vltimum naturalis eſt locus, ſed vltimũ cognati & fi-
nitimi elementi, quo nutu ſuo & motu ſpõtali feruntur.
Spacium vero quum ſit tranſlatitium, indiſcriminatũ,
indifferensq́; nullũ poteſt eſſe naturalius & cognatius
altero. Hactenus vt ſit, & qd ſit locus, abũdanter dictũ.

[a] Greca Them. uerba in hunc ſe habent modum: ὥσπερ δὴ τοίνυν τὰ συμπεφυκότα μόρια μένει ἐν τοῖς ὅλοις, οὕτως καὶ τὰ ἁπτόμενα. hoc eſt quemadmodum ergo continue partes in totis manent, eodem etiam modo quæ tangunt.

50 COnſequens ab his eſt, vt de inani, ſiue de vacuo
agatur à phyſico. Qui.n. locum eſſe dimenſum,
& ſpacium putant, definiunt idem ſubiecto eſſe
locum & vacuum. ratione & cogitatione diſtare. Nam
idem ſpacium quum eſt obſeſſum impletũq́; corpore,
locũ exiſtimant vacuũ & inane quum vacat: ita vacuũ
nihil aliud eſſe definiunt, q̃ ſpacium abſolutũ carensq́;
corpore, Quamobrẽ (vt dixi) ad ſeriem doctrinę inter-
51 pretatio hęc quoq; de vacuo pertinet. Plane [a] nobis in-
grediendũ eſt via & ratione qua cœpimus, ſcrutandũq́;
ſit ne vacuum, an ſecus, & vt ſit quemadmodum ſit, &
quidnam rerum ſit. Primum afferenda ſunt ea, quorũ
alia efficiunt vt vacuũ non ſit, alia vt eſſe videatur in re
bus. Sed & communes in eam rem ſententiæ inueſtigã
dæ ſunt nobis, atq; ita deinceps in reliqua procedendũ.
Sane ij qui vacuum nihil eſſe conantur oſtẽdere, bona
illi quidem mente videntur eſſe, cæterum alia via quàm
per ianuam nituntur. Non.n.contra ipſam inanis na-
turam, quam veteres tantis alioquin opibus cõmunie-
rant, directo cõgrediuntur pedemue ferũt: ſed ſi quod
illi errore aliquo vacuum eſſe arbitrabantur, in eo labo
rant, vt id vacuum non eſſe demoſtrent. Nã quum in- 52
tellectus & conceptio vacui in eo habeatur, vt ſit ſpa-
cium vacans ſenſili corpore, & etiam ſi aliqui aerem nõ
eſſe corpus ſenſile iudicabãt, proindeq́; quod aeris ple-
num eſſet, vacuũ eſſe credebant. Neceſſe eſt eũ qui cõ-
tra illa ſententiam ordine diſputaturus ſit, non ſpecia-
tim coarguere, aut inceſſere ſiquis ſeorſum aerẽ, aut ali
quid aliud eſſe vacuũ dixerit, ſed recta ipſum cardinem
petere, cõmonſtrareq́; generatim vacuũ in rebus eſſe
non poſſe. Superfluo igitur Anax. cõſtrictos inflatosq́;
proferebat vtres, quibus inſiliens aerem non eſſe reſi-
ſtentẽ oſtenderet: argumento quoq; ad eãdem rem de
Cleplydris capto, quæ non ante inſtillatum humorem
admittũt, quàm aer incluſus vtcunque diffletur ſaceſ-
ſatq́;. Itaque initurus cum ſecutoribus vacui prælium,
non ad id quod quiſque ſeparatim de re aliqua conſti-
tuit, flectẽda torquẽdaúe acies eſt, ſed tenenda & diri-
genda in vniuerſum ad id, quod ipſo nomine præferri
& ſignificari videtur. Demonſtrãdum eſt igitur nobis,
nullum eſſe ſpacium poſſe actu à corporibus ſepara-
tũ. Illud aũt ſi ſit, aut inſertũ corporibus eſt, ita vt nul-
lũ ſinat eſſe cõtinuũ: aut extra cœlũ habetur immenſum
quoddam & infinitum inane, quod mundũ & interna
mundi cõplectitur. Sane ij modi duo eorũ ſunt, qui va
cuũ introducunt. Alij inſititium rebus implexumq́; &
interſperſum per oẽs naturas volũt, vt Democritus &
Leucippus, & pleriq; alij, cui ſententiæ mox & Epicu-
rus acceſsit. Ij cum id quod vere & quaqua verſus con-
tinuũ eſſet, diuidi nõ poſſe arbitrarentur, illam cauſam
diuiſionis corporum afferebant, quia in rebus eſſet ina-
ne quoddam admixtum. Alij (vt veteres nonnulli) pa-
ratum & coactum extrinſecus putant cœlum terrãq́;
ambiens: cui ſectæ ſe poſtea Zeno Citienſis addixit.

[a] Duo hæc animaduertit Simp. primum quod ex Aſpaſio exſerpſit, idem ſignificare quemadmodum ſit & quidnam ſit: nam ſuperius dum de loco ſermonem haberet eodem pacto locutus eſt Ariſt. cum tamen inueſtigare intenderet an locus ſit & quidnam ſit. Secundum quomodo ſcrutandum eſt quemadmodum quidue ſit uacuum, cum oſtenſurus ſit uacuũ nullo pacto eſſe. Ait igitur Simp. hæc quidem propoſuiſſe non quia uacui eſſentiam reſpicere, ſed uel habita ratione eorum qui uacuum eſſe credebant, quo ſcilicet modo & quid ipſum poſuerint uel ob id quia qui uacuum aſſerebant, id cauſam motus eſſe credebant. Ariſto. etiam eius cauſam materiam eſſe opinatur, quam quodammodo uacuũ eſſe concedit: ideo ipſe hac etiam rõne quodam pacto uacuum cõcedit. Quo fit ut illæ etiam quæſtiones circa uacuum habeant locum.

AEſtimandæ autem excutiendæq́; primum ſunt 53
rationes eorum, qui vacuum intro ferunt? Mo-
tus, inquiunt. cui loco ſit opus, haberi, nullus po
teſt, niſi vacuũ admittatur. Loco autẽ opus eſt delatio-
ni & auctioni. Tollitur delatio primũ, quia ſi res mota,
per vacuum non mouetur: neceſſario per cõſertum &
plenũ mouebitur. Corpus ergo per corpus mouebitur,
& totum corpus erit in toto corpore collocandum, &
duo corpora eodẽ loco ſedebunt. Qd ſi duo, cur non
& plura cõcedimus? Nõ.n.modo eſt oppletius. quia du
plicatũ ſit, quàm prius, quum vnum corpus implebat.
Nam tunc & ęque continuum erat, & ęquè farctum, &
tamen adhuc videtur alterum potuiſſe recipere. Cur er
go non iterato rurſus altero, & frequentato ſæpius, alte
rum poſsit recipere, atque ita cõtinue incidẽtibus ſuf-

farcinantibusq; confiteri, vt paruo in corpore recipia-
tur, colloceturq́; maximum? Nam paruitates multum
54 magnum quidnam integrẽt atq; conflant? Non ſolum
igitur ęqualia ſibi corpora, ſed etiã inęqualia & ampho-
ra receperit. Plura.n. æqualia recepta quoddam inæ-
quale conſtituunt, quod ſubinde & in plura æqualia, &
plura inęqualia diſtrahi poteſt ac diuidi. Quare vacuum
ſit oporter in rebus, ſi motum eſſe volumus. Victus hac
ratione Meliſſus, qui vacuũ eſſe non putabat, nihil mo
55 ueri poſſe opinabatur. Auctionem quoq; non conſtare
inani ſublato, vel parere intuitu. Nam auctio cõficitur
alimento in corpus vſquequaq; diſtributo atq; diſper-
ſo. Hoc autem fieri non poſſe, niſi penetratu cibi coale
ſcentis, & quoquo verſus accedentis atq; euntis in cor-
pus. Quum vero alimentũ omne ſit corpus, poſſet cor-
pus alterum permeare, niſi vacuum quoddam corpo-
ribus eſſet innexum. Ita illi de motu primam rõnem in-
ducunt, ſed & alia quoq; via occurrunt: Videri, aiunt,
nonnulla ita in ſe comprimi & tanquam ſubire, vt quã-
quam in minorem ſeſe molem recipiunt, de ſubſtantia
tñ eorum nihil abeat pereatúe. Iam dolia quoque tan-
tundem vini capere, etiã ſi coniecti immiſsiq́; ſint vtres,
quaſi vacuæ quædam habeantur ſedes in vino, in quas
ſeſe res impulſæ apploſæq́; conferant, teſtimonio eſſe
cinerem, qui tantundem aquæ excipit, quantum vas
56 ipſum vacuum excepiſſet. Demum corpora à corpori-
bus diuiſa eſſe non poſſe, niſi ſeſe inane inſinuaſſet ob-
ſtitiſſetq́;, ne in vnam omnia congeriem & maſſam na
turæ coirent confunderenturq́;. Atque huius potiſsi-
mum diſſeparationis diſcretionisq́; Pythagorici cauſę
faciunt vacuum, cuius.ſ. interuentu diremptuq́; fiat, ne
corpora corporibus coaleſcant, congermaneſcantúe.
Quãquam hercules non ſatis id qui conſtare poſsit in-
telligo, vtcunq; tñ affirmant influere & inſpirari mun-
do, inſlariq́; vacuum de illo halitu extero qui circun-
fuſus eſt cœlo. Præterea nec ipſam numerorum natu-
ram retineri conſtareúe potuiſſe, immo neque ſuturos
quidem numeros vnquam fuiſſe, niſi quæ inanitas in-
terpollationis vnitates diſcriminaſſet. Atque hæc affer-
ri ſolent ab iis, qui vacuum aſtruunt contra quos ali-
qui quemadmodum perperam diſputent, & quibus ra-
tionibus vellicentur, initio diximus.

57 NOs iam qui verum ſenſerint arbitrabimur. Ini-
tium autem quęſtionis aptiſsimum iudico inue-
ſtigare quid res, qua de re agitur, nomine ipſo
ſignificet. Item vnum ſignificatum, an plura eius nomi
nis habeantur. Si vnum vt illud ipſum videatur, poſsit
eſſe nec ne: ſi plura quod illorum ſit, quod non ad id qđ
quærimus, accommodatum & verum. Quòd ſi nullum
demonſtrabitur verum, concludendum erit vocem
commentitiam & vero inanem eſſe quæ ita feratur, &
cui ſubſita nulla res ſit. Si itaque ſciſcitauero, quidnam
in appellatione vacui ſignificari putent, aliud reſpon-
debunt, quàm locum ſignificari in quo nullum eſt cor-
pus? Atq; hoc aliud eſt, quàm dicere locum in quo ſit
nihil? nam idem quod corpus eſſe conſtituunt. Ergo ſi
vacuum eſſe definiunt id, in quo nullum ſit corpus, cor
pus autem omne eſſe tactile arbitrantur, omne vero ta
ctile quod eſt, grauitatem & leuitatem habet: ſyllogiſ-
mo elicitur vacuum eſſe id, in quo neq; graue, neq; le-
58 ue ſit quicquam. Ex his ſequitur punctum eſſe vacuum
oportere, quum in puncto nihil ſit nec graue nec leue:
quamuisq́; locum in definitione adiũgant, nihil tamen
ante præſtabunt quam ſtatuant vtrum locum eſſe ve-
lint eum, in quo ſpatium ſit conceptaculum tactilis cor
poris. Ea propter aliqui definiendo eo ſpacium addide-
runt, vt vacuum eſſet ſpatium non plenum corpore ta
ctili. Hunc in modum ſcrupulũ & laqueum: illum eui-
tant quidem ſed alterum inhærent & incidunt lõge in-
commodiorem extricabilioremq́;: Si.n. ſpatium hoc
aut colorem, aut ſonum, aut qualitatem aliquam ſine
grauitate & leuitate ſuſciperet, vtrum defendent vacuũ
illud etiam tum eſſe, atq; ita vacuum quod eſt, ſub vi-
ſum auditumq́; venerit, eoq́; fuerit ſenſile, an negabũt?
At quomodo? erit.n. aliquid non vacuum, quod alio-
quin non erit plenum corpore tactili. Non eſt autem
impoſsibilis fictio, eſſe aliquod corpus, quod neque
graue, neque leue, neque tactile ſit, cuiuſmodi cœle-
ſte monſtrauimus. Si quod itaque tale corpus (vt dixi)
eſſet in loco, inanis tamen locus foret, quamuis corpus
viſile recepiſſet. Quo circa nonnulli ne id fateri coge- 59
rentur, diuerticulum inuenerunt, excogitata ratione
quemadmodum illis anguſtiis elabarentur. Itaq; vacuũ
eſſe ſpatium inquiunt, in quo non ſit actu quicquam id
eſt, in quo nullum omnino ſit corpus, neq; natura cor-
porea, neq; tactilis, neq; aliud genus ſenſilis. Cæterum
ſequitur ex ea deſcriptione, & quidem ipſis cõfitẽtibus
vacuũ eſſe materiam: quippe quæ nullum actu corpus.
Idem & locum eſſe materiam putant. Certè rectius illi
quam pleriq; alij naturam corporis coaluere: accuſan-
di tñ in eo ſunt, ꝙ vacuum eſſe materiam crediderunt:
nã materia à rebus ſeparari non poteſt, niſi definitione.
At vacuum ſi ſit, ſeparatum eſſe actu & abiunctũ opor
tet. Illi vero quærunt id quidem, ſed inter quærendum
deſerunt. Illud autẽ prius eſt, vt ſciamus hoc ipſo quod 60
ſeparatum dicitur, non poſſe conſtitui vacuum. Supra
expoſitus ex nobis hic locus. Quum.n. demonſtrare-
mus ſpatium à corporibus ſeiunctum, non poſſe locũ
eſſe obiter quoq; ratione atq; vſu communi neq; va-
cuum eſſe poſſe oſtendimus. Si.n. eſſe nequit ſpatium
vllum ſine corpore, neq; locus vtiq; erit ſpatium quod
poſsit à corporibus ſeparari, neque erit ſpatium quod
iam ſit à corporibus ſeparatum. Vacuum vero atq; lo-
cus apud eos qui ita ſenſerunt, ſola cogitatione defini-
tioneq́; differũt. Nã (vt dictũ eſt) locũ tũc intelligimus,
quũ receptũ eſt corpus: quia neceſſe eſt locũ eſſe ali-
cuius corporis locũ. Vacuũ tunc accipimus, quũ non-
dũ receptũ eſt corpus. ita illi quũ vtranq; rẽ ſpacij ab-
iunctione & ſeparatione deſcriberent, rationes quæ id
vni eripiunt eædem extorquebũt ab altero. Quãuis igiẽ
fortaſſe illa ſufficiant, eſt tñ ſeorſum id nobis hoc loco
fuſius & exactius explicandũ demonſtrandumq́; rõne
latius numeroſiusq́; cõſciſſo nullũ eſſe vacuum poſſe,
neq; per ſe, neq; ita admixtum in rebus, vt tenuiora in
craſsioribus ſolent: quod genus aerem proferũt, quem
quum vacuũ eſſe contendant: ignorare vidẽtur vacuũ
nõ corpus, ſed ſpatium corporis eſſe debere. Propterq́; 61
hoc viſum illis eſt vacuum eſſe oportere eodem argu-
mento, quo viſum eſt iis qui locum eſſe ſpatium ideo
poſuere, quia neceſſarium videbatur aliquam regionẽ
haberi, in quam reciperentur conderenturq́; corpora.
Sanè vtriq; rationes ducunt ex eiſdem locis, vtriq;.n.
de motu aggreſsiones & commentationes ſuas eliciũt.
Nã vacuũ eſſe aſſerunt cãm, motus nõ ſimpliciter cãm,
ſed vt ſubiectam quandã regionẽ, in qua corpora, mo
ueantur: atque hoc nihil aliud eſt, ꝙ̃ dicere vacuum eſſe
idem & locum, Si.n. (inquiunt) nõ ſit ita, penetrari cor-
pora oportere, & reliqua quæ ſupra attulimus.

Quoniam

62 QVoniam itaq; ex motu potiſsimum colligunt eſſe vacuum in rebus [a] primum hoc (ſi placet) adeamus diſcutiamusq;. Prorſus cuiuſq; motus cauſam arbitrari eſſe vacuum, neq; veriſimile eſt, neq; ipſi volunt. Nō.n. alterationi opus eſt loco, in quo Meliſſum nos ſupra obiurgatione iuſta inceſſuimus: ſed neq; ad motum localem sequiritus locus. Poſſunt .n. ſuccedere ſibi mutuo corpora, ita vt locos quæque ſuos viciſsim deſerant, & in alienos identidem migrent atq; ingrediantus. Cui rei obeundæ nihil hercules opus vacuo eſt, aut ſpacio aliquo ſeparato, Nam [b] aqua tametſi neq; ſpacium neq; locum nouum requirit, partibus tñ diſfluctuantibus viciſsimq; ſubeuntibus cōcedētibusq;, quod in reciprocationibus æſtuq;, præterea & in vorticibus cernitus moueri agitariq; conſtat. Quiſnā igitus vſus eſt vacui? ne corpus recipiatur in corpus, ſi quem locum modo hæc pars inſedit, eundem pars altera obtineat. Secundum quod afferunt huiuſmodi eſt:
63 Si denſentur comprimāturq; corpora, ſubeſſe vacuum oportere, in quod ſeſe illa quaſi receſſu ad hunc vſum parato secipiant. Hoc autem falſum eſt nam: [c] corpora ex amplo tumore in exiguum reſident tenuioribus corpuſculis tāquam euaneſcentibus atq; diſflatis, aqua aere profligato, aes igni depulſo, terra expreſsis humoribus. Eſt.n. ſemper ſubtile aliquod corpus admixtum & inſitum craſsiori, cuius compreſſu obliſum excluditur: hinc eſt vt ignis non poſsit cōprimi, quū ſit tenuiſſimo corpore. Tertium quod aiūt eſt hoc. Si quid augeſcit aut corpus corpore penetratus, aut aſciſcitur inanitas. Sanè ſi auctionem capiunt pro quolibet magnitudinis incremento perſpicue mentiuntur: nam pleraque intumeſcunt & ampliuntus, quibus nihil accedit accreſcitúe. Aqua.n. quū in aerem tranſit quamuisq; nihil ei adiicitur, tñ moles ipſa dilatatur & tumor attēditus. Si autē de ea auctinne loquuntus, quæ ad animantem naturam pertinet: & quę de alimento prouenit, ſua ſibi voce ipſi ſeſe seuincunt, atq; asma ſua incurrunt, nec alienis iam: ſed planè ſuis opibus tenentur. Eſt.n. rō ea, quæ de auctione ſit, vtcunq; anceps & lubsica. Conari autē introducere vacuum, vt communem difficultatem ſoluant, quo introducto nihilo ſecius hæreant, eſt ludibrio habere non aſſerere vacuum. Volebant ſeſuare auctiunem euitatis incommodis, quæ conſequi videbantus. Cæterum offendunt ad illa potius, quàm caueant. Nam ſi alimētum pes inane corporis demeat, ſimul adiectio aliqua reliquo corpori ſit, videq̄ periclitetur ratio? aut nō vndiq; verſus augebitus corpus, ſed eatenus ſolum vbi vacuæ illæ partes comparuerint, atque ita non erit propriæ auctio: aut ſi vndique, duorū alterum dederint, aut vbiq; vacuum eſſe corpus, aut corpus meare per corpus. Quòd ſi vtrunque abſurdum eſt, rurſum ex duobus vtrumlibet optanto, aut alimentum eſſe vacuum, aut partem nullam corporis augeri. Cedo nūc, quale nam operæprecium feciſſe ſe putent, qui vacuum intulerunt, quia quemadmodum aliquid accideret, reperire non poterant. Alioqnin nonne ſeipſos quoq; accuſant vecosdiæ: ꝙ quum ad functionem augmēti vacuum eſſe neceſſarium prædicarent, vacuo tñ admiſſo auctionem tueri non poſſunt? Ratio etiam cinerum cōtra eos facit & cōmeat, qui illa vtūtur [d] Aut .n. minus aquæ poſt cineres contineri oportebit in vaſe, (nam vacuitates minores cum cineribus, quam ante cineses habebuntus) aut ſi tantundem, (quod tñ ſtatim q̄ ſit abſurdum apparet) neceſſarium erit, vt aqua per plenos cineres meet ac penetret. Quod etiam illi recte autumant eſſe falliſsimum. Iam ad id quod volunt, nullam ratiocinatiunem adiungunt. Non.n. quemadmodum eſſe vacuum poſsit oſtendunt, ſed reprehendunt in quibus addubitant & argumentis inſtant, quæ neq; ipſi quidem recte diſſoluunt. Nos citsa præſidium vacui difficultatibus omnibus abunde ſatisfaciemus.

[a] Primo rationē ex motu acceptam eſt aggreſſus, quia ea efficacior uidebatur, ait Simpli. [b] At dicet fortaſsis is qui uacuum tueri uoluerit: non ea moueri ſecundum locum dicimus, quæ locum non deſerunt uniuerſa: ſi quidem & cœlum multi aſſerunt ſecundum locum nequaquam moueri, quia uniuerſum nūquam è propoſito loco migrat: neq; horū rōne uacuum interſerimus, ſed eorum quæ dum mouentur locum commutant. Ideoq; Simpli. refert Stratonem accōmodatiori uſum eſſe exemplo hac in re, ſi quis lapillum in uas aqua plenum inijciat, & eo operto cōuertat uas, mouebitur lapillus, nec uacuo erit opus, nam aqua ei ſuccedet. Idem in nauibus intueri poſſumus, maxime in piſcibus [c] Dubitat hoc in loco Simpli. quonam pacto hanc rationem diluens Ariſto. duo concedere uidetur omnino eis oppoſita, quæ probauit in libro de Anima: primum ea augeri quæ ſunt in anima, deinde auctionem etiam fieri abſque ingreſſu alimenti. Et refert primo reſponſionē Alexand. qui ait ob id Ariſt. de his hoc pacto ſermonem habere, quia nondum notum eſt quid ſit, uel quo modo auctio fiat: hæc.n. dearticulate in libro de gñatione fiēt maniſeſta. Ipſe uero reiecta hac reſponſione ob id quia illis occurrit Ariſto. ex ratione etiam uere auctionis, quæ ex alimenti ingreſſu efficitur. Aitq; quemadmodum reiecit rationem psimam ex motu acceptā, ſi motum indeterminate intellexerint, deinde ſi motum tantummodo localem eodem etiam modo in præſentiarum eos redarguit primo ex rōne auctionis quomodocunque acceptæ, poſtea ex uera auctionis ratione: & hoc uoluit etiam Them.

[d] Eudemus dubitationē de cineribus ſoluit, dicens in cinere ueluti etiam in calce non nihil calidi ſeruari, & hinc eſt quod ambo urunt, ſi ſuperinfundatur aqua. Calx quidē ipſa, ſed in cinere aqua per ipſum tranſiens corpora comburunt: quo fit ut ex aqua aſperſione multi effluant atollanturq; uapores & ea de cauſa corporis moles imminuitur, non tñ tota conſumitur cineris ſubſtantia: ut tantūdem poſsit aquæ ſuſcipere. Cedit igitur ipſe hoc quod de cinere adductum eſt, æque illis fauere qui uacuum ponunt, ac illis qui denſationem, dicendo non modo ex uacuitatibus cineris quæſtionem ſolui poſſe ſed & ex aquæ etiā raritate, quæ cineris cōpulſione dēſatur: ita ut non eā molē amplius habeat quā ante cineris infuſionem.

NVnc qm̄ motus cauſam eſſe vacuum arbitrātus, 64
id potiſsimum in præſentia penſiculabimus. Et quia, vt dictum eſt nonnulli vacuum inferunt, atq; interſeminant rebus, nonnulli ſeparatim & ad aggeratum extrinſecus conſtituunt, æſtimemus primum, vtrū genus hoc poſterius cauſam motus habere poſsit. Planè abſurdum eſt motus cauſam vacuū putare, quū ipſe ſimplicium corporum naturæ motuum ſuorum cauſę apertiſsimè videātur: quibusq;.n. ſuus natusalisq; nixus eſt, igni actus ad ſumma, terræ ad ima impetus. At vacuum quum ſit indifferens vndiq;, quo pacto poteſt cauſa eſſe vt res ſurſum aut deorſum ferātur? Quare ſi eſſet corpus vllum in vacuo, aut in omnes partes diriperet diſtraheretur q;, aut vbiq; aquieſceret. Aequidem quietis cauſam aliquanto rectius vtriuſque, quàm

motus

motus vacuo attribueris. Eadem ratio cõtra eos quo-
que valet, qui locum eſſe ſpacium ſeparatum volunt, nã
quemadmodum naturalia corpora in ſuos locos, aut
ferantur, aut quieſcant, demonſtrare non poſſunt. Nos
vero qui locum eſſe vltimum continentis corporis opi-
namur, ferri & quieſcere in illa finitima atq; cõgenera,
& quieſcere in eiſdẽ nullo labore probamus: ſed ſpa-
cium circunſecus indifferens eſt, & caret omni diſcri-
mine. Qui.n. diſtabit ab infimo ſupremum in ſpacio?
Porrò nunc quia corpora quæ ſurſum ſunt, differunt
ab iis quæ deorſum morantur, termini quoq; illorum
quibus cognata corpora continentur, neceſſario dif-
ferunt. Non.n. vt mathematici ſuperficies ſuas ita nos
noſtras, ſeparatos eſſe dicimus locos, vtpote quas natu
ralibus ineſſe corporibus, & nunquam abſolui ab iis cõ
meareúe cõtendamus. Ij vero qui ſpacium dicunt locũ
eſſe, confeſtim illud à naturalibus & ſimplicibus corpo
65 ribus reuocant. Nihil itaq; differat ſpacium quod ſit in
igni, ab eo quod ſit in aqua, quum ſpacium illud nihil
corporis ſit, ſed per ſe ac ſeorſum intelligatur eo modo
quo cum vacat. Dictum eſt.n. vacuum nihil aliud quam
locum, ſed priuatum corpore exiſtimari ab iis, qui ſpa-
cio locum definiunt. Si igitur ſua cuiuſq; natura etiam
motus eſt cauſa, ſpacium vero illud quod afferunt, mo
tum oẽm tollit, ſimiliter quoq; tollet & vacuum. Non
eſt aũt ſpacium illud, non erit igitur & vacuum. Quem-
admodum.n. ſimulatq; vnum infertur, alterum quoq;
neceſſe eſt ſit illarum, ita ſimulatq; de rebus vnum adi
mitur, alterum quoq; neceſſe eſt ſit ademptum. Addit
Ariſt. eum qui ſpaciũ eſſe locũ prædicat, fateri opor-
tere partes eſſe in loco per ſe. Sed quia nos id tractãdo
loco ſemel expoſuimus, non magnopere eſt cur nobis
66 denuo recurrendum ſit. Iis itaq; qui vt motus eſſet, va-
cuum addiderunt, euenit è contrario nihil moueri, ſi
vacuum fuerit. Nam quemadmodum non nulli dicũt,
ideo terram quieſcere, quia ea ſupèrficies, intra quam
clauditur, indifferens ſit natura ambigente, & quo per-
pendat negante, ita de vacuo ſenciendum eſſet. Non
.n. poſſet eſſe quippiam in vacuo, quo res potius, q̃ alio
differri deberet. Nam vacuum quatenus vacuum eſt,
67 omnem dr̃iam abdicat. Præterea quum motus oĩs aut
violentus, aut naturalis neceſſario ſit, vbi vero violen-
tus eſt præceſsiſſe aliquem naturalem oporteat, (oĩs.n.
violentus motus eſt aliquo naturali poſterior) & è cõ-
uerſo ipſius naturalis, id eſt, qui ex altera parte naturali
reſpondeat, (non.n. violentus eſſet, niſi naturali con-
trouerſim opponeretur) ſimulatq; oſtenderimus mo-
tum naturalem in vacuo ſeruari & retineri non poſſe,
palàm erit neq; violentum nullum poſſe. Age quonam
pacto naturalis exercebitur motus in vacuo, quum in
vacuo infinitoq; nulla differentia cõſtitui poſsit? Nam
ſimul infinitum dicitur, oĩs ſitus, inferni, ſuperni, me-
dij, ſummi tolluntur: quorum tñ in ſuos quæque corpo
ra moueri perſpicuo cernimus. Simul vero vacuum eſ-
ſertur, differentia oĩs adimitur. Quẽadmodum.n. ipſius
nihili nulla eſt dña, ita neque vacui vlla eſſe poteſt. Va-
cuum porrò Democritus non ens & priuationem ap-
pellat: Quare ſi motui naturali opus eſt diſcrimine & di
uerſitate aliqua continentis, vacuo autem nulla poteſt
ineſſe, maxime ſequens eſt, vt motus oẽs tam natura-
les, q̃ violenti aſſertione illa deficiant. Deſtruitur itaq;
motus ſi aſtruitur vacuum. Et Hercules veriſsimũ fue-
rit, vt motus eſſe poſsit, amoliendum eſſe vacuum non
68 aſciſcendum. Sed quãuis ſatis videatur oſtenſum ex eo,
ꝙ naturalis motus in vacuo eſſe non poteſt, violentum
quoq; in vacuo defendi nõ poſſe, ſeorſum tñ eius quoq;
rei puto reddendam eſſe rationem. Motus omnis vi & *Huic opinioni aſſentire videtur Plato in Timæo vt refert Simpl.*
contra naturam exercitus, quo genus iaculatio eſt, aut
præſente atq; adiuncta re, quæ vim attulit, aut abſente
remotaq; ſit: neutro modo haberi poteſt ĩ vacuo. Nam
propulſio illa, atq; proiecto ſatis cauſæ nõ eſt, vt quic-
quam agitetur & moueaẽ in vacuo. Res.n. quæ ita mo-
uetur, vi authore & propulſore etiámnum ceſſante, aut
mouetur eo ꝙ aer qui ante miſſum iaculum habebatur,
illo impetu retro circũfluit atq; reciprocat, idq; ſucceſ-
ſu ſemper alterius aeris ſit, atq; itidem alterius, quaſi idẽ
opus vrgẽtis, eatenus dum vis propulſoria faceſcendo
ſeneſcẽdoq; deſerat: aut eo ꝙ aer iactu illo impulſus im
pellit, & cõſequio arreptur adagitatuſq; miſsis rebus ꝓ
vehiculo eſt: [a] Quum.n. mobiliſsimus ſit, & natura ce-
dens maxime & diſsipabilis, omni impulſu facillime
pellitur, ſimulq; excitus leuiter & tanq̃ commonitus iti
neris eſt nullo labore cedit, ſedulo etiam & ſua ſponte
dilabitur, motũmq; eum, quem ſemel imbibit, diutiſsi-
me retinet: pernicior futurus, ſi res naturalem locum
verſus acta impactaq; neq; fuerit, neutro gñe tela mo-
uebuntur in vacuo. Sed neq; quum præſto eſt id, quod
pellit trahitúe, dicere poſſunt fieri pulſionem vllam,
aut tractionẽ in vacuo. Non ſtatim tormenta illa adhi-
bemus percunctabimurq; motus illos velint naturali-
ter, an contra naturam accidere? atq; ita ad eaſdem
anguſtias reuertentur. Iam aſsignare nemo poſsit in va 69
cuo, vbi nam quieturum quippiam ſit, hic potiſsimum,
an alibi. Nam ſi hic concedis, cur non & vbique con-
ceſſeris? ita quieſcatur in vacuo neceſſe eſt. Oportet.n.
aut ſemper vt quieſcant in vacuo res, aut ſemper vt mo
ueanẽ. Dices impedimento aliquid futurum in vacuo,
ne ſemper moueri res poſsit, quod fortius & valentius
ſit, q̃ res quæ mouetur. Sed eodẽ noſtra redibit oratio,
ſciſcitabimur.n. quieſcat ne tale valentius, at vndenam
hoc loco, non alibi, an moueatur? At quemadmodum,
ſi non ſit motus in vacuo? aut qua rõne poſsit mora-
mentum afferre? Præterea aiunt, nihil moueri per ple- 70
num, idcirco qm̃ reſidere in ſe atq; ſubire non poſſunt
ea, q̃ vere plena ſunt. Per vacuũ poſſe, vtpote ĩ quo nul
la ſit diſsidentia, nullum impedimentum: quo fieri, vt ꝑ
aerẽ qui vacuo finitimus eſt, corpora facilius cõmeent,
per aquam ægrius, per terram nullo modo. Ergo quum *The. Alex. imitatus rationem Ariſto. contra Stoicos clamitat.*
in vacuo nihil ſit gracilius aut ceſsilius altero, vndiq; in
oẽs tractus res in vacuo differentur. Iidem aculei admo
uendi Chryſippo ſunt, quærendumq;, quidnã interſtet,
quo minus euolet mundus in vacuo, petatq; euagando
oẽs receſſus & latebras vacui: & curnã velit hac potiſsi-
mum parte vacui, in qua iacet & ſedet cœlũ, conſtituiſſe
& ſtabiliuiſſe ſe mundum? Vt.n. ordo rerum & habitus
ille oĩa continens atq; modificans efficere poſsit, ne po
ſitus in vacuo mundus diſtrahatur dilacereturq;, nul-
lam tñ afferunt cauſam, cur mũdus cum illo habitu, atq;
ordine vniuerſus, hac potiſsimum ſede conſtiterit.

[a] *Huius loci hæc eſt fidelis interpretatio: quũ.n. mobiliſsi-*
mus ſit, modo principium ſuſceperit longius progreditur, mo
tum cum qui ei eſt impreſſus diutius ſeruans, & uelocior eſt
eius motus q̃ ſit is quo res propulſa in propriũ deſertur locũ

PRæterea vel argumento illo patebit motum in 71
vacuo exerceri non poſſe, ꝙ velocitas & tarditas
ſine quibus motus non conſtat, in vacuo non ſub-
ſiſtit. Res me hercle euidẽtes, & quæ nullius probatio-
nis

nis indigeant. Ac primum quidem in iis corporibus, quæ ꝙ de ſimilaribus partibus cõponuntur homogenea appellari diximus, quæq; ad alterum locũ ſummũ aut infimũ mouentur, duplicem rationem perpendimus, cur aliquando inæquali celeritate decurſiones ſuas obeant peragantq́;, etiam ſi figura non diſcrepat. Aut.n.id faciunt mediæ regiones, per quas mouetur, vt huic per mare eũdum, illi per cœnoſam ſubluuiem ſit: huic per humorẽ, illi per aerem tranſitus: hic tranquillo nauiget, ille hyemanti atq; turbato. hic ſecundo, ille aduerſo vehatur. Fit.n.hac rõne maxime vt corpora tantundem itineris hæc ſegnius, illa velocius conficiant. Aut inæquitas põderum: nam vt cætera ſint paria, quo quicque grauius eſt eo, viſu celeritateq́; præualet: vt ſi duæ maſſæ, auri vna, argenti altera per aerem deferantur. Verum de dña grauium & leuium habebitur mox mentio peculiaris in loco: nũc de iis corporibus agẽdũ, per quæ grauia mouẽtur & leuia. Si igitur horum fuerit alterum craſsius, alterum tenuius, proculdubio res quæ ſint pari, tum figura, tum põdere, tantundẽ æquoris per tenue, q̃ per craſſum velocius peragent. Non.n. æque facile eſt aquam & aerem ſcindere. Deſtineſ globulus æris, qui centenariam lineã motu ſuo trãſabire & decurrere debeat. Non.n.per aerem id menſus, q̃ per aquam facilius celeriusq́; tranſmittat? qui tanto celerius quanto aer eſt q̃ aqua dilutior. Sed & proportio quoq; temporum illorum intra quæ mouebitur, tanta planè fuerit, quanta & corporum, per quæ tranſeundum eſt. Nam qua proportione aer, comparatur ad aquam, eadẽ tempus, in quo per aerem quicque defertur, rñdet ad tempus, in quo per aquam id fit. Quanto.n.aer rarior ſolutiorq́; q̃ aqua eſt, tanto alterum tempus altero breuius vř. Contraq́; quemadmodum tempus habet ad tẽpus, ita corpus ad corpus. His ita ꝓpoſitis manifeſtum eſt nullam afferri poſſe in vacuo proportionem ſubtilitatis ad plenum, vtpote quo id nullo modo ſit corpus. Quod ſi quem reſponſum habet proportione plenum ad vacuum, eũdem tempus in quo per plenum iter fit, habet ad tempus in quo per vacuum meatur. Plenum autem & vacuum nulla proportione iunguntur: profecto neq; tempus, & tempus proportione vlla iũgentur. At finiti cuiuſq; temporis ad quodq; tempus ꝓportio aliqua eſt. Illud itaq; tempus, cum quo nulla ſocietas proportionis habebitur, tempus eſſe non poterit. Erunt ergo res aliquę: quæ ſiue tempore mouebũtur, (idq́; concedendum in vacuo eſt) aut quod vero propius fuerit, neq; mouebũtur quidem quum motus oĩs tempore abſoluatur. Et vt faciliora videantur ea quæ diximus, ſubiectum ſit tribus horis pondus aliquod per aerem, qua tenuſsimus eſt, centum pedalem magnitudinem decurriſſe: quæro quanto nam tempore eadem menſura fuiſſet confecta per vacuum? Si ſex qui hora reſponderis, atq; ita conceſſeris moram eius temporis, in quo facta delatio per aerem eſt, proportione illa maiorem haberi, cõtinuo quoq; fateri cogeris, aerem eſſe altero tanto, q̃ vacuum craſsiorem. Siue item tripla ſiue decupla, ſiue milleſima dixeris, eadem euentura incõmoda ſunt. Nulla.n.proportio ad vacuũ poteſt vel fingi, ſed quãtãcũq; attuleris, infinitum reſidebit, excediq́; poterit. Quòd ſi quis adhuc contenderit pondera in va-
72 cuo moueri tempore oportere, ſciat ſe alios laqueos inhęſurum. Percurrat labis magnitudinem centum pedum hora vna per vacuum, per aerẽ duabus tantũdem, quia per aerem proculdubio plus tẽporis ſumptitatur: quæro, hora vna partem aeris aliquam confecerit? a Et negari non poteſt, ſit ea pars quãtalubet, ſit dimidium. Mouebitur ergo ęquali tempore per plenum & vacuũ, quod ſtatim abſurdum eſt. Quamobrem ſequiť, & quidem abſurdius aliud, plenum ad plenum eandem habiturum proportionem temporum. exempli cauſa: Semiſtadium aeris ad ſtadium aeris, quã plenum ad vacuũ, id eſt, ſtadium aeris, ad ſtadium vacui. Nã quemadmodum hora vna ſtadium vacui, duabus ſtadium aeris ꝑcurritur: ita ad eãdem proportionem ſemiſtadiũ aeris, aut quicunq; alius modus & ſtadiũ aeris percurretur.
Hactenus Ariſto. cogentiſsimis & neceſſarijs rõnibus 73
contra aſſertores vacui diſputat, præter hæc q̃ ille adiicit, nec confeſſa nec prorſus vera ſunt inſuperq́; obſcura & ſalebroſa, & quæ tum audienti, tum legenti conſueuerint ſuperfluam morã inferre. Quod genus neq; ad hoc noſtrum inſtitutum magnopere pertinet, & ab hac breuitate interpretandi remotum eſt: alioquin hũc locum, ſi cui noſcendi hæc quoq; ſtudium & ociũ ſuppetit, expoſitoribus aditis diligentiſsime tractatum & explanatum inueniet. Quum b igitur hæc diſſentanea, & naturæ pugnantia videantur, tollenda ea ſententia eſt, vnde illa ſequi & proficiſci noſcuntur. Porrò argumenta, quæ in hoc ſupra adhibuimus certis concluſionibus ad confeſſum liquidumq́; perducunt. Eorũ ſumma in eo atq; cardo eſt, ꝙ quum cuilibet motui opus tempore ſit, eum quoq; motum, qui in vacuo conſtituitur ſuum habere tempus oporteat. Temporis autem omnis ad tempus vtique ſi vtrunque ſit finitum, habetur proportio aliqua. Talis igitur ſit, neceſſe eſt vacui ad plenum proportio, qualis eius eſt temporis, in quo per vacuum magnitudo aliqua decurritur ad tempus, in quo per plenum id fit.

a Simplic. hanc rationem exponens, in eius fauorem hæc ait: Siquis crediderit nihil abſurdi concludi ob id, quia & ſi æquali in tempore, maius tamen eſt ſpatium quod percurritur, cum in uacuo quàm cum in pleno mouetur is animaduertat quod nec ipſe etiam Ariſt. concludere uoluit eorum æqualitatem, ſed rationum ſolũmodo ſimilitudinem. Nam cũ ſit prius monſtratum uacuum ad plenum nullam habere rationem, ſicuti nihil etiam ad numerum, merito nũc ueluti abſurdum concludit æquali in tempore permeari plenum aliquod & uacuum. b Si qui attamen eſſe uacuum concedant, id tamen uacuum, quod ſecundum ſeparatum quidem ſit, & per id fieri motum, quia per plenum nequaquam fieri ualeat: continere tamen hoc uacuum ſemper corpus aliquod, quod ſit neceſſe expellit ab eo quod mouetur, ſi per uacuum tranſire uoluerit, non illis illabetur incommodis (ait Simplic.) quæ fuerunt inducta: uel quis poterit inducere. Ratio.n.temporis & uelocitatis ſeruabitur in motu, non quidem ex parte uacui, ſed ex parte corporis in uacuo reperti, quod diuidi uel expelli oporteat.

HAnc itaq; motus inæquabilis cauſam de duabus 74
alteram tollunt ij, qui vacuum nitũtur aſſerere, a ſed neq; illam tuentur, quæ de ponderum diſcrimine & momentis corporum naſcitur. Nec.n.dici poteſt, in vacuo haberi aliquid, quod aut contra tendendo, aut ceſſando ſedẽdoq́; inæqualitatem motuum faciat. Quid.n.ſit ſedentarium, quid irrequietum in vacuo, aut quiſnam motùs fruſtello & ſegmẽto vacui accidat? Præterea nonne cerdones ſaltem hoc ſciunt, qđ illi tueri nõ poſſunt, excuſſores, ſabri ferrarij, aurifices,

lixæ,

licæ, nautæ, piſcatores omnes: poſtremo qui vtcunq; ſedem vel officium tenent, in mari, aut victum indidem capiunt, quotiens aut perpendiculum conſulunt, aut trutinam librant, aut euerriculum & gaſapam immergunt, aut anchoras iaciunt, ſi (verbi gratia) interrogentur, cur per idē mare anchora decem pondo, & anchora trium pondo in eandem altitudinē miſſæ, in eandem effigiem deformatæ, tempore tñ in æquali deſcendant, hæc celerius, illa tardius hæreat fundo? Reſpondebunt opinor Hercules non ſine riſu, dignam .ſ. quæſtionem, de qua ad Apollinem referatur, cur decem pondo ſint grauiora, ꝗ̃ tria. Cęterum hanc cauſam reddere illi non
75 poterunt, eruditi alioquin & ſapientes viri. Et ſi in vacuo plūbi maſſæ & pumicis moueantur, aut æqualiter moueri concedent, aut nullam rationem habebūt, cur plumbea velocius moueatur. In pleno autem neceſſe eſt moueri velocius quicquid eſt grauius, quia ſcindit vi & niſu maiore ſubiectum, ſiue aquam id, ſiue aerem ſtatuamus. At in vacuo non ocyus ferrum, quàm ſuber corruit? Quum vacuum vtriq; cedat æqualiter, ſed neq; cedat quidem: quum .n. id nihil ſit, ſubtilis hominis eſt putare vacuum cedere: ita fit vt differentia grauium & leuium, id eſt, rerum momenta tollantur, & quod ſequens eſt, oībus quæ mouentur, æqualis & in diſcriminata volucritas accidat. Quòd ſi hæc pericula ſunt & conſtare non poſſunt, declinandam tibi eā ſententiam cenſeo, de qua creantur. Sed dixerit aliquis, dr̄iam quæ poſſet ex figura cōſtitui, ſuperſtitem illis adhuc videri. namque quæri ſolet: Quamobrem plumbum in latitudinē defectum & deminutum in laminas fluitet, coactum in maſſam, aut in longitudinē tereti ambitu diffuſum, & ſi pondere iniquiore, mergatur? Ac nos quidē facile poſſumus illam rōnem afferre, ꝙ laminæ inuectu aquæ vel aeris multi, quem amplitudine orarum ſub ſe colligūt, facile inſident, in ſummoq́; reſtitant, & defenduntur à merſu præſidio figurę inefficacis ſcindendo & diſſuēdo ſubiecto. Aliæ vero formæ, quibus ille obtuſus & hebetatus non obſtat, quia per anguſtias coeuntium marginū minus inſtrati moliminis amplectunť, propelluntúe, ad inſtar mucronis facile ad aperiunt & diſſecant parte qua ingruunt: p̄cipue vero aer id ſentit, vtpote inter elementa fluxiſsimum atq; molliſsimum. Vtrum vero illi quoq; hanc cām reddere poſsint, ipſi viderint, ego non perſpicio. Hoc [b] idem in atomis quæri de Epicuro poteſt, velit inęquali velocitate moueri illas, an æquali: ſi inæquali, rōnem deſidero: ſi æquali, requiro conſtantiā oſtendat, quonam pacto continuabunt, & aſſequentur ſeſe illæ viciſsim atq; comprehendent, aut quomodo ad inſertum complexumq́; mutuum venient, vt ſubinde reş alias, quemadmodum ipſe prædicat, concurſu illo progenerēt. Doceat qui poſsit hoc fieri æquali motu promiſcue omnibus dato Patet igitur vacuum argumento motu non aſciſci, ſed tolli.

[a] Series huius loci in latino codice præpoſtera eſt, ut facile poterit unuſquiſq; animaduertere: ſi quis uero uerba latina digerere uoluerit in eum ordinem qui in græcis conſpicitur. hoc pacto oportet legere et emendare: Hanc itaque &c. qui uacuum nituntur aſſerere, & alteram etiam quæ ſimiliter ex eorum differentia naſcitur per quæ fit motus: nec. n. dici poteſt in uacuo haberi &c. quæ ſequuntur ad eum uſque locum ubi ait: Et ſegmento uacui accidat. nam ſtatim ſequitur: Sed neque illa tuentur quæ ė ponderum diſcrimine et momentis corporū naſcitur. Nōne cerdones ſaltē hoc &c.

[b] Alex. Them. imitatus qui contra Epicurum cōtorquet Ariſt. rationem Simpli. attamē ait: Quod ſi quis poſuerit atomos æquali uelocitate & ſemper moueri, non poteſt incommodum illud aufugere, quod ſi aſſerat eas quandoque etiam quieſcere, nihil amplius incommodi conſequatur: nam poterunt uiciſsim ſeſe aſſequi.

SEd etſi citra reſpectum motus ipſam per ſe naturā 76
uacui æſtimans, vere vacuam eſſe comperimus. Quum igitur corpus ſubire per corpus nequeat: ſi corpus addatur in corpus, neceſſe eſt partem aliquam eius, quod additur, cedere ingredienti, & tantum indidem abire, quantum acceſsit: atque hoc in nonnullis apertiſsime cernitur. Nam ſi lapidem in aquam miſeris tantum aquæ recedet, quanta eſt lapidis moles: in aliis quoq; quanquam minus id ſenſu percipitur, poteſt tñ quibuſdam argumentis facile coniectatio elici. In hydraulis (hoc eſt, in iis inſtrumentis, quæ ad aquam mouentur) quoties aqua, iis aere ac ſpiritu oppletis infunditur, lingulæ tibiarum intrinſecus foraminibus additę, meantis aeris tranſitum indicant ſonitu. Is ad exitū properans, feſtinansq́; ad ora inſtrumenti ſtrepitum ciet. Quod ſi nullam dederis regionem, in quam coniecto alio corpore pulſi aeris partes euadant, aut cōpreſſum reſidebit in ſeſe, tumoremq́; priſtinum coeundo & denſando quaſi præcinget, quatenus vas tm̄ inditi corporis capiat, quantum aeri abiit molis, aut frangetur & diſsiliet potius, ꝗ̃ alterum corpus excipiat. Hæc adeo manifeſta omnibus, adeo ſingulis horis & vulgo comperta, aut non vident illi, aut videre diſsimulant. Sed ad propoſitum, ſtatuatur corpus in vacuo, abibit, ne recedetq́; de vacuo tm̄, quantus eſt ingreſsi corporis modus, (qđ eſt ridiculum) an manebit etiā pars illa vacui, poſtquam receptum eſt corpus? At quo modo? Nonne hoc admirabile? niſi forte magis impoſsibile per corpus illud receptum æquale vacui ſpatium penetrare. Quòd ſi dixeris poſſe penetrare vacuū, qa nihil eſt vacuū, hoc ipſum eſt quod volebā tenere. Si vero naturam in eo quādam haberi contendunt: qua ſpatiū quoddam ſit in treis dimenſiones porrectum ac fuſum, nullo modo efficere aut conſequi poterunt, vt res per ſpatium illud deferātur. Sit. n. hoc modo inconueniens par, vacuum dicere meare per corpus, & aquā aut aerem dicere. Nam quāquam calida hæc, aut frigida ſint, grauia, leuia, aut aliter id genus affecta, vacuum non ſit: non tñ ideo valet, vt illa ſe mutuo penetrare non poſsint, vacuum poſsit. Sed, vt dictum eſt ſupra, habent à ſpaciis & dimēſionibus corpora, vt ſint in loco: quamuiſq́; ab aliis accidentibus ſpatia non videantur abiuncta, definitione tñ cogitationeque diſsident. Non. n. propterea lapis tantum loci obſidet, quia cādidus nigerúe ſit, calidus, frigidus, grauis, leuis, ſed quia eius dimenſus ſit tantus. Quanquā vero corpora per grauitatem in locos ſuos feruntur, ſimul tñ tenuerunt illos per amplitudines ſuas & ſpatia eſſe dicuntur in loco. Tumor. n. ſolus ex iis quæ corpori inſunt ad rationem hanc pertinet, non grauitas, non leuitas, poſtremo affectio illa vel qualitas. Nam ſi lapis (exempli gratia) cubus. i. figura teſſerarū à cæteris accidentibus abſolui poſſet, ſola amplitudine atq; menſu retento, tantundem regionis occuparet, quantum cum omnibus accidētibus occupat. Quare ſi in vacuo quoque fingatur eſſe tantundem loci obtinebit, ſiue cum qualitatibus, ſiue abſq; qualitatibus intelligatur. Atq; tunc quęro ab illis, quidnam differet corpus hoc cubū

ab æquali

ab æquali vacuo atq; loco? Et Hercules, ſi duo hæc in
eodem ſunt, cur non tria & quatuor, de mumq; infini-
77 ta? Et vt repetendo demouſtrationis huius vim collige-
re planius poſsia qui corpus in vacuo eſſe cõtendunt,
ſpatium in ſpatio collocatum eſſe contendunt. Nam
neq; vacuũ cedere poteſt, quum nihil ſit, & corpus ex
ſolo habet ſpatio, vt ĩ loco ſit. Sed & corpus fatebuntur
in corpore. Quum.n. non ex accidentibus reliquis, ſed
ex tumore & amplitudine corpora nanciſcautur, vt
ſint iu loco: ſi tumor eſſe poterit in tumores, reliqua ac-
cidentia uon vetabunt, ne ſit corpus in corpore. Qua-
re ſi abſurdum eſt haberi corpus in corpore, abſurdum
erit haberi corpus in vacuo. Nam corpus in vacuo fa-
cit, vt iu tumore ſit tumor: tumor in tumore cauſæ eſt,
vt ſit corpus in corpore. Huncin modum elicitur ſu-
perfluo ac temere vacuum propter illam rationem ad-
hibitum fuiſſe vt corpora, quæ ſeipſa condere & reci-
pere non poſſent in ſe, haberent vacuum iu quod reci-
78 perentur. Sed & hinc vel clarius conſtabit vacuum ſu-
perfluere. Nam ſi cuiuſq; rei dimenſus, qui à qualitati-
bus ſaltem rõue diſtrahitur, nihil differt à vacuo: cor-
pora autẽ cum mouentur vna cum ſuis quæque dimen-
ſiouibus mouentur, quidnam corporibus opus eſt, ſpa
tij dimẽſiouibusq; nõ ſuis? Si.n. vt quicq; dimenſionem
habet & ſpatium. ita iudiget alterius dimẽſionis & ſpa-
tij, ipſum quoque vacuum, quod ſ̃m illos dimenſio uẽ
& ſpatium coaptabit: atque hæc deinceps aliam, ad vſ-
que infinitum. Hactenus illud egimus, vt probaremus
vacuum ſeparatum uon poſſe conſtitui.

79 NVnc ne illud quoq; poſſe conſtare, quod rebus
inlertum diſtributumq; dicitur. Sũt.n. qui id ex
compreſsioue ampliationeq; corporum colli-
gaut. Nam ſi compreſsio (inquiunt) eſt quoties corpus
ex amplo tumore iu exiguũ reſidet, ampliatio quoties
de exiguo in amplum attollitur, neceſſarium videri va-
cuum eſſe rebus immixtum, in quod & denſantia vel
denſata abeant, & rareſcentia diffundantur: neq; com-
preſsionem mõ ampliationemq; adimi ſublato inani,
ſed ceteros itidem motus. Quum.n. quippiam mouetur
iu loco, corpora circunſtantia per quæ tranſitum facit,
coguntur in anguſtum, & quali coercent ſe, vt auditum
nouo tanquam hoſpiti faciaut: atq; ita vacuam regio-
nem relinquunt, quale ſæpe animaduertimus fieri, quũ
quis per cõfertiſsimam multitudinem iturus, hinc atq;
illinc populo decedente tranſmittitur. Quòd ſi corpo-
ribus inane non eſſet imbibitum, ſequeretur vna re lo-
co mota mutare orbẽ fluctuareq; vniuerſum. Et quum
proxima à ꝓximis quæque corporibus pellerentur, cœ-
lum quoq; ipſum elidi, ꝓindeq; muudo egredi, & quaſi
circũfluere oporteret: quod in natabulis & vrinautium
vaſis cernitur, cum iu iis aliquod corpus mouetur. Atq;
huic ſententiæ aderat Xutus, ignorans reciprocationẽ,
ſucceſsionemq; corporum in eodem loco non ſolum
fieri motu circulari ſolere, (quod ille quoq; videbat,
erat.n. illuſtrius quàm vt conniueri poſſet) ſed & motu
quoq; directo. Tñ paulo obſcurius dicebat & illud Xu-
thus: Niſi vacuum * aſciſceretur, corpora in conuerſio-
nibus æqualem eſſe amplitudinẽ retentura, ita ex aquę
ſextario ſextarium aquæ exiturum. Nam qui ampliari
poterit, ſi regione & loco caruerit, in quem dilateſ, atq;
fundatur, niſi quis orbem vniuerſum (vt dixi) deflu-
ctuare & exagitari conceſſerit? & dum vacuum minus
cupit vitare, iucidere velit in maius? Nam quo decide-
rit, aut (obſecro) fluctuauerit mũdus? Iu corpore cer-
te non poterit, in vacuo igitur ꝙ circunfundatur mun-
do. Planè rareſcendo corpora ampliari conſtat argumẽ
to vaſorum, quæ aere aut liquore plus nimio rareſcente
diſsiliunt. Nam muſti quoq; dolia humore largius dif-
flato euaporatoq; interim diſrũpuutur. Vbi nam igitur
amplificatæ res reciperentur, niſi continens quaſi dece
deret, & in vacuas ſedes ſeſe conſerret?

* *Verba Ariſto. quæ his reſpondent ſunt hæc: Aut æquale
ſemper eſt mutare aerem & aquam. quæ Simp. exponens ait
hoc modo: Eſt & alia quædam fictitia poſitio in generatio-
nibus: nam & quis dicere poſſet, ꝙ quando aquæ ſextarium
in aerem uertitur amplitudine maiorem, aer alius ex quapiã
alia parte illi æqualis in aquæ ſextarium comitatus æquali-
tatem ſeruat: ignis etiam quandoq; in aerem conuerſus pro-
portionem ſeruat. Sic.n. reor melius audiri uerba Ariſt. quã
uti Themiſt. Eodem modo Alexand. fortaſsis expoſuit cum
ait æqualium in æqualia fieri tranſmutationem. niſi equi-
dem ambo eſſe ambobus æqualia uoluerim, non autem ae-
rem aquæ, ueluti Themiſt.*

VErum ſi vacuum corporibus ita inſitum putant 80
vt iu raro corpore ſpatia quædã inania ſepara-
tim habeãtur, quę poſſunt corpus excipere, eaſ-
dem excitabimus rationes, quibus ſupra & loci & va-
cui ſeparatim authores coarguimus. Nec re leuabit il-
las remedium ꝙ deſtructum & qua cæſim deminutũ
dicatur: qua correctione illi contra difficultates eas ſe
communiunt, quibus occurſum eſt iis, qui coactum
illud & ſolidum abiũxere corporibus: vtriq;.n. vidẽtur
ſpatium ſeparatum admittere. Quòd ſi non ſeparatum 81
ſed inſertum, & (vt ita dicam) dilutum, infuſum inſper-
ſumq; raris corporibus volunt: quanquam veriſimilius
aliquanto, non tñ vere loquuutur. Primum ex ea ſen-
tentia euenit, vt vacuum non cuiuſq; delationis cauſa
ſit, ſed eius duntaxat, quæ ſuperna ſpectat. Nam ſi id in
quo vacui plus ineſt, rarius leuiuſq; eſſe neceſſe eſt:
quæ autem rariora leuioraq; ſunt, ſurſum etiam faci-
lius migrant, eius delationis tantum, qua in ſublime ni-
ſus eſt, cauſa relinquitur vacuo. Ea propter & ignem
eſſe rariſsimum putant, quia ſurſum celerrime deuolat.
Propterea non quemadmodum locus cauſa motus eſt,
ita vacuum cauſam faciunt eſſe motus. ſed quemad-
modũ vtres retibus innexi, eo ꝙ ipſi fluitãt, retia quoq;
in ſummo conſtituunt: ita & vacuum, eo ꝙ ipſum ſur-
ſum fertur, ſubſtentat & leuat etiam rara corpora. At
quomodo ferri vacuum quem eſſe locum vacuo arbi-
trantur? Certe dari alterum vacuum eſt neceſſe, in quo
vacuum quod fertur in motuq; eſt, recipiatur. Sed ſa- 82
tisfaciat vacuum motui leuium, grauibus quomodo
ſatisfaciet? Quam afferunt cauſam, cur illa deorſum prę
cipitentur & ruant? non.n. conſequio trahuntur à va-
cuo, quemadmodum leuia. Quam igitur cauſam affe-
runt? Num naturam? Ac poterant hoc idem de leuibus
dicere, deq; iis quæ ſurſum incedunt. Deinde, ſi quo
quicque rarius & inanius eſt, eo ocyus euolat, maniſe
ſtum eſt ipſum inane eſſe ocyſsime euolaturum. At iu
vacuo motum ocyſsimum aſsignare non licet, neque
tempus omnino vllum, ĩ quo motus ille exerceatur: nã
ſimul tempus dederis, vacuum proportionem habe-
bit ad plenum, Quòd ſi dixerint vacuum per ſe moueri
aut euolare nou poſſe: quum ea lege corporibus addi-
tum iuſertumq; ſit, vt nunquam ab illis ſeparetur: do-
ceant nos, quum denſantia corpora contrahũtur, vtrũ
excludãt & exprimant vacuum, an retineant. Si exclu-
dunt,

dunt,palam eſt vacuum per ſe moueri poſſe:ſi retinẽt,
quid ergo confert ad compreſsionem , ſi etiam con-
dẽſatis corporibus vacuũ ſubeſt adęque vt prius ? Quũ
enim vacuum illi ad condenſationem maxime neceſſa
rium opinentur, vt in illud coacta conſtrictaq́; corpo-
ra ſeſe recipiant . qui fieri poteſt, vt tum ante,tum poſt
denſationẽ tantũdem inſit corporibus vacui? Et ſi fieri
illud poteſt,quomodo tuebuntur ne tantundem molis
& amplitudinis habeãt quantum anteq̃ cõdenſuiſſent:
ſi neq; corporis quicquam, neq; vacui vlla pars abeſt?
Item qũo vetabunt, ne denſari corpora in infinitũ poſ-
ſint,ſi ſemper tantundem vacui ſubſitum eſt ? Quòd ſi
abire aut decedere vacuum compreſsione facta con-
ceſſerint , quo nã abibit? quo pacto mouebitur ? qua-
lis nam motus erit vacuo nãlis? Nimirum dicant illud
oportet,q leuibus debetur. At quo modo fiet in tpe?
velocitates certe comparari non poſſunt.

83 SEd qm̃ veriſimile eſt quod putant,vacuũ eſſe con-
ſtituendum in rebus,vt denſatio & cõpreſsio fieri
poſsit, videtur in præſentia indicandum,quemad-
modum nobis ſine ope vacui cõdenſatio fit ſuperſtes.
Equidem primũ id facillime ac breuiſsime poſſem re-
fellere, vacuum non eſſe neceſſarium , argumento illo
quod afferunt. Quòd quum aqua mutatur in aerẽ, ma
ior viſitur aeris amplitudo, quia (qd̕ & notari velim)
nihil videtur obſtare,quin è cõtrario alius aer alio loco,
eadẽ menſura cõuerti poſsit in aquam: atq, ita per hæc
cõſarcinato quod laceſsitum fuiſſet, par vtrinq, rõ fiati
quaſi reprehenſione quadã & compenſatione naturæ,
quæ inſtituit vt vtriuſq; elñti modus æquamento am-
plitudinis vtcunq; facto, naturali hac viciſsitudine ſo-
84 lidetur. Sed cõmodius & dignius tãta re puto recenſere
id altiuſculæ,& rõnibus addicere neceſſariis , & ſum-
ptis ex iis, quæ confeſſa olim & cõprobata ſunt nobis.
Intentio eſt corpora poſſe abſque inani denſere atque
rareſcere. Oſtenſum eſt calidi, frigidi, duri, mollis, dul-
cis, amari, humidi, ſicci, poſtremo cõtrarietatis cuiuſq;
naturalis vnam eſſe ſubiectam materiam per ſe impre-
cabilem īmortalemq́; ſeculis omnibus, eamq́; in actum
de poteſtate conferri atque conſtitui: quamuiſq́; à re-
bus abiuncta non ſit, obtinet tamen definitionem atq;
naturam diuerſam à rebus. Ea ſubſtantiæ alteri, quæ re-
rum eſſentiæ vis atq; rõ eſt dico formæ iugata & copu
lata, cõſtituit res quę concreta & cõpoſita appellãtur.
Quãquam vero numero vna eſt, vicibus tñ īfinitas for
mas alternat , funditur , premitur , mille modis patet,
inſculpitur, fingitur, effigiatur, afficitur, preſſe calcataq́;
denſitudinem & ſpiſsitudinem facit attenſa & fuſa, ra-
ritudinem, leuitatem. Quẽadmodum vero quotiens ca
let & friget non diuerſarũ naturarũ cõfuſione miſtio-
neúe calet & friget. (Nam quãquam calor & frigus di
uerſæ res ſunt, eadem tñ materia eſt , quæ viciſsim iis,
tametſi contrariis ſternitur , quæque ad ea de ptãte ad
actum refertur.) Quemadmodum inquam tametſi cõ
trariarũ qualitatum oẽm affectionẽ, colores, ſapores, &
id genus cæteras concipit, non tamen alia eſt quæ mo
do calida modo frigida , modo ſciti ſaporis , modo fa-
tui, modo nigra, modo candida cernitur. Et quẽadmo
dum numero vna eſt, quæ calida & frigida redditur, ita
vna & eadem eſt, quæ magna ſit atq; parua. Quum.n.
eadem materiæ portioq́; quandoq; aqua quandoque
aer fiat, interdum ampla, interdũ anguſta : nec ſit aliud
quod aqua factum eſt , aliud quod factum eſt , ſed ea-
dem planè natura vtrũq; facta eſt. Igitur & quũ mate
ria ipſa de aqua fit aer, nullo addito extrinſecus corpo
re, aut vacuo intrito , maior & amplior redditur. Cõtra
quum de aere aqua fit, nullo deraſo ademptoúe minor
& arctior prouenit. Atq; in hoc maxime diſsidemus ab
iis, qui per concretionem excretionemq́; ortus rerum
abſoluunt. Illi per appoſitionem & defectionem gñó-
nes & corruptiones conſtituunt, neq; ſubtum vnũ oĩ-
bus elñtis inſternunt. Nos vnam mãm rebus ſubſitam
haberi probauimus, quæ in totum mutaret, atq; in va-
rios modos & formas cõuerteretur . Quemadmodum
itaq; vna quãquam ſit valeſcit eadem & frigeſcit , non
alterius rei miſtura appoſituraúe , ſed ſuapte potentia,
per q̃ illa ipſa eſt, in qua vertitur: ita & magna & parua
euadit nõ acceſsione magnitudinis detractioneúe, ſed
illa ipſa vi ſua, qua vtranq; amplitudinem potentia con
tinet. Eodem igiẽ modo ſi aer dehiſcẽdo rareſcendoq́;
pãditur, aut craſſeſcẽdo & coeũdo compellitur in an-
guſtum, atq; contrahitur, tota ea rõ tribuenda materię
eſt, quæ cum ptãte tum magna tum parua ſit , interim
actu interim ptãte ſub vtroq; exitu viſitatur. Vt.n. quũ
quid de calido calentius fit, nõ ita videtur mutari, quaſi
prius aliqua pars non fuerit calida , (nã & calida erat
vniuerſa materia antequã calidior fieret , & nulla pars
erat non calida) ſed nunc quum crementum & tenſio
caloris fit, vniuerſa atq; oẽs partes incrementum ſimul
accipiunt. (Nam ſi partes aliæ calidæ haberentur , aliæ
calidiores, quum materia facta calidior eſt, vtiq; nõ eſ-
ſet numero vna materia , quæ pluris minoriq́; dñas &
momenta reciperet, aut quæ de calida calidior fieri vi
deretur, ſed præſenti ac præcedenti calori nouus calor
adiectus & admixtus acceſsiſſe intelligereẽ.) Quemad-
modũ itaq; hoc recte in affectionibus dicitur, ita in dẽ-
ſantibus & rareſcentibus corporibus recte dicetur vnã
& eandem haberi materiam, quæ vtrunq; recipiat, nõ
forinſecus quicquam modo ingredi, modo egredi , vt
dicunt ij qui vacuum rebus inſitum volunt . Ignorant
planè illi naturã materiæ, non ſequius atq; ij, qui in fer-
ro quod canduiſſet igni, non in materia cõceptum ignẽ
putabant, & ferrum in ignẽ eſſe conuerſum. Poſſumus
& aliud exemplũ afferre. Partes circuli deuexæ & cur-
uæ oẽs habentur. Si igiẽ in interiora nitantur & vergãt 85
ad centrum, atque ita in minorẽ orbiculum ſe contra-
hat & corrigat circulus ſubeũte vndique curuamine &
decedente pariliter, deuexeriores proculdubio incur-
uioresq́; fient : non quod partes aliquæ quæ in circulo
fuerint maiore de rectis cernuæ & incuruę ſint futurę,
ſed ꝙ quæ curuæ fuiſſent prius mõ proniores curuio-
resq́; habebuntur. In totum, plus & minus nactæ res di
cuntur , non propterea ꝙ quicq̃ adſit abſitue, ſed ꝙ ea
quæ adſunt. tenſionem totam aut remiſsionẽ accipiũt,
vt quum aliquæ res calidiores, dulciores, cãdidiores ef-
ficiunẽ. Ita quum materia aut extenditur aut cõtrahiẽ,
neq; veterem amplitudinẽ perdit neq; nouã acquirit,
vt ſentiunt ij qui vacuũ eius rei cãm conſtituũt. Sed idẽ
ſubtum , eadem natura de amplo tumore in exiguum
coercetur, & de exiguo in amplũ expandiẽ, id quod de
circunferentia circuli paulo ante monſtrauimus . Idẽ
igitur erit & qđ denſum fit, & qđ fit rarum , & vna erit
vtiq; mã. Neq; rara exiſtimãda, quæ imbiberint vacuũ,
denſa quę excuſſerint. Sanè denſa ſunt grauia, rara ſunt
leuia. Item denſa viam moliũtur deorſum, rara ſurſum
cõmigrant. Quamobrem ſi vacuum nihil conducit vt
rara ſint, neq; conducit vt ſurſum ferantur. Item ſi nihil
conducit vt denſa ſint, neq; conducit vt deorſum ruãt.

Planè

Planè denſum ſpectat vt graue & durum ſit, rarum vt
leue atq; mobile. Non m̄ boc perpetuum eſt, nec vt
quicqne durius eſt, ita etiā grauius fuerit ª nā in ferro
86 & plumbo diſſonat ratio. Ex his quæ dicta ſunt, late pa
tet vacunm neq; ſeparatum, neq; aggregatum, neq; in
raris corporibus eſſe permiſtum, ſed ne potentia qui-
dem. Quòd ſi cui libuerit vacuum dicere id, quod cau
ſa motus ſit, quodq́; efficiat vt graue ſit qnicque aut le
ue: profecto is videbitur contendere vacuū eſſe mate-
riam. Ea eſt quæ raritatem & denſitatem recipit. Ra-
ritudinem & denſitndinem conſequūtur grauitas, leui-
tas, durities, mollities. Harum alteræ delationis cauſæ
ſunt, grauitas, lenitas: alteræ patibilitatis impatibilita-
tisúe, & omnino alterationis, durities, mollities. In hūc
modum bactenus de vacuo egiſſe ſit ſatis.

ª *Non ab re (ait Simpl.) plumbi & ferri hoc in loco meminit, ſed ut oſtenderet rarum formam per ſe eſſe, neq; ex uacui commiſtione conſtare: nam ſi ex uacuo haberet res quod rara ſit, quo eſſet rarior eo etiam leuior: quod tamen in plumbo non conſpicitur. Nam rarior eſt & mollior ferro, grauior tamen.*

87 SEqnitur vt de tempore agamus: ſed prius eſt, vt ra
tiones cōes quidem illæ atq; extrariæ, ſed accom-
modatæ & neceſſariȩ afferantur, quibus ſit ne tem
pus reuocari ſolet in dubium: quibus perſolutis, tum
deinde quid ſit, ipſi pede cominus collato docebimus.
88 ª Nihil eſſe tempus, aut ȩgre eſſe, & prorſus obſcure
de ſequentibus ſtatim ſuſpicari quis poſſet. Primū con
ſtat ex non entibus: nam præteritum fuit & non eſt, fu
turum autem erit & nondū eſt: atq; ex iis dies & mēſis
& annis, & infinita ad hoc æui lapſa nataq; ſecula texū
tur. Quod ex non entibns conſtat, neceſſario nihil eſt.
Momentum vero, & id quod ſub hoc verbo nunc, ſi-
gnificatur, non pars tpis eſt, ſed exitus terminus & cō-
89 finitum tpis. Præterea partes rei quæ conſtet ex parti-
bus, aut oēs extant aut aliquæ: oēs: vt in linea bipedali:
aliquæ, vt in ludis, in pompa, in bello. Temporis, quod
& continuum eſt, & conſtat ex partibus nulla pars ex-
tat, ſed tranſabiere exoluereq́; aliæ, aliæ ſunt futuræ.
(Nā momenta diximus ſupra non eſſe tpis partes, alio-
quin ſecari poſſent in partes, & metiri totum, & oīno
dimenſum aliqnem & amplitudinem obtinerent. Ea
enim nā partium eſt: ex qnibus aliquod totum integra
tur qnod diſtrahi & dirimi poſsit in partes.) Sed neqne
ex momentis componitur tempus, ſed ex præterito &
90 futuro tm̄. Non erit ergo tpis pars momentum. De
ipſo quoq; momēto, quod præteritum & futurum de-
finit, ſeorſum videtur in qōnem vocari quemadmodū
ſit, vtrum vnum habeatur, idemq́; ſemper, an aliud ſem
per atq; aliud obiter prodeat ita vt impulſo & corru-
pto priore, poſterius inbinde aliud continue ingene-
retur. Nam plura eſſe ſimul momenta non poſſunt: qm̄
neq; partes tpis plures ſimul poſſunt exiſtere, niſi altera
continere, altera cōtineri intelligantur, vt quum dici-
mus adeſſe menſem & calendas: in eo vero quod pro-
prie adeſt, & inſtans iunctumúe eſt ſine momētum, nō
poteſt intelligi continere vnum, alterū contineri, vnū
amplius, alterum minus. Quare neceſſe eſt corrumpā
tur & obruantur prius, vt poſteriora & ſeqnentia gene
rentur. Quum vero corruptum omne corrumpatur in
tempore, momentum ſi corrumpitur, aut in ſeipſo aut
in tempore corrūpetur. Sed.n. non in ſeipſo, idē.n. eſſe
& non eſſe ſimul eueniet, quia eodem puncto corrum-
pi generariq́; oportebit: nec ſequius fuerit, ac ſi hoc li-
gnum in ſeipſo corrumpi, & in ſeipſum mutari conuer
tiq́; diceres. Si in alio tpe, quæro vtrum tēpus illud bre
uiſsimū ſit, vt momentum, an dimenſu aliquo ſit? Si vt
momentū, duo momenta habebuntur, ſimul & id qđ
corrūpēdum eſt, & id in qno abſoluenda corruptio eſt.
Si dimenſu aliquo, nec momentum ſit, aut præteritū
igitur aut futurum erit, in quorum neutro deſinere aut
corrumpi momentum poteſt. Non in præterito, quia 91
quum ortum illius momenti præceſſerit, ſequeret̃ mo
mentum fuiſſe corruptum ante q̃ ortum: nec in futuro,
quia qnum futurum nondum ſit momentum, illud
nunquam corrumpi poſſet, ſed ſemper corrumpendū,
& ſemper corruptum iri videretur: nam & id quoq;
futurum ſemper eſt, in quo corrumpi debet. Sed & fa-
cilius hoc idem explorabimus alia via, ſicpote. Tem-
pus omne præterito & futuro deſcribitur, ſi i tempore
momenta deſinerent, id quod expers imperſq́; eſt, &
omnino minimum atq; breuiſsimū, attēderet̃ diffun-
dereturq́; cum eo qđ partes & in amplitudinem & di-
menſionem haberet. Iā ſi momenta mutuo ſeſe nō tan-
gunt, quia tempus non conſtat ex momentis, quemad
modum lineæ non conſtat ex punctis, (atq; hoc nobis
hoc loci ſimplicius & rudius dicitur, poſt etiam com-
probabitur.) Si momenta inquam attigua non haben
tur, occurrit quiddam abſurdius & maius incōmodū.
Nam ſi momentum in alio momēto corrumpitur, in-
ter momentum qnod corrumpitur, & momentum in
quo corrumpitur proculdubio iaceat aliquod tempus
neceſſe eſt, quemadmodum inter quæque puncta ca-
pitur linea: totum igitur hoc quod intercipitur tempus,
momentum illud durabit. At in medio tempore infini
ta ſunt momenta, qm̄ diuiſile in infinitum eſt tempus,
eo ꝙ continuum. Erunt igitur plura & infinita momē
ta. Hæc conſeqnuntur, ſi continue aliud atq; aliud mo
mentum gignatur & fluat. Si vero vnum idemq́; in to
to tempore ſtatuatur. Primum quæro, quī poſsit tem
pus hoc totum, quod omnino continuum eſt, aut fini-
ta aliqua eius pars, dies, menſis, annus vno tm̄, nō duo-
bus extremis & terminis claudi? Quo modo inquā vnū
idemq; momentum ſit, vnde menſes auſpicant̃ & or-
diuntur intrātes, & quo deponūt & finiunt exeūtes, qđ
nullius rei diuiſilis & finitæ, vnus tantum terminus aut
extemum habetur, non lineæ, non ſuperficiei, non cor
poris? Secundum quæro, ſi vnum idemq́; momentum 92
ſemper manet, quo ȩuum inuehitur, quum & eſſe ſimul
& fieri ſimul ea dicantur, quæ eodem tempore & ſunt
& fiunt, nōne vetera cum nouis & noua cum veteribus
confundentur? nec regnum Nelei ab imperio Cæſaris
temporibus diſcrepat. Nihil enim præteritum eſſe poſ-
ſet, ſi momentū vnum idemq́; omnibus ætatibus om-
nibus ſeculis permanſiſſet. Hactenus expoſitum no-
bis eſt ad ea, quibus tempus tolli videtur.

ª *Hæc ſecunda ratio à priori differt, ait Simplic. quòd prima quidem tempus conſiderat rōne qua ex partibus, componitur at ſecūda qua in partes diuiditur: unde in prima qua eſt compoſitum, quid accipitur, in ſecunda quo partiri pōt.*

CAeterum ea quȩ de tempore tradita à maioribus 93
ſunt, tm̄ abſunt, vt inde aliqd adiumenti capere
poſterius liceat, vt ª ij qui modo cōmentatio-
nem illam ineunt, non modo non perſoluant, ſed rem
ſuapte natura lubricam & ancipitem maiore periculo
conſtituant, id qđ nos paulo ante cōmiſimus. Quantū
enim

enim obſecro, & obſcura & aliena ſunt illa, quę à nonnullis iactata & tractata reperio, dicentibus ſphęram & globum vniuerſi orbis ipſum eſſe tempus, argumento, ꝙ quemadmodum in cœlo ſunt omnia, ita in tempore eſſe oĩa videantur. Atq; hoc illorum ego primum accuſo, ꝙ rem multiiugo ſignificato fuſam & variam pro vnius rei ſigno accipere, & abuti videntur. Nam quum eſſe in aliquo rem multifariam dicaẗ, id quod nos hoc lib. diſtinximus, ipſi ad vnam mõ ſignĩonem accõmodant. Nam imperitia diſputandi & reſoluendi tãta fuerunt, vt rõnis fallicioſiſsime, ſed perſpicuæ alioquin, decipulum præuidere nequiuerint. Atq; ita illi facile irretiri atq; ſuffoſsi videre videntur, idem eſſe cœlum & tempus. Iam quid erat facilius, q̃ huius videre contrarium? Temporis partes præteritum & futurum ſunt, cęli non ſunt: tempus fit, cœlum iam eſt: cœlũ ſubã eſt, tempus ſubſtantia eſſe non poteſt. Sed quid ergo hic ſuperfluo ĩmoror? Stultum mediusfidius eſt, opinionem tam leuem, tam ſupinæ ſimplicitatis inceſſere, prętereq; exoletam & rudius cuiuſdam olentiſsimam vetuſtatis.

94 Proinde[b] alij non ipſum cœlum, ſed ipſam totius conuerſionem cœli tempus faciunt. Ex eo ſententia primũ id ſequitur, diem & noctem nõ eſſe tempus, quũ neq; nox ſeorſum, neq; dies conuerſio ſit cęli totius, ſed hemiſphęriorum, ſemirotundorumq́; & partium cœli circuitus. Præterea rotatio vniuerſa cęli non vna, nec ſimplex eſt, ſed ex pluribus motibus cõſtat, & quidem aduerſis & obnitentibus mundo: tempus vero & vnum & ſimplex eſt. Itẽ motus cœli totius non eſt æqualis, ſed qui ſub ęquinoctiũ ocyſsimus eſt, ſub polos repigratur & quaſi retunditur: tempus rebus oĩbus idem æqualeq́; habetur. Iam qui fieri poſſet, vt tẽpus eſſet ĩ terra, eſſet in mari, ſi vertigo & volubilitas cœli ipſa tempus fuiſſet: niſi quis ne hoc quoq; reueritus ſit dicere, terrã & mare cum cœlo conuerti. Deinde ſi, & quemadmodum Plato fingit, captiui à pueris homines in arctiſsimas tenebras ſubterrenis atq; illuminis carcerib' includantur, intellectum tpis atq; ſenſum habebunt, conuerſionis habere non poterunt. Præterea ſi plures mũdi forent, (quod quidem iam videtur Democrito) plura quoq; ſimul tempora conſtitui oporteret. At hoc diſſentaneum eſt, quamuis.n. motus plures eodem tempore habeantur, plura tñ tempora ſimul haberi non poſſunt. Super[c] hæc, ſi verum eſt ante conditum cœlum motum aliquem exordinatum & inconditum fuiſſe, (cui ſententiæ cõſtat graues alioquin authores adeſſe) nõne tempus ante cõuerſionem cœli fuiſſet? Nam motus oĩs ſiue ordinatus ſiue exordinatus ſit, ſpacium

95 temporis exigit, quo decurrat. Atq; hæc longa diſceptatione non egent. Illud potius perpendendum, quod & latius patet, & gñalius eſt, vtrum motus aut mutatio vlla ſit tempus. Quilibet motus in re mota tm̃ habetur, atq; eodem in loco vbi res mota eſt: vtpote ad definitionem rei motæ & rõnem eſſentiæ pertinens. At tẽpus vbiq; & rebus oĩbus idem adiũgitur. Motus item alius ocyor perniciorq́;, ſegnior, & retardior alius. Aequale ſemper eſt tempus, atq; hoc neq; prolixum, neq; diffi-

96 cile fuerit iudicare. Tarditas & velocitas tpe deſcribuntur, finitur id.n. eſſe velocius, quod breuiori minoriúe tẽpore plus ſpatij peragit, tardius quod pluri minus. Tẽpus vero non deſcribitur tpe: nec.n. fieri põt, paruo vt tempore multum tẽporis labatur, neq; contra multo vt parum. Non ſolum aũt rõne hac velocitatis & tarditatis differunt motus & tps, ꝙ illæ pertinere ad motum videntur, ad tempus non videntur: ſed etiam illa, ꝙ quantitas motus tpe definitur, vt lõgus is multusq́; habeatur, qui multo tempore agitur, breuis contra qui paruo. At temporis quantitas non definitur tempore. Quamuis.n. multum & paruum tempus dicatur, non tñ dicitur multum & paruum per collationem ad tẽpus, quõ illa motui tribuuntur, ſed alia rõne, q̃ infra reddemus. Iam patet tẽpus neq; motũ, neq; mutationẽ eſſe.

[a] *Nequaquam uidetur latinus interpres expreßiſſe penitus uim græcorum uerborum, eorum.n fidelis interpretatio hæc eſt: Vt temporis eſſentiã docere aggreſsi, ipſam etiamnum eius exiſtentiam lubricã & ancipitem æque conſtituãt, ac fecerint hæ rationes quæ paulo ſuperius nos adduximus.*

[b] *Põnem hanc Theophra. Eude. & Alexan. Platoni attribuunt, ſed Simp. contrarium nititur oſtendere. Priorem uero quidam Pythagoreis imponunt, nonnulli etiam ſtoicis.*

[c] *In hoc etiam Platoni alludit, imo hoc argumento conatur Alexan. Plat. redarguere, quia ſi tempus non aliud ſit q̃ cœli motus, neceſſe ſit fateri tempus fuiſſe antequam eſſet.*

NVnc quæramus, vtrum ſit aliqua ſaltem affinitas inter motum & tẽpus, an quieti potius ceſſationiq́; finitimum videatur. Sed quanã id exploratuero, inquies? Facillime quidem opinor, ſi conſideraueris habitum in quo vtiq; ſæpius conſtituti ſolemus præſentiſcere & deprehendere temporis fluxum: ac recordare quidem primum, ſi quando de longa inſomnia atq; excubia feſſus, aut ex laſsitudine aliqua obdormiuiſti arctius, (& qď de Vlyſſe Homerus ſcribit) ſi qñ quietem placidiſsimam illam & morti ſimillimam carpſiſti, tunc Hercules etiam ſi te ſomnus in alterum diem attinuerit, ſimul experrectus es, nihil interim tpis fluxiſſe aduertiſti. Quod Heroibus illis qui in Sardo dormierunt, accidiſſe fabulæ narrant. Non.n. ſenſum vllum habemus eius temporis quod dormientibus nobis abſumitur, ſed primum momẽtum extremo iungimus, & medium tempus vt non ſentimus, ita de medio tollimus. Quemadmodũ itaq; quum merum & ſolitarium momentum eſt, tunc non eſt tempus, ita quum vnum momentum videtur quod vnum non eſt, tunc tempus quod præteriit præteriiſſe non videtur. In totumq́;, ipſi quum aut non mutamur mouemurúe, aut quum mutatio motusúe latet, tempus ſentire nõ poſſumus. Hinc fit plerunq;,[a] vt nos, & quidem incœnatus imprãſoſq; improuiſa & ſubita nox adoriatur ſuperueniatq́;, quotiẽs voluptate ſtudij alicuius cui incubuimus capti, aut in opus nobis plauſibile impenſius intenti labore non frãgimur, vnde oritur illico vt motus ille neq; afficiat corpus, neq; aĩo præſentiſcatur. Econtrario quotiens laborioſe aut faſtidiẽter quicquam agimus gerimusúe quia motum huiuſmodi vehementer ſolemus aduertere, neceſſe eſt vt ipm̃ quoq; tempus mirifice percenſeamus. Ea de cã ægroti prolixos dies quæruntur, & tædia horarum inceſſunt, & ſæpe illud occurrit Ariſtophanis, inoreq́; & in aĩo eſt. Quãtum Iuppiter, & quam longum noctis huius demeaculum. Ex iam dictis patet temporis ſenſum cum ſenſu motus eſſe coniunctum, & ab eo potiſsimum excitari atq; pendere. Clarum eſt igiẗ tempus ſine motu non eſſe. Nõ ꝙ ipſi moti demũ intelligamus & tempus, vt Gale. interpretatur: ſed ꝙ de cogitatione & ĩtellu motus in cogitationem & intellectum tpis veniamus. Cur igitur ille tam temere illhuc deſcendit, obrepſit velicãdi contradicendiq́; ſtudio? Immobilia, inquit, multa cõcipimus, intelligimus, cogitamus, dum

(margin numbers beside the right column: 97 at "NVnc quæramus", 98 at "in opus nobis")

mus, dum mouemur, vt polos mundi, & centrum terrę
nihilominus illa cum motu n̄on ſunt. Porro debuit au
dire Ariſto. vtiq; apertiſsima & clariſsima voce teſtan-
tem dictitātemq́;. Nos ſimul & motū ſentimus & tem-
pus. Sed etenim perplurimum refert, vtrum iccirco tē-
pus eſſe aliquid motus dicas, quia ex notione motus pē
det notio & commonitio temporis, an iccirco quia ipſi
moti demum intelligimus & concipimus tempus. Ve-
rum Galenus in pleriſq; omnibus fere ad hūc modum
98 moleſtus importunusq́; eſt. Nos igitur ſuperiora necta-
mus, ſi tunc tempus non percipimus, quum nullam mu
tationem percipimus, (illud autem ſit quotiens tempo
re pro momento & indiuiſili vtimur) contraq́; ſi tunc
tempus percipimus, quum & motum eſſe, & q̄ longum
ſit percipimus, palam eſt tempus citra motum muta-
tionemúe non intelligi adeo, ſed ne eſſe quidem neque
conſtare poſſe. Sane etiam ſi quieſcendo & nihil agen
do motum alicuius corporis tecum aio contempleris,
ſtatim conceperis & intellexeris tempus. Si. n. obortis
tenebris nullo corporis ſenſu adagitato, nulla verba
deforis auocante, ſed ocio plane ſummo de nauigatio-
ne, deambulatione, de lucta, de bello, de pace, ſoli con
ſilium aliquod ineamus, continuo videbitur ſeſe nobis
tempus offerre. Cæterum non ſolum tempus motum
aſſequitur adduciturq́; cum eo, ſed ex aduerſum quoq;
motus ipſe cōmitatur & reſpondet ad tempus. Nam ſi-
mul lapſum & confectum aliquod tempus animaduer
timus, ita atq; ſtatim admonemur & motus, intelligi-
musq́; initam & perſolutam interea motionem muta-
tionemúe aliquā: vt ſi duas horas abiſſe nobis cogno-
ſcimus, non aliunde id colligimus, niſi de actibus: quia
ſcilicet aut deambulauimus, aut ſcripſimus, aut declama
uimus tm̄. Quamobrem neutrum poteſt ab altero ſe-
iugari. Sane priores rationes aſciſcunt non eſſe idem
motus & tempus, ſequentes oſtendūt tempus ſine mō
tu haberi non poſſe.

*Gale. in his quæ de demonſtratione ſcripſit lib. 8. ut re-
fert Simpl. hoc ſcriptum reliquit, qui quidem liber nunc de-
ſideratur. Referens autem Simpl. quomodo ſit inuectus Ga-
le. contra Ariſto. ſic ait. Eorum occaſione quæ hoc in loco di
cta ſunt, ſuſpicatur admirabilis Gale. Ariſt. dixiſſe ob id tem
pus abſque motu non eſſe: quia nos moti ipſum intelligimus:
& huc deinde rationi quoddam annectit abſurdum. Nam
& ea inquit quæ penitus ſunt immobilia; neceſſario erunt
cum motu, ſiquidem & eorum intellectus una cum motu eſt,
cum nihil nos immobili intellectione itelligamus. Dixerit ip-
ſe inſuper non ſine dimenſu ea eſſe quæ dimenſu carent, ſi nos
ea cogitauerimus cum dimenſu: quemadmodum plurima nos
imaginatione efficimus. Sed hoc primo conſiderare oporte-
bat, ait Simplic. quód Ariſto. non eius eſt opinionis, ut ue-
lit animam moueri, ſed tantummodo operari, nam ſolum
phyſicas mutationes motus appellandas cenſet. Quare non
quod ipſi moti tempus intelligamus aſſerit non ſine motu ip-
ſum conſtare, ſed quod motus intellectus in temporis cogni
tionem nos perducit &c.

99 QVapropter tp̄s aut accidens, aut affectio, aut hę
rens & additum: vtcūq; & annexum motu, nō
ipſe motus exiſtimandum. Nam accñtia & af-
fectiones quamuis non ſint à ſubtis abiuncta tñ eadem
ſubiectis non ſunt. Altius itaq; ordiendum eſt, vt ea res
quam latiſsime pateat. Quicquid per locum mouetur,
quēadmodum ex aliquo mouetur in aliquid, ita in ali-
quo ſpatio & interuallo mouetur. Atq; hoc ego cauſæ
facio, cur motus quoq; ipſe continuus habeatur, quia
videlicet cum magnitudine quæ continua, eſt attendi-
tur, & ſpatio quaſi allinitur applicaturq́;, quanquam
ſtabili & ſedētariæ rei fluxat & ſubitaria. Quemadmo-
dum itaq; motus ex magnitudine vt ſit continuus, ob-
tinet: ita tempus ex motu. Quare & ad motum & ad
tempus continuitas pertinet merito eius magnitudinis,
in quam receptus eſt motus. Dicitur vero in magnitu
dine aliquid prius, aliquid eſſe poſterius ſitu. Prius. n.
hoc punctum, poſterius illud in ſtadio eſt: quia hoc ad
carceres, illud iacet ad calcem. Quum itaq; magnitu
dinis prius & poſterius aliquid ſit, idem eſſe in motu cō
pertum eſt. Prius in motu eſt, quod ad prius in magni-
tudine ſuo motu reſpondet: poſterius, quod ad poſte-
rius. Verum intereſt, ꝙ in magnitudine prius & poſte-
rius permanent, in motu ſemper aboletur & corrum-
pitur prius: quamuisq́; non ſit in motu quicquam prius
niſi ſit itidem in magnitudine, nec tamen perpetua in
totum ratio vtrinq; eſt. Non. n. conſeruatur prius in mo
tu, quemadmodum in magnitudine conſeruatur. Eo-
dem modo quamuis motus ſit eo continuus, quia ſpa-
tium continuum eſt: non tñ eodem iure continuus &
ſpatiū habituri. Nam ſpatium ita continuum eſt, vt cū-
pareat & permaneat vniuerſum: motus vt iugiter fluat,
& identidam pereat. Ex iis patet in motu eſſe prius atq;
poſterius. Sed & ratio quoq; pariter explicata eſt. Nunc
ad examinādum videtur, vtrum prius & poſterius, quę
in motu ſunt, motus ipſe ſint, an aliquæ res à motu di-
uerſæ, & vtrum ſubiecto idem ſit motus, & prius & po
ſterius quæ in motu definitione & ratione non idem.
Profecto videtur diſsidere motus à definitione prioris
& poſterioris in motu: nam & prius & poſterius magni
tudinis, quanquam ſubiecto magnitudines ſunt, defi-
nitio tñ magnitudinis à natura & definitione illorū ab-
iungitur. Is. n. qui prius & poſterius definit, ſitum &
locum in definitione conſtituit in definitionem magni
tudinis, neq; locus, neq; ſitus ingreditur. Eundem
in modum definitio motus à definitione prioris & po-
ſterioris in motu diſſentit: nam finiturum motum dicet
mobilis rei actum eſſe: prioris & poſterioris redditurus
rationem, altera via conabitur. Quemadmodum itaq;
tametſi pater ex ſubiecto ſit Socrates, patris tñ & Soc.
rationes euariant. Item quinarius tametſi ex ſubiecto
ſit lignum, diuerſa tamen & citra ſubſtantiam ligni de-
finitio aſsignanda quinario eſt, quia quinarius in eo ꝙ
quinarius, numerus eſt non lignum. Ita prius & poſte-
rius in motu, quāquam ex ſubiecto habent, vt ſint mo
tus, diuerſam tñ & demutantem à motu eſſentiam ob-
tinent. Et nunc quando à motu differre monſtrata eſt,
capeſcenda nobis hoc loco diſquirendaq́; eſt. Itaq; ani
maduertēdum diligenter eſt, quemadmodum tū prius,
tum poſterius intelligamus in motu. Ergo quemadmo 100
dum quamdiu lineam concipimus vnam continuam,
integram, perpetem, nihil neq; prius, neque poſterius
notaſ in linea, ſed ſimul diſiecta in partes eſt, aut inter
puncta definitaq́; notulis, ſtatim prius hoc, poſterius
illud in linea fecimus: ita in motu prius & poſterius nō
ante concipimus, q̄ definiatur, & quaſi dehiſcat, aut di-
ducatur in partes: atq; ita vnus ille tanquam alius, atq;
alius poſsit afferri. At quomodo diuidi poteſt motus?
Num punctis? at motus caret ſitu & poſitu. Sed dicen
dum puto motum, ſi non eum qui proprie eſt, ſaltem
ſui generis aliquem quaſi ſitum habere: vtputa, ſcribit

nunc manus cõtinuata ſerie, nec interpollat ſtylum, dico illum motum, quem abſoluit priorem eſſe in eo quẽ initura abſoluturaq́; eſt. Quamobrẽ? nẽpe, quia illum iã confecit, hunc incipit. Stat itaq; ſecari motũ hunc poſſe & aſsignari aliquod huiuſmodi diſcrimen in eo, quale eſt pũctus in linea, quod partis prioris depoſitio finiſq́; ſit, ſequentis ortus initiumq́;. Signum id (verbi gratia) ſit hoc quod dico, nunc. Si igiť diuidere denuo motum illũ currentis manus & volumini implexæ voluero, vtar ne eodẽ ſigno momẽtoq́;, quo ſum iu priori diuiſione vſus: an præſente, quod modo effero, ĩmo quod nemo iam poſsit efferre? Patet itaq; me non illo priore quod abiit, ſed alio & inſtante hoc atq; iuncto vſurum. Ex iis duobus ſignis vtrum dixeris prius, vtrum poſterius? An autequam reſpondeas, teſtatũ ſcriptura eſt, illud eſſe prius, cuius opera interuentuq́; priorem diuiſiouem cõmiſimus, illud poſterius, cuius poſteriorem? Sed quam obrem prius eſt hoc altero? Num idcirco, quia hoc in tabula ſcriptũ eſt hic, illud illic? nequaquam, alioquin ſi ſcriptum non fuiſſet, neq; hoc prius, neq; illud poſterius haberetur, quod ridiculum eſt. Nã cur ita? Conſtat igitur prius hoc vtiq; præteriiſſe, poſte
105 rius alterum ſubſequutum. Quum ergo diuidimus motum, & in plura momentis ſecamus, aliud q̃ tempus & tpis partes aſſerimus? Præteritum.n.& futurum, ex quibus conſtat tp̃s, nihil aliud ſunt, q̃ ſeries prioris & poſterioris in motu, quæ momẽtis definiuntur, & tanq̃ aliud atq; aliud numerãtur. Quare idem erit tempus & prius & poſterius in motu, non ſimpliciter, ſed quotiens definiuntur & numerantur. Definiuntur vero non alio modo, q̃ quum duo momenta afferuntur, & accidunt aĩo, vnum, vt prius & prioris motus extremũ, alterum vt poſterius & poſterioris motus extremum. Item nõ aliter definiunť, q̃ extrema à mediis diuerſa eſſe concipimus. Quum.n.aius eius momẽti memor, de quo pridie cogitauerit, poſtridie de altero cogitat, continuo intelligit eſſe tempus, quod duobus momentis, perinde ac duabus marginibus includitur: atq; ita demum vniuerſitatẽ illã põt diſtribuere in partes, & horas quindecim aut ſexdecim dicere: tanq̃ ſi de linea finita pedem quis recidat duobus modis inditis pũctis. Sed & vnũ quoq; momentum facit, vt intelligatur tempus. Verũ hoc non abſolute aut perpetuo, ſed quotiens momentum illud pro initio & pro exitu inſumitur: nam ex hoc quoque prioris & poſterioris ſenſus quidam elicitur. Id.n.prius eſt, cuius momentum eſt exitus, illud poſterius cuius initium. Ita omnino conſit, vt natura omnis & eſſentia tpis à priore & poſteriore in motu ducatur. Erit igiť hęc definitio tpis, diſcrimẽ prioris & poſterioris in motu, quotiens diſtinguũtur diſcriminanturq́;, hoc eſt, quotiens in numerum veniunt & percenſentur ab animo.

*ἀλλ' ᾗ τὸ ἀριθμούμενον τῆς κινήσεως. i. ſed quod numeratur in motu.

Numerus.n.non vnius eſt, neq; eius rei, quæ promiſcua penitus indiſcretaq́; ſit, ſed eius quæ partes diuerſas ſui q́; generis habeat. Nõ ergo motus ipſe, ſed partes * in motu penes prius & poſterius numeratæ ſunt tp̃s. Quare vt quæ dicta ſunt oĩno breui concluſione teneãtur, commodiſsime definiemus hoc modo. Tempus eſt numerus de priore & poſteriore motu collectus.

102 Illud aũt argumento eſt, tẽpus eſſe numerum oportere, q̃ quicquid rõnem pluris & minoris capit, numero indicatur ęſtimaturq́;. Numerus ergo quiddã eſt tempus. Sed & prius atq; poſterius recte adiectum eſt, q̃ hinc liquet. Numerantur motus & quidem plures ſimul: nam & augeſcere, & caleſcere, & deferri quis eodem puncto põt, atq; ita tribus ſimul agi mouerique motibus hmõi motuum. Ternarium numerum nõ dicimus eſſe tempus, ſed eum numerum quẽ ſeorſum in ſingulis motibus prius & poſterius faciũt. Neq; perturbari velim, q̃ quum numeratas partes in motu tempus eſſe dicamus: non tñ numeratas res modo, ſed numerum in definitione locauimus: nam res numeratæ ſolent interim numerus dici. Quemadmodum.n.duplex ſignificantia menſuræ eſt, (Nam & quod menſurat, vt olla, vt cadus, vt modius: & quod menſuratur, vt triticum in modio, vt vinum in cado, vtrunq; noĩ menſurę cõicat. Dicimur.n.eſitaſſe modium, non ligneum, & bibiſſe cadum non ipſam lebetem æneam) ita & numerus non ſolum eſt is, qui ex vnitatibus cõſtat, ſed & res ipſæ quæ numerantur. Ille diſcretus eſt non continuus, & ad naturam temporis explorãdam ſignificandamq; pertinere non poteſt: ĩmo impedimento eſt potius: hic continuus eſt eo modo, quo tripedaneum telum. Neq; accedendum Galeno eſt, qui tempus cauillatur definitum eſſe per tp̃s. Is cum pleraq; ſignificata prioris poſteriorisq́; dinumeraſſet, dixit cætera non congruere definitioni prius & poſterius, temporis ſolũ videri cõgruere. Ita efficiebatur, vt tẽpus numerus motus eſſet ſẽm prius & poſterius temporis. Sed [b] ſciẽdum eſt prius & poſterius, quæ in motu ſunt, non habere à tempore vt prius & poſterius ſint, ſed ecõtrario potius efficere, vt prius & poſterius adſint in tpe. Quod autem prius & poſterius in motu eſt, dictum eſt à priori & poſteriori in magnitudine proficiſci, vnde & continuitas naſceretur. Atq; hoc euidenter Ariſto. indicat. Prius, inquit, & poſterius in loco primum habenť, inibiq́; poſitione conſtant & ſitu. Sed cum ea in magnitudine afferrantur, neceſſe eſt in motu quoq; eaſdem rõnes afferri. Sed concedatur Galeno prius & poſterius in motu nihil aliud ſignificare, quam prius & poſterius tpis, quid tum poſtea? Neq;.n.nos fere aliud dicimus. Nam quũ tempus eſſe prius & poſterius in motu dicamus, neceſſariumq́; ſit vt idẽ afferat definitiones & noĩa quę definiuntur, nihil certe aliud fuerit prius in motu atq; poſterius, quam prius & poſterius tpis. Quamobrẽ hoc illũ 103
latuit, qui definitionem oppugnat, & mehercle tutius fuerat illam admittere. Sed & vt aliud atq; aliud tp̃s ſit, hoc facit motus, qui alius ſemper atq; alius cernitur. Cæterum quæri ſolet, quum plures motus ſimul ac pluribus locis exerceantur, (exercetur Athenis, exercetur Lacedæmone, exercetur Corinthi) quidnã cãæ eſt, cur non & plura ſint tpe? Quoniam, inquam, idem momẽtum idemq; vbiq; nunc eſt: ab ipſo aũt nunc, habẽt tp̃s vt idem & diuerſum intelligatur: atq; vnum tempus eſt tunc, quum vnum eſt nunc, plura quum plura differentiaq́;. Plura & dĩa ſunt, quoties vnum & prius, alterum vt poſterius deſignatur. Sed adhuc ſubiit quod ambigas, qui fieri poſsit vt ipſa nunc momentaq́; differãt, quum rõ & natura vna ſit oĩbus, quãuis prius hoc, poſterius illud intelligatur? Aut Socr. alium putemus fuiſſe quum in Lycio ſederet, alium quum in foro ageret, qđ ſophiſtæ pollicentur oſtendere. Sed ſoluitur: quemadmodum Socr. quamuis ſeſe huc illuc conferat, tñ ſubiecto vnus erat, rõne diuerſus, quia nõ idem ſit in Lycio & in foro eſſe: ita & in ipſius momenti, quamuis ſubiecto natura vna, atq; ſubſtantia habeatur, rõne tamen definitioneq́; differret. Eſt enim alia rõ eius nunc quod apud Homerum Hector dicit, quum equos alloquiť inhortaturque. Nunc agite alipedes generoſum attollite

tollite pectus, Promite præſentes animos diſcrimine
herili. Conſtet veſtra manus. Alia huius, quod hoc albo
nunc ſcribitur.

[a] Hac rõne motus aſpaſius, quòd ſ. in motu pluris minoriſúe rationem tempore perpendimus, credidit Ariſt. ſentire tempus eſſe non res numeratas, ſed ipſum numerum quo numeramus: quẽ Auer. hoc in loco eſt imitatus: ſed Aſpaſius ut ſuam tueretur opinionem multa commutauit in huiuſmodi textu ſermonis Ariſtot. ut refert Simplicius.

[b] De hac re Simplic. loquens credit ipſe duplex in motu prius poſteriusúe inueniri, & hæc inuicem eſſe diuerſa: alterum quidẽ quod à magnitudine habet quod ex loco & poſitione naſcitur: alterum uero quod ex tempore prouenit. Ait enim motum medium quodammodo locũ habere inter locum, tempus ex utriſque accipere menſurã numerumq́; prioris & poſterioris ſed à loco quidem quod locetur & poſitionem quodammodo habeat retinet, & hoc ratione qua ſpatium poſitionem habet à tempore uero temporaneus efficitur, hoc uero ei ineſt ea ratione qua influxu ſubſtantiam habet. Prius ergo et poſterius quod in ſpatio eſt rõne poſitionis à loco menſuratur, quod uero fluxum protenſionemq́; conſequitur à tempore. Vnde non utique aberraret, inquit Simpl. qui motum definiret numerum prioris & poſterioris, quod motui ineſt ratione fluxus: ſicut ſi locum definiret quod numerus ſit prioris & poſterioris, quod eſt ſecundum põnem ſpatij. Hoc deinde ueluti fundamẽto accepto refellere nititur, primam Themiſt. reſponſionem, ait. n. Prius & poſterius qđ motus ex magnitudine trahit, non id eſt, quod tempore menſuratur, ſed loco, utpote quod ſecundum poſitionem attendatur: cum enim è magnitudinis priori ipſum naſcatur, ei etiam proportione reſpondebit. Prius autem magnitudinis loco et poſitione terminatur, prius uero quod ſecundũ tempus eſt & ſimul cum priori in motu, eſt aliud quia eſt: naſcitur enim ex protenſione & fluxu motus, non ex poſitione et magnitudine Secundam etiam Them. ſolutionem refellit eodem fere fundamento, ait enim: Si unum tantummodo prius poſteriusúe, eſſet in motu, illud. ſ. quod tempore perpenditur, recte æquidem dicere poſſemus, ut Themiſt. ſoluit, motum in ſeipſo non definiri: at ſi aliud prius poſteriusúe eſt quod tempore perpenditur, aliud uero quod ex poſitione naſcitur, neceſſe erit dicere quod motus eſt prius poſteriusq́; quod ſecundum tempus attenditur. Hæc tamen facile ſolui poſſunt quomodo autem conſidera.

104 ET vt planius condiſcantur hæc, paulo ſunt altius
petenda: Magnitudinem cõmitatur motus, mo-
tum cõmitatur tempus vt diximus. Quapropter
ęquum eſt, vt harum quoq; rerum cãæ efficientes in-
generantesq́;, eadem inter ſe proportione reſpondeãt.
Magnitudinis efficiens cã pũctus eſt, Motus ea res quę
mouetur in motuq́; eſt. Temporis ipſum nunc ſiue mõ
mentum. Erit igitur momentum vnum, [a] quemadmo
dum vnus eſt punctus, vnus eſt lapis: ſiue huc ſiue illuc
feratur, ſed rõne definitioneq́; diſcrepat. Nam rem quę
mouetur deferturq́;, ita conſequitur momentum, vt
ipſam delationem tempus. Sed cognoſcitur quoq; ip-
ſum momentum non alia re, q̃ ea quæ mouetur & fer-
tur. Nam prius & poſterius quæ reperiuntur in motu,
ſecus rem delatã & eius tranſitum numerant. Alioquin
illa quieſcente, nullum diſcerniculum prioris & poſte-
rioris extaret. Sed qm̃ mobile interim locum priorem
obtinet, interim poſteriorẽ, fit ita vt in motu, tũ prius
tum poſterius incernatur. Porro hoc, tum prius, tum
poſterius, qđ numerari dicimus, ipſum omnino nũc eſt:
vnde fit, vt ſubiecto idem ſit prius & poſterius nunc,
rõne vtiq; & definitione diſſentiat. In eo. n. quod nu-
merum præbet, quodq́; poteſt tãquam aliud atq; aliud
accipi, efficitur rõne & definitione diuerſum. Pro eo ve
ro ꝙ res quæ defertur notior eſt delatione ſua, quum
oẽ quod mouetur, monſtratũ aliquid ſit & ſuba, ipſum
quoq; momentum notius erit & manifeſtius tpe. Nam
de tota imenſitate temporis ſolum momẽtum attingi-
tur. Clarum eſt aũt ſemet comitari & appellare viciſſim 105
momentum & tempus, ita vt ſine altero neutrum poſ-
ſit conſiſtere: eſt. n. tempus fere de momentis conſti-
tutus conflatusq́; numerus. Nam momẽtum quodam-
modo vnitas tempori eſt. Et ſicut vnitas repetitione al-
ternationeq́; numerum facit, ita momẽtum reciproca-
tione & iteratione tpſ: & quemadmodum vnitas quã-
quam inſectilis, cõſtituit tñ numerum ſectilem, ita mo
mentum quod indiuiſile eſt, inuehit tempus quod di-
uiſile eſt. Cæterum differentia in eo noſcitur, ꝙ mo-
menta vnam continentiam pariunt, vnitas diſcretionẽ
molitur. Plane continuat momẽta tempus, vt dixi, ſed
& diuidunt quoq; eo modo quo motum ſuum mobile:
& delatile delationem. Eſt. n. ideo iugis & vna delatio,
quia vnum eſt quod defertur. Vnum inquam, non ſim
pliciter, (nam hoc quidem mõ vna res fuerit qua mon
ſtratur, corpusq́; eſt qua lignũ, qua ferrum, qua lapis)
ſed qua defertur. i. in eo ꝙ in motu delationeq; eſt, quo
reſpectu vnum eſſe non põt, ſi motum diſtrahat, inter-
rumpatúe. Tunc. n. neq; cõtinuus, neq; vnus fuerit mo
tus, quamuis ſit id quod moueretur vnum, ſed tunc &
vnus continuus eſt, quum quod defertur, in eoq́; de-
fertur eſt vnum, hoc eſt, quum non interlaxat, nec in-
terquieſcit, alioquin interpollãdo prior motus deſinit,
& poſteriori abſcíditur atq; dirimitur. Deinde repetit
ſeries, continuaturq́; vicibus. Atq; ad hæc oĩs res quæ
refertur, ita ſe habet vt punctus ad lineam. Quanq̃ non 106
nihil intereſt quia punctus aſsignari bis, tum pro initio,
tum pro exitu põt. Eſt. n. permanẽs quiddam punctus,
& ſitum fere ſtabilem habet. At quod defertur, in eo ꝙ
defertur, bis afferri non põt, quia continue à ſtatu ſuo
demutat non ꝙ demutet à ſe, ſed quod alium ſubinde
ſemper atq; alium locum demutat & vertit. Nam ſi bis
eodem in loco haberi poſſet, iam ibi inſiſteret, atque
ita non cõtinue moueret, vt ſubiacebat. Eodem modo
neq; momentum aſsignari bis põt. Dicat aliquis ſi mo
mentum bis aſsignari non põt, qũo pertinebit ad nu-
merum? Certe vt puncta, non ea quæ principiũ finiſq;
ſunt, ſed quæ vtrinq; extremas lineæ clauſulas inſident
diuerſa, inter ſe diſtinctaq́; ſunt: ita vt tum hoc, tum il-
lud ſeorſum mõſtrari & accipi poſsit. Ad eundem mo-
dum & momenta, quibus includitur tempus, accipiun
tur vt diuerſa, hoc vt prius, illud vt poſterius afferatur.
Idem vero bis accipi nullo modo poteſt, quia nullo mo
do etiam põt tempus ſiſti. Palam quoq; eſt temporis 107
partem non eſſe momentum, ſicut neq; res quæ defer-
tur, pars eſt delationis, neq; lineæ punctus, nam lineam
partiri eſt in lineas, & motum in motus, & tẽpus in tpã.
Sed quæritur vtrius extremum ſit ipſum momentum,
vtrum motus an temporis? Dictum eſt. n. aliqñ momẽ
tum momentis & inſtantibus diuidi. Soluitur, Per ſe
extremum eſt temporis, ſed qa tempus nihil aliud eſt,
quam partes motus ſm prius & poſterius numeratæ,
quotiens momentũ & numeratum accipitur, tũc mo-

tus quoq; ipſius extremum & terminus fuerit. Ita per accñs erit terminus motui, & vbiq; ſimul motibus oĩbus aſsidebit, cũ ea quam dixi, quia videlicet nõ eſt per ſe terminus motui (alioquin ei tm̃ motui præſeruiret, addictumq; eſſet cuius, eſſet terminus diceretur) ſed per ſe terminus tempori eſt, quod numero motus deſcribitur. Numerus vero plurium rerum ſimul eſſe idem põt, exempli gratia: Denarius veterinorum & hominum,

NOGA. hęc v̄ba cũ ĩ græco ita ſe habeant, καὶ τὸ ὁ χρόνος ἀριθμὸς οὐχ ὡς ἀριθμοῦν ἀλλ' ὡς ἀριθμούμενος, ὁ χρόνος πρὸς μοναδικὸν ἀριθμόν, ἀλλ' ὅμως ἰδιάζει τῷ μόνος τὸ τῶν ἀριθμούντων ἰδίωμα sic interp̃tor, quamuis tempus ſit numer' non vt qui numeret, ſed qui numeretur. An tp̃s ad monadicũ numerum refert. Tñ ſolũ rei numerãtis p̃prietatẽ recipit. De monadico numero q̃d ſit vide. 5. Ethicorũ.

Quãuisq; tẽpus non ſit numerus is quo numeramus, (qui ob id numerus numerans recte appellabitur) ſed is quæ numeramus, (qui & numeratus numerus dicit̃) habet tamen proprietates & veſtigia numeri numerantis. Vbiq;.n.tẽpus vnum idemq; habetur, numeratur, percenſetur pluribus ſimul motibus, corrogatur auctioni, delationi, alterationi. Iam ſatis oſtenſum videt̃ tempus eſſe; tum numerum, tum numerum motus ſecus prioris poſteriorisq; rationem.

*a Simp. in his quæ hic exponuntur dupliciter dubitat, primo, quomodo ſit uero conſonum, momentum idem eſſe ſubiecto, ratione uero diuerſum: ſimiliter prius & poſterius. Nã qui fieri poteſt, ut quod præterij iam idem ſubiecto ei ſit qđ nunc eſt, eiq;, quod nondũ eſt? Ea etiam ſimilitudo qua Ariſto. hoc monſtrare nititur, nihil uidetur habere quod rõni ſit conſonum. De re enim quæ mouetur, utpote quæ ſubſtantia permanens ſit, & eadem poteſt eſſe diuerſis in locis, recte affirmare poſſumus quod eadem ſubiecto ſit & ratione diuerſa. At motus, tempus, & ea omnino quæ tantummodo ſunt dum fiunt. neque poſſunt diutius permanere, non uideo qua poſsint ratione dici eadem ſubiecto. Dubitat etiam ſecundo loco cum tria hæc inuicem ſe conſequantur, magnitudo, motus & tempus, & magnitudo quidem puncto terminatur, tempus autem momento, quid erit igitur in motu quod his proportione reſpondeat? quo ſcilicet terminetur? hoc.n. aliud oportet ut ſit quam res mota. Primo igitur reſpondẽs Simpl. ait: Hoc fere modo momenta inuicem in nullo differunt, præterquam quod hoc quidem prius eſt, illud uero poſterius, neque.n. genere, neque ſpecie, neque etiam numero, ſicuti nec unitas ab unitate. Nã quæ numero differũt, quibuſdam differunt accidentibus, ſicut à Plat. Soc. Ob id ergo quia nulla alia ratione differunt, forſitan dixit eadẽ ea eſſe ſubiecto. Similitudo autem ad punctum lapidemúe re uera ſatis uiolenta, uidetur, cum hæc quidem permaneant, illa uero nequaquam: & ideo ſi eius non magnam noluerimus habere rationem, dicemus quod ſubiecto idem non aliud ſignificat, quam ſpecie idem. Nam & Ariſto. paulo inferius dicet, q̃ quẽadmodũ motus ſpẽ idem eſt, qua iterũ atq; iterũ ſit, ita & tempus: & quod ſpecie ita eſt idem ut in nullo ſit differens, aliquo etiam pacte numero idem uidetur. Secundũ etiam ſoluens, ait: Motus terminus eſt mutamentũ, ſed quia non eſt motus cauſa ut principium ſit, & punctum ipſumq; momentum tanquam principia & cauſas, hoc quidem lineę, illud uero temporis hic eſſe ſupponit, merito tãquam his proportione reſpondens quod fertur accepit.

108 Sed & continuum quoq; ſit tempus oportet: motus.n. vniuerſus & ipſe continuus eſt? Sed ambigas cum numeri ſectio extrahi non poſsit in infinitum, ſed finem offendat, & quidem minimus habeatur, vt duitas, quamobrem non poſsit & tempus aliquod oſtendi minimum? An quia duplex eſt numerus, alter qui ex vnitatibus conſtat, atque hic eſſe minimus poteſt alter qui non ex vnitatibus abſolute, ſed ex rebus conſtituitur, vt æquis, canibus, lineis? nã & quinque lineas & quinque triangula dicere numeros ſolẽmus. Tales numeri ſi de multitudine quæris, minimũ habent. Nam duæ lineæ, & duo equi minimũ ſunt, ſi magnitudinem ſpectas, non habent: nam quæque res talis in infinitum ſecabilis eſt. Eodem modo præfiniti alicuius certiq; temporis, verbi gratia, duarum horarum, in eo q̃ continuum eſt afferri breuiſsimum, aut minimum aliquod nequeat, quia in eo reſpectu non eſt numerabile: in eo vero quod definitur, & quodãmodo diſſecatur momentis priore poſterioreque, hactenus & numerari poteſt, & minimum indipiſci. Duę 109
horæ, quo ad numerum pertinet minimæ ſunt, quo ad magnitudinem & continuationem, non. Nec caret rõne vt tempus multum & paucum, longum & breue dicatur. Habet enim conditionem vtriuſque quãtitatis, tum continuæ, tum diſcretæ. Nam qua iugæ & continuum eſt, dicitur longum & breue, qua diſtinguitur numeraturq; in hoc numerus dicitur multus & paucus. Non tamen volucre aut tardum proprie dixeris tempus, quando neque vllus quoq; numerus, aut tardus, aut velox habetur.

Par eſt autem vt ſimul vbiq; idem tempus ſit, quã- 110
uis quod prius & poſterius eſt, diuerſa inter ſe ſint tempora: nam & motus præſens vnus eſt tametſi præteritus & futurus diuerſi. Præterea tempus & numerus non is, quo numeramus, ſed is qui numeratur: hic autem idem eſt omnium, vt denarius, ſiue is equorum ſiue hominum fuerit. Numeratę vero res, ideſt homines decem, & equi decem non ſunt amplius eędẽ. Ergo ſi tempus ſecundum prius & poſterius numeratur, neceſſe eſt vt prius & poſterius diuerſa ſint tempora. Item *a quemadmodum motus vnus & idem ſemel 111
digeſtus, poteſt iterum atq; iterum inſtitui: ita & tempus poteſt vnum & idem iterum, atque iterum reuerti, ver, æſtas, autumnus, hyems. Subſtantia itaque temporis hæc eſt, nam in motu prius & poſterius numerata ſunt tempus.

*a Simpl. per ea quæ hic ſcribuntur, uoluit magis dearticulate exponi id quod ſuperius dictum eſt, ſcilicet momentum ſeu prius & poſterius eſſe ſubiecto eadem. Eo enim modo momenta ſunt eadem, quo ea quæ iterum atque iterum finiunt, ueluti motus qui ab eodem in idem ſepius repetitur, ueluti ſol qui ſuo motu quotannis ab eodẽ ſigno ad idem reuertitur: Ad hoc nihil aliud eſt quam idem ſpecie regenerari. Ait deinde Simpl. Ariſtot. loco ſuperius habito ob id potius dixiſſe eſſe idem ſubiecto quam ſpecie, quia quæ eadem ſunt uel genere uel ſpecie plurimum etiam inuicem poſſunt differre: nam quæ eadem genere ſunt, eadem ſpecie differunt, & quæ eadem, numero diſtant: quæ enim ſunt numero diuerſa, accidentibus quibuſdam differunt, ut à Platone Socrates. Motus uero momenta & tempora quæ iterum atq; iterum eadem fiunt, parum adeo diuerſa ſunt: ut quaſi numero eadem uideantur: unde & Pythagorei hoc modo eadem etiam numero iterum atque iterum fieri aſſerebant. Cõfirmat deinde Simp. hoc idem Eudemi auctoritate, cuius uerba longum eſſet referre.

Porro tempus quum ita definiatur, principaliter 112
motum menſurat, per accñs contra menſuratur à motu. Non ſolum.n. dicimus motum multũ eum qui multo tempore agitur exerceturq;, ſed tempus è diuerſo multũ, in quo multus conficitur motus: alioquin

hoc &

hoc & in cæteris menſuris quoq; viſitur. Omnes.n.à
menſuratis viciſsim contraq; menſurãtur. Nam & mo-
dius tritici modium ligneum, & cadus vini cadũ æneũ
remetitur, ſi quadrent.i. ſi neq; exuberẽt neq; ſubſidãt.
113 Atq; hoc in menſuris continuis non ad modum mirũ
eſt, quando & ipſe ille numerus qui ex vnitatibus con-
ſtat, quodãmodo à numeratis rebus vice inuerſa recur-
ritur numeraturq;. Quemadmodum.n. ex denario de-
cem equos intelligo, ita ex equis decem denarium nu
merum apprehendo, quia vnitates decem video equis
decem reſpondere & accommodari, nec poſſet dena-
rius vnquam intelligi, niſi aut ſingulis ſingulæ vnitates
ſortito tribuerentur, aut equus vnus decies promeref.
Sanè debita rõne vtrunq; contingit vt & menſuret &
menſuretur tempus. Nam ſi (vt dictum eſt) magnitudi
nis motus, & motus tẽpus aſſecla comesq; eſt, quem fa-
mulatum habet ad magnitudinem motus, eũ habebit
tps ad motũ: & quemadmodum motus magnitudinẽ
menſurat, contraq; à magnitudine mẽſuratur. Nam &
viam dicimus multam, quia profectio multa ſit, & pro-
fectionem è cõuerſo multam, quia multa ſit via, ita &
tempus motum metitur & motus remetitur tempus.
Proinde motum multum dicimus, quia & tẽpus mul-
tum ſit: & tempus multum, quia ſit multus & motus.
114 Sed quonam pacto motum mẽſurat tempus? An quia
partem aliquam definit, quæ vniuerſum motum menſu
rat? vt paſſus, qui replicatus totam ſtadij longitudinẽ
conficit. Nam hora, menſis, annus eſſe aliud poſſunt q̃
tantus aut tantus curſus motusq; ſolis.
115 QVoniam [a] vero propterea in tẽpore motus eſt
quia menſuratur à tempore (nihil.n. aliud eſt
motum eſſe, q̃ oriri & fieri, cui iam affunditur
& attenditur tempus, atq; id quod hunc fluxum men-
ſurat) palam eſt & cæteras quoq; res futuras in tpe, ra-
tione illa q menſurantur à tempore. Nã eſſe in tempo-
re aliquid bifariam dicitur, vno modo q ſit tum quum
tempus eſt, altero vt ſunt ea quæ in numero eſſe dicunt:
atq; hic poſterior modus rurſum diducitur. Nam aut
res in numero ſunt, tanquã partes affectionesq; nume-
ri, vt duo par & impar: aut ita vt earum rerum habeat
aliquis numerus, quo genere decem equi, & decem bo
ues eſſe in numero videntur. Si igitur tempus eſt nume
rus, patet ea quæ in tpe ſunt: in numero quoque eſſe
oportere. Ac momentum quidem & prius & poſterius,
ita ſunt in tempore, vt impar & vnitas in eo numero,
qui ex vnitatibus conflatur. Nam quemadmodum illa
ſunt accidentia numeri, ita hæc ſunt accñtia temporis
At res ita ſunt in tpe, non vt impar & vnitas, ſed vt equi
decem in numero. Quemadmodũ itaq; ſemper eſt ali-
quis numerus, qui excedit ea quæ in hunc modũ in nu-
mero eſſe dicuntur, (quia omni numero determinato
poteſt ſemper maior aliquis aſsignari) ita & tẽpus ſem-
per amplius eſt, excedensq́ue ea, quæ tempore conti-
nentur. Tempus.n. numerus quidam eſt. Quòd ſi ita ha
bet, ea quæ ſunt in tempore, neceſſe eſt vt contineatur
à tempore: quemadmodum ea quæ ſunt in numero cõ
tinentur à numero, & ea quæ in loco ſunt continentur
à loco. Atq; hic ſignificatus maxime ꝓprius & prima-
116 rius eſt, quo res eſſe in tpe dicitur. Nã putare eſſe quic-
quam in tempore iccirco quia tunc ſit quum tẽpus eſt;
aut eſſe in motu, quia tũc ſit, quum motus eſt: nihil eſt
aliud, quam putare cœlum eſſe in milio, quia tunc cœ-
lum eſt, quum & miliũ. Verum vt eſſe ſimul multa poſ-
ſint, eſſe in altero quippiam, nihil eſt aliud, quam vn
ab altero contineri. Vnde conſequens eſt, vt vtrunque
ſit ſimul, non tñ ſimulatq; res aliquæ ſimul ſunt, conti-
nuo altera in altera continebitur Atq; hoc primũ acci-
dit iis, quæ eſſe dicuntur in tpe. Accidit etiã vt pati res 117
obledíq; à tempore videantur, nã & putreſcere & exe-
di res tpe, & inueteraſcere, conſeneſcere, & obliuione
deleri dicũtur. Non.n. eadem ratio temporis eſt, quum
domum hanc exædificatam in tpe dicimus, illam tem-
pore & vetuſtate collapſam. Sed hinc ab opifice exædi
ficatur in tempore, hinc vtrũq, & à tempore colapſam,
& collapſam in tempore dicimus. Item docemur in tẽ-
pore, ſed à magiſtro, dediſcimus in tpe, ſed ſola iniuria
temporis. Demum aliam cauſam quam tempus obli-
uionis, & ſpõtalium obleſionum afferre nõ poſſumus.
Proinde non male videntur videre, qui tẽpus authorẽ
interitus & corruptionis appellant, quũ numerus mo-
tus ſit, motus aũt diſcutiat & deturbet, quod prius exta
bat. Quòd ſi vera ſunt hæc, conſtat imortalia & per-
petua, quatenus talia ſunt, in tempore eſſe non poſſe.
Nam neq; incluſa ſunt tpe, neq; ad capiendam & feren
dam iniuriam temporis parata, neq; cum tẽpore com-
mutantur, neq; tempori prorſus aſsiſtunt. Igitur neq;
menſurantur, neq; circunſiſtuntur à tempore, quia nul
lum tempus ſubſtantiam eorum poteſt excedere, ſed
contra potius ipſa oẽ tempus allatum tranſcendunt &
ſuperant. Sed occurritur. Nam ſi motus perpetuus eſt,
(quod infra probabitur) perpetua aũt in tempore eſſe
non poſſunt, videtur effici, ne ſit motus in tempore.
An quia diuerſus aſsidue motus eſt, neq; numero vnq̃
idem habetur, ſed & eſt, & oritur cum tpe? Inimo vero
cum motu ipſum tempus efficitur, vt alterum alterius
ope inniti indigereq; videatur. Quapropter [b] tametſi
tempus motum neq; excedat neq; contineat, quia tñ
viciſsim addita connexaq; ſunt, vtiq; hoc nomine mo-
tus eſſe in tempore dicitur.

[a] *Non erit ab re quædam referre ex Simpl. accepta, quæ
non parũ lucis afferent his quæ ſubcincte ſcribũtur à Them.
Primo igitur animaduertit Simplic. ad id quod hoc in loco ait
Ariſto. tempore motum menſurari & eſſe motus. Nam non
eo modo accipit eſſe motus, quo à peripateticis accipi ſæpius
ſolet, pro ſpecie ſcilicet atque forma ipſius rei, ſed pro ex-
tenſione & ſpatio exiſtentiæ rei. Vnde cùm motus ſit tan-
tummodo dum fit, & non ſit aliud eſſe motum quam ipſum
fieri, ideo (ut etiam. Alexan. auctor eſt) tam motus quam
eſſe eius tempore menſurantur, atque hoc non modo in motu
uerum eſt, ſed in omnibus quæ non permanent, ſed fluunt:
quia ipſa & eorum eſſe idem ſunt. Motus enim ſubſtantiæ
actus quidam protenſus eſt & fluxu conſtat, ſed ea quæ non
modo dum fiunt ſunt, ſed uniuerſa etiam permanent & ſub-
ſubſiſtunt, ut puta homo, eſſe quidem ipſorum tempus meti-
tur, hoc eſt, ſpatium exiſtentiæ ipſorum: ipſa uero minime.
Neque enim tempus hominem ipſum metitur, neque eius di-
menſum, ſed ulna uel ſimile quid. Inferius deinde interuallo
quodam ſoluere uolens. Simp. quo nam pacto aliarum rerũ
eſſe in tempore ſit, cum tempus ſit dum fit: alia uero per-
manentia ſint, (rationi.n. conſentaneum uidetur, ut quod in
tempore eſt una cum tempore attendatur.) in hanc fere ſen-
tentiam ſcripſit. Alia uero à motu, quæ in tempore eſſe dicun
tur, utputa homo, equus: ipſam etiam rationi motus ſub
ipſorum qui ſignificatur hoc uerbo quod dico, eſſe, qd' actus
eſt ſubſtantiæ & entis, & actus quidem imperfectus ua; ex-
ſiſtensq; & tantũmodo eſſe habens ſimul atq; fit. Hac igitur*

ratione in tempore ſunt cum ex generatione & corruptione ſit permiſtus. Quo fit ut ſi alia etiam præter motum acceperimus. ipſas ſ. ſubſtantias quæ in tempore ſunt, eas etiam ratione proprij cuiuſdam ipſarum motus, qui quidem aliud non eſt quam eſſe earum, extenſio & fluxus in tempore eſſe ait Ariſto. Quapropter quæ uere etiam ſunt utpote æterna, quorum eſſe fieri non conſtat, & ſempiterna ab Ariſtot. & Platone appellantur, hæc non in tẽpore, ſed in æuo & in uno manent & ſemper. [b] *Simp. non approbat Themiſt. reſponſum ea enim ratione (ait ipſe) non erit magis in tempore motus quam in motu tempus. Ipſe uero reſpondet, q. & ſi motus æternus ſit, non tamen idem ſemper numero permanet, ſed aſsidue alius eſt. & alius: & hac ratione à tempore & contineri & menſurari poteſt.*

118 ET quia tempus menſura motus eſt, erit etiã quietis menſura. Etenim quies priuatio motus eſt, habitum vero & priuationem eodem inſtrumento cognoſcimus: vt, oculis lucem & tenebras, auditu vocem & taciturnitatem. Quare erit & quies in tpe, non tñ quia in tempore, continuo erit etiam in motu. Non enim tempus eſt motus, ſed numerus & accidens motus. Neq; ſi quicquã eſt in accidente, erit item in eo cuius eſt accñs. Nam neq; ſi quid in die fuerit, erit etiam in curſu ſolis. Igitur quies non erit in motu ipſo, ſed in numero & accidente motus: pro hinc ſolemus dicere ægrotantem tanto tpe quieuiſſe. Non tñ eodem modo quietem menſurat tempus, quo menſurat motum: ſed motum per ſe, quietem per accidens, ex [a] eo videlicet, ꝙ tũc quum aliqua res quieſcit, alibi agitur motus, quẽ tempus per ſe mẽſurat. Nox.n. per ſe menſura eſt eius curſus, quo ſol ſub terrenas orbis plagas illuminat: per accidens dormitionum, & quietis, & ſomni, quo tunc animalia perfruuntur. Quieſcere vero non dicuntur ea, quæ penitus immobilia ſunt, ſed ea quæ quãquam moueri poſſunt, non ſunt tñ in motu. Hæc igitur quæ ita ĩmota ſunt vt quieſcant. i. quæ ad accipiendum & ferendum motum apta parataq; ſunt. exceduntur à tempore: & propterea quæ ita quieſcunt merito dicuntur quieſcere in tẽpore, quia ſuæ quietis adeſt & ſupereſt tempus. Menſurat vero tempus res quæ mouentur in eo ꝙ mouentur, & res quæ quieſcunt in eo ꝙ quieſcũt: nam motum earum rerum & quietem, quantũ vtrunq;
119 ſit metitur. Non ergo ſimpliciter res quæ mouentur, menſurantur à tempore, ſed rerum quãtitates ſunt motus: nam ſolem menſurare ſimpliciter tempus nõ põt, quia eius eſſentiam non menſurat, ſed motum. Neque nos id fugiat motus quietisq; mẽſuram dici tẽpus poſſe, numerum non poſſe niſi motus dici. Prius.n. & poſterius quorum numerus tempus eſt, in motu habentur, non in quiete, vtpote cuius eſſentia nõ conſiſtat in prioris alicuius ad aliquod poſterius tranſitu.

[a] *Alexan. autem tempus eſſe quietis menſuram ait propterea, quia quies motui accidit cuius per ſe tempus menſura eſt. At Simp. alio modo exponit, quia.n. ſemper quies media eſt inter duos motus. quos per ſe tempus menſurat, & primum quidem momentum terminus eſt motus prioris qui præcedit quietem, poſtremum uero motus poſterioris ſpatium quod medium relinquitur inter ea momẽta, tempus erit quo quies menſurabitur: ſed per accidens, quia hoc accidit ut quies inter tempus ſit media.*

120 MAnifeſtum eſt ex iis, quæ diximus, ea quæ neque mouentur, neq; quieſcunt, non poſſe à tempore menſurari: tempus.n. tm̃ motus quietisq; menſura eſt. Sed & ea quæ non ſunt, in tempore eſſe non poſſunt, qualia ea quę cõſtare nullo modo queũt. verbi gratia, vt diameter, cum horis quadret conueniatúe. i. vt cõmenſurabilis lateri ſit, hæc.n. neque mouentur, neque quieſcunt. At tempus menſura eſt motus & quietis: motus per ſe, per accidens quietis. Quæcũq; itaq; ortũ & interitum agnoſcunt, demum omnia quæ interim ſunt interim non ſunt, neceſſe eſt in tempore habeantur. Afferri.n. tempus aliquod poteſt, quod eorum excedat eſſentiam, quodq; amplius ſit æuo illo, quo ſuæ cuiuſq; eorum ſubſtantiæ menſurantur. Ea quoq; quæ nõ ſunt, vtcunq; à tpe continentur, eſſe videntur in tempore, qm̃ aut à præterito, aut à futuro: aut ab vtroq; omnia continentur: à præterito. Homerus à futuro deliquium ſolis & lunæ, ab vtroq; ea quæ partim fuerunt, partim futura ſunt, vt bellum Perſicum. Sed quæ nulla rõne includuntur in tempore, ea neq; fuiſſe vnquam, neque modo eſſe, neque futura ſequentibus ſeculis videntur. Eorum vero quæ nõ ſunt, ſi contraria & oppoſita ſemper ſunt, (vt diametrum incõmenſurabilem eſſe cum coſta) in tẽpore eſſe non poſſunt, quia perpetua ſempiternaq; ſunt. Quòd ſi hoc in tempore non ſit, neq; illud quoq; fuerit diametrum cõmenſurabilem eſſe cum coſta, quia opponit̃ ꝑpetuę ſempiternęq; veritati. At quorum oppoſita non ſunt, ſemper ea poſſunt eſſe & non eſſe & generationi & corruptioni debentur.

IPſo nunc bifariam vtimur, proprie & latius. De ꝓprio agendũ eſt prius. Sane illud tale eſt, quale definiuimus ſupra, quo videlicet & continuat̃ & diuidit̃ 121
tempus: nam pręteritum futuro cõmittit atq; cõtinuat: vtrunq;.n. termino communi tãquam copula ĩnectit̃, iungiturq;. Sed & diuidit quoq; atq; diſcriminat, quẽadmodum lineam punctus. Cæterum differt à puncto in eo, ꝙ punctus manet & reſtitat, hoc non manet, ſed aliud ſemper atq; aliud oritur. Præterea pũctus actu ſecat lineam, hoc poteſtate diuidit tempus, quippe quod actu aſsignari, accipiq; nõ poſsit: nam aſsignare volentem præuenit ſemper atq; prælabitur. Quo fit, vt ſola ratione cogitationeq; aſsignetur. Ac in eo quidem quod momentum diuidens eſt, & finis præteriti, & initiũ futuri, quãuis vnũ ſubiecto ſit, rõne tñ in duo momenta diſtrahitur. Nã rõ finis à rõne principij diuerſa alienaq; eſt. Contra ſi ſpectetur in eo quod continuat, tunc & ſubiecto vno, & rõne vna cenſebitur, quemadmodum & in lineis mathematicis punctus. Nam ſi punctum, vt diuidentem attuleris, quaſi dehiſcet in duo, aliuſq; atq; alius definitione monſtrabitur. Si vt continuantẽ, vnitas in eo & coalitus apparebit. Ita & hoc quod nunc vocamus, vt ſemper ſubto vnũ eſt, ita definitione nõ ſemper eſt vnum. Nam ſi monſtretur, vt dirimens, altero tm̃ genere vnum. i. ſubiecto videbit̃. Sin vt continuans, vtroq;. i. ſubiecto & ratione. Alioquin momẽtum ſemper potentia eſt, ſiue vt ſecans, ſiue vt copulans afferatur. Nam & differt hoc iam à puncto, ꝙ punctus, quãquam ipſe ſecat & copulat, non tñ potẽtia ſemper eſt, ſed ambigit modo vt actu, modo vt potentia conſtet. Hactenus de eo quod proprie exacteq; appellatur nũc.
Eſt & latior alius fuſiorq; ſignificatus. Nam tempus id 122
quod iunctum vtrinq; eſt, & proxime adiacet, tum pręteritum, tum futurum, rõne vicinię ſolet hoc aduerbio demonſtrari. Nam & neutrum quem nunc dicimus, q perendie ſit venturus, & veniſſe nunc, qui pridie venerit. At diluuium & bellum Troianum nõ dicimus nunc

fuiſſe,

fuiſſe,quamuiſq; abinde tempus ſnorem ac ſeriem ſuá aduſque hodiernum attinuerit : quia tñ ab hoc æui remotiſsima illa ſunt, hoc nomine cenſeri non poſſunt.

123 CVm olim aliquãdoúe dicimus demõſtrationem prio-
ris aut poſterioris alicuius momenti ad præſens
ſignum referimus,vt ſi olim captum Ilium dici-
mus , aut olim diluuium ſuturum,neceſſe eſt,tum præ-
teritum momentum , quo captum eſt Ilium,tum ſutu-
rum,ꝙ ad diluuium pertinet,vtrũq; ad notam pręſen-
tem reuocare atq; conſerre. Argumento eſt ꝙ quũ ali-
cuius rei geſtæ,gerendęúe certũ tempus ſupputare aut
afferre non poſſumus , nec ſcire vtique profitemur qñ
124 fuerit futuraúe ſit.Dicat aliquis,ſi ad quodq; tempus
accõmodari hoc aduerbium aliqñ pôt,quia nullum eſt
tempus , quod aut non habuerit aliqñ , aut habiturum
non ſit certum initium:hmôi aũt aduerbium præfinitũ
ſemper, & terminatum tps oſtendit, nõne maxime vr̃
futurum, vt omne tempus præfinitũ,determinatumq;
ſit? Nunquid ergo deficiet,intercadetúe aliqñ tempus?
quod eſſe non pôt , quia neq; motus quoque vnquam
ceſſauerit . Aut igitur aliud continue tempus exoritur,
aut idem iterum atq; iterum alternat & commeat. An
idem eſt de tpe ſentiendum , ꝙ de ipſo motu ſtatuitur?
nam ſi idem & vnus aliquando exercetur motus , erit
itidem vnum idemq; tempus : ſi in illo ſequius , in hoc
125 quoq; ſequius.Et Hercules manifeſtũ eſt,ſemper aliud
atq; aliud tempus oriri,idq; de momẽto ipſo cognoſci-
tur:quum.n.ſimul id & initium & exitus ſit,liquido pa-
tet,alterius tpis exitum , alterius eſſe initium oportere.
Nam idem momentum pro exitu,& initio eiuſdem tẽ-
poris eſſe,nemo,niſi aut imperitiſsimus,aut obſtupidus
dixerit. Alioquin circa idem duo maxima pugnantia,
atq; oppoſita verſarentur.Sed neq; deficiet vnquam ca
detúe tempus, quia ſemper in initio eſt. In initio porro
eſt,quia ſemper in momento eſt.

126 IAm proximum adiunctumq; eſt , & quaſi ĩminet præſenti momento , ita'vt in futurum perpendat eiuſq; pars ſit.Qñ iam proficiſceris? Iam qm̃ prope eſt proficiſcẽdi tempus. Sed præteritum quoq; interim reſpicit,eiuſq; pars efficitur , mõ ne à præſenti longinquum.Quàm olim profectus es ? Iam qm̃ pridie : nam Ilium captum iam eſſe nõ dicimus,idcirco quia id à noſtra ætate,quemadmodum longe ſit poſitum.

127 MOdo & nuper præteriti pars eſt,& propinquũ præſenti.Qñ veniſti ? Modo,nuper,qm̃ videlicet tempus id proximum iuncto inſtantique habetur. Pridem quod longinquum eſt,& à noſtra ætate memoriaq; remotum. De repente ea dicuntur facta, quæ inopinantibus nobis improuiſa & ſubitaria accidunt. Sed & illis potiſsimum debetur hæc vox,quæ pũcto breuiſsimo tenuiter atque inſenſiliter ab oculis vaneſcunt & diffluunt.

128 QVoniam vero oĩa & oriri & occidere videbantur in tpe idcirco ſapientiſsimum alij ſtultiſsimum alij appellauere tempus Simonides ſapientiſsimum , quia beneficio ætatis multarum rerum noticiam indipiſcimur .Paro indocile & ſtultiſsimum, quia iniuria tpis, tum obliuio,tum deliria hoĩbus inuehuntur. Atq; hic rectius meo , quidem animo,q̃ Simonides. Oĩs.n.mutatio nãlis deturbat & diſsipat . Quare tempus corruptionis potius , q̃ gñationis per ſe cã fuerit , quia vt ſupra dictũ eſt,motus ſuapte natura impellit & diſiicit,quæ prius habebantur. Qm̃ aũt priore natura profligata impulſaq; ,euenit vt res ſe in aliã naturam conuertat,huius ortus cã per accñs videtur motus & eius numerus fuiſſe. Illud ęquidem conſtat tps non ſatis eſſe gignẽdis rebus futurum,niſi actus adſit,quo authore & principe generentur,vt ars,vt nã, vt doctrina : poſtremo, vt actio aliqua corrumpendis & obliterandis futurum,etiam ſi nulla cã extrinſecus adiuuet,vt cernitur in iis,quæ ſola vetuſtate , aut ſitum ducunt , aut collabuntur, aut ſatiſcunt.Quamobrem recte conſueuimus dicere , labem atq; interitum de tpe potiſsimum accidere . Veruntamẽ nec interitũ per ſe tempus creat, ſed creari accidit illum in tpe. Natura[a] aũt & ſubiecta cuiuſq; materia corruptionis eſt cã . Nam quæque res orta modo creſcit & viret modo adulta eſt , modo ſtatu pręcipiti cernitur,habetq; proculdubio limites atq; ambitus vitæ conſtitutos & certos . Ac de tẽpore quidem abunde,tum vt ſit,tum quid ſit,explicatum nobis ſcio. Nec omiſſum eſt quot modis illa verba,nũc,olim, aliquando,iam,nuper,modo,pridem & repẽte dicant.

[a] Noluit Simp. ſicco pede præterire , ea quæ de cauſis interitus à Them. & cæteris expoſitoribus hoc in loco afferũtur. Si enim naturã proprie audiamus, ait ille, ipſa affectrix eſt atque motrix corporum , & hoc ratione magis eſt cauſa generationis & quòd ea ſint, quàm eorum interitus : nã non ad interitum ſed ad generationem & eſſe ſpectat . Sed quia cum hæc ſit lex generationis in rebus his caducis, ut ſi unum generetur aliud omnino intereat : inde euenit ut ſemper generationem corruptio ſubſequatur . Ad quod ſi aliquis quæſiuerit quæ ſint corruptionis cauſæ, dicemus eas eſſe tũ huius mãæ ſublunaris natura, utpote quæ ſemper nequeat formas detinere: tum contrariorum diſſolutio quæ inſimul inuicem eſſe non poſſunt . Quòd ſi hæc uera ſint , neceſſe etiam fuerit ut tempus principaliter quidem ſit generationis auctor, ſecundo uero interitus. Verum Ariſto. reſpiciens cauſas quæ magis apparent, hoc in loco protulit tempus eſſe magis corruptionis cauſam.

HIs ita definitis,aptum eſt oẽm mutationem , & oẽ quod mouetur,fieri,mouerique in tempore oportere. Velocius.n.& tardius in omni mutatione cernuntur . Velocius vero nihil eſt aliud,q̃ id qđ prius tranſit in ſubiectum ac peruenit. Voco ſubm , id quo tendit motus , videlicet locum formam , & qualitatem. Et vt clarius id ſit , exẽplum in delatione ſumaſ. Quum per æquale ſpatium duę res aguntur,ea moueri velocius dicitur,quæ prior ſpacium conficit. Vtq; ſi & eiuſdem generis ſpacium ambabus ſit ſubſitum , videlicet vtriq; rectũ,aut vtriq; orbiculare,& motu pręterea vniformi ferãtur. Ita duabus is rationibus obſeruatis, ea res velocior intelligẽtur,quæ prior calcem tenebit. Quòd ſi conditionum illarum defuerit altera,fieri poſſet,vt res tardior prius finem attingeret,q̃ velocior. Verum hæc alibi diligentius & perquiſitius tractanda & dirigenda ſunt nobis. Qm̃ itaq; motus omnis & ocyor eſſe & tardior poteſt, hoc vero nihil aliud eſt quã habere prius & poſterius , neceſſe eſt eſſe motũ oẽm in tempore . Prius.n.& poſterius dicitur, facta collatione ad diſtantiam & abſentiam à præſenti momento : nã momentum futuri & præteriti terminus confiniumq; eſt. Quare quum momentum in tempore ſit,(in eodem.n. eſt momentum & momenti diſtantia) manifeſtum eſt verifsimũ eſſe, quod dicimus Si prius & poſterius omnis habet motus, ea aũt ſunt in tempore, omnem motũ eſſe in tempore oportere. 129

130 ET quamobrem eſſe vbiq; volumus tḗs in terra, mari, cœlo? nempe quia tempus eſt affectio quędam & habitus motus. Portiones.n.numeratę in motu ſunt tḗs. Terra vero, mare, cęlum, & id genus reliqua ideo mobilia ſunt, quia aut in totum, aut in parte in loco ſi:::. Et hercule motus & tempus vincta & religata mutuo ſunt. Quare in quib' perſpicitur motus, in iis quoq; ſpectabitur & tempus. & vt quæque ſe habent ad motum, ita ſe habebunt ad tempus. Proinde res potẽtia mobiles, potentia quoq; intelligentur in tẽpore, cuiuſmodi ea ſunt quæ [a] quieſcunt. Quæ vero iam mouentur, in actuq́; ſnnt, actu quoq; habebuntur in tp̃e.

[a] *Per ea quæ mouentur potentia, & potentia in tempore ſunt, audit Them. inſecutus Alexan. ea quæ quieſcũt. At ait Simpl. quo nam pacto quæ quieſcunt in potentia ſunt in tp̃e? cum ſuperius dixerit tempus non modo menſurare motum, ſed ipſam etiam quietem. Per ea igitur quæ & potentia mouentur & potentia in tempore ſunt, exponit Simp. quæ nõdum ſunt genita, poſſunt atñ generari. Verum facile Them. & Alex. ab eo effugerent incõmodo, ut idem etiam tradit: nam quietem per accidens tempus metitur. Hac uero in parte de his eſt ſermo, quæ actu & per ſe ſunt in tempore.*

131 ET quia enumeratæ partes in motu ſunt tempus, ſi non ſit vſquam res quæ numeret, conſtat neq; numeratum quoq; eſſe vſpiam futurũ. Quòd ſi nihil aliud numerare põt q̃ anima, aut animæ ea portio qnæ dicitur intellectus & rõ, niſi extiterit anima, vtiq; neq; ipſnm tempus extiterit. Si igitur duplex eſt numerus, numerabilis hic, ille numeratus, hoc eſt, potentia hic, actu ille, quum neuter poſsit cõſiſtere, ſi nec ptãte, nec actu habeatur aliquid numerans, perſpicuo liquet non extiturum tẽpus, niſi extiterit animus. Quãquam Boethus putat nihil vetare numerum eſſe ſine eo quod numeret, quemadmodum ſenſile ſine eo quod ſentiat ſed fallitur. Ea.n. quæ referuntur ad aliquid, ſimul habentur: & quæ poteſtate ſunt, ad res eiuſdẽ habitus referuntur. Quamobem ſi non ſuperet id quod poſsit numerare, hoc eſt, (vt ita loquamur) ſi nõ ſuperet numeratiuum, neq; numerabile ſuperabit. Quãuis illud cui accidit eſſe numerabile, poſsit eſſe ſine eo quod numerat, non tñ ipſum numerabile hoc poteſt, neq; qua numerabile eſt. Igitur motus poteſt eſſe, etiam ſi nulla res numeret: prius [a] & poſterius eſſe non poſſunt, niſi numerentur atq; monſtrentur. Si ergo tempus monſtratio, aſsignatioq́; prioris & poſterioris conſtituit, qui effeceris, vt ſine actione animi tempus conſtet? Immo neq; motus quoq; ipſe cõſtabit animo dampto, qnum circularis motus fons & origo ſit omnium motuum. Hinc.n. corpora tum alterantur, tum minuuntur & creſcunt. Illum vero intelligentia certo deſidero intentioneq́; cieat. Sed & aı̃alium qnoq; motns ſunt opera aı̃æ. Motuum autem oı̃nm tempus eſt numerus: quicunq; enim motus & vnus & continuus fuerit habebit prioris & poſterioris diſcrimina: nõ ſolum delatio, ſed anctio, ſed generatio, ſed alteratio.

[a] *τὸ δὲ πρότερον αὐτοῦ καὶ τὸ ὕστερον διαλαμβάνεσθαί τε καὶ διακρίνεσθαι, ὧν ἡ διάληψις καὶ διάκρισις καὶ ἀριθμὸς τὸν χρόνον ποιεῖ, πῶς δυνατὸν μὴ οὔσης ψυχῆς? hoc eſt, uerum prius & poſterius diſtingui diſcerniq́;, quorũ diſtinctio, diſcretio, atq; numerus tempus conſtituit, ſine actione animi quomodo poterit?* [b] *Ea uerba Ariſto. perpẽdens, ubi ait: Si contingit motum eſſe ſine anima. hic protulit Them.*

QVæritur aũt, cur non & ſimul plura ſint tempora, ſi plures ſiĩ ſpectãtur & exercentur motus, cuiuſq; aũt motus numerum dicimus eſſe tempus? An quia momentum idem & numero vnum habetur, quod oı̃bus illis præſeruit, delationi, auctioni, alterationi? ipſumq́; eſt quod numeratur, ꝙ modo vt prius, modo vt poſterius ſolet afferri? Quòd ſi illud eſt vnum oı̃bus, tempus quoq; eſſe vnum oı̃bus, oporrebit. Si.n. tempus aliter atq; eſt, motibus inhæſiſſet ſecari vtiq; cum illis poſsit ac diuidi, quemadmodum poſſunt cum corporibus calor, frigus, albedo, nigritia. Sed quia duratio & commoratio ea quę numeratur in motibus, tempus eſt, nihil prohibet vnum idemq́; tḗs præſto eſſe præminiſtrareq́; pluribus motibus. Atque hoc quoq; in eo numero cerniſ, qui ex vnitatibus oritur in eo ſumma eademq́; eſt, etiam ſi ex differẽtibus & diſsidentibus rebus ducaſ: canum hic cętus, illic equorum habetur: ſeptem tñ & hi & illi dicuntur. Quare quemadmodum idem numerus diuerſis rebus adiungitur, ita in plures motus ſimul vnius temporis opera ſufficit. Non tñ propterea velocitas eadem, neq; idem locus omnium motuum eſt, quia tempus earum rerum numeratur nõ cõſtat: velocitatis dico, tarditatiſúe, aut differentiæ oı̃no alterius: vt quod corruptio hęc, illa ſit auctio, hæc alteratio, illa delatio, ſed prioris & poſterioris tm̃, vt dixi. Prius aũt atq; poſterius idem adeſt omnibus motibns, quæ ſimul cientur. Hæc ſunt quæ Ariſto. hoc loco dicit. Ea vero quæ ſuper hæc parere difficultatem cuipiam poſſent, in mediam conſideratui hominum afferemus. 132

SI prius poſteriuſq́; in magnitudine & ſpatio primum habentur mox, in motu qui inibi exercetur, tum deinde in tp̃e, quo pacto in auctione, minutione, alteratione prius & poſterius notauero? qñ nullæ illarum magnitudinem vllam, aut ſpatium permaneant, neq; locũ ex loco mutant, ſed in corpore ita ſpectantur, vt vniuerſum id ſenſim altereſcat, & vniuerſum paulatim increſcat. Vnde inquam tẽpus in huiuſmodi motibus ſuum prius & poſterius reponat? quemadmodum reponit in motu locali. Quòd ſi in illis motibus neq; prius, neq; poſterius inuenitur, qũo eorum motuum numerus poterit, eſſe tempus? Sed forte in auctione ſuſpicari quis poſſet dari aliquem locum, vnde res diuertit, & locum itẽ aliquem in quem intendit, qa mutatio ea de minore fit in ampliorem locum. At in alteratione, generatione & corruptione, quod ſuffugiũ habeas? in iis neceſſe eſt tempus ſibiipſi prius & poſterius præbeat. Quo fit, vt tempus aut ſolum motum localem principaliter menſuret, aut ſi cæteros quoque menſurat, principaliter certe eo priore & poſteriore non egeat, quod ſpatio ſituq́; oritur. DIGRES.

PRæterea ſi cõmunis omnium motuum numerus tempus eſt, qui fieri poteſt vt à motu pendeat eſſentia temporis? Nam ſi neq; ab hoc, neq; ab illo motu tempus pendet, ſane neq; à motu ſimpliciter pẽdet: ſit.n. abſurdum idem eſſe prius & poſterius in omnibus motibus dicere. Nam & hoc ipſum in q̃one eſt qui poſsit fieri, vt omnis motus inuehat momentum, vnum. Enimuero illud vnum aut genere, aut ſpẽ, aut numero vnum habebitur. Si genere aut ſpecie, ſaltem numero plura eſſe momenta vtiq; oportebit: ſi numero, ſcire velim, qui conſtet vt rerum numero diſsidentium, vnum numero accidens & affectio ſit. Dixi affectionem, quia Ariſtoteles quoq; tempus vocat affectionem,

ctionem,& accidens motus. Omnino impoſsibile eſt, vt res vna atq; eadem numero inſit in pluribus. Alioquin vnum quod eſſet, dehiſceret in plura, demumq́ue vnum eſſe deſineret. Ita videtur motibus pluribus plura momenta defendi,& ſingulis qui ſu̍agantur: deberi, ſingulaq; ſimul oriātur & fluant. Res mehercule, quæ captum quoq; hominis refugit. Contra ſi non ſit idem momentum procu̍ldubio tempus nihil fuerit motus.

NEque illud quoq; ſatisfaciat, quod inquiunt. Quēadmodum ſumma & ſupputatio ipſa quę numero aliquo comprehenſa eſt, eadem ad decem eqnos & ad decem pecudes pertinet: ita oēs motus vnius tpis decurſu ſufficiuntur atq, ſupplentur. Id aūt eſt idem prius & poſterius numerari, ſpectariq́; in oībus motibus, quod ſtatim falſum eſt. Non.n.idem prius & poſterius ex omni motu colligitur, niſi id rōne tantum fictioneq́; noſtra, vtpote quibus collibeat res diuerſas eodem numero dicere. Facit hoc cogitatio & inſtitutio noſtra (vt dixi) quę res diſcrimine maximo diſcrepantes cōi vſu, quaſi ſimiles contemplantur, etiam ſi nulla euidētia aut veritas ſubſit. Iam illud qūo recte? Tempus ad cogitationem tm̄ valere, nullam ſoliditatē habere aut ſubſtantiam? Atq; huic ſententiæ liquido adeſſe videtur Ariſt. qn̄ is animo adēpto tempus quoq; ademptum iri concedit. Nam vocare menſuram; tempus aut numerum putare, hoc ipſi comminiſcimur, & noſtra illa interpretatio eſt. Vt.n. Boethus ait, nulla menſura conſtituitur à natura, ſed menſurare & numerare noſtra eſt functio, noſtrum eſt opus. Hæc arbitror non ſtrictim curſimúe, ſed penſiculate & diligenter eſſe tractanda promendaq́;, & vt non temere deſciſcēdum, ita non facile ac leuiter accedendum.

133 SEd quoniam menſurabilia oīa cognato & congenere aliquo menſurantur, lineæ lineis, vnitatibus vnitates, quum tempus menſurabile ſit, poterit etiam tpe menſurari. Illud quale nam ſit, in præſentia veſtigandum à nobis. Cæterum palam eſt, quodcunq; tempus [a] menſura temporis conſtituitur, idem motus quoq; alicuius menſuram futuram: nam tempus omne menſura motus eſt. Si igitur motum aliquem principē dederis qui menſura ſit motuū aliorum, profecto tempus qui motui illi præſeruiet, menſura temporis eius habebitur in quo motus alij exercebuntur. Sed quiſnam princeps ille motus eſt? Alteratio ſane auctio, generatio eſſe non poſſunt, quia nec plane vniformes [b] ſunt. Erit ergo delatio, non oīs, vnq;, ſed ea quæ orbicularis eſt, & quæ cœlo vniuerſo debetur, cuius rō & numerus nunquam in incerto eſt, adeo vt nihil perinde conſtet. Quapropter is cæteros motus regere & metiri dicetur, & eorum menſura iure vocabitur. Menſura porro ſit ſi ſub aliquam temporis rōnem ſupputationemq́; veniat, ex qua motus fuiſſe tantus aut tantus poſsit intelligi. Annus.n. menſis, & dies, & nomina temporis ſunt, & motus certos præfiniunt. Nam hora & tempus eſt, & præfinitam ſibi mundanæ conuerſionis portiunculā vendicat ita ſit vt illa motuum omnium ratio mēſuraq; ſit. Tempus vero quod motum illum primarium demetitur cæteros quoq; motus ſubinde menſurat, neq; ad motus adeo, ſed etiam ad tpa eandem rationem habebit, nam tempus longius à breui menſurabitur. Proinde menſura diei hora eſt, menſura menſis dies, mēſura anni menſis. E diuerſo quoq; tempus menſuratur à motu, nam tātus aut tantus cœli motus, tm̄ ſibi aut tm̄ tempus determinat. Atq; hoc apertiſsime liquet quòd temporis menſuræ ſunt anni, menſes, dies, horæ. Hæc aūt nihil aliud ſunt, q̄ ſolis commeatus & curſus. Non ergo caret rōne penitus eorum ſententia, qui motum orbicularem cœli tempus eſſe dixerunt: quippe quum ab eo, & ab eius tempore motus alij menſurētur. Quāto tempore captam eſt Ilium? annis decem, hoc eſt decem recurſibus & reciprocationibus ſolis ſignifero circulo. Propterea q̄ dici ſolet, non eſt peſsime vſurpatum, nexa eſſe in orbem oīa, atq; humanas res quendam eſſe veluti circulum. Eius rei cauſa ea eſt, quia tempore omnia menſurātur, indidemq́; principium & finem accipiunt: perinde quaſi circuitu quodam obambulationemq́; temporis. Tempus aūt eſſe videtur circulus ea rōne, q̄ & menſurat circularem motum, & ab eodem retroq́; menſuratur. Cęterum [c] nihil aliud menſurata res eſt, quam menſuræ plures: quemadmodum nihil aliud ſtadium eſt, quam cubiti multi atq; vlnæ.

[a] Nititur Simpl. priorem hanc Themiſt. dubōnem ſoluere 134
hoc modo. Prius & poſterius quod ordinis eſt indicatiuum, aliud eſt quod, mea quidem ſententia, in tempore eſt atque ex ordine & numero plurium momentorum enaſcitur, quæ ipſum definiunt: aliud autem quod in ordine cernitur, qui in poſitione reperitur: & hoc etiam dupliciter eſt, nam aliud quidem eſt in magnitudine, utputa ea eſt pars prior uiæ unde iter auſpicamur, poſterior ea ubi finis eſt itineris: aliud uero in numero eſt: qui etiam dupliciter eſt, nam aut numerās eſt & qui ex unitatibus oritur ſicuti quādo duitatē prius eſſe trinitate dicimus: aut numeratus, ueluti cum intellectilia dicimus ſenſilibus priora. Nam & incorporea quandam uidentur poſitionem habere, ita tamen ut per translationem eam poſitionem dici intelligamus. Tertium præterea prioris & poſterioris ſignificatū in actionibus et motibus reperitur: quod diuiditur: nam uel in numero terminorum conſpicitur, qui motum finiunt eo modo quo puncta lineam & momenta tempus, appellanturq́; momina: aut in ipſis partibus motus, qui ſuapte natura continuus eſt. Verum motus quidem qui in loco cietur, expōne in loco prius et poſterius tranſumens, id proprio ſuo accommodat, ſiue ut terminus ſiue ut pars accipiatur: ut quando motum priorem dicimus in curſu, qui iuxta carceres ſit, poſteriorem uero qui prope metā. Sed peculiare eſt locali motui huius generis prius & poſterius: alijs autem motibus eodem exemplo tempus ex ſeipſo prius & poſterius impartitur, id cum priori & poſteriori motus adaptando: momenta nāque quæ tempus determināt coeuntia cum terminis motus tempore motum definiunt. Eſt itaque tempus menſura motus, quia per ſua & propria, priora & poſteriora ea priori & poſteriori motus accommodans motum menſurat: & ita etiam uice uerſa motus metitur tempus, propria priora atque poſteriora eis accommodans quæ ſunt in tempora, & ita tempus motu definitur. Eodem etiam modo localis magnitudo motum menſurat, non omnem tamē, ſed localem tantummodo, cum prius & poſterius loci, quod poſitione conſtat, quadrauerit priori & poſteriori in motu. Quòd ſi Ariſtot. tanquam communè ſit uſus, motum à magnitudine menſurari, rationabiliter effecit ob id quia euidens erat: unde plurima explicauit ac ſi de motu locali uerba faceret.

Alias etiam dubōnes hoc modo ſoluit. Hoc nobis ī præſentiarum eſt inquirendum, quonam pacto Ariſt. duo tempore pronunciat quæ inuicem pugnare uidentur: nam & affectionem motum habitumq́; eſſe ait, ac ſi ſeparatum non ſit:

& quod

*& quod idem præterea non ſit in differentibus numero mo-
tibus, ac ſi inſeparatum eſſet, Nunquid ergo Ariſto tempus
quidem eſſe numerum omnino ſupponens, quod numeri pro-
prium eſt in tempore etiam conſiderauit, & in alio quouis
numero participato? quamuis.n. differentiis ſint ſubiecta, nu
meris tamen in omnibus æqualis eſt, ut equi unitas et homi-
nis unitas, ſed ſi à ſubiectis cogitatione abſtrahantur ipſæ pe
nitus erunt indifferentes. At albedo quæ in niue quæque in
ceruſa eſt, etiã à ſubiectis cogitatione ſeparatæ differunt diffe
rentiis albedinis: nam propriæ ſunt aliorum accidentium dif
ferentiæ per ſe, & à ſubiectis ſeparatim acceptorum, ſed nu
merorum æqualium nullæ ſunt: unitas.n. ab unitate non dif-
fert. Dico etiam quæ participatur qua unitas eſt. Ait autem
Iambicus Ariſto. à tempore inſeparato ad ſeparatum tempus
tranſcendiſſe, & eam ob cauſam ipſum idem numero poſuiſſe
in motibus diſtinctis. Reuocanda tamen in memoriam eſt ea
ſolutio, quam prius dedimus tempus eſſe numerum motus
ſecundum cõem rationem motus, qua eſt ipſius eſſe proten-
ſio: quod ubiq; ſemper eſt. Hic Simpl. quæ uera ſint necne
conſidera.* [b] *Quiſpiam forſitan dubitauerit hoc in loco (ait
Simp.) ſicuti dubitaſſe uidetur Plotinus, quia ſi continui &
uniformis motus numerus menſuraue tempus ſit, quænam
erit inæqualis & inordinati motus menſura? Quòd ſi cuiuſ-
libet motus menſura eſt eodem modo, quanam ratione tan-
quam numerabile accipitur, non autem tanquam ſeparatũ?
ſicuti ſi numerus denarius idem in elephantibus eſt et formi-
cis, ut ſeparabilis contemplatur. Nunquid igitur dicendum,
q. uelutí principaliter quidem exiſtentiam habet cõtinuus ac
uniformis motus, & ab hoc is deriuatur qui inordinatus &
uniformis non eſt, eodem etiam mõ motus uniformis princi-
paliter tẽpore menſuratur, ſecũdo loco qui uniformis nõ eſt.*

[c] *Vnum præterea eſt animaduertendum, Themiſt. ulti-
mam particularem huius Quarti libri prætermiſiſſe, eo quia
eadem illa uidetur. Ariſto. repetere, quæ ſuperius ſunt ex-
poſita: quonam uidelicet modo id tempus in pluribus moti-
bus ſimul reperiatur.*

FINIS LIBRI QVARTI.

THEMISTII PHYSICES, LIBER QVINTVS.

Hermolao Barbaro Interprete.

QVONIAM vero alia per ſe,
ex accidẽti alia: alia per par-
tẽ mutant, neceſſe eſt prius
q̃ ad ea, quæ per ſe mouen-
tur noſtra conſideratio intẽ
datur, attingamus leuiter ea
& tanq̃ expediamus quæ per
accñs, & quæ p partẽ moueri
dñr. Per accñs igitur mutatio
eſt, quum muſicus ambulat. Sed quamobrem per acci-
dens? quia non ambulat in eo q̄ muſicus, ſed tanquam
is: cui muſico quadam ſorte acciderit: rurſum q vt lo-
cum ex loco mutet. Sed & id quoq; per accidẽs habet:
ea.n. ratione quis per ſe locum de loco mutat, qua in
loco aliquo eſt. Per partem mutantur hoc more, quo-
ties ſimpliciter recuratum quẽ dicimus, quia in eo ocu
lus conualuit aut pectus. Per ſe ea mouentur, quæ neq;
ex accidenti, neq; per partem mouentur, vt quũ equus
currit, quum deuritur veſtis, quum lignum vniuer-
ſum flãmatur, quum oculus ſaneſcit. Non.n. omnibus
oĩa motibus moueri poſſunt, ſed quædam ſolum mo-
tu locali, vt cœleſtia: nõnulla alteratione tñ, vt pectus
vt oculus. Contra itẽ alia per accñs mouẽt, vt quũ ędi- 2
ficat muſicus. Alia partibus, vt quũ is qui meſſem exte
rit, machinarias molas abagitat manu. Alia per ſe, vt
ea quæ neq; per accidens, neq; partibus mouent. Quũ 3
vero quinque res ad functionem oĩs motus neceſſariæ
habeantur, mouens, quod mouetur tempus in quo fit
motus, diuerticulum vnde motus accepit, intẽtio quo
procedit: quęri ſolet in quonam ex iis conſtituere mo-
tum oporteat. Plane ſupra demonſtratum eſt, motum
in re mouente eſſe non poſſe, neq; item (vt conſtat) in
tpe, neq; aũt in eo vnde ſoluit collocari põt, hoc eſt in
albedine, quum quis de albedine in nigritiã mutatur,
nõ n. à carceribus nomẽ accipit motus, ſed à calce quo
pergit, & in quod res conuerti feſtinat. Nam quod de
albedine ad nigritiam mouetur, nigreſcere, non albe-
ſcere dicitur: pari pacto interitus & corruptio nuncu-
patur, non ab ente vnde mouit, ſed à non ente quo ꝓ-
perat. Reliquum igitur eſt, vt motus aut ĩ ipſa re ſit quæ 4
per ſe mouetur, aut in formis & accidentibus in quæ
abitio eſt. Quamuis aũt ſupra ſatis docuerimus, motũ
in re tñ illa, quæ moueatur, conſtitutum & poſitũ in-
ſuperq; ad diluẽdam qõnem admonere & meminiſſe
ſufficeret definitionem motus, in qua dictum eſt, mo-
tum eſſe rei quæ mouerẽtur actum, non tñ ab re fuerit
hoc quoq; loco in ea paulum diuertiſſe hactenus? vtrũ
in formis accidentibuſq; atq; locis, in quæ motæ res tẽ
dunt poſsit ineſſe motus intelligi. Ac primum quidem
motus ineſſe loco non poteſt, quum natura loci ea ſit
dicta, quæ ſit immobilis. Debemus.n. differentiam il-
lam tenere memoria, quæ inter vas & locum retro no
bis conſtituta & expoſita eſt. Dices accidentia & af- 5
fectiones, candorem, fuſcedinem, frigus, calorem,
eſſe motus videri: ac hercule ſi ita eſſet, motus qui ad
qualitates illas inſtitutus dicitur, inſtitutus videretur ad
motum ex quo accipi alterum poteſt. aut vt res mo-
ueri adhuc pergant, cum iam ſunt mutatæ, aut ſi mo-
ueri deſinant, in motu tamen eſſe dicantur. Liquet igi-
tur ipſas qualitates & affectiones nõ eſſe motus, ſed ip-
ſum (quod cum præfatione veniæ dixerim) affici, atq;
ipſum tranſmutari, ita vt non albedo ſit motus, ſed ip-
ſa in albeſcentia. Iam cõſtat nullam formam poſſe mo-
tum eſſe, aut motum habere. Mouere aũt nonnullæ for
mæ dicuntur, vt animal aĩa, & lapidem grauitas: non
tamen ab iis mouẽtur illa quatenus procreãtur. i. qua-
tenus ad ea genialis tñſmutatio inita eſt. Nec.n. graui-
tas lapideſcentem & concreſcentem vaporem progi-
gnit ipſa, alioquin motus in iis neceſſario haberetur, qđ
ſtatim reuincitur falſum, qm̃ in rebus motis non in mo
uentibus motum eſſe, perſuaſum atq; adeo comproba
tum ratione eſt. Atq; hoc à nobis hactenus hũc in mo
dum diſcuſſum & definitum ſit. Adiiciendum & illud
ſtudioſis mentibus eſt, q̄ aduerbia hæc, per ſe, per ac-
cidens, & partiatim, poſſunt etiam in eas res, in quas
motus ſuſceptus eſt, cadere: itaq; in albeſcens mutari
per accñs dicitur in id, quòd intelligit animus, accidit
ſiquidem colori vt ĩtelligatur. Partiatim vero dicitur in
colorem, quia coloris pars ſit albedo. Eodem mõ qui
Athenas proficiſcitur, partiatim in Europam profici-
ſcitur, quia ea vrbs pars ſit Europæ. In albedinem vero
conuerti & mutari dicimur, & Athenas ꝓficiſci per ſe.

Quemadmodum

Quemadmodum igitur per ſe, per accidens, & partib*,
moueri res dicantur: & ꝙ motus non in ipſis formis &
accñtibus, ſed in re mota incluſus conſtitutuſq́; ſit, ab
iis quæ dicta ſunt, nimis q̈ dilucide cõmonſtratum vi-
6 detur. Cæterum demutationibus quæ per accñs con-
ſtant, relinquenda omnis ſuperſedendaq́; ratio eſt, vt-
pote quas nullo præcepto directo aut perpetuo poſsis
includere. Id adeo euenit, quia infinibiles ſunt: nam ꝓ-
miſcue quodlibet in quodq́; , & vtcunq; mutari per
accñs poteſt, in magnitudinem color, in nigritiam mu-
ſica, in amaritiem gelu, poſtremo in qualitates omnia
oẽs ac ſpẽs quia (vt dixi) hoc genus vagũ, pluriformę,
interminatũq́; eſt. Illo modo dicere poſſumus demu-
tare albedinem, quum demutat corpus, quum mole-
ſcit, quum igneſcit, quum gelaſcit, quum mille mo-
dis afficitur. Quamobrem tranſilienda & prætermit-
tenda ſunt iſta.

PORRO agendum de mutatione & con-
uerſione per ſe, quia & definita eſt, & ſem
per aut circa contraria, aut diſperata ver-
ſatur. Album.n. aut ex nigro, fuſcoúe, aut
ex non albo producitur, atq; hoc leuiter
re ab ſe intelligetur, ſi ad mutationes ſingulas vel reſpe
xeris. Neq; nos perturbet, ꝙ quum ſuperioribus libris
dixerimus, ex oppoſitis conſtare mutationes hoc loco
intermedia quoq; in numerum aſciſcamus: nã res quæ
tranſmutatur intermediis vtitur tanquam oppoſitis.
Quũ.n. ĩtermedia participatione, & cõfuſione vtriuſq;
contrarij coalita têmperataq́; videantur, ſimul res ali-
qua ex intermedio in contrarium commeat, non in eo
cõmeat, ꝙ medietas eſt & vtriuſq; naturæ conſors, &
proxima, ſicut neq; cum huc ſe vertit, ſed in eo ꝙ con-
trarij particeps, exempli gratia: Tepens refrigerat̃ non
in eo ꝙ frigore, ſed in eo ꝙ calore participat. Idem cõ-
tra recaleſcit, non in eo quod calori, ſed in eo ꝙ frigori
affinitate coniungitur. Quapropter & medium extre-
mis opponi, & extrema medio iudicantur. Quemadmo-
dum mediæ in fidiculis chordę imis & citimis compa-
ratæ graues, & longe ſummis & principalibus acutę vi
dentur & tinnulæ: pari pacto aquilum nigro collatum
7 candicat, candido nigricat. Definitis ijs, qm̃ tranſmu-
tatio oĩs ex aliquo tendit ad aliquid, quemadmodum
vel clariſsime nomen ipſum oſtẽdit, quadrifariam hoc
reſpectu diuiditur: aut.n. de euidenti in euidens, id au-
tem eſt de ſubiecto in ſubiectum, aut de non ſubiecto
in non ſubiectum, aut de ſubiecto in nõ ſubiectum, aut
de non ſubiecto in ſubiectum fit. Voco *ſubiectum id
quod affirmatione oſtẽditur: affirmationem aũt appel
lo, vt album, vt nigrum, vt feruidũ, vt glaciale, poſtre-
mo quicquid euidens eſt atq; ipſa re conſtat. Quod ſi
ſubiectum nobis affirmationem ſignat, nõ ſubiectum
ſignabit negationem. Quamobrem neceſſe eſt ex qua-
tuor illis generibus treis duntaxat tranſmutationes ha-
beri. Primam eã quæ incipit ab affirmatione & deſinit
in negationem, alteram quæ cõtrouerſim huic rñdet.i.
quæ à negatione viam capeſcit, & in affirmationẽ de-
ponit. Tertiam quæ ab affirmatione auſpicat̃, & ſimi-
liter in affirmationem finit. Quartum genus tranſmu-
tationis conſtare nõ põt, ea rõne, ꝙ non circunſtitit
oppoſitis: non.n. oppoſita ſunt non ſubiectum, & non
ſubiectum, quia vterq; terminus negatio eſt: neq; aũt
cõtraria, quia contraria ſibi affirmationem cõſciſcunt.
Dicitur igitur de non albo fieri album, & de non aqua
oriri aqua. Horum vtrũq; de non ſubiecto in ſubiectũ
venit, & de negatione in affirmationem. Cęterum dif-
ferunt. Nam album & muſicum non fit ſimpliciter, ſed
homo aliquis fieri dicitur albus & muſicus, aqua ſim
pliciter fit. Non.n. aſsignari aliquid põt, cum albũ quid
aut muſicũ fit, homo, Callias, luſcinia. Dixerit aliquis,
nonne mãm corporibus omnibus ſubiectã aſſerimus
quæ ſit id quod fiat aqua? Verum non ita ſubiici põt
materia, aut aſsignari in ſimplici cõuerſione, vt Callias
& homo in accidentali. Et hercules, quis eſt tam igna-
rus rerum, cui duo illi genitus differre non videantur,
quo quiſpiam efficitur muſicus, & is quo aqua produ-
citur? An ſi paulo accuratius exploraueris, inuenies al-
terum eſſe non ſimplicem genitum, ſed tenuem quaſi
genitum vtpote quo pars rei aliqua nõ vniuerſa ſubſtã
tia pro gignatur: alterum eſſe proprium, abſolutum &
ſimplicem quippe qui vniuerſam aquæ ſubãm ĩ ortum
prouehat, non accidens aut qualitatem mõ, vt quum
quid aridum, liquidum, candidum fit? Quamuiſq́; tam
aqua, q̈ muſicum de non ente orientur, quia vt retro
probatum eſt, oẽ quod fit, de non ente fieri ſit neceſſe,
tñ hoc diſcrimine ſeparantur, quod muſicus nõ oritur
ex omnino non ente, qm̃ ex Callia oritur, qui nõdum
eſt muſicus, aqua oritur de oĩno non ente. Sed occur-
ret quiſpiam, videri aquã, quemadmodum & muſicũ
ex aliquo.i. ex aere fieri: proindeq́; non de nõ ente om
nino, ſed de non ente hactenus, quia de aere, qui nõ
ſit aqua. Sed facile ſoluitur, ſi eius differentiæ memi-
nerimus, quæ ſupra nobis primo libro conſtituta eſt.
Aer non obmanet, quum de aere aqua ꝓducitur, Cal-
lia obmanet, quum de nigro fit albus. Et vt planius di-
ſtinctionem illam teneas, reponantur duo hæc, quæ ex
oratione noſtra ſequuntur, fit Callias de non albo al-
bus. Quum dicis de non albo, de ruffo, de rauo, de ni-
gro, de aliquo, de flauo põt intelligi. Hæc oĩa quanq̈
opponuntur albo, tñ opponunt̃ vt affirmatio affirmatio-
ni, & vt euidẽs euidẽti. Eodem mõ quũ aqua oritur de
non aqua. Quemadmodum in tranſuerſione non ſim-
plici, qui non album dicit, dicit rubrum aut nigrum, aut
flauum, ita in illa ſimplici & abſoluta, qui non aquã di-
cit, dicit aut aerem, aut terram. Ergo dixeris quemad-
modum album oſtenditur nigro aut fuſco cõtrarium
cur non & aerẽ demonſtraueris aquæ contrarium? Id
enim re ab ſe intelligitur. Quamobrem? quia ſubſtantię
ſubſtantiis non aduerſantur. Quum itaq; declaratum ſu
perius ſit, quum dicimus de ſubiecto in ſubiectũ mu-
tationem iniri, id aut de affirmatione & contrario, aut
de negatione intelligi oportere, ſequitur vt ſi hoc qđ
dico non aquam, neq; affirmationem, neq; contrariũ
ſignificat, neceſſario quod reliquum eſt, negationem
ſimpliciter & abſolutę ſignificet. Erit igitur hoc genus
conuerſio ortus, & generatio de non ente ſimpliciter.
Voco autem non ens ſimpliciter, non id quod omnino
& vſquequaq; ſit nihil, ſed id quod nuda & mera potẽ-
tia, cuiuſmodi originalis & prima materia eſt. Idem,
ſed obuerſe, de interitu & corruptione dicẽdum, vt ea
videlicet in non ens ſimpliciter deſinere & procumbe-
re intelligatur.

** Eudemus ſubiecti nomine quodãmodo priuationes cõ-
prehendi cenſuit, quia ipſis ſunt ſimiles. plurimum.n. inter eſt
quia cæcum dicere & id uiſum non habere, eſt etiam quartũ
hoc genus indeterminatum, ait Simpl. & ea propter velina
quendam. Qui.n. ex non albo in non album tranſmutatur,
terminatam tranſmutationem non habet.*

Hæc

8 HAec ſi ita ſe habent, plurificariam videtur ſignificare non ens: nam & non album dicitur eſſe non ens, & non homo dicitur eſſe non ens, ſed & mendacium quoq; dicitur eſſe non ens. Omittatur aũt nobis hoc genus, quia id in complexione tñ & diſtractione orationis, ſeu diuiſione conſpicit: in reliquis duobus ſignificatis, quæritur verum nõ ens moueri dicatur. Ego vero aio moueri ſolum tale non ens, quale non album eſt, non bonum, non turpe, non calidum: non ꝙ ipſum non album, aut ipſum non bonum vtique moueantur. Nam qui fieri poteſt prorſus, vt moueatur quod non eſt? ſed Callias qui ſit non albus, ſi non bonus ipſe moueatur. Quia huiuſmodi negationes non per ſe, ſed per accidens moueri conceſſerim, ea rõne, ꝙ accidiſſe aliqua videantur iis rebus, quæ per ſe mouentur. Cæterum non ignem, nõ aquam, & reliqua ſimilia quo pacto moueri intelliguntur? Num per ſe? non poſſunt, quum nuſquam ſint. Num per accñs? At quibus nam rebus accidiſſe non ignem, non aquã, non aerem dixeris? Fieri igitur nequit, vt ea quæ ita ſunt, nõ entia vllo genere moueantur. Quòd ſi ita eſt, gñatio quoq; motus eſſe non poteſt. Quare neq; mouet, neq; quieſcit, quod eſt non ens, quippe quod neq; in loco quidem ſit vllo, neq; gñatio modo non eſt motus, ſed neq; corruptio. Nam quum motus omnis, aut motui ſit, aut quieti contrarius: ſi corruptio motus eſſet, gñatio quoq; quæ corruptioni contraria eſt, aut quies, aut motus foret. Poſſumus igitur oĩa hæc vel ſyllo complecti, hoc quo dicturus ſum genere. Omnis motus tranſmutatio eſt, omnis trãſmutatio aut contrariis aut diſperatis obibitur, motus igitur omnis aut contrariis aut diſperatis obibitur. Nullus aũt motus diſperatis includitur, ergo motus omnis in cõtrariis collocabitur. Voco contraria, quæ affirmatione ſignantur. Eodem * & priuantia referuntur in motibus, vt cęcum, nudum, illiteratum, inſœlix.

** Si priuatio in motibus eodem modo ſe habet ſicut contrarium, & (ut ait Ariſto.) affirmatione monſtratur: quæ igitur rõ eſt, (quærit Simp. cur generatio quæ à priuatione in formam mutatio eſt, è motuum numero ſit ablata, & non dicatur ex ſubiecto eſſe in ſubiectũ. Qui deinde hæc reſpondet modo. Sicut quod potentia eſt, duplex eſt, quoddam.n. quod ſubſtantiam reſpicit, quoddam quod accidens: pari paſſu & priuatio duplex, quædam enim ſubſtantiæ, quædam accidentis eſt priuatio. Et quę accidentis eſt, ea rõne qua in ſubſtantia eſt, non nihil entis particeps eſſe uidetur, & ea ratione affirmatione monſtrari poteſt, & ſubiecti nomine comprehendi, & id in quo ipſa eſt moueri poteſt. Ad ſubſtantiæ priuatio quia oĩno à ſubſtãtia decidit, decidit etiam ab entis ratione, & ea de cauſa negatione tantummodo monſtratur: nam ens in hoc loco appellamus ſubſtantiam, quæ id quod eſt actu.*

9 SPectandum eſt igitur, in quibus generibus cõtraria habeantur. vtpote ad quæ ſola pertinere verus motus poſsit. Ac primũ quidem in ſubſtantia nullus erit motus, quum nihil ſit ſubſtantiæ vlli contrariũ; nam priuatio formæ non eſt contraria. Quamuisq́; ſuperioribus libris aliqñ vſurpatum hoc ſit, vt formam & priuationem diceremus eſſe contraria, nõ tñ id preſſe, aut proprie intelligi, ſed data quadam & rudiuſcula ratione voluimus. Nam ſi exacte loquẽdum ſit, priuatio abſentia quædam eſt formæ, atq; adeo non ens: nõ autem enti, aut formæ contraria. Quòd ſi de eo ꝙ fieri animal ex genitura & ſemine dicitur, demõſtrari poſſe aliquis putet conuerſionem ſubſtantialem de ſubiecto in ſubiectũ procedere, proindeq́; motum videri, eodẽ in luto reuoluitur, denuoq́; in nomen gñationis & ortus incurrit, quem conſtat motum eſſe non poſſe. Quid enim eſt cędo per deum, quod in ea mutatione conuerſioneúe moueatur? Num animal? at cum oritur nondũ eſt aĩal. Num ſemen genitale? at non remanet ſemen, ſed diſſoluitur, atq; corrumpitur. Deinde vt concedatur hoc illi, quo pacto reuincet ſemen eſſe contrarium animali? certe motus oĩs contrarios terminos requirit. Sed dicet quiſpiam, quum aqua in ignem vertitur, tum videri motum in ſubſtantiis fieri vtpote ꝙ de contrario in contrarium conuerſio illa procedat. Huic occurrit Alex. conceditq́; nonnullas ignis qualitates eſſe qualitatibus aquæ contrarias, frigiditatem caliditati, & humiditatem ſiccitati: nec tñ ex eo accipi vult vniuerſum ignem eſſe aquę contrarium, quippe quæ non ex qualitatibus tñ, ſed ex aliis quoq; cõpluſculis conſtẽt. Ego * vero falſum eſſe arbitror id, quod proponitur: nam ignem in aquã nego conuerti poſſe, niſi ſe prius in aerem verterit: aer vero atq; ignis apertiſsime iam non aduerſantur. Quid igi obſecro in ea mutatione mouebitur? qñ neq; aqua poteſt, quippe quæ corrumpatur: neq; ignis quippe qui nondum ſit ortus? Quod autem poſt motum omnem fuit motum, hoc erit id, quod antea mouebatur. Ex iis dilucet in ſubſtantia motum haberi non poſſe.

** Quod hic Them. aſſerit, contrarium eſſe uidetur ei qđ Ariſt. 2. de generatione & corruptione lib. de elementorum tranſmutatione docet.*

SEd neq; in relatione conſtitui motus poteſt. Ea 10
enim quæ in illo genere ponũtur, de ſuo ſtatu atq; habitu decidũt vel ſi vllam mutationem accipiãt, verbi cã: Nix quæ mihi nunc reſpondet à leua, etiam ſi ipſa non differatur, ſimul priorem locum egreſſus, alio me contulero, reſpondebit à dextera. Item denarius numerus fieri duplus poteſt, nulla adiectione qualitatis facta, ſed ſi duntaxat quinarius controuerſim, atq; altrinſecus opponatur. Nam & ratio ipſa quãdoq; de vera in falſam, & contra conuertitur tñ, ſi res quæ in ea ſignificantur commutauerint, cõuariatæúe fuerint. Vna enim hæc eademq; ratio, dies eſt, vera erit die exorto, ingruentibus tenebris falſa. Si igitur motus omnis abſoluitur per mutationem conuerſionemq́; rei quæ mouetur, relationes autem ſine vlla mutatione & conuerſione creantur & pereunt, clariſsime complexio illa efficitur, quam volebamus motum in relationibus non poſſe conſtitui.

SEd neq; in genere actionis paſsionisq́; motum vl- 11
lum inuenias, quum agere ſub eo quod eſt mouere, pati ſub eo quod eſt moueri, contineant ac recidant. Motus aũt nullus eſſe poſsit in eo, qđ eſt mouere, & lõge magis nullus in eo quod eſt moueri. Etenim vt deridiculus ſit, qui ita dicat, ita ſed tanto ridiculoſior, qui ſentiat. Cæterum Ariſto. ex eo plurima deducit incommoda. Primum quia mutationis motus futu- 12
ra ſit mutatio alia, & motus alius. Res hercle captu difficilis, ſed nec opinabilis, quia cogitatione in infinitũ abitur, occurſura ſemper in termino mutatione aliqua priore, per quam mutatio poſterior atq; recens emerſerit. Tum deinde motum & moueri & quieſcere opor 13
tebit. Mox quemadmodum id, quod mouetur corpus 14
& aĩa,

& anima,vt ſubiectum,& hoc aliquid monſtratur, ita
15 & motus ipſe monſtrabitur. Poſtremo quoniam alia
res eſt motus,alia res quæ mouetur : aliud enim homo
eſt,aliud ambulatio,aliud ęqnus,aliud curſus:pari rõ-
ne,motus ille qui ponit moueri,alia vtiq; res erit motu.
Qno euenit, vt motus ſimul & motns ſit & non mo-
16 tus. Illud iam dementiæ proximum alteraſcere,motũ
localem pntare, aut alterationẽ auctionemúe deferri
motu locali. Sane omnia hæc ſubiectis hærent,& cor-
17 poribus accidũt,non ſeorſus ipſa conſiſtunt.Plane mu
tari per accidens mutationem, & moneri per accidens
motum, recte dici ſere poteſt, verbi gratia. Si eurrenti
acciderit, ſaneſceret,bono periculo dixeris curſum il-
lnm quodãmodo factum incolumen. Non ꝙ curſui re
ſtituta ſit ſalus. ſed quod is,cui accidit curſus conualue-
rit currendo. Verum accidentarios motus dudũ à no-
ſtra commentatione repulimus.

18 MAnifeſtum igitur arbitror motũ eſſe in tribus
duntaxat generibus collocatũ,qualitate,quan
titate, vbi.Inſunt.n.ſingulis iis ſua contraria,
quæ requirantur in motu. Motum in qualitate altera-
tionem vocamus.Qualitatem hoc loco accipimus,nõ
ita,vt ſubarnm differentias,qnæ interim appellari ſo-
lent hoc noĩe,rõnale,aquatile,volatile,greſsile,ſed ita,
vt intelligamus affectiones & qualitates id genus, quæ
patibiles & alteratiles nuncupantur,nigritiam,frigidi-
tatem, ealiditatem, albedinem. Motum in quantitate,
quo voces non habetur gñale nomen,proinde diduci-
mus ita vt eum,qui ad ampliorem magnitudinem ten-
dit,augmentum eum vero,qui ab hac recedit,decremẽ
tum dicamus. At localis motus,niſi confingas,non illa
gñali modo,ſed propria qnoque nomenclatura carue-
rit:quamobrem nos ei nomen cõmẽti ſumus cõe, De-
lationem,quanquam improprium illud quidem :(Ea
enim proprie ferri & deſerri videntur,quæ vi correpta
ſiſtere ſe ac ſuſtinere nõ poſſunt:demum omnia ea,quæ
19 ipſa ſe non mouent,vt inanima.) Sed ᵃ de alteratione il
lud eſt diſquiſitius explorandnm. Quum.n.quicquam
ex albo ſit albius, aut contra hoc tanto remiſsius, diſ-
ficile eſt perſpicere,quo pacto inter contraria motus il
le verſetur. Sed ſoluitur. Tentius & remiſsius candidũ,
temperatione cõtrariorum permixtionemq́; coaleſcit.
In quo.n.plus eſt candoris, in eo nigritiæ minus habe-
tur,& qnod prius candidũ eſt amplius nigroris eſt par-
ticeps. Quũ igitur de nigro ſimpliciter ad album ſim-
plciter demutatio eſt,tum de contrario ſimpliciter in
cõtrarium ſimpliciter motus procedit. Quum vero de
albo ſit albius quippiã,tum non de contrario ſimplici,
ſed de contrario tñ vtcunq; ſit motus,quia in albo re-
miſſo pars quidem ipſius nigritiæ confuſa eſt. His.n.
definitis conſtat, quod intendimus tres motus tribus
deberi generibus. Immobile porro multis capitur mo
20 dis. Primum id dicitur ĩmobile,quod nullo modo mo-
ueri poteſt auerſante & repugnante natura, vt ſonus
ĩnuiſilis,qa natura ineptus & inhabilis ſit,vt viſitari poſ
ſit. Alio modo dicitur immobile qnod impulſum fati-
gatumq́; perdiu vix ęgreq́; dimouetur, hoc eſt, qnod
difficile feroq́; moneatur, quemadmodum incommo-
biles eos vocamus,qui fero obiraſcunt. Tertio & illud
ſolet immobile nuncupari,quod quamuis apta & con
ſentanea ſit natura ad motum ferendũ accipiendumq́;
non tamen quotiens poteſt mouetur,aut eo modo quo
poteſt. Qnod genus ĩmobilitatis quietem voco : quies
enim priuatio motus eſt. Priuatio vero ad eas res per-
tinet,quæ paratam habent naturam,vt poſsint id cape-
re,quod nondnm ceperunt,atque id agere eo modo,
quod & quo non agunt.

ᵃ Themi. Alexan. eſt imitatus, qui magis minusq́; in ſola qualitate accipi ab Ariſto. retulit, ob id forſitan: (ut Simplic. ait) quia hæc qualitati ſunt propria. Sed Porphy. etſi etiam Ariſto. uerba in alteratione tantum exponat. attamen deinde ea propter inquiſiuiſſe ait, ſub quo genere ſit reponendus motus qui eſt inter magis & minus, quia magis minusq́; ĩ omni motu reperitur tam in incremento & decremento & delatione, quam in alteratione.

POrrò ſi inter oppoſita, vt oſtendimus, mutatio 22
oĩs intercedit. ᵃ Oppoſita aut contraria ſunt, aut
diſperata. Diſperatorum nihil eſt medium. Con-
trariorum eſt aliquid. Medium aũt eſt, quo res mobilis
prius naturaliter ſe applicat, ǭ ad poſtremũ perueniat,
vtiq; ſi continue & ſm naturam moueatur. Medium
porro momentis tribus minimum conſtat, quippe qđ
duabus extremitatibus, quibus tanquam clauſulis co-
hibetur huic inde reſpondeat.

ᵃ Τί δὲ ἀντικείμενα, τά τε ἐναντία, καὶ ἡ ἀντίφασις ἀντιφάσεως δὲ οὐδὲν μέσον, φανερὸν ὅτι ἐν τοῖς ἐναντίοις τὸ μεταξύ: id eſt. Et oppoſita aut contraria ſunt: aut diſparia: diſperatorũ uero nullum eſt medium : liquido certe apparet medium ipſum in contrarijs uerſari.

COntinue dicitur tunc res moneri, quum neque 23
pars temporis, in quo agitur motus, neq; rei per
quam tranſitus eſt ſaltuatim aliqna prætermitti-
tur. Quamuis.n.is qui à ſumma chorda vellicatim de-
ſcendit ad imam, interhabitis mediis nullo tpe pulſum
interpollem habuerit: quia tñ rei per quam motus is ha
bebatur, partem aliquam prætergreſſus eſt ſaltu, vide-
ri põt interruptum motũ mouiſſe. Sed latius planiusq́;
exemplum in motu locali eſt. In qninquertio qui ſal-
tant continue, moueri idcireo non videntur, quia ſpa-
cij illius in quo operantur, partes medias intactas relin
quunt, qnas ſublimati vicibus & deducti tranſiliunt.
Cæterum cõtinuitas motus non omnis hinc prouenit.
Nam illo quidem modo decurſus equorum in ſtadio
laceſsitus erit & diſsitus. Num igitur rectius fuerit con
tinuationem motus ex ſerie temporis accipi? ita vt is
habeatur continuus: qui nihil temporis qui intercepe-
rit? Nam rei quidem per quam ſit motus, hiare aliqđ
atq; intermitti poſſe pars videtur: & tamẽ nihilominus
iugis & continuus motus intelligitur. Sed de ipſo con-
tinuo accuratius nobis agendum eſt poſt, nunc qm̃ id
qnod adhibitum, ſiue proximum, ſiue attiguum dici-
tur cõius & fuſius eſſe, quàm continuum videtur, & qđ
deinceps & conſequens eſt, communius etiam quam
adhibitum, de hoc primum quod latius patet, aggre-
diendum eſt nobis.

DEinceps & conſequentia ſunt, inter quæ nihil 25
eiuſdem generis habetur interſitum: nam ſi al-
terius generis aliquid intercedat, nihil officitur.
Aedes meæ ſnnt deinceps & conſequentes tuis, ſi nullę
vtiq; ſint ædes inter meas & tuas. Item lineæ deinceps
ſnnt, inter quas nullæ habentur collocatę conſtitutęq́;
lineæ. Et deincipites homines inter quos nemo ſit me
dius. Id aũt quod deinceps eſt ſemper ſm eſt, & ab eo
quod eſt primum. Primum vero aut poſitione ſituq́;, vt
in lineis & domibus cernitur : aut natura, vt in vnitate
& duitate perſpicitur. Eſt.n. vnitati deinceps duitas &
duitati ternio, quia alius numerus nõ intercedit. Dicit
& primum

& primum ab ordine, vt exordium ante narrationem.
Et.n.exordium conſequitur narratio, quia deinceps
eſt exordio, & quia nihil eiuſdem ſpeciei medium ha-
betur. Atque hoc eſt, quod proprie exacteq́; deinceps
& conſequens dicitur. Sed & ea quoque interim cen-
ſentur hoc nomine, quæ vnius ſunt generis etiam ſi di-
ſcrimine ſpeciei diſſideant. Nam & certamen dicitur
eſſe deinceps & conſequens pompæ, & nymphæum
Gymnaſio.

26 ADhibitum, proximum, ſiue attiguum eſt, quod
rem aliquam conſequitur modo eorum quos
prętexuimus aliquo, quodq́; pręter hoc habet:
etiam terminum cum termino illius atq; extremitate
coniunctum. Horum alia ſolo nomine adhibita, pro-
xima, & attigua nuncupatur, vt præteritum dicitur
proximum attiguum futuro, alia ipſa re tanguntur, vt
corpóra. Tangunt autem ea, quorum ſunt ſimul ex-
trema. Extrema terminos & limites voco. Quum itaq;
duorum corporum extrema ſic committuntur, tūc ha
bere ſe illa mutuo attingere & conſequi dicimus. Nec
tamen propterea continuantur: ſed quum duo illi cor-
porum exitus coaleſcunt, & vniuntur: tunc moles vna
& continua redditur.

27 NEc fieri tamen continua de attiguis poſſunt, ni-
ſi ea quæ natura coibili ſunt. Tangit vtique la-
pidem lignū, ſed fieri ligno cōtinuatus, quan-
tauis ferruminatione non pōt. Adeo ignorādum non
eſt, ea fieri poſſe continua, quorum contactu coaug-
mentatuq́; natura vna exit atq; confunditur. Hoc & in
tempore & in lineis viſitur, præſertim vero in inſitio-
nibus, & in occultationibus arborum. Fiunt arte non-
nulla contigua, vt lignum, clauis & glutino: verum hęc
28 proprie continua exiſtimari non poſſunt. Manifeſtum
eſt itaque quod ſumus præfati conſequens eſſe prius &
communius, quam adhibitum, proximum, ſiue atti-
guum. Quicquid.n.eſt attiguum, neceſſe eſt, vt ſic etiā
conſequens. Quod vero conſequens eſt, non continuo
commeat, vt ſit item attiguum. Quare prius hoc & ma
iore ambitu fuerit, q̄ illud, vtpote qd' tanquam genus
magis hiet, atq; in plura ſe fundat. Nam etiam in nume
ris cernitur conſequens, attiguum non cernitur. Rur-
ſus attiguum generalius, quam cōtinuum eſt, quia ſeſe
res prius tangant neceſſe eſt quam coaleſcant, vt vniā-
tur. Patet igitur in his eſſe non poſſe coalitum, in qui-
bus non poſſit attactus. Nam tū̄ retroflectitur, in qui-
bus ſit contactus, vt poſſit item haberi coalitus. Nam
vt poeta inquit Epeus, quanquam veterrimum, illud
tangebat non tamen coaleſcere illi, aut congermina-
29 ſcere poterat, homo q̄ erat. Atq; hoc ſi vera ſunt, & ſi
quod conſequens, à contiguis diſtant, punctus, quoque
ab vnitate diſtabit: nam pūcto attingi res poſſunt, vni-
tate non poſſunt. Quia conſequūtur, non attingunt ſe
vnitates. Inter puncta quoq; ſemper aliqua linea capi-
tur, inter vnitatem nihil interuenit, quia neque in-
ter duitatem quidem & vnitatem intercedere, aut hia-
re aliquid poteſt. Manifeſtum eſt igitur ea tantum poſ-
ſe contingere, quæ poſitionem, & ſitum habeant.
Conſequi ea, quæ etiam poſitione ſituq́ue careant, vt
adhibita & proxima.

30 MOtus vnus multipliciter conſueuit intelligi, qa
& nomen ipſum vnius pluriformem ſignifica-
31 tum habet. Primum genere vnus dicuntur mo
tus qui in eodem prædicamento verſantur, vt delatio-
nes, quia in genere quod vocatur vbi conſtituuntur &
reponuntur oēs, vna generē delatio eſt. Item, oēs altē-
rationes genere vnus eſt motus, qa in qualitate com-
prehenduntur & collocantur omnes. Dicitur & vnus
ſpē, qui ad vnam ſpeciem indiuiduam pertinent, ideſt
ad ſpēm citimam, & ſenſilibus proximam. Ita oēs inal-
beſcentiæ motu vnus eſt ſpecie: eſt.n.albedo ſpēs quę-
dam vltima & indiuidua qualitatis. Quod ſi qua ſunt
ambigua.i.quæ ſimul, tum genera, tum ſpecies videan-
tur, motus quoque qui de iis effluxerint, eandē rōnem
ancipitis naturæ ſequētur. Sed quæri poſſit, ſi vnus ſpē 32
motus eſſe dicitur is, quę idem mobile ex eodem termi
no ad eundem terminum proficiſcendo conſtituit, id
adeo eſt quotiens idem eſt mobile, idem eſt terminus
vnde diuertit, idem eſt terminus quo cōcedit, nōne or-
bicularis motus erit eadem ſpecie cum directo, quia po
teſt eadem res ex eodem termino ad eundem terminū
procedere, interim recta, interim gyro? Soluitur. Sci- 33
te dictum eſt motum eſſe vnum ſpecie, quotiens id in
quo conſtituitur ſpecie indiuidua vnum eſt. Sed linea
& orbis in quibus illi duo motus gerūtur, differunt ſpe-
cie. Non eſt igitur motus rectus eadem ſpē cum circu
lari cēſendus. Hactenus dictū quis ſit motus genere &
ſpē vnus diſtinctione ſumpta de rebus citra quas agiꝉ,
nunc quis nam proprie ac vnus ſit prodendum.

QVoniam igitur tria eſſe videntur in motu quē 34
definimus, mobile, vt homo, vt ſydus: res cir
ca q̄ verſatur motus, ea duplex eſt, locus.ſ.&
affectio: tertium, id in quo motus fit, atque hoc ipſum
tempus eſt: neceſſe cum motum qui vnus ſit futurus, ha
bere ſingula hęc numero numerum, vt formam vnam
circa quam obeatur motus, colorem vnum, lineā vnā,
tam ipſam rem mobilem, vt Coryſcum, aut Calliam,
aut Socratem. Poſtremo tempus plane vnum numero
tempus accipitur, quod continuum iugeq́; ſit, nec in-
terlaxet. Quod ſi ex tribus iis aliquod numero vnum 35
eſſe deſierit, neq; motus quoq; vnitatē ſuā retinuerit.
Si.n.Plato & ambulet ſimul & albeſiat, quamuis tum
ſubiectum quod mouetur, vnum ſit, tum tempus idē
oīno atque continuum, quia tū̄ duæ res ſunt quas Pla-
to mouet, locus & color, huiuſcemodi motus nume-
ro vnus eſſe non poteſt. Item Callias & Soc. ſi ab eadē
ægritudine, putá lippitudine conualeſcant, non erit ſa-
natio ea motus vnus, quia ſubiecta cōſtituuntur duo.
Sed & ſi idem Callias ambulet nonis atq; iterum idi-
bus, motum hunc vetabit vnum eſſe diuerſitas tpis, vt-
pote quod neq; vnum, neq; cūtinuum fuerit: alioquin
abſurdius quiddam euenerit. Nā ſi de ambulatio he-
ſterna numero vna cum hodierna dicatur, contendi-
tur id, quod iam abſoleuit corruptūq́; eſt: vnū idemq;
eſſe cum euidenti extāte atq; ſuperſtite. Cæterum quæ- 36
ritur videri nullum motum eſſe poſſe vnum, etiā eum
in quo ipſe vnum atq; continuum ſit, cum ſemper mo-
tus prior corrumpatur obiter atq; vaneſcat. Quo igiꝉ
pacto defendetur vnus? Sed ſoluitur certe motus ta
lis vnus eſt, quia iugis & continuus habetur, non in-
terpollis neq; diſtractus, neq; ſeiūctus ab eo motu ſeu
parte motus, quæ aſſidue diſperit. Hoc aūt non habēt
motus illi inter quos vicibus interquieſcitur, aut tem-
pus intercidit. Verum ambigat quiſpiam, motus is, 37
qui vnus eſt futurus, vnum numero ſubm requirit, cū
fluxa & habentia ſint naturalia corpora, nullus motus
idem numero ſubiectum habebit. Eadem addubitatio
de habitudine corporum fuerit. Qui enim vna eſſe ſa-
nitas videatur, quum id quod ſeneſcit vnum eſſe non
poſſit?

poſsit? Sed quãquam diſcuſsio iſta ad nos hoc loco nõ
38 pertinet, (ᵇ Nam quemadmodum conſtẽt ſimul duo
illa, eandem eſſe ſubſtantiam corporũ, & nihilominus
continue occiduam eſſe & profugam, mutationibus &
conuerſionibus perpetuo addictam, q̃ nostra nõ eſt,
qui motum & naturalia commentamur.) non tñ con-
niuendum.i. quod de habitudine corporum ſubditur,
ſed cõmonẽdi ſunt nobis qui hæc noſcunt, nõ eſſe diſ-
ſentaneum vt vnus idemq; habitus pridie & poſtridie
fuerit valetudo, ſcientia, probitas. Series.n. & conti-
nuatio temporis, continuas quoq; poſſeſsiones habitũ
facit. Actum vero ipſum atq; adminiſtrationem vnam
eſſe non conceſſerim, niſi quæ iuncta ſit, & continue
diffluat. Adeo conſequens eſt, vt quamuis vnius ge-
ſtionis, & actus tantum vnus ſit habitus: tamen vnius
habitus plures eſſe actus & geſtiones poſsint.

ᵃ Eo modo ait Eudemus (ut Simpl̃ retulit) alteratio & delatio ut una ſit, habet, quo tempus etiam: nam neq; alteratio neque delatio permanet, ſed fluit & ſemper alia eſt ſicuti & tempus. Idcirco proprie una eademq; potius ſpecie quam numero dicenda eſſet. *ᵇ Ea qũ lib. de generatione propria eſt, ait Simp. ſecum.n. trahit dubium perdifficile ſolu tu, quonam pacto quæ augentur, unum permaneant.*

39 QVia vero motus oĩs continuus eſt, vtpote qui
ſecabilis & diuiſibilis ſit, neceſſe eſt, qui ſit vnus,
eundem haberi continuum, contraque qui ſit
continuus eundem & vnũ intelligi. Non.n. poteſt qui-
libet motus cuilibet motui eſſe cõtinuus, quemadmo-
dum neq; corpus quum quolibet corpore, neq; oĩbus
cum omnia attineri, vt voci linea, ſed quorum extrema
coire, ita vt facta vnitas ſit, eorum motus põt eſſe con-
tinuus. Verum quædam res carent extremo; nam vni-
tatis quum ſit inſectilis, nullum eſt extremum: quapro-
pter ex hoc genere nihil poteſt fieri cõtinuum. Sunt &
aliæ res quibus non deſunt quidem extrema, ſed quæ
diuortio naturæ & ſpẽi diſsideant: ea quanquam ſunt
genere abiuncta, cõe tamen hoc nomen ferunt extre-
ma. Proinde qui extrema lineæ, & extrema deambu-
lationis appellat, vocem eandem rebus longo interſti-
40 tio deſitis tribuit. Quapropter nihil è duobus illis con-
tinuũ aut vnum conflaueris, ſed quæ neq; ſpecie, neq;
genere conueniunt, conſequentia tñ atq; adhibita inui-
cem feceris. Põt.n. quiſpiam inter currendum febrem
incidere, atq; ita continget motus diues deinceps, &
conſequentes haberi. Quapropter quũ thedæ canden-
tes in cerealibus accipientium & tradẽtium vicibus cur
ſu continuo differunt, quanquam motus illi ſpecie con
ueniunt, non tñ proprie continui, ſed conſequentes
ſucciſiuiq; ſunt, propterea q extremitates ſuę ſingulis
diſcrepantes diuerſęq; habentur. Sed etſi motus inter
ſe plurimũ diſtent, conſequentes tamen atque adhibi-
ti poſſunt intelligi, modo tp̃s in quo geruntur exercen-
turq; ſit vnum atq; continuum. Cõtinui vero eſſe non
poſſunt, niſi etiam extrema conſentiãt, quæ in vnã na-
41 turam coaleſcere poſsint, atq; confundi. Quamobrem
neceſſarium eſt motum eum qui ſit vnus & continuus
futurus, nõ ſolum vno ſubto eſſe, ſed etiam ſpecie vna,
& tempore vno, quemadmodum & initio diximus.
42 SVper hæc motum qui conſumatus perfectusq; ſit,
verius vnum appellaueris, q̃ eum qui cæteris par-
tibus inchoatus imperfectusq; habeat. Perfectus
motus eſt, qui ad finem & abſolutionẽ ſuam peruenit.
Imperfectus, qui non peruenit. Vnitas.n. de perfectis
iuſtius, quam de imperfectis aſſertur. Eodem argumẽ- 43
to rectius vnum vocaueris, qui ſit æquabilis & vnifor-
mis, q̃ inæquabilis & pluriformis, vtpote quem illa ip-
ſa difformitas diuidere quodammodo atq; interrum-
pere & diſtrahere videatur. Porrò in quolibet motu, 44
alteratione, augmentatione, diminutione, æquitatem
& inæquitatẽ iuenias. Naſcitur ᵃ aũt inæquitas hæc in-
terdum culpa eius rei, in qua conſtitutus eſt motus: vt
quum quid ſuper arcuatam: aut obtortam lineam mo-
uetur. Fieri.n. nequit, vt in magnitudine inæquali ac dif-
formi, ſit æqualis & vniformis motus. Ea vero vnifor-
mis & æquabilis magnitudo habetur, cuius quælibet
pars cuilibet omnifariam complanata coæquataq; eſt
ita vt poſsint coaptari viciſsim atq; cõmitti. Interdum
non ipſa rei natura, ſed modus & ratio inæqualitatẽ fa-
cit, vt ſi quid modo ſe velocius, modo pigrius moueat:
quãuiſq; adeo cætera habeant parilitas magnitudinis,
continuatio temporis, conuenientia & conſenſio ſpẽi,
ſimul citatio & feſtinãtia claudicat, motus is inęquabi-
lis & difformis efficitur. Hinc datur intelligi tarditatem
& velocitatem ſpẽs motus eſſe nõ poſſe, quia inſint om-
nibus motibus. Nam & alteraſcere, & creſcere, & in lo-
co moueri, quædam velocius, quædam tardius dicũtur.
Nam ex iis quæ deorſum pondere natiuo deuergunt,
grauiora: quæque celerius & concitatius corruunt, le-
uiora ſegnius & cunctantius deuoluũtur. Quapropter
neq; grauitas & læuitas rerũ, quæ in eundem ſitũ pro-
cumbunt feruntur q;, diſsidio ſpeciei diſtauerint; quia
neq; motus ipſi qui inde proueniũt, diſcrimine illo dif-
ferre noſcuntur. Planè motus is proprie vnus eſt, qui 45
pariter inęqualis vnimodus, quamuis is quoq;, ſed de-
perditius dignatione huius noĩs cẽſeatur, qui inæquus,
ſentus, eminulus, ſubſultãsq; ſit: qualis qui ſuper ſinuo-
ſam & inflexam lineam exercetur. Porro quod minus,
quodq; deperditius eſt conſtituitur & temperatur per-
mixtione contrarij. Ex iis illud quoq; obiter apertius
& dilucidius factum eſt, quod ſuperius dicebatur, mo-
tus diuerſos & conſequentes ſint, continuos tñ eſſe nõ
poſſe. Nam ſi continuus motus ęquabile eſſe & vnifor-
mis põt, motus aũt diuerſi vniformes, & æquabiles eſ-
ſe non poſſunt, relinquitur motus diuerſos nõ poſſe ha-
beri continuos. Aequabile enim & vniformę definiui-
mus, cuius quæque pars cuique coaptari committique
poteſt. Partes autem albefactionis & curſus coaptari &
committi qui poſſunt?

ᵃ Quærit hoc in loco Simp. quonam modo in æquitas & in alteratio, culpa eius rei naſci poſſit in qua motus eſt conſtitutus, Si quidem qualitas in alteratione ſe habet, ſicuti locus in delatione in quod defertur id quod mouetur: pars uero albefactionis alteri parti coaptari & committi qui poteſt? Non ob id dico quia non permaneant partes, nam neq; cogitatione id fieri poſſibile eſt, ſed quia pars una nequaquam eſt alteri ſimilis: crementum attamen & decrementum quid ſecundum magnitudinem fiunt, hæ mutationes in recta fieri & æquales etiam uideri poſſunt. An aliam quandam reperias inæqualitatem in eo quod creſcit: ut puta ſi nunc quidem defectu alimenti augmentatio ſiſtatur: nunc uero ad interitum etiam uergat, ut in morbis euenire ſolet: nam inæquabilis augmentatio tunc reddetur, ueluti etiã ſi aliquando plus & aliquando minus diminuatur. In alteratione etiã ex ordinata qualitatis tẽſione æqualitas naſcitur, nam quando nunc quidem uehementius incaleſcit, deinde remiſſius & iterum

*iterum poſtea uehementius inæqualitas oritur, culpa quali-
tatis in qua motus conſtituitur.*

46 NVnc aggrediendum ad ea eſt, quę de oppoſitio-
ne motus quæruntur. Opponitur motui motus;
opponitur & quies: ſed motus vt cõtrariũ, quies
49 vt priuatio. Primum de contrariis motibus eſt agendũ.
Quia igitur motus omnis ex aliquo termino in aliquem
procedit: & ex contrario in contrarium abit, nimirum
motus illi aduerſi contrarij ſtatuentur, qui de cõtrario
in contrarium vice verſa pficiſcũtur ęgrotatio, ſanatio.
Nam altera de ſanitate in ægritudinem vadit, altera de
50 ægritudine in ſanitatem obuerſe; hoc adeo inductione
clareſcet. Videntur contraria eſſe ægreſcere, ſaneſcere,
aſcendere, deſcendere: progredi, regredi, leuorſum fle
ctere, dextrorſum incedere: atq; hæc ſecus locus cõtra-
51 ria colliguntur. Quòd ſi tranſmutatio vlla eſt quæ con
trariis careat, tum ea quę ex vno termino abierit, con-
traria illi quæ ſe ad eundẽ terminum conferet. Vnde.n.
corruptio & obitio mouit, eo ſe ortus & gñatio ĩſinuat.
Corruptio ab ente diuertit, generatio ad ens contẽdit.
Pariter vnde ſoluit ortus, eo pergit interitus. Gñatio de
non ente recedit ad ens, corruptio ab ente ad nõ ens pro-
cedit. Itaq; motus hoc genere motibus aduerſantur.

53 QVies vero opponiť motui quaſi priuatio: dico
quaſi priuatio, quia non eſt prorſus priuatio.
Sed qualis nam quies motui opponitur? diſtin
54 ctione vtiq; opus eſt aliqua. Non.n. promiſcua rõne
oẽs oibus opponuntur. Qm̃ igitur oĩs motus duos ha-
bet, in quibus conſtituiť limites, patet eam quietẽ ſiue
moram quæ (.v.g.) in imo loco trahitur, eſſe oppoſitam
motui, qui de imo ſurſum verſus agať. Et è contrario eã
quietẽ quę duciť in ſublimi, eſſe oppoſitã motui qui idq
concedat. Nec.n. quietem illam opponi dicendum eſt,
quæ habetur in eo loco quo res defertur. (Nã locus eſt
finis nullus: finis opponitur motui ſe petẽti) ſed cogna-
tus potius eſt, & quaſi conſpirat cum eo. Iam quæ nãli-
tus mouẽtur, finem motus ſui eo loco indipiſcunť quo
mouebãtur. Finis porro qui põt illius rei priuatio eſſe,
cuius eſt finis? Ita relinquiť quietem illam eſſe oppoſi-
tam motui, quæ in eo ſit loco: vnde commeat motus.

*Non eſt (ait. Simp.) quies eiuſmodi priuatio qualem do
cuit in prædicamentis Ariſt. à qua.ſ. non eſt amplius reditus
in formam, ſed medio quodam modo inter contrarietatem et
priuatione opponi inuicem uidentur motus & quies.*

56 POſſunt etiam diſtinctione alia, & motus motui, &
quies quietis, tanquã contraria atq; oppoſita capi:
ſi videlicet quies motuſúe naturalis alius, alius cõ-
tra nãm poſſit afferri. Ac in motu quidem locali facile
id reperias: nam terræ naturale eſt procumbere & rue-
re, contra naturam ſubire & ſubleuari. Item & quies in
imo naturalis eſt terræ contra naturam in ſummo. In
auctione & alteratione diſtributio iſta non æque con-
ſtat: neq;.n. inalbatio naturalis eſt, nigricatio cõtra na-
turam, neq; vtrumuis plus habet vna quàm altera. Sed
neq; ſanatio plus quam ægrotatio, eo q̃ oẽ animal ad
capiẽdum vtrunq; ferẽdumq́; natura paratũ aptumq́;
eſt. Sed neq; illud dici põt, auctionem eſſe naturalem
diminutionem contra naturam, aut è diuerſo. Item ne-
que illud auctionẽ eſſe aliquam auctioni cõtrariam.i.
naturalem ei quæ ſit contra naturam. De generatione
quoq; & corruptione idem dicendum, non videri eſſe
naturalem hanc, illam cõtra naturam: alioquin & ſene-
ſcere proculdubio naturale eſt. Sed neq; generationem
vllam videmus generationi ac ſortitione contrariam.
Atq; ita ſuper his poſſet quiſquam merito addubitare.
Sed ſi oẽ violentum contra naturã eſt: corruptio violen 57
ta naturali erit contraria: nonne igitur & generationes
quoq; nonnullæ violentæ, præterq; fatum habentur?
Nam fato euenire dicitur quod naturale eſt, & naturæ
inſtitutionem atq; ordinem ſequitur. Nonne & auctio-
nes quoq; aliquæ violentem, & minutionem itẽ aliquæ
immodicæ aliquando cernuntur, quæ iam liquido inui
cem opponantur? Proinde auctio illa præcox intempe
rataq; dicitur, quotiens frumenta ſeminibus nondũ le-
rando opertis depreſſiſq́;, celeriter indoleſcunt. In alte- 58
ratione quoq; eandem rõnem inuenies, ſi incognoſce
re & intendere curam volueris. Nonne ſanari diebus
non decretoriis, quos medici indices & creticos vocãt,
contra naturam eſt? decretoriis naturale? Erunt igitur
& corruptiones aliquę ſibi cõtrariæ, & generationi cor
ruptio. Neq; hoc rõ aliqua prohibet, quia non eodẽ re-
ſpectu contraria corruptio corruptioni ſtatuitur, & ge-
neratio corruptio. Nam in eo quod corruptio eſt, gene
rationi contraria ponitur: in eo vero q̃ talis & præter
naturam, corruptioni vtiq; naturali. Etenim ſi hæc fue
rit voluptifica: ita ſubtriſtis, vel hoc diſſidio poſſunt
exiſtimari & appellari contrariæ. Nõ eſt aũt aliud om- 59
nino genus contrarietatis putandum hoc, quod modo
explicauimus, & quo motum & quietem in naturalem
& contra naturam diuiſimus, ſed in priores modos re-
cidit. Motus.n. & quietes, vt ſunt eo modo contraria
quo nobis expoſitum eſt: totum ſibi hoc genus natura-
lis & contra naturam abunde diſtribuũt. verbi gratia:
Motum de inferiore loco ad ſuperiorem diximus eſſe
contrarium motui, qui de ſuperiore ad inferiorem fit:
horum alter naturalis habetur igni, alter contra nãm.
E conuerſo eſt ſi de terra loquaris. Idem exemplum in 60
quiete congruit. Quum.n. quies in ſublimi (vt oſtẽſum
eſt) contraria motui ſit, qui inde ſit profectus, vtrunq;
colligitur, & quietem illam eſſe natura terræ contrariã,
& motum huiuſcemodi naturalẽ. Quamobrem & mo 61
tus contrarius motui eſt.i. naturalis motus motui con-
tra naturam, & quies motui qui ſit eiuſdem rei.i. quies
contra naturam rei, contraria eſt motui eiuſdem natu-
rali. Dixi eiuſdem rei, quia quod contra naturam eſt
terræ, poteſt eſſe alteri, elemento naturale. exempli cã:
Contrarij motus ſunt qui à ſublimi deorſum verſus: &
qui ab imo ſurſum nituntur: nihilominus vtrunq; dici-
mus naturalem, alterum igni, alterum terræ. Cæterum 62
quæritur, ſi res qui alicunde quopiam mouetur, partẽ
habet eius rei vnde moueri cœpit, partem illius quo va
dit: quum quies in termino, à quo venit, cõtraria ſit mo
tui inde ſoluenti, qui poteſt vitari: ne circa idem duo cõ
traria habeantur? Sed nullus labor eſt ſoluere, quin con
tra id gemina defenſio eſt. Nam aut illa omnino con- 63
traria eſſe negabimus, quum alio genere quieſcat res in
termino, quum nondum mouetur, alio quum inde iam
mouetur. (Non.n. inſectile aut indiuiduũ eſt quod mo
uetur, quemadmodum aliquando monſtrabitur) aut
rñdebimus motum & quietem non eſſe contraria pro-
prie: quum motus motui potius, q̃ quieti videatur eſſe
contrarius. De contrarietatibus & oppoſitionibus
quietis & motus, hac fini egiſſe ſit ſatis.

Annotant hic expoſitores græci ſcilicet Simp. peripateticos ſenſiſſe ea, quæ ſecundum naturam ſunt fato diſponi.

FINIS LIBRI QVINTI.

THEMISTII PHYSICES,

LIBER SEXTVS.

Hermolao Barbaro Interprete.

1 SI CONTINVA ſunt: quo-
rum extrema ſunt vnum, at-
tigua quorum extrema iun-
guntur & ſić habent, impoſſe
eſt ex indiuiduis atq; inſeca-
bilibus cõſtare continuum.
Nam ſi cõtinua linea eſt, pũ-
cta vero ex quibus illa con-
ſtitueretur indiuidua, neceſ-
ſe eſt vt ea puncta mutuo ſe primum attingant, ſi coire
debet & coaleſcere. Alioquin continua alio genere rõ-
neúe non conflantur. At quo nam modo extrema coi-
bunt earum rerum quæ extremis carent. Quod.n. extre
mum indiuiduo vel fingas, quum oẽ extremum ab eo
ſit diuerſum, cuius eſt extremum? Quorum aũt coire &
ſimul eſſe extrema non poſſunt, quo pacto ex illis vnũ
2 aliquid, aut continuum effici poterit? Et hercule quis
modus põt afferri, quo indiuiduum ſuos fines atq; oras
excedat? alioquin neceſſe eſt id quod finibus clauditur,
fines ſuos amplitudine & magnitudine ſuperet. At in
puncto quod diſcrimen in menſu reperias, nonne ipſe
cõtactus vniuerſam eius molem exhauriat? Non.n. par
tibus vllis aut extremis poſſunt ſe mutuo tangere, qui-
bus extrema deſunt & partes. Sed in ipſo applicatu con
funduntur, & quaſi ſumptitãtur & exoleſcũt, vniuerſaq;
atq; tota in totis viciſsim recipiuntur & ſubeunt: ſi mo
do poſſunt tota appellari, quæ nullas habent partes. Ni
hil igitur ex pluribus indiuiduis cõſtituitur maius, ita vt
in particulas ſecari vllas poſsit. Nam neq; is locus am-
plior fuerit, in quo infinita indiuiſilia coniunguntur, q̃
is in quo ſit vnum: quia indiuiduum quod indiuiduo
priori ſuperuenit ſpatio & capacitate maiori non indi-
3 get. In magnitudine aũt cõtinua ſemper locus totus am
plior, quam partium habetur. Itẽ ſi partes magnitudi-
nis ſeiugatę locis diſcluſeq; ſunt, ita vt vna hoc ſitu, vna
illo ſit poſita, quod in linea cernitur. Congeſtus autem
indiuiſilium nullam magnitudinem attollit, quo igitur
partes in iis loco ſeparabuntur? Si dicet quiſpiam, vt fal
ſum ſit ex mutuo contactu indiuiſilium magnitudinem
continuam poſſe conſtitui, quod & rationes quæ pau-
lo ante nobis allatæ ſunt, reuincunt: fortaſſe illud recte
dicatur, indiuiſilia ſeſe mutuo conſequi, vt puncta pun
ctum & momenta momentum: quo fieri, vt magnitu
dinem atq; tempus ex indiuiduis conſtare poſsimus cõ
cedere: non quidem contingentibus aut cõtinuatis, (ne
in eas anguſtias recidamus, quas ſuperius de rõne ex-
tremitatum induximus) ſed deincipibus & conſequen
tibus. Verum his qui hoc ſentiat, primum ſe in eo fal-
ſum habet, ꝙ alteram ſpẽm quantitatis tollit: illo.n.
modo omnem quantitatem diſcretam, perinde vti nu-
merum, facit, continuam non relinquit. Deinde in eo
decipitur, ꝙ rẽ impoſsibilem ſumit. Id adeo hũc in mo-
dum colliges. Inter ea puncta quæ conſequentia deſen
duntur, aut aliquid, aut nihil intercedit. Si nihil certe ſe
tangunt, nec dum conſequẽtia ſunt, (qa ſi nihil interia-
cet, nihil põt prohibere quin tangant.) Si aliquid, quę-
ramus illud quid ſit. Atq; inane quidem eſſe non põt. qa
id de rerum natura prioribus libris exegimus. Aut igi-
tur corpus, aut lineam, aut ſuperficies fuerit. Et dudum
liquet, lineam eſſe oportere, quia inter quæuis duo pun
cta neceſſarium eſt hiare & intercipi lineam. Quum aũt
in qualibet linea poſsint capi & deſignari pũcta, ſtatim
in ea quam eſſe intermediam oportet concedere, pun-
ctum vtiq; aliqd notaueris, quod adæque in meditullio
illo haberi videbitur. Quoniam igitur iure cõſequentia
dicebantur, inter quæ punctum erat aliud interſitum?
Quamobrem ex duobus alterum aut conſtituam attin-
gere ſe viciſsim impertia, aut ſi id dicere non audent, fa
teantur conſequentia eſſe non poſſe. Si.n. impoſſe eſt, vt
ſe contingant, neceſſarium eſt vt non ſint cõſequentia.
Conſtat igitur neq; hoc modo magnitudinem vllam ex
Iſectilibus poſſe concreſcere. Eſt & illud ex iis, quæ di-
ximus, propalam factum, magnitudinem continuam
ſecari & diuidi ſemper poſſe in magnitudines alias, quę
& ipſæ ſint identidem ſectiles atq; diuiſiles, atq; hoc po
terimus vel ſyllogiſmi nexu complecti: Omnis magni
tudo continua, aut ſectilis eſt, aut inſectilis: non inſecti-
lis, qa cõtinua eſſe nõ poſſet: ſectilis igitur. Oẽ porrò ſe-
ctile aut in partes obiter ſectiles & diuiduas ſecari põt,
aut in inſectiles: non in inſectiles, quia tunc illud quod
ſecatur, ex indiuiduis inſecabilibusq; conſtaret, qđ nos
modo impoſsibile probauimus: in partes igitur ſectiles.

Præterea ſi ex indiuiduis aliqua magnitudo exiſteret, *Rões hæ non ex Ariſ ſed ex Eude. Ale. quã receptas tollit Them.*
linea lineam puncto poſſet excedere: at quum linea oĩs
tum maior tum minor dimidiari poſsit, quotiens linea
maior quæ lineam minorem in puncto vincit partili-
ter diſſecabitur media, punctus quoque dimidiari diſſa
cariq; poterit: proinde quemadmodum linea ex impa-
ribus punctis poteſt cõſtitui, poterit etiam circulus ali-
quis reperiri, qui ex punctis numero impari ſit cõflatus.
Illum quoq; quõ dimidiaueris? ita: Primum tollitur fa
cultas & rõ dimidiandi demetiendiq; circuli: deinde & 3
ipſe quoq; diameter tollitur. Nam cardo qui expers &
indiuiduus medio globi ſubiicitur, lineam directo à
marginibus profectam per medium non incurrit, ſed al
trinſecus præuectam interius, quaſi cauet & vitat ita vt
duas quidem in partes, ſed non ęquales tota rotunditas
diducatur. Ita neq; ſemicirculus quoque ſuperſtes erit:
nam quum neceſſe ſit, vt alterutri parti totum centrum
accedat, maior ſemper illa portio fuerit, cui cẽtrum ac-
ceſſerit. Pleraq; & alia poſſent afferri, ſi quis verba Ari-
ſto. hoc loco diligenti diſcuſsione perpenderet. At hæc 4
ſi ex indiuiduis, atq; impertibus magnitudo conſtaret,
neceſſarium eſſet motus eos qui ſuper magnitudinem
agerentur, ex impertibus quoq; motibus eſſe coalitos:
nam, vt prioribus libris oſtẽdimus, motus magnitudinis
comes aſſeclaq; eſt. Et quemadmodum ſi eſt continua
magnitudo, motus quoq; cõtinuus efficitur: ita ſi ex di-
ſcretis & impertibus illa componitur, motus quoq; di-
ſcretis & impertibus videtur eſſe compoſitus, ſed vt ſe- 5
quelæ huius neceſsitas latius pateat, ſubiiciatur magni-
tudo aliqua, quæ ſit ex tribus indiuiduis conflata, qui-
bus aſcripta ſunt A, B, C. Res ſup eam magnitudinẽ mo-
ta eſto G, quæ moueatur motu: cuius notæ ſint D, E,
F. Conſtabit igitur motus ille ex tribus indiuiduis mo 6
tibus, quia ſinguli quique tres motus eo modo indiui
dui habebuntur, quo tres magnitudinis partes, in qui-
bus gerentur. Nam ſi motum qui ſuper A, partem
magnitudinis exercetur cõtenderis eſſe diuiſilem, con-
tinuo & ipſum A, cogeris fateri diuiſile, quia diuiſioni
motus ſemper diuiſio ſpatij reſpondet & ſimul habe-
tur. Quare & dimidium motus ſuper dimidium A,

obibitur. At nos ſumpſimus A, quòd indiuidum atque impers eſſet.

7 DEmſatum eſt ſi magnitudo indiuiduis conſtaret, ipſm quoq; motũ ex ĩdiuiduis & impertibus motulis cõſtitutũ. Nunc hoc q̃ ſit impoſſe oñdemus. Perſpicuũ eſt moueri nõ poſſe rẽ, niſi p̃ſto ſit pręſensq; motus. Item eo mõ rem moueri, quo motus adeſt. Si itaq; motus ſuper A, magnitudinẽ indiuiduã indiuiduus & iſectilis fuerit, erit & ſup A, ipſm moueri (vt ita loquar) inſectile hoc aũt, impoſſe eſt: non eſt igr̃ motus vllus inſectilis. Quęres cur id pro impoſſi habeaſ? Qm̃ hercules neceſſe eſt rẽ quę alicunde quopiã moueſ, nõ ſiſ & moueri & motam eſſe eo quo mouebatur. i. proficiſci Thebas, & iam profectum eſſe. Neque ſimul in forum deſcendere, & iam deſcendiſſe, ſed prius proficiſceris Thebas, q̃ ſis ꝓfectus, & in forum deſcenditur antequam deſcẽſum ſit. Proinde quo pacto effeceris vt res agitabilis ſup A, magnitudinem, pręſente motu D, qui ſit inſectilis moueaſ, quũ ſit impoſſe vt in magnitudine imperti res ante moueatur, q̃ ſit mota, ante proficiſcatur quã ſit profecta? Alioquin indiuiduus fieret motus, qui ſubtus eſſet indiuiduus. Quodammodo aũt huic quod dico moueri appoſitum erit quieſcere, qñ nullus motus poteſt oſtendi fuiſſe; neq; in eo vnde mouit res, neq; aũt in eo quo per mota iam eſt: nam ſiue in hoc ſiue in illo quieſcat, iam non mouetur: in intermediis ergo mouebitur. Erũt igr̃ tum magnitudo tum motus diuidua. Quamobrem ex duobus alterum da, aut ea: quæ erant inſectilia ſecari & diuidi vlterius poſſe: aut ſi id fieri poſſe negas, conſtitue nobis diridiculum ſaltem illud, eum qui ꝓcedit in forum, inter procedendum illico proceſsiſſe: & eum qui in Pyræum viam capeſcit, inter proficiſcendum in Py-
8 ræum illico deſcendiſſe. Neq; hoc loco ſapientiſsimum ſcilicet Epicurum depudet operire ſalebram ſalebra, & grauiorem plagam recipere vt leuiorẽ repellat, & quidem quod minus ſit, diuinante quodãmodo præſagiẽteq; Ariſto. futurum aliqñ hominem, qui ad eum modũ impetiturus proteruiturusq; eſſet. Quamobrem vt calumniam illam de cogitatione legentis excluderet, ſubinnxit quę hic ſequũtur quibus verbis nihil eſſe põt expreſsius. At ille alter facie perfricta vrget, atque oblocuſ ruſtice: Vt res (inquit) mobilis ſuper vniuerſam magnitudinem A, B, C, moueatur, in nullo tñ ſigno mouetur punctorum impertium, ex quibus illa magnitudo componitur, ſed in ſingulis iam eſt permota. Ne tu vſque eo hallucinator Epicure & ſupinus fuiſti, vt laqueos infinitos nõ peruideris, quos inhærere te atq; incurrere oportebat, ſi ita ſentires? Primum illud quis vno te excepto cõniueat, motum eũ qui ſuper magnitudinem illam ex indiuiduis tribus, A, B, C, compoſitam exercetur, non ex tribus motibus conſtitutum, ſed ex tribus terminis motus &, (qđ cum venia dixerim) ex tribus mutum mutatumq; eſſe? Totius. n. motus D, E, F, partes, D, & E, & F, non poterunt cẽſeri motus, quum dicas non moueri rẽ penes eas partes, ſed iã eſſe permotam. Age & illud qui effugias? rem eſſe motã verum futurum, q̃ tñ nunquam fuerit verum moueri, & cucurriſſe aliquid, quod nunq̃ fuerit verum currere: & ambulauiſſe aliquem, quem nunquam fuerit verum ambulare. Et poſtremo vera eſſe præterita quorum nũquam ſuperiore tp̃e vera fue-
9 rint inſtantia. Iam ſi quicquid moueri naturaliter põt, quotiens non impeditur, aut mouetur, aut quieſcit nimirum res quæ moueri ſuper A, non cõceditur, neceſſe eſt vt in A, quieſcere concedaſ. Sĩr in B, & ſĩr in C. Ita fit vt res q̃ in ſingulis partibus, proindeq; in vniuerſa magnitudine dr̃ quieſcere, defendatur nihilominus vniuerſam illã vtiq; peregiſſe. ꝑterea aut in qualibet illius magnitudinis parte motus habebiſ, aut in nulla. Si in qualibet, qũo res in motu poſita nõ mouebiſ? Si in nulla? ſed qes ĩ q̃libet, qũo tueberis ne ſit motus ex qete cõpoſit⁹?

DEinde ſi magnitudo ex impertibus conſtet, tp̃s 10
quoq; ex inſectilibus ĩpertibusq; conſtabit. Siquis. n. imperti ſubiecta magnitudine tp̃s dicat impers eſſe, ſed ſectile ſtatim magnitudinẽ impertẽ expertibus conſtare ſateri cõpellitur. Confeſſum eſt quicquid eſt vniformiter & æquabiliter velox, minori tp̃e minus itineris ſpatijq; conficere. Si igitur tempus illud ſit diuiſile, in quo ſupra magnitudinem indiuiſilem res mouetur, palam eſt in parte temporis partem magnitudinis aliquam iri percurſam. Neceſſe eſt itaque vt is, qui magnitudinem ex impertibus compoſitam putat, tp̃s quoque ex impertibus compoſitum eſſe concedat. Iis vero qui tempus impers atq; indiuiduum arbitrabãtur contingit velociorem & tardiorem motum adimere. Res mehercle in oculis omnium poſitas, & quæ penes cunctos certam fidem & promiſcuam notitiam poſſident. Quis. n. non viderit aſellum ire ſegnius equo? velocẽ velocius corbita? Et hercules ſi de plebe vulgaria aliquem interroges, cur bigæ plauſtro ocyores dicanſ? Rñdebit opinor, (& quidem nihil ab Epicuro de placitis conſultisq; ſapientiæ mutuatus) quia hora vna bigę ſtadia triginta percurrũt, plauſtrum tribus aut quatuor horis idem ſpatium conficit. Quanto. n. tempore equi triginta ſtadia peragunt, boues ægre ſeptem conficiũt. Quænam illhęc ſapientia eſt ſcire, quod velocius ſit breuiori tp̃e magnitudinem æqualem percurrere: quód vero ſit tardius, æquali tẽpore breuiorem. Ego & Atrienſes mei idem iter, eandem viam ingreſsi, ipſe publico curru, illi oneratio carpento non æquali tempore in patriã ex vrbe Nicæa peruenimus, ego diebus noctibusq; duabus, famuli tinm quatuor. Hæc vſque adeo viſitata explorataq; oĩbus tollunt ij, qui tẽpus eſſe ſine partibus arbitrantur. Sed quæſo adhibe aĩum. Si tempus vllum impers & breuiſsimum haberetur, quæro moueri quicquam in eo poſſet, an non poſſet? Si non poſſe dixeris, neq; in eo ſane toto potuerit, quod ex illis impertibus conflaretur. Nam qũo in toto eo moueri res poterit, q̃ in nulla totius parte moueri põt? Si poſſe reſponderis, neceſſarium eſt ſatearis ſpatio indiuiſili, tum ꝙ velocius tum ꝙ tardius ſit, poſſe moueri. Neq; in vna re quę modo tardius, modo velocius mouetur intelligo, ſed in diuerſis. Et vt noſtra parũper diuagetur & ludat oratio: ponamus in cœlo moueri teſtudinem, ſeu malis, animal aliud teſtudini de proximum tardum: ea ſi tp̃e imperti & minimo moueatur, profecto ſpatium aliquod ſumptitabit. At hoc tam modicum tam breuiculum ſpatiũ, celerrimus ipſe ſol, ille inq̃ alato inuectus curru; tempore imperti cõficiet ne, an breuiore quam ſit impers? Si imperti, efficies ſolem teſtudini æque pigrum & tardũ, (Sunt. n. ea æque tarda, & æque velocia, quæ æquali tempore æquale ſpatium & magnitudinem peragunt) ſi breuiore quam ſit impers, vtique illud tp̃s quod breuiſsimum ſpatium eſt, non erat breuiſsimum. Ac cõtra 11
illos quidẽ quę dicta ſunt hactenus, ſufficere poterãt ſed qñ ocium eſt, ne ſit nobis fraudi, in eo verſat paulo diutius. Alioqn cõſequemur hac motula, vt id exploratius, atq; apertius diluceat, neq; tẽpus neq; magnitudinem

comitione

comitione indiuiduorum atque impertium componi.
Quum ergo neceſſe ſit equum breuiore tempore menb
ſcorpionem tantundem ſpatij tranſabire, deſignetur id
quod velocius eſt litera A, & ei quod eſt tardius aſcri-
pta ſit litera B, peragat B, rectam lineam quæſit C, D,
tempore quod ſit E, F: palam eſt ipſum A, qnod ſtatui-
tur velocius breuiori tempore quam ſit E, F, tempus,
eandem magnitudinem eſſe decurſum. Sit hoc tempus
breuius (verbi gratia) E G. Si igitur A, vniuerſam li-
neam tempore E, G, peregit, ipſum B, quod eſt tardius
æqnali tempore maiorem lineam confecerit. Sit autem
minor hæc linea C, H. Quum itaque B, quod tardius, a
G, tempore, C, H. magnitudinem perficit, profecto
A, qnod eſt velocius eandem C, H, magnitudinem bre-
uiori tempore inceſſerit. Atq; ita E, G, tempus didu-
13 cendum iterum diuidendumq́; erit. Sit illud E, L. ergo
ſi A, lineam C, H, tempore E, L, tranſit neceſſe eſt vt B,
quia tardius eſt æquali tempore illam nondum tranſie-
14 rit, ſed minorem. Sit ea ſi lubet C. His exemplis datur
intelligi eam eſſe differentiam inter velocius & tardius
mobile, q alterum.i.velocius ſecat tempus: alterum,
ideſt, tardius magnitudinem diuidit: quia id qnod ve-
locius eſt tantundem ſpatij breniori tempore perficit.
Econtrario quod eſt tardius, æquali tēpore minus ſpa-
tij conficit. Porro quum ea acceptio poſsit eſſe perpe
tua. (Sēper enim velocius & tardius poſſunt intelligi)
ſemper quoq; tempus diuidere, & cum tempore ma-
gnitudinem poſſumus. Cōmitantur enim ſemet illa, &
quaſi obuerſe reſpondent, diuiſio magnitudinis & di-
15 uiſio temporis. Nam ſi diuiduum tempus eſt, diuidua
quoq; magnitudo babetur. Et quot modis diuiduum
tempus videtur, totidem & magnitudo conſpicitur.
16 Atq; boc maxime patere ſolet in iis, quæ inæquali ve-
locitate mouentur. Semper.n.ſexqui temporis, ſexqui
magnitudinis obitur, & ſexquitertio illius, ſexquitertiū
modi reſpondet: demum quantum cuiq; libuerit tem
poris concedere, tantundem æquabiliter concedit &
17 ſpatij. Quòd ſi tempus in infinitum attenderis, magni
tudo quoque procedet, concreſcetq́; in infinitum. E
18 diuerſo ſi magnitudinem ſupra quam res continue mo
uetur, quamlubet auxeris, tempus quoque tātundem
adauxeris: ita fit: vt eo plane modo, quo infinitas com
petit tempori, etiam magnitudini competat. Quare*
ſi impercurſile, & ſine fine fuerit tempus impercurſilis
erit, & infinibilis magnitudo, & ſi tempus infinitam
diſſectionem capit, infinitā capiet & magnitudo. Quod
ſi ad tempus vtraque infinitas pertinet, vtraq; pariter
ad magnitudinem pertinebit.

**Simpl.* *dubitat quonam pacto boc uerum ſit: tempus.n. impercurſile eſt, cum ſine careat atque principio, ſicuti in octauo buius monſtrabitur, & cum ſit etiam continuum, ad ipſum utraq; infinitas pertinet. Ad magnitudinem uero utraque infinitas pertinere qui poteſt? cum in tertio huius ſit monſtratum, nullam magnitudinem eſſe impercurſilem & infinitam. Reſpondet ipſe q ſicuti tempus duplex eſt, boc quidem eſt infinitum, quantum ad extrema attinet, utpote quod & principio careat & fine, circularem.ſ.motum mentiēs: aliud uero utrinque finitum ratione extremorum, ad quem ea tantummodo pertinet infinitas quæ ex diuiſione enaſcitur, quod motus recti eſt menſura: Pari etiam paſſu duplex eſt magnitudo, altera quæ extremis utriaque careat, non ea quidem rōne quia interminata ſit, nam in tertio boc eſt reprobatum: ſed quia ueluti in circulo uidemus, principium non habet neque terminum: altera uero quæ utrunque extremum babeat principium uidelicet & finem, ut ea ſunt quæ generationi et corruptioni ſunt obnoxia.*

ATque hoc Zeno aut ignorat aut certe diſsimu- 19
lat, qn̄ ſubſtuliſſe de medio motum credit ea rō-
ne, q ſi is concedatur, futurum putat, vt finito
tpe infinita peragi tranſiriq́; videantur. Id.n.quod mo-
ueretur, tāgere infinita, eaq; ſeorſum etiā ſingula opor-
teret, cum magnitudo oīs in infinitum infinities ſecti-
lis ſit, tp̄s vero eius motus qui ſuper magnitudinem ge-
reretur, finitum eſſe ab oībus ſit conceſſum. Nam ſi ro-
tæ, inquit, currum quę cōuoluūtur in ſtadio, nihil relin-
quunt ſtadij, quod non dimetiantur & diuidant, quum
diuiſio illa ſit infinita, & partes diuiſe ſint etiam infini-
tæ, qui fieri pōt vt finito tpe percurrantur? Vnum hoc
ille impoſſe iudicabat, propterea quod aut conniuebat,
aut certe non poterat aſſeqni, dupliciter intelligi ſolere,
cum magnitudinem infinitam, cum tempus, cum oē
continuum diceremus, aut quia in infinitū conciderentur,
aut quia nullum finem & extremum agnoſcerent.
Eam magnitudinem quę qnantitatis ſuę nullum finem
haberet, etiam nos accedimus finito tēpore vniuerſam
tangi & percurri non poſſe. Aſt eam quæ quáquam di-
uiſionem infinitam accipere, finem tn̄ aliquem modi ſui
& quantitatis nanſciſceretur, quia poteſtate non actu
infinita eſſet affirmare atq; adeo prædicare licet, & tan
gi vniuerſam poſſe, & tpe finito percurri. Nam & tp̄s
quoq; ipſum penes quantitatem finitum habetur, penes
diuiſionem ſectionemq́; infinitum deniq; oībus modis
ac generibus infinitum quibus & magnitudo cenſetur.
Vtrunque.n.infinitum poteſtate eſt, eo fit, tum vt tpe,
quod ſi potentia infinitum, infinita qnoq; magnitudo
non ſimpliciter, ſed cum eadem adiunctione potentię
decurratur: tū vt partes itē magnitudinis, quæ ſola rōne
cogitationeq́; infinitę ſunt, tangunt conficianturq́, par
tibus tpis ſola rōne cogitationeq́; infinitis qn̄ prę ſertim
& nos quoq; concedimus, imo etiam certe id demrōne
concluſioneq́; cōprobamus, vtrolibet ſignificatu, neq;
magnitudinem tempore infinito finitā, neq; finito in-
finitam poſſe tranſiri: ſed ſi tempus infinitū fuerit, ma-
gnitudinem quoque infinitam fore: contra, ſi magnitu-
do fuerit infinita, tēpus quoq; futurum eſſe infinitum.
Eſto itaq; magnitudo finita cui aſcriptum ſit A, B, tem- 20
pus infinitum, cui C, Secetur à tpe pars finita C, O, ī quo
magnitudo B, E, perficiatur: hæc pars.i. magnitudo A, E,
replicata, aut vniuerſam A, B, magnitudinem partili-
ter ſolidabit commenſurabitq́;. aut certe vltimo indu-
ctu partem poſtremam excedit, (nihil.n.intereſt, vtrum
qnadret, an ſuperet, dūmodo tanta quāta eſt B, E, pars,
tanto & ęquali tpe percurratur) hæc ergo B, E, pars vni-
uerſam A, B, magnitudinem mēſurabit, & partem extre
mam excedet. Erat igitur finitum tēpus oē, in quo vni-
uerſa conficitur: in tot.n.partes confectum tempus eſt
in quot ipſa magnitudo. Quòd ſi quempiam obturbat 21
id quod B, E, magnitudo non ſumptitat nec menſurat
adæquate magnitudinē vniuerſam, ſed excedit, pōt ſibi
defingere magnitudinem alterā, quæ totam expugnat,
adęquateq́; commenſuret. Et ſi.n. vniuerſam tempore
infinito percurrit, ipſam tn̄ B, E, finito conficiet. Quare
ſi B, E, magnitudo magnitudinem A, B, adæquate men
ſurat: & tempus quoq; in quo B, E, magnitudo percurri-
tur, adæquate menſurabit tp̄s, in quo magnitudo A, B,
vniuerſa abſoluitur. Alioquin diceret quiſpiam etiā B, E,

partem magnitudinis vniuerſę tpe infinito oportere trãſiri: qđ eſt impoſſe. Nam ſi alterũ extremum tpis.i.punctum, vnde res auſpicata motum eſt, puta ipſum a, pfinitum determinatũque eſt, totam quoq; a, e, determinato & finito tpe eſſe decurſam oportet. Quum.n.breuiori tpe pars, quàm totum peragaẽ, neceſſarium eſt breuius illud tp̃s eſſe ambifariam finitum.i.exordium & finem habere. Exordium propterea, quia idem ſit principium magnitudinis totius & partis. Finẽ iõ, quia breuius ſit.

22 EAndem demſonem contra eos adiungere poſſumus, qui inuerſa vice magnitudinẽ infinitã, & tp̃s finitam putant: adeo quam illi infinitam prędicant, finitam eſſe rõ eadem protinus extorquebit. Idẽ pót oſtendi, etiam ſi ſit difformis & inæquabilis motus, .i. inæquabili exitu velocitate actus, Quãquam.n.poſita conſtitutaq; inęqualitatę motus æquali tpe, æqualis magnitudo non perſoluitur, ſed aut longiorę æqualis aut breuiore; ſi tñ infinitam magnitudinẽ ſecueris in partes æquales, in totidem quoq; non tñ æquales tempus ipſum cędi ſecariq; poterit. Quãuiſq;, vt dixi, huiuſmodi tpis partes inæquales ſint, tñ ad demrãdam finitudinem tpis ſatis habetur, ſi partes illas numero finita eſſe vincamus. E diuerſo quoq; tempus finitum fuerit, magnitudo aũt exiſtimetur infinita ad ſunctionẽ probationis ſufficit, ſi magnitudinis illius infinitæ finitas numero partes eſſe teneamus. Vnus igr̃ modus habeẽ duntaxat, quo tpe infinito finita magnitudo pót impelli: ſi videlicet eadẽ moles repetitis iteratiſq; motibus recurratur. quemadmodum cœleſtia corpora. Quod ſi finitũ corpus tpe finito infinitam magnitudinẽ non percurrit, manifeſtum eſt, ſi corpus infinitũ moueri poſueris, tpe finito magnitudinem finitam non poſſe percurrere. Quum.n.corpus infinitum finitã lineam percurrit, tũc & ipſa quoq; linea corpus illud infinitum remetiẽ atq; pertranſit. At hoc eſſe impoſſe indicatum, eſt tum quum paulo ante probaremus, finito tpe infinitã magnitudinẽ nõ poſſe perſolui, qñ præſertim (etiã ſi infinita ſit magnitudo, & corpus itidẽ, qđ mouẽ, infinitũ) ſimulatq; tp̃s finitũ cõſtituitur, reliqua etiam finita conſtituunẽ.

23 HActenus Zenonis cauillus fecit, vt in hęc pręter rem fortaſſe longiuſcula oratione diuerterim: nunc regrediendum eſt, vnde diceſsimus. Neque igitur linea neq; ſuperficies, neq; vllum oĩno continuũ poteſt indiuiduum ſtatui, aut ex indiuiduis atq; impertibus coalitum videri. Neq; ſolum priores rationes hoc cogũt, ſed & illa, ꝙ alioquin ſecari poſſet inſectile. Quũ enim quolibet tẽpore & velocius & tardius moueri res poſsit, & quum id quod velocius mouetur, ęquali tempore, plus conficiat ſpatij, quæro hoc plus, erit ne duplum, triplum dimidio tantum, aut quauis alia proportione ſignatum? Sed proferatur (exempli gratia) dimidio tantum, id aũt eſt ſexquialterum ſpatium, quod res velocior decurrit æquali tẽpore, ad id quod res tardior conficit: concidatur: hæc magnitudo in tris partes, igitur pertnicius mobile vniuerſa perfungitur, tardius non vniuerſam, ſed duas tantum partes abſoluit. Ita.n. ſexquialtera rõne magnitudo magnitudini reſpondebit. Si igitur ex tribus impertibus indiuiſilibuſq; magnitudo ea componiẽ, ſupra quam velocius mobile agitatur, ex tribus impertibus compoſitum cõſtitutumq; erit, quia vt demonſtratum eſt, tempus magnitudinẽ pone ſequitur. Sed qm̃ tardius mobile duo impertia cõficit eo tẽpore, quo velocius mobile tria, conſequens eſt, vt quum ſecundum impers obibat, dimidium temporis ſumptitatum eſſe dicatur. Tempus vero compoſitum erat ex tribus impertibus, igitur vnum inſectile temporis dimidiari ſecariq; oportebit.

QVanquam aũt ſatis eſt libris ſuperioribus com- 24
probatum id quod vere & proprie nunc mo- 25
mẽtumq; appellatur, oportere indiuiduum atq;
impers eſſe, & in quouis tpe vnum atque idem haberi,
quod ſit præterito exitus & conſequenti principium tñ
hoc quoq; loco cõmodiſsimũ arbitror æſtimare denuo
id, atq; perſpicere, vtrum eiuſmodi eſſe, quale tunc oſtẽ
dimus, videatur. Nemo hercules (vt ego quidem ſentio)
fuerit qui negare audeat præteriti tẽporis finem eſſe id,
ante quod nihil futuri habetur. Nam qũo haberi futurũ
aliquod pót, antequam pręteritum ſit finitum? Si.n.tũ
eſſet futurum, non poſſet vtiq; amplius futurũ dici, ſed
plane pręteritum, vtpote quod intra fines præteriti con
tętum eſſe, & coercitum videretur. Eſt illud, vt arbitror,
confeſſum conceſſumq; oĩbus momentum eſſe futuri
exordium tpis. Porro exordium eſſe nõ poteſt, niſi tale
ſit, quo nihil præteriti relinquatur. Nam qui poſt initiũ
futuri pręteritum amplius maneat? Proinde quęritur, fi- 26
nis præteriti tpis & initium futuri, vtrum duo ſint momenta
ſeorſum abiuncta, an vnum idemq;, habeatur, *
quod vt pręteritum deſinit, ita futuro prębeat auſpiciũ?
Sed putandum eſt vnum, & idem haberi. Nam ſi abiuncta
& diuerſa dicantur, primum ſe non poſſunt attingere,
quia inſectilia ſunt, & nulla pars eorũ vltima eſt, ſed
ipſamet ſibi vltima extremaq; ſunt atq; hoc abunde ſuperius
eſt nobis probatum, quum doceremus nõ poſſe
tp̃s ex cõſequentibus, aut contiguis momẽtis conſtare,
nullum.n.continuum cõſtituere. aut attollere poſſunt
impertia. ſi ergo ſe nõ poſſunt attingere neceſſe eſt aliquid
intercedat. Id non pót aliud eſſe quã tp̃s. Nam quũ
& principium futuri, & finis pręteriti extrema ſint tpis,
quemadmodum inter lineæ extrema nihil aliud, quam
linea intercipitur: quemadmodum inter vltima corporis
nihil niſi corpus interiacet, (nam vacuũ ſupra in exilium
nãæ mundiq; egimus) ita inter extrema tpis nihil
niſi tp̃s intercedit. Si ergo inter præteriti tpis finem &
principium conſeqnẽtis interſitum tp̃s eſſet, patet illud
neq; rõnem futuri, neq; pteriti habiturũ. Quamobrem
quia puncto & momento contineretur. Poſt iunctum
aũt & præſens momentum nihil præteriti viſitur, ante
vero nihil futuri cõparet. Sed ſi neq; præteritũ eſt, neq;
futurum nihil aliud eſſe totum pót, quam momentũ merum
ac ſimplex: & quum oẽ tẽpus ſit ſectile, poterit tp̃s
illud quod eſt momentum ſecari. Oĩs porro tpis ſectio
partem præteritam monſtrat, partem futuram oſtẽdit.
Quamobrem colliget quot incõmoda conſequantur. 27
Nam tp̃s hoc inter medium, hoc inquã tam pxlixum &
lentum momentum, qđ in futurum pteritumq; diuidiẽ,
in eo ꝙ poſt finem præteriti remanet, vniuerſum eſſe futurũ
oportet; Quo euenit, vt pars futuri ſit pterita in eo
vero ꝙ principium futuri pręuortit, vniuerſum videtur
eſſe pteritum. Erit itaq; præteriti pars futuri: vt omittã
ꝙ illius momenti pars vr̃ pterita, pars futura cognoſciẽ,
quodq; ſi ſectum cõciſumq; multotiens fuerit, in vno
momento plurima ſpectabunẽ momenta, eaq; non ſimul.
Quare ſi hæc eſſe non pñt, proculdubio affirman- 28
dum eſt vnum & idem momentum haberi, quod ſi pro
clauſula & calce præterito, pro initio & miſſu futuro.

* *Alicui forſan uidebitur (ait hic Simp.) rationem hãc: qua Ariſto. Themiſtiuſq; nituntur probare: nunc eſſe indiuiduum* atque

atque impers, peteret quod in principio erat probandum. ob id enim probare conantur nunc, idem eſſe quod præterito finis ſit futuroq́; initium, ut ex hoc conuincant deinde illud eſſe etiam indiuiduum. Id uero ea ratione comprobant, quia ſi diuerſa ſint ſe attingere non poſſunt: cum ſit oſtenſum in ſuperioribus ea quæ ſint impertia attingere ſe non poſſe continuumq́; cõficere. Videntur igitur pro cõperto accipere nũc, momentaq́; eſſe impertia atque indiuidua. Qui dubitationẽ hãc diluere uolens, ait dici poſſe id nunc quod nũc quærimus, eſt nunquid termini ambo unum & idem numero ſint: & hoc eſt quod nunc, appellatur: ad quod probandum ueluti conceſſum accipitur non poſſe duos terminos ſe immediate tangere, ita ut continuum quid conſtituant ea de cauſa quia opus ſit ea quæ ſe tangunt partibus quibuſdam ſe tangere? terminus uero unuſquiſque per ſe quidem impers eſt indiuiduusq́;. Nam nihil eſt quod uetet quod inuicem ſint ſeparati atque abiuncti, quod tamen in principio atque fine monſtrabit eſſe impoſſibile. Vniuerſaliter autem oſtenſum ſupra eſt, non poſſe ex impertibus quæ ſe tangant continuum componi: & ex hoc deinde monſtratur non eſſe duos terminos qui ſe mutuo tangant, ſequenti deinde ratione, quod etiam ita duo non ſint, ut ſint inuicem ſeparati & disiuncti: ex quibus colligitur quod unum atque idem ſint, quod etiam conſequitur ut ſit indiuiduum.

29 AT nonne ſequitur ex iis quæ dicta modo ſunt, (res mehercule, & tametſi veriſsima, præter tñ fortaſſe opinionem multorum) nihil videlicet mométo poſſe moueri? ſi.n. poſſet res mométo moueri, poſsit & tardius & velocius moueri. Conſtituamus igitur tardius mobile pedalẽ lineam exigiſſe mométo: ex iis, quę ſuperius demrata ſunt, oportebit velocius mobile non momento, vt tardius, ſed breuiore ſpatio, q̃ ſit momentum, eandẽ magnitudinẽ tranſmiſiſſe. Secabitẽ
30 itaq; qđ nos eſſe inſectile oſtendimus. Quare nihil moueri poterit in mométo, ſed neq; quieſcere. Ná illud quieſcere arbitramur, qđ tunc quum quieſcit, moueri nihilominus pôt idoneo ad id atq; habili naẽ eius ĩgenio. Si ergo nihil pôt momento naturaliter moueri, profecto neq; quieſcere. Quũ itaq; vtriq; tpi, vt docuimus, idem momentum præſeruiat, huic vt depoſitio & abſolutio, illi vt promptio & inchoatio, ſi quid præterito tpe moueri intelligeretur, conſequenti quieſcere, manifeſtiſsi-
31 me illud eodẽ momento moueref atq; quieſceret. Nam parte qua præteriti finis caſus eſſet neceſſario moueref: qua vero principium & ortus futuri, quieſcere vtique oporteret atq; hanc difficultatem incidunt ij, qui mométo moueri res poſſe defenderent: nos nõ incidimus, q id non poſſe contendimus. Si quod.n. mométo poſſet moueri illud, tum præterito tpe vniuerſo, tum in fine præteriti tpis moueretur. Eodem mõ, quod poſſet in momento quieſcere, & futuro tpe vniuerſo, & in principio atq; exordio futuri quieſceret. Ita eueniret, vt in eodem illo momento, quod vtriuſq; tpis collimitium ponitur quieſcere moueriq́; oporteret. Vtrunq; igr̃ caueat ſentire philoſophus, quanquam alterum impẽſius. Videtur.n. illud quaſi exploratius nõ moueri mométo, q̃ nihil momento quieſcere cęterum & hoc quoq; recipiendum comprobandumq́; eſt. Nam ſi corpus quieſcere tunc putamus, quum ita ſe nunc habet vt prius: in momento autem nihil ſit prius, nimirum res momento nõ quieſceret. Neceſſe igitur, quicquid moueſ quieſcitúe, moueatur & quieſcat in tempore.

NVnc & illud quoq; arbitrandũ inueſtigãdumq́; 32
eſt, vtrum quodlibet mobile ſit diuiſile, an contra indiuiſile atq; impers, eo modo quo apud mathematicos punctus qui quãquam ſtatuitur indiuiduus indimenſibiſq́;, tñ ſuo motu lineam dicitur parere, quæ diuidua eſt, & menſu, attentioneq́; funditur. Et hercules diuiſile eſt. Nam ſi id quod mutatur & vertitur, neq; in eo eſſe in quod vertitur neceſſe eſt, (Alioquin non verteretur, ſed iam eſſet mutatum atq; verſum) neq; in eo vnde receſsit, (quia nõdum in conuerſione motuq́; eſſet,) reliquũ eſt vt partim in vno, partim in altero termino habeatur, quum neq; in vtroq; totum, neq; vtiq; in neutro eſſe poſsit. Quare neceſſariũ eſt, oẽ quod de loco ad locum mouetur, eſſe indiuiſile, atq; hoc vel inductione conſtabit: quanq̃ in alteratione & auctione illud etiam aliquádo ſit motus. At iis quorum ſubitaria & cunctim concreta mutatio eſt, quonam pacto fieri pôt, vt pars in diuerticulo ſit, pars in exitu habeaſ anceps locus eſt, & qui Alexandrum in primo eius lib. de motu, varie anxerit, deinde expoſitoribus quoq; reliqs iniecerit difficilem ſcrupulum. Nam defendere nullam fieri momentaneam conuerſionem, ſed in iis in quibus fieri videatur, tum in latis coagulatu, tũ in corporibus vſtulati & nigricantibus ſole, tum in colluſtrationibus, quæ inuectu illatuq́; luminis repentinæ tenebris acidũt ſemper aliquam partem prius conuerti, q̃ totum, videlicet eam quæ maxime corripi, patiq́; idonea fuerit, aut quæ proxima rei qui influit cieq́; motũ. Hoc * tueri & dicere eſt hoïs carentis ſenſu. Senſus.n. palá nobis oſtendit, nonnullorum corporum coactas & adunatas eſſe conuerſiones. Atq; hoc quoq; in partẽ taxationis eius, quæ nobis contra Meliſſum inſtituta eſt, initio operis ſumpſimus. Sed neq; illi quoq; ver ſunt, qui Ariſt. putant de eo ſolum mobili locutum, quod in loco verſatur, quum clara voce teſtetur, ſed de toto agitabili intelligere atq; ſentire. Proinde tp̃s eſt, vt ea nos quæ ad huius loci enodationem pertinẽt, in mediũ afferemus. Interpretamur itaq; Ariſtotelem de compoſito prætcriiſſe genus illud momẽtariarium abitionum, vtpote vt quibus ea quæ ita conuerterentur, & ſectilia eſſe, & magnitudine atq; oĩ mẽſu diffundi nulla cõtrouerſia eſſet, ideoq́; nulla rõne ad eam rẽ aſciſcendam opus eſſe cognoſceret. Nam ſi ea ſubito & concretim conuerti exiſtimanſ, quorum oẽs ſiſ partes toto corpore alterari aut augeri cõtingit, manifeſtum eſt hmõi perfunctionẽ nõ poſſe niſi in ea re obiri geriq́;, quæ conſtet ex partibus. Quibus.n. nullæ ſunt partes, qui pñt cunctis atq; oĩbus partibus affici? Aut ergo ſubitaria mutatio conſtituẽda non eſt, quæ vno impetu oẽs partes afficiat: aut ſi id negari non pôt, deridiculum eſt quærere an diuiſilia ea ſit, quæ hoc gñe commutantur. Quapropter merito Ariſt. nullam de ea mutatione mentionẽ habuerit, ſed ad ea tñ indaginem ſuam adiunxerit, q̃ motibus aliis agitanſ.

* *Simplic. hoc in loco ait, non eſſe uſquequaque tutum, plenam fidem ſenſus iudicio adhibere his in rebus: facile.n. ſenſum latere utique poſſent partes quædam tenues admodum, quæ non ſimul omnes in lactis coagulatu uertuntur. Alia igitur uia conetur ipſe Alexan. reſponſionem refellere, atq́;. Vel in his conuerſionibus quæ momentariæ uidentur aliqua eſt particula quãtumlibet exigua. quæ uniuerſa ſtatim conuertitur, (quod uidetur etiam aſſeuerare Alexan.) uel nulla. Si aliqua habeatur, cum ea diuiſilis ſit, ſimulque uniuerſa conuertatur: falſum erit utique quod Ariſtote. affirmat, eius*

ſcilicet quod mutatur partem hanc in eo eſſe ex quo mutatur, partem uero illam etiam in eo ad quod. At ſi nulla habeatur pars quæ uniuerſa ſimul uertatur, ruit quod in libro primo aduerſus Meliſſum adductum eſt ab Ariſto.

39 PОrrò motus bifariam diuidi ſolet, nam tum penes
tps, tum penes particulares motus ſingularum mo
bilis partinm ſciſsilis & ſectilis eſſe cognoſcitur.
Penes tps ideo, quia longior motus lõgiore tranſmittit̃
tpe, breuior breuiore perſoluitur. Penes particulares
partium motus ea rõne, ꝙ cum in tota re mobili motus
totus miniſtretur, agaturq́;, neceſſe eſt vt partes in par
tibus geri exercerią; videantur. Sed & illa quoq, ſecti-
lia ſunt, circa quæ motus verſantur, locus, modus, affe
ctio non eadem tñ in oĩbus formula, ſed modus.i.ma-
gnitudo & quantitas ſuapte diuidit̃. Affectiones & qua-
litates ex accidenti, quia.ſ.accidũt corpori, quod diſtra-
hi poſsit dirimi; id autem eſt, quod diuiſionis capax ſit.
Eo conſit, vt tam motus: q̃ ea circa quę morus admini-
ſtrantur diuidua ſint, propterea quia diuidunm quoque
primum eſt id quod mouetur.

40 QVum aũt omne quod conuertitur ex aliquo ꝓ-
cedat in aliquid, neceſſarium eſt, vt cõuerſa res
ſimulatq́; conuerſa eſt, primum in eo ſit, in qđ
conuertebatur. verbi cã. Eum qui Athenas peruenit, ſi-
mulatq́; peruenit, applicuitq́; primũ, eſſe Athenis opor-
tet: & eum qui augeſcendo increſcendoq́; factus eſt tri
cubitus, ſimulatq; ita inoluit, tum primum eſſe tricubi
tum: & eum qui recuratur, recuratus eſt, ſimulatq́; re-
curatus eſt, tum primum ſanum atq; valẽtem eſſe. Dico
ſimulatq́; curatus eſt primum, & ſimulatq́; primũ appli
cuit, quia poſſet eſſe vt is, q anno ſuperiore fuiſſet Athe-
nas profectus: non tñ eſſe nunc Athenis, ſed quum pri-
mum applicuit, tunc neceſſario erat Athenis. Pater &
hoc etiam rõne. Id.n. quod mutatur ab eo recedit, atq;
id deſerit vnde mutat̃. Neq; alind eſt ab aliquo mutare,
q̃ illud deſerere vnde mutauit. Quã vero hoc ita ſe ha-
beat plane, vt dicimus, æſtimemus conuerſionem eam,
quæ diſperatis terminis continetur, & vt dixi, duas ſpẽs
41 mittit ortum & obitum. Quum igr̃ aliquid ſe & nõ ente
ad ens conuertit, ſtatim videtur deſeruiſſe & reliquiſſe
non ens: ſtatim ergo ſe in ente conſtituit, quum nihil in-
terlinitio medium habeatur, quod neq; ſit, neq; nõ ſit.
Idem videre in reliquis mutationibus licet. Et hercles
vbi nam ſit res, ea quæ mutata eſt, niſi in eo in quod mu
tata eſt? nam id vnde abiit, diuertitq́;, exuiſſe iam deſer-
42 uiſſeq́; cõfeſſum eſt. Sed ambigat aliquis, nõne ſi in in-
ter medio interualloúe fuerit res, ea quæ mutat̃, in alio
eſſe videbitur, q̃ quo eſt mutata? qñ non oĩs mutatio cir
ca diſperata verſatur, ſed aliqua eſt, quæ circa cõtraria,
proindeq́; latiuſculos ſinus habeat, meditulliumq́; &
interſtitiũ capiat. Verũ hoc nihil officit ad ea q̃ diximus.
Nam ſi in intermediis illa res fuerit, vtiq; nondũ ſit ꝑ-
fecte conuerſa, ſed adhuc mutat̃ atq; conuertit̃. Noſtra
aũt rõ ſumebat rem, quæ eſſet tota conuerſione perfe-
cte & abſolute perfuncta qualis in intermediis reſidere
43 non põt. Alioquin videbitur id qnod eſt mutatum, quũ
iam eſt mutatum, adhuc mutari ad id, in quo iam eſt mu
tatũ. Quamobrem conſtat, id quod eſt genitum, ſimul-
atq́; genitum eſt, tum primum eſſe compareréq́; opor-
tere. Illud contra, tum primum obſoleſcere, atq; nõ eſſe
quod eſt corruptum, ſimulatq́; corruptnm eſt.

44 ATque hoc, in quo res primum dicitnr conuerſa,
oportet indiuiduum eſſe carereq́; partibus: idq́;
vnum tãtum haberi. Primum.n. id dicitur, quo nihil eſt
prius, quodq́; id à ſe nõ aliunde obtinet. Quamobrem
tametſi receptæ ſunt rõnes, ille hõ audit, hõ guſtat, olfa-
cit, obtuitur, non tñ primariæ ſunt, nec primum com-
petunt functiones illæ homini, ſed ſenſoriis & internun
tiis ſuis, hoc eſt, auribus, linguę, naribus, oculis. Dicitur
& triangulus æquilaterius duos rectos habere: vtique
non primum, quia ea affectio primum debet̃ triangulo.
Quicquid.n. in partibus, aut in gñe primum ineſt, non
poteſt de integritate, aut de ſpecie primũ afferri. Ergo
ſi quicq̃ aliquo primum eſſet conuerſum, mutatumq́;
in tpe, quum oẽ tempus diuiſile ſit, non primum in tpe,
ſed primũ in partibus conuerſum, mutatumq́; videret̃.
Quare aut prius primo conceſſeris, aut primum eſſe in-
diuiſile, inſectile, impertile dederis. Quamobrem mani 45
feſtum eſt, id quod primum eſt ortum & obitum, indi-
uidno eſſe ortum & obitum. Proinde non deerit nobis
rõ ad illam argutiolam rñdendi, quam Sophiſtæ inter-
rogant, quando non moriens moreretur: quum iam in
morte eſſet, an tum etiam quum in vita foret. Vtrũ ho-
rum dicas, abſurde ridiculoſæq́; dixeris. Si qunm in vita
foret, eodem igitur tẽpore & vixerit, & mortuus fuerit:
ſi quum iam erat in morte, morietur igr̃ qui iã ſit mor-
tus: ſi neutro tpe, non eſt igitur mortuus. Cæterum
complexio non efficitur: nam poſtremum hoc quod
concludunt, non ſequitur, idcirco non eſſe mortuum
quempiam, quia neutro tpe ſit mortuus, vt.n. oſtenſum
modo demr̃atumq́; eſt, non in tpe moritur quicquam,
ſed in termino & confinio temporis.

SEd ſi finis mutationis & extat & ſenſu percipitur, 46
(Nam motus oĩs procumbere finiriq́, apertiſsime
cernitur, & finis huiuſmodi habet̃, vt quia finis eſt,
inſectilem: & indiuiſilem eſſe neceſſe ſit) nõne & princi
pium aliquod tpis in motu poſsit afferri, in quo primũ
moueri & conuerti res cęperit? Quid eſt.n. cui, cum ex-
tremum aliquod ſit, nihil ſit principium? Age contra,
ſi principium vllum poſsit afferri, vtrum tempus id, an
momentum & principium temporis fuerit? Si tempns,
qunm diuiſile tempns oẽ ſit, nunquam ita diuiſio tem-
poris illa defecerit, vt ſubiri ad initium poſsit. Atq; ita
nullum penitus primum tenebitur inexhauſta materia,
vnde futurum ſit ſemꝑ, quod deminui ſecariq́; tenuius
& cõciſius poſsit, quodq́; prius ille videatur fuiſſe, quã-
tulamcunq; partem attuleris. Si momẽtum, quum oẽ
quod mutari conuertiq́; incipit, ſtatim quadamtenus
mutetur, nimirũ videbitur aliqnid poſſe momento cõ
nerti, qnod impoſsibile eſt. Item quum de quiete quic- 47
quam procedit ad motum, manifeſtum eſt extremũ il-
lius quietis momento concludi. Quęro igitur vtrum ex-
tremum hoc, quod momẽtum eſt, idem cum principio
mutationis ſit an diuerſum. Si diuerſum, duo momenta
erunt attigua: nã & quietis extremitas & initium muta-
tionis momenta eſſe æqne indiuidua videbuntur, neq;
tps aliquod dari intermediũ poterit, vtpote in quo neq;
moueretur corpus, neq; quieſceret. Quod ſi idem eſſe
principium & finis dicatur, quẽadmodũ neceſſarium
eſt, euenit qnietis finis principiũ eſſe mutationis, ita rẽ
& moueri ſimul & non moueri continget. Nam in eo
quod in fine ſit quietis, nõdum mouetur: in eo vero qđ
in principio mutationis ſit, iam mouetur. Non ſolũ ve- 48
ro primũ temporis aſsignari atq; afferri non põt, in quo
res moueri conuertiq́; cœperit, ſed neq; ipſius rei quæ
mouetur & conuertitur: aſsigari prima pars põt, quæ
ſit mota primum atq; conuerſa. Poteſt.n. ſemper cor-

pus oẽ ad exemplum temporis diuidi. Mirum hercules
mirum, & pręter cõem hominũ ſenſum, vt Theophra-
ſtus inquit, quum finis ſit aliquis motuum, initium tñ
eſſe nõ poſſe: atq; ita rem aliquam eſſe, quæ nõ vtrinq;,
ſed altero tñ extremo ſit clauſa: ambulationis & naui-
gationis finem extare, non extare principiũ: poſſe red-
di qñ deſierit equus currere, qñ calcem attigerit, qñ
cœperit qñ ſit miſſus non poſſe. An forte non id vult
Ariſtot. principium olno non eſſe motus, ſed principiũ
afferri & deſignari non poſſe. Sed quamobrem? quia
cum finem motus indiuiſilem eſſe mõſtrauerit, eo põt
finis aliquis motui afferri: principiũ vero cum indiuiſile
eſſe non poſsit, neq; igĩ põt afferri. Atqui ęquum fuerit,
dixerit aliquis, initium eandem rõnem ſequi q̃ finis, vt
ſi punctus lineæ finis ſit, initium quoq; ſit punctus. Sed
& proloquium quoq; & enunciatio quædam cõis eſſe,
& maxima videtur eſſe, idem originem & progreſsionẽ
non poſſe. Nihil pro principio & pro eo cuius ſit prin-
cipium eſſe, neq; igitur motus poterit principium mo-
tus eſſe. Quòd ſi motus nõ põt eſſe principium motus:
certe dimidium non erit id, qđ principium motus cõſti-
tuitur: neq; latitudine tẽporis, ſed momento conſtabit
eo modo quo finis. Sed certe quemadmodum finis mo
tus põt afferri, põt etiam afferri principium: ita tñ vt in-
telligamus principium motus afferri poſſe, primum
motum afferri non poſſe. Atq; hoc mehercle veriſsimũ
49 eſt. Fit. n. motus in tempore, & tp̃s infinitum eſt ſectile.
Idem & Ariſto. proceſſu declarat, ſi diligenter aduer-
teris pari iure vltimum motum afferri non poſſe: finem
50 tñ quia ſit inſectilis, poſſe. Proinde neq; temporis, neq;
magnitudinis, neq; loci, neque adeo molis vllius circa
quæ motus obit, aſsignari primũ afferriũe poterit. Sunt
enim oĩa ea continua, & in infinitum ſecare volentibus
prompta, niſi ſi quis ambigat in alteratione, quaſi co-
lori, frigiditatis, caliditatis, in quæ res mutatur: aſsigna-
re primum poſsis cum affectiones & qualitates prorſus
inſectiles atq; indiuiduæ ſint. Sed per accidens ex ſubie
ctorum diuiſione ſectioneq́; diuidantur.
51 HIs ita demonſtratis, oſtenſoq́; tempus & magni-
tudinem eſſe indiuidua, clare dilucet, oẽ quod
mouetur, fuiſſe dudum in motu: non ꝙ deſierit
moueri, ſed ꝙ partem motus ſui confecerit. Quum. n.
res mobilis quo ad dum mouetur, ſit res actu mobilis,
neceſſe eſt rem actu mobilem, prius in motu fuiſſe. Nã
quum quælibet magnitudinis portio, quam decurſam
afferas cæſim deminui ſecariq; in infinitum poſsit, ſe-
quens eſt, vt res quæ mouetur in infinitum per eũdem
52 locum ſit mota. Sed & illud quoq; neceſſarium eſt, id
quod eſt motum, infinitum ante ſit motum: eadẽ rõne,
quia partes magnitudinis decurſę quę infinitum ſecanť,
53 infinito illo motu tranſierint. Iam ſi tunc dicimus rem
mutatam, quum accipit vltimũ motus ſui: quod eſt mo
mentum, momentum vero in quolibet totoq́; tẽpore
eſt: poterit igitur in toto tempore afferri mutatam eſſe
rem mobilem, quia momentum quoque in toto tem-
54 pore poteſt afferri. Præterea id quod conuertitur, nec
dum eſt vniuerſum, nec dum à conuerſione atque mo-
tu ceſſauit, neceſſe eſt momentis ſingulis, aut conuer
ti, aut conuerſum videri. Conuerti certe non põt (ni-
hil. n. poteſt momento conuerti) neceſſarium ergo eſt
in quolibet fuiſſe cõuerſum. Quare ſi momenta ſunt in-
finita, id quod mutatur, neceſſe eſt dudum ante fuiſſe
mutatum. Verum contra quoq; id quod mutatum eſt,
neceſſario ante quoq; mutabitur, quia motum muta-
tumq́; eſſe, quodammodo pauſa finisq́; eſt mutationis
& motus. Quicquid. n. de aliquo mutatũ in aliquid eſt, 55
in tempore eſſe mutatum oportet. Tempus aũt omne
diuiſile eſt: nam aut in eodẽ momento eſt, in quo quũ
cœpit mutari. i. vnde diſceſsit, aut in alio. Nõ in eodem,
quia non inita eſſet mutatio: in alio igitur. Ergo tem-
pus interiacet, quia neq; puncta neq; momẽta poſſunt
eſſe cõtigua. Et quum tempus omne diuiſile ſit: dimi-
dio temporis aliquatenus mutata res erit dimidio dimi
dij partius, ſed tamen ad quemadmodum omnino atq;
reſponſum ſubindeq́; in infinitum, prout cæſum diui-
ſumq́; tempus fuerit. Ita & mutatio aliqua prior ſem 56
per habebitur, quæ ad propoſitionem abſoluta iam &
perfecta dicatur. Nam mutatũ eſſe finis atq; exitus eſt 57
eius, qđ eſt mutari. Atq; hoc in locali motu latius pa-
tet, ea rõne ꝙ ſpatium continuum eſt, & diuiditur eo
modo quo tempus. Idem quoq; in cęteris motibus ſta- 58
tuendum eſt, quippe quum mutatio omnis exigat tp̃s,
& id qđ mutatũ eſt, neceſſe ſit vt per mutationes prio-
res ad hoc peruenerit, vt mutatum eſſe dicatur. Quod ſi
nonnullæ mutationes habentur, quæ concretim fieri
videantur, vtique non cõuenit in illas quod in cæteras
conuenit. Illas vero fieri concretim intelligo, in quibus
non ſolum partes ſimul omnes mutantur, ſed etiam ad
quarum perſunctionẽ neq; opus quidem vllo ſit tem
pore, in quo ipſo mutari prius ſit, quam eſſe mutatum.
Prorſus Alexander arbitratur oĩa in tempore cõmuta-
ri. Theophraſtus vero addubitanti ſimillimus, caute
id & ſollicite ſine vlla affirmatione aut decernendi fi-
ducia diſſerit. Alioquin difficile erat non agnoſcere qđ
vel ſenſui accidebat, conuerſionem eam quæ de tene-
bris ad lucem fieret, momentariam eſſe, ſimul lumen
inferretur in domum. Sed de hoc alio loco quærẽdum.
Peruincit itaq; Ariſt. res mutata neceſſario mutabatur, 59
& res quæ mutatur, ante quoq; mutata eſt. Item muta-
tam eſſe rem prius contigit, quam mutari. Retro etiã
cõmeatur mutari contingat, antequã ſit mutata. Atq;
hæc rõ facit, vt primum nunquam poſsit afferri huius
infinitatis cãm. Ariſt. aſſerit eſſe magnitudinẽ atq; tp̃s,
quæ vt infinitum dirimi ſecariq́; poſſunt præterq́; & il-
lud, ꝙ nullum impers põt eſſe imperti attiguũ. Quare 60
quod in linea cernitur, (in qua ſi id qđ à parte vna reci-
ditur, proportione adiungatur adiiciaturq́; alteri, nunq̃
defecerit ſectio) idem in continuis oĩbus eadem ratio-
ne ſpectabitur. Certum eſt igitur id quod factum eſt,
fieri prius oportuiſſe, & quod fit eſſe aliquatenus factũ.
Neq; de oĩbus loquor, ſed de iis ſolum quæ tum diui-
dua ſunt, tum menſum & magnitudinem obtinent. Nã
attactus dici vtiq; factus põt, non tñ fieri (vt ita loquar)
præceſsit, quia non ſigillatim ſenſimue, ſed concretim
& cũctim, momẽtoq; extitit. Sed vel generatim diſcur-
rendo rem facilius aſſequemur. Aqua hæc facta eſt, er-
go & quandoq; fiebat. Aequata eſt ſolo domus, ergo &
quandoq; æquabatur: ædificata domus eſt, ergo & ali-
quando ædificabatur, tum videlicet quum fundamen-
ta iaciebantur. Quòd ſi qui peruerſa diligentia conten-
dant non domum ipſam videri, ſed fundamenta tunc
conſtitui, illud ſaltem concedant oportet, fundamenta
eſſe domus illius aliquid. Atq; hoc ſatis eſt nobis, pro-
inde futuri ſimus veri, ſi affirmabimus antequam facta
eſſet domus, fieri prius domũ, aut aliquid domus opor
tuiſſe. Idem motus & in corruptione perſpicitur. Sem-
per. n. eſſe corruptum prius eſt quam corrumpi, & cor
rumpi prius quam eſſe corruptum. Ex iis bono iam

periculo aſſeuerandum liberius eſt, nullius mutationis
primum poſſe conſtitui.

61 CAeterum perplurimum refert ſiſti ne ac cõſiſte-
re rem diceemus:nam cõſiſtere eſt à motu ceſſa-
re,ſiſti eſt ad ceſſationem tenere. Demũ ſiſti eſt
quietari tranquillariq́; conſiſtere vero iam quieſcere.
Id igit quod ſiſtitur & quietatur,neceſſario mouetur.
62 Nam quum omnia aut moueantur, aut quieſcant,ſi id
quod ſiſtitur nõ quieſcit certum eſt moueri oportere.
Palam eſt etiam in tpe ſiſti* rem,quia ocyus & tardius
ſiſti res dicuntur, quod nõ eſſe poteſt, niſi in tempore.
Quare quicquid de re quæ mouetur,dictum eſt, idem
63 de re quæ ſiſtitur, dicendum ſentiendumq́; eſt. Nam &
in quo toto primum ſiſtiiur tempore, in qualibet eius
temporis parte conſiſtetur: nec aſsignare licet, in quo
primum ſiſtatur,atq; hoc merito,quando ſiſti & moue
ri idem eſſe monſtratum eſt.

Siſti & moueri,ait Simp. differunt hoc modo. Diuiſio.n. biſariam motu,quod reſpicit id, ex quod mouetur, res quæ mouetur moueri appellat Ariſt. quod uero id reſpicit ad quod mouetur, ſiſti aut quietari. Sed cuius nam rei gratia hæc eadem de ipſo ſiſti ſunt repetita? ſi.n. nihil eſt aliud, ſuperfluo factum uidetur, ut eadem de ſiſti quæ de motu fuerint replicata ad hoc reſpondet Simp. ea de cã probaſſe Ariſtot. ea oĩa conuenire uni quod alteri conuenit, ut hæc unum & idẽ eſſe oſtenderet: nam uidebatur hoc eſſe præter cõem exiſtimationem. Vel etiam dicere poſſumus: Ait idem auctor, quod ſi ſiſti, fit & moueri: non tamen idem penitus eſt ſiſti quod moueri. Siſti.n. non eſt ſimpliciter moueri, ſed ad ceſſationem moueri. Itaque ut ea quæ de motu ſunt demonſtrata uera eſſe in quolibet motu oſtenderet, & ut reſpicit id ex quo, & ut reſpicit id in quod, ea propter hoc idem monſtrare noluit in ipſo ſiſti.

64 SEd neq; poſſumus reddere quando primum quie-
ſcere aliquid cęperit: nam momento quieſcere ni-
hil poteſt. Tunc.n. quieſcit res, quum ex natura po
teſt: poteſt etiã moueri, ſed ex natura habet vt mouea-
65 tur in tempore, ergo & quieſcit in tempore. Item quie-
ſcere dicitur qđ ita. ſe nunc habet vt prius, ita vt quies
non vno,ſed minimum duabus notis conſtet. Non erit
igitur inſectile, id in quo quieſcit res,ſed tempus, Tem
pus vero nullum eſt primum, quemadmodum neque
66 magnitudo vlla prima, neq; continuum primum. Quo
fit vt neq; ipſius quietis aſsignare liceat primum.

QVoniam quicquid mouetur, mouetur in tem-
pore: fieri nequit vt in quo primo moueť tpe,
in eo ſit penes aliquid ſpatij. Capio penes ali-
quid ſparij eſſe, pro eo quod eſt ipſam rem motam, &
oẽs partes in eodem eſſe, & æquali ſpacio: alioquin eue-
niret, vt res & quieſceret, & moueretur ſimul. Nam qd
aliud eſt quieſcere, quam in eodem loco eſſe, & rẽ quæ
mouetur & partes? Sed quæriť, ſi res nullo tpe ſunt pe-
nes aliquid ſpatij, ſuper quod mouentur, neq; æqualem
ſibi locum obſident, quo pacto videntur vniuerſum il
lud ſpatinm poſſe conficere? ſoluitur: Penes aliquid ſpa
tij non tpe, ſed momento res adſunt: Momentum por
ro extremum & finis eſt temporis. Item momento tñ
æqualem ſibi locum in ſpatio obſident: momento aũt
neq; moueri poſſunt, neq; quieſcere. Iam æqualem ſibi
occupant locum in ſpario, poteſtate, & fictione noſtra
non actu: alioquin conſiſterent, & tempus in momen-
ta infinita derimeretur actu. Eodem ferme genere fal-
67 ſus eſt Zeno: Si quieſcunt (inquit) oĩa, quæ æqualem ſi-
bi dimenſionem & ſpatium obtinent: id aũt quod mo-
ueri videtur atq; ferri, æqualem ſemper ſibi dimenſio-
nem & ſpatium icubat: neceſſarium eſt telum intortũ,
dum fertur, quieſcere. In quo iam mentita rõ eſt. Non 68
enim id quod mouetur ac fertur continuo æqualem ſi-
bi dimenſionem & ſpatium inſidet: immo nullo tempo
re in aliquo huiuſmodi ſpatio eſt, ſed momento dunta-
xat, quemadmodum paulo ſuperius indicatum eſt. Nõ
conſtat aũt de momentis tempus, neq; actu momenta
ſunt, neq; vt temporis partes habentur.

SEd quatuor Zenonis rõnes feruntur, quas non te- 69
mere quiuis, aut facile diluat. Prima, ſi motus (in-
quit) fuerit, neceſſe eſt in quod mouetur, dimidiũ
magnitudinis prius conficere. Sed dimidia ſunt infinita,
quum oẽ dimidium quamlibet modicum dimidiari rur
ſus poſsit ac derimi. Non eſt aũt poſsibile finito tempo
re infinita decurrere, neq; eſt poſsibile igitur quicquã
moueri, ſed ſoluimus. Sectio cõtinuorum non eſt actu
ſed potentia in infinitum extrahitur: & res quæ moue-
tur ſpatium id in quo digeriť motus nõ ſecat actu alio-
quin neq; continue, neq; ſupra vnam magnitudinem
moueretur. Neq; motus is poſſe eſſe continuus. Et quũ
eodem iure infinitudo inſit in magnitudine & tpe, infi-
nita magnitudo non poſſet tempore finito percurri, ſed
infinito, atq; eo genere infinito, quo magnitudo eſſet.
Eſſet autem magnitudo infinita, ſi actu diuideretur in
infinitum. Secunda rõ eſt, quam ille Achillem vocabat, 70
inflato nimirum iactabundoq́;, & plane tragico noĩe.
Nedum (inquit) Hectora, ſed ne tardiſsimam quidem
limacem acupedius & nauus Achilles pronu curſu con
tinuauerit. Nam ſi is qui pone ſequitur, neceſſe eſt prius
ad eam metam notãq́; veniat, vnde is qui pręhibat, re-
ceſsit: nunquam hercule ſi curſu velociſsimo fuerit, ꝑ-
uenire antecedentem, aut pręuortere poterit. Nam illo
interim tempore, in quo is qui ſequitur, iniectum ſpa-
tiolum conficit, apertum eſt eum, qui pręcedit addidiſ-
ſe identidem aliquid. Quamuiſq́; minus ſemper adii-
ciat (quippe quem expeditior & velocior vrgeat) adii-
cit tñ omnino continue ſubindeq́; aliquid. Sit itaq; de-
cuplo celerior Achilles limace, ſtadium ſit magnitudo
quæ decurritur, limax dimidium ſtadij obierit (doleat
enim hoc auctarium Achilles, cum tam pigro aĩale cõ-
poſitus) Quanto igitur tempore dimidio ſtadij Achil-
les perfuncturus eſt, tanto limax dicimi reliqui dimidij
portionem abſoluerit: rurſus, quanto decimam hanc
tranſmiſſurus Achilles eſt, tanto limax alterius decimę
decimam partem adiecerit. Quare quum decimæ ſem
per partis acceſsio fieri debeat, atq; ita ſemper aliquid
priori operæ adiungatur, vtrunq; malum ſequitur, neq;
volucer pigrum comprehẽdere aut aſſequi poterit, ne-
que ſtadium ſumptitari vnquam aut perſolui cõtinget,
ſoluitur. Huius incõmodi quod ſequi videtur, cauſa eſt 71
ſectio in infinitum, non poteſtate ab illo intellecta, ſed
actu. Atq; hæc ratio à priore in eo tantum euariat, ꝙ illa
ſectione in dimidia infinita vtitur, hæc non vtitur, ſed
alia, ideſt, quę in proportione huiuſmodi poſita eſt, qua
inter ſe motus rei velocis & tardæ reſpondent. Quod ſi
finitum magnitudinem poſſe percurri verum eſt, quẽ-
admodum & demonſtrauimus ſemper, quod volucre
pernixq́; eſt nanciſcetur, & relinquet ea quæ ſegnius
mouebuntur. Si enim duo decuplo velocius quippiam
altero fuerit, quantum die tota id quod eſt tardius, per-
ficit, tantum id quod eſt velocius, vltima hora diei cõfi-
ciet: ita in fine horę tardiorẽ rem velocior apprehẽdet.

Zeno

Zeno vero contendit definitam aliquam partem prius,
deinde totum abſolui & peragi oportere: atq; hinc ca-
ptio.ſ.prouenit (vt dixi) q̃ ſegmēta in infinitum educit
ac prouehit. Quāuis.n.partem potius primam decurri
dicamus, non tamen definiri vllam in motu iugi poſſe
concedimus: alioquin tum magnitudo, tum motus di
rimerentur diſtraherēturq́; nec continuus aut vnus eſſe
amplius poſſet. Zeno autem per quam pueriliter & ſu
dicre rōcinatur, quum ita ſumit eum, qui digito præ-
cedat nemo vnquam continuauerit. Nam & nos quoq;
idem probamus quod præcedit, alioquin pręcederet &
non præcederet, ſed ſemper illum pręcedere oportere:
iam non probamus. Proinde neq; aliquam determina-
tam definitamq́; partem in ſpatio reddas, q̃ quis in mo
tu conficiat, ſed ſatis afferas, ſi illum ad metam aliquan
do atque calcem ocyus, tardius venturum pronūcies,
eoq́; magis hoc de volucri & præcincto dicendū. Quū
itaq; velocioris motus tale tempus ſit, vt res tardior nō
plus retro diſtet relinquaturúe, quam quanto res eſt tar
dior, neceſſe eſt rem tardiorem velocior vtiq; conſe-
72 quatur. Tertia rō eſt de ſpiculo intorto, quam nos ſupra
quaſi pręſumendo & occupando diſſoluimus. Semper
enim vnaquæque, res quæ mouetur, ſpatiū æquale ſibi
occupat obtinetq́; momēto, ſed ex momentis (vt dixi)
ingenium temporis coalitum non eſt, neq; in momen
ta diuiditur. Hoc non conceſſu, nec in finem cōcepto,
73 iacet & fatiſcit tota complexio. Quarta rō de iis ſum-
pta eſt quæ agitētur in ſtadio. Tres (verbi gratia) cubos
.i.teſſellarum figura quadratos, per longitudinē æqua-
les mole & velocitate conſtituit, horum vnum moue-
ri, alterum quieſcere, tertium aduerſo ire motu velut
occurſabundum. Qm̄ itaq; is, qui mouetur contra ni
tentem & obuium, celerius præterit, q̃ iacētem torpen-
temq́; alterum, perſuadet ſibi homo acutus inuictiſsi-
mam ſe, atq; adeo ineffugibilem plicam commentum,
vt ſit neceſſe fateri æquale ſpatium ab eo qui contrario
motu nititur, & ab eo qui conſiſtit quieſcitq́;, quorum
vterque æqualis pernicitatis & ponderis eſt, tempore
nihilominus inæquali eſſe percurſum. Quid ni? vir cali-
diſsime, quum hic quieſcat, ille contrariū curſum agat.
74 Quòd ſi vterq; quieſceret, diſſentaneum id prorſus atq;
abſonum plane fuiſſet..

75 SEd & prætet has rōnes ſolet de tranſmutatione ea
quæri, quæ inter diſperata verſatur, & ea quę cōtra
aientibus appellatur. Quum res quæ mouetur, om-
nis de quopiam in quippiam moueatur, in ea conuer-
ſione quæ diſperatis continetur, res in neutro cernitur,
neque in eo vnde diſceſsit profectaq́; eſt: neque in eo
in quod abit atq; conuertitur. Quotiens.n.ex albo in
non album itur, aut ex ente in nō ens, manifeſtum eſt
illud quod eo tendit, neq, album, neq; non album vi-
deri, neq; ens item neq; nō ens. At hoc impoſsibile eſt,
76 quando huiuſmodi pugnantiæ nihil eſt medium. Sed
ſoluimus: Res quæ conuertitur vterq; quodammodo
terminus eſt non neuter, ita vt alba & non alba, muſi-
ca & non muſica ſit: non quidem in totum, ſed partim
alba & muſica, partim non alba, non muſica. Eundem
in modū & res quæ corrumpitur, parte erit, parte non
erit: in neutro tm̄ abſolute niſi abſolute ac penitus ſic cor
rupta. Atq; hæc nō aduerſanf, quia reſpectu rōneq́; alia
eſſe alia non eſſe res dr̄. Quod quidem remedium atq;
exceptio pugnantiam longiſsime defendit à dicto.

77 DE ſphæra quoque ea, quæ nobis axe immobili
æterna ipſa vertigine ſuperfertur: de globis quo-
que aliis, qui circa cardinem immobilem torquentur
in gyrum, ſcio addubitaſſe nonnullos, quaſi quieſcere
oporteret illos, quia ſemper eodē in locu eſſe haberiq́;
viderentur. Verum facere ſoluimus: Primumq́; id oc- 78
currit, partes orbium non eſſe ſemper eodem in loco
prorſus, ſed continue in alio atq; alio loco cōſtitui. Sed
neq; totus eodem in loco poteſt eſſe. Nō.n.circuli ſem
per iidem curuaturaúe fuerint, ſi initia notarum diſcri
mine diſtinguantur: niſi per accidens ſorte ratione ea,
q̃ idem ſubiectum circulis omnibus habeatur. Quam-
obrem cuius circuli principium mōſtratum eſt A. diuer
ſus erit ab eo cuius principium monſtratum eſt B. Ita
nunquam totus orbis in eodem curuamine aut circun
ferentia collocatur.

POſt hæc illud ſubiiciendum puto, nullum indiui- 79
duum moueri extra, quam per accidēs poſſe. Quo
genere, tum punctum qui in corpore continetur,
tum Socratem qui in naui vehitur, ad motum illorum
moueri agitariq́; dicimus. partes quoq; quum inſint in
toto per accidens mouetur, vt puncta. Sed intereſt tum
q̃ partes, ſi à toto præcideris, moueri per ſe poſſunt:
tum q̃ motus partium à motu totius aprime eſt diuer-
ſus. Quod vel in cœlu poſſumus apertiſsime videre.
Quum.n.totius vnimoda vniformiſq́; vulucritas ſit,
partium varia & difformis habetur. Nā diuerſa eſt con
citatio partium quæ ſub polos ſunt, & partium quæ ſub
maximum illum æquinoctij diuiſorem diſcriminato-
remq́; circulum agitantur. At puncta nunquam ratio-
ne vlla, niſi per accidens, mouentur eo quod contineā-
tur in rebus, quibus per ſe accidit motus. Quòd ſi nihi- 80
lominus putas poſſe punctum moueri, conſtituamus
hoc ita eſſe, videamuſq́; quod ex illo ſumpto ſequatur.
Ac primum quidem ſi mouetur aliquid qđ careat par-
tibus, certe id aut de magnitudine in magnitudinem
moueri aut de qualitate in qualitatem, aut de eſſentia
in negationem, aut contra de negatione in eſſentiam
oportebit. Erit igitur punctus aut in eo, vnde cepit mo
ueri, (hoc non quia, quieſceret) aut in eo quo tranſit,
(hoc nō quia iam eſſet perfunctus motu) aut quod re-
liquum eſt in vtroque partem habebit. (Hoc quoq;
obtineri non poteſt, quia id quod impers eſſet, con-
ſtitueretur ex partibus.) Atque vna tantum ratio 81
eſt, qua per ſe moueri poſſent impertia, ſi videlicet con
ſtaret ex momentis tempus. Quum enim res momen
to quolibet moueretur, quod neceſſe vtique eſt, ſi de
momentis tempus exiſteret, conſtitui poſſet punctum,
& indiuiduum momentis ſingulis motum fuiſſe atque
mutatum, & (quod ſequens eſt) toto tempore in mo
tu & agitatu fuiſſe. Ita eueniret vt motus quoq; ex iis
quæ mutatum eſſe appellauerim, idest ex terminis mo-
tus componeretur ex momentis tempus coaleſceret,
ex inſectilibus atq; punctis magnitudo conſurgeret.
Præterea mutatum eſſe non ſemper, priuſquam mutari
aut moueri contingeret. Item quicquid per locum mo 82
uetur, ſi ſpatium vllum maius ſe decurrit prius, neceſ-
ſario per agit aliquid minus ſe q̃ æquale. Nā ſi agitabile
pedaneum fuerit, nunquam paſſus duos obierit, niſi
ſemipedem priuſquam pedem abſoluat: ſemipes plane
minor eſt quam pes, qua magnitudine conſtituimus
eſſe id, quod moueretur. Quamuiſque res in loco ſe
ipſa minori eſſe nequaquam poſsit, agit ſe tamen atq;
incedit ſemper per ſpatia ſe minora. Hæc quum ita ſint
ſi per ſe mouerentur impertia, oporteret aliquod ſpa-
tium fingere minus illis, per quod ita agitarentur. Hoc
fieri

Nomine magnitudinis hoc in loco, non modo quātitas, ſ quæ auctionis motus eſt, ſed locus etiam comprehenditur, ait Simplic.

fieri nequit, niſi ex partibus conſtare dicātur impertia. Dices hæc non vt cętera per minus & anguſtius ſpatiū, ſed per æquale ſibi ſemp moueri ſolere. Sed tū quum lineam (verbi gratia) conficerent, nonne lineam quoq; metiri viderētur? Plane qui id poſsit negari non video. Hoc autem ſimul conceſſeris, nōne intelligis te lineam
83 ex punctis & indiuiduis fateri eſſe compoſitam. Item ſi in tempore res mouentur, punctus quoq; quū & ipſe per æquale ſibi ſpatium moueatur, moueri in tempore poterit. Sed quum quantulocunq; tempore aſsignari aliquod breuius poſsit, ipſo illo tempore aſsignabitur aliquod minus & breuius, in quo punctus æquale ſibi ſpatium pertrāſiuit. At hoc impoſsibile eſt, quia in minori minus conficitur ſpatij, atq; ita aliquid eſſet minus, quam illud indiuiſile quod moueretur, ita fit vt indiuiſile diuiſile efficiatur. Nam vno genere duntaxat impertia & indiuiſilia mouerentur, ſi momento videlicet exerceri motus abſoluiq́; contingeret.

84 POſtremo dicendum eſt, nullam eſſe infinitam motationem, quia ſingularum certi & pręſcripti ſunt exitus. Sane in reliquis motibus ortu, obitu, auctionem, inutione, alteratione, hoc eſt vel clariſsimum: ortus & obitus termini partes ipſæ diſperationis ſunt. alterationis cōtrariæ qualitates & ſua cuiuſq; mutationis extrema, auctionis amplitudo cuiuſq; ſua & natu-
85 rę conueniens, minutionis contraria huic ratio. At in motu locali non poteſt eadem præceptio cadere, quando nō omnis motus localis inter contraria aut diſperata verſatur. Nam nec animalium motus omnino terminatus definitusq́; eſt neque de contrario in contrarium procedit, nec conuerſio circulorum, quia recurrentibus in ſe illis, per eandem ambitudinem ſemper rediens ſuapte æterna fit. Veruntamen neque motus illi vt indefiniti ſint infiniti omnino poſſunt intelligi, qđ quidem probabitur hoc, quod dicturus ſum, genere. Quod ſectum eſſe impoſsibile eſt ſecari non poteſt. Voco impoſsibile id, quod eſſe poteſt nullo modo: & quod eſſe factum impoſsibile eſt, fieri nō poteſt. Quum enim impoſsibile ſit, diametrum cōmenſurabilem eſſe cum coſta, etiam nunquam poterit cōmenſurari cum
86 coſta. Hæc ſi vera ſunt, quum motum localem infinitum fuiſſe ſit impoſsibile, neque inſtitui quoque poteſt qui ſit infinitus futurus, ſed quantum ferri & moueri res poteſt, tantum quoque delatam & motam fuiſſe poſsibile eſt. Finiti itaq; motus erunt, tum ij quibus animalia, tum ij quibus cœleſtia corpora mouebuntur. Ac finiti quidem non ſimpliciter abſoluteq́;, ſed ſi ad magnitudinem in qua cientur agunturq́; ſpectes. Nam ſi ad tempus reſpicias, poterit vnus idemq́; ſpecie motus infinitus atque æternus inſtitui, qui ſuper finitam nihilominus magnitudinem alternando commean-
94 doq́ue digeratur, & rurſus incipiat. Porro ſi motus vnus alteri motui ſuccedat, vt ſi delationem alteratio ſubeat, alterationem excipiat auctio, auctionem ortus atque obitus conſequantur: atque hoc perpetuo atque idētidem fiat, hoc vtiq; nomine infinitus motus poſsit intelligi. Non tamen vt ſi vnus, quia ex tam diuerſis, atq; adeo pugnantibus motibus non poteſt vnus coaleſcere, atq; conflari. Sane nullus motus infinitum ſibi tempus præterquam circularis cooptat.

FINIS LIBRI SEXTI.

THEMISTII PHYSICES, LIBER SEPTIMVS.

Hermolao Barbaro Interprete.

QVIA omne quod mouet & ſ
fertur, aut à ſe, aut ab alio moueat neceſſe eſt: quęcunq; à ſe mouentur, manifeſtum eſt habere illa īter ſe aliquid, quod motum illum miniſtret ac præſtet, vtpote in quibus vis mouendi cōtineatur, atq; interius lateat. Quæcunque 2
vero alicunde mouentur extrinſecus motu locali, in iis ſuccedit illa diuiſio, vt alia medium habeant quo mouentur, alia careāt. Porro quadrifariam res ab alio mouentur, trahuntur, pelluntur, vehuntur, in gyrum torquētur. Atq; oēs locales motus in hæc quatuor genera digeruntur. Nam iaculatio vehementior pulſio eſt, quā naturalis ſit rei iactę motus, quum de iaculantis manu receſsit. Si ergo quatuor modis ab alio moueri res poſſunt, impoſsibile eſt pellendo, trahendo, vehendo, torquendo non tangere ea rōne, q̃ inter id quod proxime mouet, atq; id quod mouetur, omnino nihil interuenit.
Sed neq; inter id quod alterat, & id quod alteraſcit, q̃a 3
ſimul eſſe debent illorum extrema, quorum alterum afficit, alterum patitur. Alterantur aūt ſenſilia à ſenſilibus. Senſilia vero ſunt ea, quibus corpus differt à corpore, grauitas, leuitas, frigus, calor, & ſimilia. Tangit & id quod caleſacit, & quod frigefacit: poſtremo id oē quod percutit, cietq́; ſenſum. Nam ſenſus ad actum promoti, affici quodammodo atq; alterari cenſentur. Proinde igni aer contiguus dicitur, aeri corpus, color lumini, lumen aſpectui: eodē pacto de auditu, & cæteris ſenſibus pronunciandum. Simul eſt cum aure ſonus, cum guſtu ſapor, cum olfactu odor, cum tactu caliditas, ita vt nihil inter mouentem & motum hiet æque. Neq; inter id qđ auget & id quod augetur, quicquā interiacet, quia res augentur alicuius acceſſu, minuuntur detractione.

Sciendum eſt, ait Simpli. in principio libri huius, quod ex his qōnibus quæ in hoc ſeptimo exponuntur, illæ quæ potiores ſunt & huic negocio magis propriæ, in octauo etiam reperiuntur fortioribus etiam demōſtrationibus comprobatæ: qua propter et quibuſdam uiſus eſt liber hic ſuperfluus in hoc negocio, utpote in quo leuiores ac (ut ait Alexan.) dialecticæ magis demonſtrationes afferantur. Vnde Eudemus, qui attamen capita omnia huius operis examinauit, hoc ſeptimo derelicto octauum ſtatim eſt aggreſſus. Themiſt. etiā qui ſua paraphraſe opus hoc uniuerſum fere illuſtrauit, ad hunc librum accedēs multa illius capita de induſtria prætermiſiſſe uidetur. Quia tamen, (ait idem Simpli.) præſens liber non plurimum uidetur cæterorum librorum nobilitati diſſonare, nec Ariſto. artificio indignus, ideo dixerim ego, primo librū hunc compoſuiſſe Ariſto. deinde uero quædam ex his quæ hic ſunt expoſita, & ea quidem exactius diſtincta, utpote quæ ei negocio attinerent maxime in octauo, & digeſſiſſe. Atque res hæc utilitatem non aſpernendam affert: præexercemur enim & præparamur ad faciliorem earum rerum apprehenſionem, quæ maximæ reuera ſunt, continentq́; in ſe totum fere phyſicum negocium.

Quot

4 QVOT autem modis alterãtur inanima to-
tidem quoque poſſunt animantia, non tñ
retro agit. Nam ſenſus quoties operan-
tur, propriæ quædam & peculiares ani-
5 malibus alterationes habentur. Omne
vero quod alterat, oportere ſenſilibus qualitatibus al-
6 terari. In reliquis nullam poſſe alterationem oſtẽditi de
iis quæ ſtatim ſequuntur, apertiſsime indicabitur. Nam
ſi in alia qualitate quam ſenſili, poſſet alteratio cõſpici,
certe in formis, figuris, & priuationibus eorum atque
mutationibus maxime caderet: non cadit aũt: non põt
igitur alteratio, præter quam in ſenſili qualitate conſti-
tui. Primum nõ cadere in figuras & formas alteratio-
nem, hinc vel clariſsime demonſtratur. Id quod iam eſt
figuratum effugiatũq́;, nõ venit amplius appellatione
materiæ. Simulatq́;.n. conflata eſt ſtatua, non vocatur
amplius æs aut argentum: & lectica ſimulatq́; fabricata
eſt, non lignum amplius ebur ue dicitur, ſed per deno-
minationem illa ænea aut argenta, hęc lignea aut ebur-
nea dicitur. Non ſic ea quæ alterant, ſed ſemper appel-
lationem ſubiectæ materiæ retinent. Nam æs & calidũ
& frigidum dr̃, & lignum ſiccum & humidum, quia vi-
delicet ea res quæ per alterationem eſt affecta qualita-
tibus nouis, poſt affectionem penitus remanet viſitatq́;
eadem, quæ antequam eſſet effecta. Ea vero quæ per
7 configurationem nouam ſibi formam cooptat, nec re-
manet, nec ſpectatur oĩno eadem, quæ, antequã diſtin-
gerẽ, fuiſſet. Et hercules huiuſmodi conuerſiones or-
tui & generationi per ſimiles ſunt, quia vtręq; ſubiectã
materiam quodam pacto demutant. Quemadmodum
enim friuolum abſurdumq́; eſt genitum hominem qua
gignitur alterari, aut domum aut nauim putare, (quia
quod alteraſcit, ſemper idem oſtenditur) ita ſit diſſonũ,
quod effigiatur deformaturq́; alterari aut affici dicere.
Quamuis aũt in oĩ ortu præcedere alterationem opor-
teat, quippe ꝙ materiam prius refrigerari aut compri-
mi ſit neceſſe, non tñ ex eo accipi poteſt, quę gignan-
tur, dum gignuntur alteraſcere, aut generationes poſſe
alterationes vocari. Et quidem de genitu rerum cõis il
la & oĩum fere comprobata authoritate ſentẽtia, ante-
quam in lucẽ ædantur, prius certam alterari atq; affici
materiam oportere. Nec tamen propterea ꝙ ita affici-
tur, quodq́; ita præcedit ſupereſſe item, aut manere ea-
dem natura poſſe, qua prius continebatur. Nam lutũ &
creta, neq; humor eſt neq; terra, ſed vtrunq; ſpecie ſua
& diuerſa coaluit. Non igitur quod factum eſt, puta in-
tritum, aut amphora, dixeris alterari, quia antequam
fierent, neq; intritum hoc, aut amphora illud fuit.

SEd neq; corporis quidem atq; animi habitus, quales ſunt ſanitas, morbi, virtutes & vitia, poſſunt eſſe alterationes, neq; circa illos alteratio vlla, verſari in aĩa, aut in aĩalium corpore. Virtutes ſiquidẽ perfectiones quædam ſunt: quapropter quodq́; tunc maxime ſ̃m naturam eſt, quum propriã virtutem obtinuit. Vitia contra corruptelæ quædam & labes. Quẽadmodum itaq; id quod perficitur non alteratur, (abſurdum eſt.n. domum, quę integitur dicere alterari potius q̃ integi & culmen accipere) eodem pacto de virtutibus aĩ & corporis ſentiendum. Præterea virtus omnis, & viciũ in mediocritate, & exceſſu conſiſtunt. Mediocritas & exceſſus in genere relationis habent. In gñe relationis probatum eſt quinto lib. non poſſe cadere alterationẽ.

Dubitauerit quiſpiam fortaſſis (ait hic Simpli.) qui fieri poſſit ut uitium & uirtus, animæ dicantur generatio aut interitus: ſiquidem eadem permanent aĩa humana, nunc uirtute exornatur, nunc uitiis inficitur. Præterea etiam quonam pacto uirtutis adeptio comparatur domui quæ integitur: nulla.n. uidetur inter hæc ſimilitudo, utpote quia tectum pariesue nequaquam fiat domus habitus, ſed eius partes: nam ſi uirtus pars animæ eſſet, utique interiret anima recedente uirtute. Qui deinde reſpondeas ait Ariſto. fuiſſe ea rõne adductum ut hæc diceret, quia conſiderabat id propriæ ſecundum naturam ſe habere, quod propriam eſt perfectionẽ adeptum propriamq́; uirtutem, ita ut poſſit actiones perfectas gerere quæ ei ſecundum naturam conueniunt. Quemadmodum igitur ſi corpus ægrum ſit, perfectum nequaquam eſt, ob id quia proprio munere fungi nõ poteſt, nec actus qui ſecũdum naturam ei cõpetunt ædere, & ſi membrum nullum nullaq́; pars corporea ei deſit: nam & cadauera ets non carent, quæ tamen ſecundum naturam eſſe nullus dixerit: non eſt ergo multum cadaueri diſſimile corpus huiuſmodi. Eodem etiam modo anima rationalis ea uirtute denudata quæ natura conuenit, quæque proprio & cõuenienti officio fungi non poteſt, aĩa proprie non eſt, nec ea uita rõnalis merito põt appellari, ſed ueluti cadaueri ſimilis iam facta eſt. Tanquam pars igitur & ea quidẽ potiſſima eſt habẽda uniuerſæ uniuſcuiuſq; ſubſtantiæ uirtus illa, quæ ei ſecundum naturã competit, ſine qua ueluti cadauer relinquetur, neq; tale amplius poteſt proprie appellari niſi æquiuoce. Quod eo poteſt colligi argumento, quia non poteſt eos actus ædere qui ei ſpeciei conueniunt. Recte igitur perfectionem quæ habitum & uirtutem conſequitur partibus ſubſtantiæ comparauit, utpote quæ potiſſima ſit pars, neque accidens proprie poſſit uirtus appellari, quod ipſa abſente ſubiectum intereat.

SEd & partis intellectualis habitus, & adeptiones 8
habituum, non ſolum non ſunt alterationes, verũ
neq; oĩno quidem cenſeri generationes poſſunt.
Nam ſcientiæ de vl̃ibus conſtant, vniuerſalia ex particularibus colliguntur. Item, neq; is actus qui ad intell̃m pertinet generatione vlla alterationeúe prouenit, quippe quæ omnia temporali perfunctione non parantur, neq; perficitur eorum eſſentia tp̃e: quamuisq́; extante fluenteq; tempore, & intelligamus & contemplemur, non tñ propterea intelligimus, aut contemplamur in tẽpore, exempli gratia. Quamuis tempore exiſtente tangamus, non tamen ideo valet, vt tangere etiam videamur in tempore. Hoc autem inde liquet, quia quum ſingulis partibus momentiſq́; temporis tangant ea, quæ tangunt, videtur ad procreandum tactum non eſſe neceſſarium tempus. Idem in nictationibus dixeris. Ea vero ad quorum procreationem non exigitur tẽpus, quo de potentia conferãtur ad actum, neceſſe eſt ſubito momentoq́; procreari.

NEc motus aũt omnis, omni proportione reſpon 10
det, neq; communis omnibus omnis menſura
eſt. Quæ.n. poteſt inter alterationem & delatio-
nem haberi cognatio? quando inter rectum quoque atque orbicularem motum ſimilitudo non cadit, quia loca conferri non poſſunt orbis & linea rõne ea, ꝙ neutrum maius minusúe altero eſt. Sed neq; velocitas motuum, aut tarditas in collationem mutuam veniunt, ſicut neq; ſtylus vino acutior poteſt intelligi, neq; enſis chordã poſtrema. Verum dicet quiſpiam communem omnium motuum menſuram ſine dubio videri tempus eſſe, mouendi, nandi, volandi, repẽdi, gradiendi, creſcendi, deſcreſcendi & cæterarum corporis functionũ.
Nam

Nam eodem tempore hic loco demigrat, ille ſebricitat, hic indoleſcit, ille minuitur. Sed nõ propterea generalẽ conſtitui aliquem motum oportet, in quo tanquam in genere cæteros cõtineri & cohiberi dicamus. Sola porro ea, quæ genere & natura conueniunt, committi viciſsim & incomparationem vocari ſolent: in quo illud plane reſcitu dignũ eſt quædã eſſe homonyma.i.eiuſdem nominis diſſentientia genere, quibus cõe aliquid habeatur: quædam quibus nihil ſit cõe. Item alia eſſe remota, alia proxima.

11 QVoniam vero mouens omne aliquantum ſpatium, aliquanto tempore, aliquanta vi mouet, quæritur, vtrum quemadmodũ maior & multiplicata via, multiplicatum pondus mouet, ita & pars potentiæ partem ponderis moueat. Veluti vtrum ſi columnam quinquaginta homines monerint, quinquageſimã columnaris ponderis partem per ſe vnus de quinquaginta mouere poſsit. Et vtrum, ſi vnius diei ſpatio ſtadium vnum claſſem quinquaginta homines remulco traxerint, dimidium claſsis eodem tempore duo ſtadia trahere & mouere totidem homines poſsint, ſed vigintiquinque, ſtadium duntaxat vnum. Et vtrum quẽadmodum ſtadium totũ quinquaginta valent, ita vnus de quinquaginta quinquageſimam partem ſtadij eodẽ
12 tempore mouere columnam poſsit. Certe horum quędam ſequuntur, proportionemq́; & reſponſum ſine vlla dubitatione agnoſcunt, quædam cõtumaciter & incohibiliter diſſonant, nec rõne vlla conueniunt, cuiuſmodi poſtrema qõ eſt. Nam ſi rõ illa congrueret, eueniret debiliſsimum & imbecilliſsimum idem pondus impellere, quod rubuſtiſsimus & valentiſsimus poteſt tm̃, non tãdiu, neque tam cito: hoc aũt ſupra captum eſt hominis. Vt enim ea differentia ſit, ꝙ alter facile, alter ægerrime moueat: oĩno poſtrema dementia eſt putare imbecillimum & gracillimum hominem mouere pondus, quodcũq; fortiſsimus & lacertoſiſsimus agitet, & nauigium & centenariam molem. Ac oportet quidẽ omne quod poteſt mouere, per certum aliquem exceſſum potentiæ moueat. Eſt vero quædam in aliquibus mouentibus potentia vſq; adeo exilis & tenuis, vt nedũ rei mobilis potentiã ſuperet, ſed contra quoq; longiſſime ſuperetur, ita vt non poſsit vlla cõparatio cadere. Habetur & potentia alia, quæ vix vincitur, ſed tñ vincitur, imparq́; eſt: alia quæ par: alia quæ iam ſuperior ſit: propterea vnius hominis potentia procul eſt, vt poſsit (verbi gratia) lapidem mouere. Decem adhuc impotens numerus. Triginta neq; vincunt, neq; vincuntur, ſed vnius acceſſu dat manus, quod reſiſtebat & ſequitur. Atq; hoc non vnus facit, ſed illa integritas atq; vniuerſitas oĩum. Nam & ad æquilibrum vnus calculus ſuper pondio additus, deſcendere alteram lancem cogit atq; procumbere. Semper vero id proprius eſt vt moueat quod plus eſt, q̃ id quod eſt minus: quemadmodum in magnitudinibus ea propior tripedali eſt, quæ pede tantum deficitur, q̃ ea quę ſexquipede aut cubito. Propior etiamnum illa, quæ tm̃ duobus digitis vnoúe vincitur: nõdum tñ farcias tripedem, niſi digitus alter acceſſerit.
13 Cauſa vero eſt non vltimus qui ſuperuenit digitus, ſed quicquid ante congeſtum collectumq́; ex adiectiunculis oĩbus eſt. Cæterum in iis quorum certa determinataq́; quantitas eſt, facile tum cõtemplari ſenſu, tum ratione conſequi poſsis, quidnam illud ſit, quod poſtremo appoſitum tripedem ſolidet. In naui vero quæ trahatur remulco, & in ſtatera difficile eſt reddere, qñ tãta vis, aut potentia coaluerit, vt primũ agitari permoueriq́; poſsint. Iã hoc loco ſe oggerit, caputq́; exerit acerualis illa præſtigia, quam ſoritem appellitant: qualis ex acceſſu teruntij in cumulo diuitiarum, & in aſsignatione caluitij ſolet afferri. Nõ eſt igitur mirum, ſi vnus mouere nihil poteſt, ſolus comitatu aliorum poteſt. Nam ſi vnus in theatro, quamuis exerta & contenta voce inclamitet, ſolus opinor exaudiri non poſſet, vtiq; cum multis raui coniuncta poſſet. Id.n. quo cunctim ex omnibus reponitur pluſculum diuerſumq́; ab eo eſt, qđ diſcretim à ſingulis prouenit. Quamuiſq́; vnum ſit, quod ex omnibus & quod ex ſingulis cõſtat: ſemper tñ vis in vnum collata aſtrictaq́; animoſior & firmior eſt, q̃ diſfluens diſſociataq́; partibus. Quãdoqnidem aliquantũ cibi vicibus ingeſti ad valetudinem facit, multa tantundem ſimul deuorata iam & nocent, & ægritudinem pariunt. Proinde ad argumentum Zenonis de occaſione hac calumniam ſarciens, facilis & abſoluta reſpõſio eſt. Nec.n. ſequitur, ſi modius milij totus refuſus murmur & ſtrepitum ciet, ſingula quoq; ſemina poſſe granatim ſuam murmuris particulam ciere. Neq; ſi lapidem multa ſtillicidia incauant, neceſſe eſt ſingulis ſtillicidiis ſeparatim ſua ramẽta reſpondeant. Nec enim ſemper ad diſcretionem potentiarum ſubiectę magnitudines diſſecantur, ſed nonnullæ quoq; potentiæ ſunt, quæ illas quaſi tranſcurſu prętereant, non diuidendo ſecandoúe, ſed ita afficiendo & præparando, vt ſecari & diuidi aliquãdo poſsint. Sed de his ſatis hoc loco. Nam ſeorſum 14
illud exploratu digniſsimum eſt, vtrũ vniuerſi iunctim poſsint in eundem numerum ponderis, qui rõne de ſingulis ex puncta & ſubducta colligitur: hoc eſt, vtrum ſi ſinguli in pondus librale ſufficiunt, centum vtique homines centum librale, an hoc etiam amplius moueant. Nam minus hercules non eſt putandum, ſed vt dixi etiã amplius & grauius, quãdo comitatus ille laboris vnius & operæ animantiores & vegetiores in quodq́; munus reddit. Quod vel in equis currulibus apertiſsime cernit, in iis ſimul paulo incaluit, æmulatio, flagrantia quædã maior, & ſtudium fere impenſius certandi & vincendi cognoſcitur. Econtrario non ſine rõne eſt, vt diſtributum in ſingulos pondus à ſingulis ſortito, moueri non poſsit. Atq; hoc forte neceſſarium fuerit vtique, ſi idẽ verum eſt in ſparſis & diſsitis partem illã virium deperire & obſoleſcere, q̃ coalitus & contentio faceret. Atq; hæc ex parte magna videri ſimile poteſt ei, qđ iis accidit, qui in Geometria numeris ludũt. Vt.n. ibi quod duntaxat duplum eſt, interim quadruplum valet, ita hic rerum vires ſocietate multiplicantur & cœtu.

REfert etiam perplurimũ in motu, quali quicque ſit forma quod mouetur. Habet enim plerunq; cauſam hanc figura, vt res modo ęgre modo facile moueantur. Nam ſphæricum corpus etiam ſi id à quo pellitur, vim debilem afferat: tamen ſuapte ſponte defertur opportunitate & procuratione figurę, cuius procliuitas quaſi via progreditur, & regit ad motum. Ita id quidem facilius contingit moueri, q̃ cætera. Hæc omnia ſeorſum peculiares quoſdam, atque adeo indiſſiciles tractatus habent.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

THEMISTII PHYSICES, LIBER OCTAVVS.

Hermolao Barbaro Interprete.

1 AB ꝉ ı s conſequés ea qȭ eſt,
factus ne ſit aliquando mo-
tus, ita vt cœperit eſſe: quum
antea non fuiſſet, proindeq́;
& conſumari ac deſinere de-
beat, ita vt nihil moueaſ vl-
tra: an neq; factus ſit vnq̃,
neq; conſumari vnquã poſ-
ſit, ſed & fuerit ſemper, &
ſemper ſit futurus, nullo neq; fine obſtrictus, neq; ad-
dictus exordio, ſed ambifariam ante retroq́; æuiternus,
immortalis, immenſus, [a] qui pro vita ſit rebus omni-
bus natura cõſtitutis & factis. Equidem motum eſſe fa
tentur omnes, qui de natura agunt, quicque de ortu re-
rum & interitu commẽtaotur: perpetuum vero ac ſem-
piternum eſſe aliqui diſſitenſ. Atq; ij quidem qui innu-
merabiles mundos haberi conſtituunt, quorum alij aſ-
ſidue oriantur, alij occidãt, quia videbãt genituras illas,
& obitus ſempiternos ſiue motu eſſe nõ poſſe, motum
quoq; arbitrabanſ eſſe perpetuum. Idem ſentiunt & ij,
2 qui vnum æternumq́; poſuere mundũ. Qui vero vnum
quidem eſſe, ſed non æternum cõcedunt, motũ quoq;
genitum aliqñ vel fateri coguntur. Duo aũt genera eo-
rum feruntur, qui negant mundum eſſe perpetuũ, neq;
præter hos eſt alius modus. Porro quidam fuere, qui vt
Anaxagoras dicerent, cũ omnia aliquando ſimul eſſent
mixta, confuſaq́; tpe infinito, admoliri manus cœpiſſe
mentẽ, adornaſſeq́; mundum & motum. Quidam qui
(vt Empedocles) longis interuallis moueri per vices, &
quieſcere omnia crederent: moueri tunc quum cõcor-
dia aut diſcordia hęc cogeret, illa diſtraheret: quieſceret
temporibus mediis. Quamobrẽ ex Anaxagoræ ſenten
tia motus ſemel initus, quemadmodum & mundus,
ſemper duraturus videtur. At ſecundum Empedo-
clem alternat vicibus interpollatq́; aliquãdo vt ſit, ali-
quando vti non ſit.

[a] Qui pro uita ſit rebus omnibus &c. ob id dictum eſt (ait Simp.) quia ea proprie uiuere dicimus, quæ interne à ſeipſis mouentur. Vnde cum ea omnia quæ natura ſunt conſtituta in ſeipſis naturam habeant, quæ motus principium eſt, ea etiam uiuere merito poterit quiſpiam dicere ea rõne, qua internam promptitudinem, ad motum habent: Vel uita etiam proprie ſecundum motum eſt, promptitudo ipſa ad motum, ut in hoc Octauo notatu clarum fiet. Alex. aũt dictum putat hoc, ut inde oſtendatur immortalem eſſe motum atq; inexhauſtum. Nam ſi eo pacto rerum naturalium comparatione motus ſe habet, quo uita animatorum: ſicuti ſine uita animata nequaquam poſſunt eſſe, ita neque poterunt abſq; motu eſſe naturalia: ſi itaque æterna ſint naturalia, quatenus naturalia ſunt, utpote quæ nunquam inceperint, nunquam etiam in non ens ſint abitura, cum ſemper unius rei naturalis interitus ſit in aliam mutatio, corrupta nãque aqua aer fit: erit igitur & motus æternus quo naturalia ſunt. At Ariſto. (ait idem Simpl.) non ex rerum naturalium æternitate motus æternitatem monſtrat, neque enim huiuſq; comprobatum eſt naturalia perpetua eſſe: uerum ex ipſa naturali motus definitione motum naturalem eſſe æternum monſtrat: & ex hoc deinde corpus naturale.

HV ı v s veritas arbitranda nobis conqui- 3
rendaq́; eſt, vtpote quæ non vtilis modo
ad explorationem & cognitionem naturę
ſit futura, ſed ad eam quoq; partem phi-
loſophiæ, quæ de primo exordio, & cã re-
rum ſuprema ac principe ſatagit. Cæterum cõmodiſſi- 4
me initium ab iis cœpero, quæ nobis ſuperius edocta
demonſtrataq́; ſunt. Motus eſt rei mobilis in eo quod
mobilis, ceſſans & inchoata perfectio. Neceſſe [a] eſt er-
go, ſi quãdo aliquis inceptus eſt motus, quum ante nõ
eſſet, præceſſiſſe res aliquas, q̃ motum illum poſſent ac-
cipere. Nam hoc vel ſine definitione motus neceſſariũ
comprobatur hoc modo. Si futura ſit alteratio, nonne
oportet antegreſſum id eſſe, quod poſſit hoc pati? ſi de-
latio, id quod poſſit agitatum hunc ferre, ſi deuſtio, id
quod corripi poſſit incendio, prætereq́; & id, quod hanc
vim poſſit afferre. Quæ quum ita ſint. i. quum neceſſa- 5
rium videatur eſſe, vt res quæ debent moueri habeãtur
antequam motum accipiãt, interrogandi ſunt mihi de
rebus ij, qui natiuum eſſe motum & exordiũ habuiſſe
tpis opinãtur. Quum. n. per ſe non ſubſiſtat motus, ſed
contineatur atq; inſit in rebus ſtatim ſe illuc cogitatio
refert, vt quærat, vtrum res illę infinitum tṗs anteceſſe-
runt motum, ſempiterneq́; fuerint, an ipſæ quoq; aliqñ
ſint genitæ. Quod ſi aliquando ſunt genitæ, quum an- 6
tequam gignerentur non eſſent, neceſſario aliquis mo-
tus periit, cuius procuratione prodirent ac promeren-
tur in lucem. Neq; nunc id contẽdo, vt ortus iſte ſit mo
tus, ſed vt res illas per motum ortas & natas eſſe conce
dant. Eo euenit, vt motu quem primũ ipſi conſtituunt,
alium exhiberi priorem oporteat. Nec. n. inſtitui motus
poteſt, niſi præſto ſit res, quæ motum capere & gerere
debeat. Porro vt res quę motum cupiat procreetur, ne-
ceſſe eſt priorem alium motum conſtituere, qua quidẽ
rõne nullum exordium motus tenebitur, quia ſemꝑ eũ
quem primum putaueris, alius antecedet. Sed cõcedãt
hæc fortaſſe, illi tñ capere ſe mutationem illam priorem
atq; ortum dicant, qua res naſci & gigni videãtur, ante-
quam motum accipiant. Cæterum hæc ſolutio non tol-
lit, ſed differt incõmodum. Nam ſi definitionis eius me-
minimus, quæ conceditur eſſe motus, confeſſumq́; il-
lud iam eſt, oportere prius adſtitui res, quę debent mo-
ueri, q̃ motus agatur, quum ea quæ per motum gñari
contingit, neceſſe ſit motu in generatione participent,
ſemper licebit quocunq; motu priorem motum extra-
here, per quem res illę ad generationẽ veniſſe dicantur.
Quum. n. de nihilo nihil fiat, ſed de eo, quod partim ſit,
partim non ſit, prorſus neceſſariũ eſt ante fuiſſe aliqd,
quod partum illum conuerſionemq́; ſuſtineret. Ita rur
ſus eadem inquiſitio reuertetur, percunctabimurq́; id,
quod præceſſiſſe ſumitur, perpetuum ac ſempiternum,
an natum aliqñ & procreatum intelligant. Nam ſi pro-
creatum, admoueri ſibi eoſdem aculeos ſentiẽt, quibus
paulo ante perurgebantur. Alioquin iis, qui mundum
conſtitui, exædificariq́; faciunt, proindeq́; primordiũ
aliqd [a] motus inueniunt, vnum modo ſuffugium tuẽdi
ſe ab iis anguſtijs relictũ eſt, ſi de nihilo creata eſſe oĩa,
initio fateanſ. Sed alterã partẽ diſiũcti defendas, dualq́; 7
nõ progenitas illas vnquam, ſed ſempiternis ſeculorum
ætatibus præceſſiſſe, motum vtiq; aliqũ progenitum
& inchoatum fuiſſe. Sed ſtatim ipſo in limine occurrẽt
temere,

temere,id à nulla rõne dictum videtur. Nam ab iis quorum id placitum eſt, primum id ſciſcitor, cur res moueri tam repẽte? cur nunc potiſsimum cœperint: cum innumerabilia ſecula tanto præſertim torpore conſederint? Sed & ſequentia quoq;, ſi intraueris aut pedem contuleris, abſurdiora obtuſioraq; videbuntur. Nã ſi cũ hæc
8 mouere, illa moueri poſſent, vtraq; tñ hęc ab agẽdo, illa à patiendo quieſcerent, nunc vero mutata rõne, & hęc mouere, & illa moueri cœperunt, neceſſarium eſt, cauſa aliqua mutationis extiterit, propter quam iſti ædificatores atq; opifices mundi mouere occœperint, quum ante non mouerint: quod tamen mouere potuerint. Neque.n. fieri ſine cauſa põt, vt ea quæ & prius, & nũc eadem ſunt, nunc demum agant, ante non egerint. Sed totum id tribuendum rationi eſt, aut ꝙ inter ſe longiorib' interuallis diſſeparata erãt, q̃ vt agitatrix vis ptinere ad res tam remotas ac deſitas poſſet, oũc collecta adductaq́; proximant: aut intermedium aliquid habebaſ, qd' obuiaret & prohiberet, quodq́; modum impulſum
9 ſublatumq́; ſit. Quodcunq; horum attigeris, vlcus eſt: quia vtcunq; dixeris, motus alius ſemper inuehitur, qui primo illo ſit prior. Nam ſi res ſemper fuerunt, nec tñ mouentes ſemper, neq; ſemper motæ, ſed in præſenti & mouere & mooeri cœperunt: manifeſtum eſt eas nõ eodem habitu aut diſpoſitione fuiſſe, qua nũc ſunt: quũ nonnullæ mouent, nonnullæ mouentur, ſed aut mota & mouentia demutarunt, aut tantum hæc, aut tantum illa. Si itaque priore aliquo motu ſemper eſt opus, vt primus incipiat, qui dixerit res non natas, ſed ſempiternas fuiſſe, eaſdem plagas accipiet, quas qui natas aliqñ & progenitas ſentiunt. Si quis vero pergat, contendatq́; motum illum poſſe principem ſtatui, per quem rebus mouentibus præparatio, atq; habitus contingit, ſm quem mouere cœperunt, nihil tamen ſerio cõiet. Nam rurſum mutationis huius cauſam requirimus, neque poterit hiſcere, niſi nobis motum alium priorẽ vel ingratis comprobet.

[a] *Ioan. Grammaticus (ſicuti teſtis eſt Simp.) primam hanc demonſtrationem, qua peripatetici comprobant motum eſſe ſempiternum, nixus eſt infringere, & duobus potiſſimum argumentis innititur, quibus conatur diruere id fundamentum, ſcilicet ſemper neceſſe eſſe ut motum res ipſa mobilis tempore præcedat. Primo quidem quia id ueluti ex motus definitione ſequens Ariſt. accipit. Quòd ſi res ſe ita habeat, neceſſe id eſſe uerum in quolibet motu, cum definitio cuicunque conueniat quod definitæ rei ambitu continetur. Sed ſi hoc conceſſerimus, neceſſe etiam fuerit fateri cœlum tempore præceſſiſſe cœleſtem motum: quo dato concludetur deinde motum cœli incepiſſe quandoq;. Secundo etiam falſum fundamentum id eſſe contendit, non ſolum in motu cœli, ſed in his etiam inferioribus: nam ignis ſimul atque genitus eſt, ſi extra ſuam regionem fuerit, ſtatim ſurſum fertur. Non ergo tempore res quæ moueri poteſt motum præcedit. Quòd ſi quis contenderit omnino eam præcedere ea ratione, qua tempore lignum præcedit, quod quidem potentia ignis eſt, (præcedit dico motum ignis) reijcit hoc multis argumentis. Primo quia in ligno non reperitur ea potentia, cuius eſt actus motus quo ſurſum fertur ignis: quia mutatio qua lignum in ignem uertitur generatio eſt non motus. Deinde res quæ mouentur unaquaque ſpecie motus, permanentes in propria earum ſubſtantia, non autem corruptæ mouentur: lignum uero ignem permanens nequaquam facultatem habet ut ſurſum feratur, niſi uiolenter: ſed oportet ut corrumpatur et in ignẽ uertatur. Eas tamen ſalebras diluit Simpl. hoc modo. Concedit enim primo motus definitionem omnibus conuenire: uerum etiam eſſe fundamentum id: Semper mobile tempore motum præcedere. Verum hoc in motibus terminatis, quæ principio, ſcilicet & fine continentur: adeo præcedit ut uerum ſit quandoque mobile ſubiectum fuiſſe, quando tamen non mouebatur. In his uero quæ perpetuo motu agitantur, ſemper quidem eorum motus eſt, non tamen ſemper idem penitus, ſed continue alius & alius eſt motus quo mouentur: & quemcunque motum ſemper præcedit quod potentia eſt, ut puta ſol cum in ariete mouetur, potentiam retinet ut poſt arietem taurum percurrat. Vnde cum arietem permeat potentiamq́; habet ut ad taurum tranſeat, manifeſtum eſt quod tempore prius eſt quàm ſit motus is quo taurum adit. Secundam uero Ioan. Gram. rõnem ſoluit hoc pacto: Duplex eſt, ait ipſe, id quod dicimus poſſe moueri: nam & id poſſe moueri dicimus quod perfectam habet facultatem potentiamúe, quæ ſcilicet una cum ipſo actu permanere põt: & hac ratione ignem poſſe ſurſum ferri dicimus, aquam uero deorſum. Idem præterea moueri poſſe dicimus quod potentia mobile eſt, quod ſcilicet nondum eam habet potentiam quæ actui ſit iuncta, eius tamen naturæ eſt, ut eam poſſi adipiſci Ariſto. itaque cum protulit, oportere ut id quod moueri põt motum præcedat, intellexit hoc modo quo ſecundo loco expoſuimus. Ignis autem cum ſurſum moueri poſſe dicimus: intelligimus primo modo. Vnde alio modo ignis moueri ſurſum poteſt alio lignum. ignis nanque rõne eius potentiæ quæ ultima eſt: & actu etiam ſeruat, lignum potentia remota rõne qua in ignem uerſum aſcendere poteſt.*

SEd quid hæc perſequor, quum illi ſeipſos ita reuincant atque coarguant, vt nedum inconſtantia, ſed etiam pugnantiſsima dicere videantur? Nam qui [a] dicunt aliquando non fuiſſe motum, dicunt fuiſſe tem- 10
pus, quum motus ante non eſſet: (Nihil.n. ſignificare aliud videntur verba illa, aliquando, & antequam tps) ſed tempus citra motum eſſe non põt, quemadmodum ſuperioribus libris eſt monſtratum. Qui itaque aliqñ fuiſſe tempus dicunt, quo nullus motus eſſet nihil aliud præ ſe ferunt, quam tunc motum fuiſſe, quum motus non erat. Quòd ſi quis etiam de genitura temporis nobiſcum diſſentiat, putetq́; factum fuiſſe aliquando tẽpus, quum ante non eſſet, quemadmodum Plato in Timæo videtur ſentire, qui vna cum cœlo genitũ eſſe tps affirmat. Ad hoc refellendum ſatis eſt cõis philoſophorum conſenſus, qui perennitatem æternitatemq́; conſone tribuunt tempori. Democritus adeo cum probaret non eſſe orta oia, quæ haberentur in mundo, pro argumento ſumit, ꝙ vna illa res maxime quæ tempus vocatur, exordio atq; origine careat. Sed ne multitudi- 11
ne ſola teſtium certari, ac fidere videantur, rõnibus eſt agendum perſcrutandumq́;, vtrum fieri potuerit aliqñ tps, quum ante non eſſet. Et hercules ſibi hærere non poſſunt, quibus id videtur: nam quandoq;, olim, aliqñ, antea, nunc appellationes & noĩa temporis ſunt. Et vt cætera prætercam, quis nõ intelligit momentum & tps ita eſſe viciſsim cõſentanea atq; connexa, vt alterũ eſſe ſine vtroq; non poſsit? Momentum.n. interlimitium & confinium tpis eſt, quippe quod exitus præteriti ſit, & initium cõſequentis. Neq; tpis vlla pars accipi põt alia, q̃ momentum. Si itaq; in oĩ generatione vſus momenti eſt, ad mentionem illius admonitio vtriuſq; tpis corrogabitur.

gabitur. Qnapropter ſi nunc cœpit eſſe tempus, etiam prius fuit tempus, qnia hoc momentum, quod huius principium eſt, finis erat alterius. Quod ſi hæc eſſe non poſſunt, æternum tempus ſit oportet: & ſi æternum eſt tempus, æternus erit & motus, quando oſtenſum eſt ſine motu temporis intellectum haberi, aut conſtare non poſſe.

[a] Nihilo etiam minus Ioan. Grammaticus has duas rõnes infringere conatus eſt: ad primam nãque quæ ex temporis perpetuitate motus perpetuitatem probat, ait ipſe. Quod & ſi ea nomina uideantur ex ui proprij ſignificati tempus, importare, non tamen quando illis utimur in explicanda earum rerum natura & conditione, quæ extra tempus ſunt, & à temporis menſu ſeparata, ſtatim etiam ea tempori eſſe obnoxia concludendum: quia hoc non ex earum rerum conditionẽ conſequitur, ſed modum ſolum quo nos eas res cognoſcimus. Nam quemadmodum Deus ipſe ea etiam quæ temporis curriculo ſubiacent abſque tempore cognoſcit, ita nos uice uerſa quæ extra tempus ſunt, non niſi temporaliter cognoſcimus: unde neque intelligere neque inueſtigare poſſumus ea quæ extra tempus ſunt, niſi nominibus utamur tempus ſignificantibus: non ob id tamen tempore ea terminari cenſendum. Cum igitur dicimus, aliquando non fuiſſe motum, aliquando non fuiſſe tempus non eſt intelligẽdum quod eo tempore motus uel tempus fuerit, ſed quod tempus uel motus non ſemper fuerit. [b] Ait præterea Ioan. Gramma. rationem eam quæ ex momento ducitur, quod quidem medium ſemper eſt præteriti futuriq́; temporis, petere id quod quæritur: nam quæritur, nunquid tempus ſemper ſit. Ad quod comprobandum tanquam principium aſſumit, nũc ſeu momentum eſſe ſemper medium temporis. Hoc autem idem eſt ac ſi ſumeret tempus eſſe ſempiternum, ueluti ſi linea eſſet longiſsime protracta, ita ut eius extrema non poſſent conſpici, in quæſtionem ueniret: deinde an finita eſſet uel infinita. Et quis in huius rei inueſtigatione, ueluti principium poneret punctum eius eſſe naturæ, ut medium ſit lineæ ſemper? ex hoc deinde concluderet eam eſſe infinitam eadem ratione qua peripatetici hoc in loco? Has tamen inſtantias quomodo refellat Simpl. non aſcribemus, quia longo nimis utitur ſermone.

12 Iſdem tantum in contrariũ rationibus demr̃andum eſt, incorruptum, ĩmortalemq́; motum eſſe, nunq̃ interiturum, nunquam caſurum. Nam quẽadmodũ ij qui motum generari, & aliquando cœpiſſe arbitrantur, fateri coguntur aliquem eſſe motum primo motu priorem, ita ij qui motum aliquando cõſumari & deſinere oportere putant, fateri cogẽtur aliquem eſſe mo-
13 tum citeriorem citimo, & poſteriorẽ poſtremo. Nam corrupto motu, q̃ritur aut res ſimul corrumpenť, aut manebunt. Si corrũpentur, nimirum quia nihil in nihilum reuertitur, in aliquid ſe conuerterent: ſed oẽm conuerſionem mutationemq́; cõmitatur motus. Igiť poſt motum abolitum alius motus infertur. Si manebnnt, adhibebimus ea tormenta quæ ſupra cum de ortu & principio loqueremur, cur quum hæc moueri poſsint illa vim mouendi obtineant, infinitum tp̃s ſtatura ceſſuraq́; ſint, & cur quum prius mouerent hęc, illa mouerentur, nunc neque moueant hæc: neque illa mouean-
14 tur? Illud ſane in explicatione naturæ maxime obſeruãdum cauendumq́; eſt, ne quid ſine certa rõne probetur, neúe id pro cauſa ſumatur, quod cauſa eſſe non poſsit.

Atq; hoc quidem præceptum oẽs ad vnum veteres contempſerunt. Nam quum Empedo. vices illas mouendi quieſcendiq́; ſtatuiſſet, motumq́ue ab amicitia & odio proficiſci dixiſſet, quietem intermediis agi tp̃ibus nullam cauſam, cur tam inſignis alternatio fieret attulit.
Sed neq; Anaxagoras rõnem adhibuit, quamobrẽ ve- 15
ternoſa & ſedentaria illa mens, quæ innumerabilibus ſeculis obtorpuerat, atq; inſinuatis manibus ceſſauerat: tunc demum de repente diſcuſsis feriis miſcellam mouere agitareq́; cœperit. Cur ad id tam ſero, cur non tẽporius, cur non longe antea aggredi admoliriq́; manus placuit. Atqui nihil eſt in vniuerſa natura qđ aut rõne, aut ordine careat, alioquin natura cauſa eſt & ordinis & rerum ipſarum, quæ rõne conſtant & ordine. Qui vero tam immenſo ſpatio dicit quieuiſſe oĩa, quæ modo moueri cœpiſſent, ſiue infinitum exerceri tp̃s debent, ſiue rurſus ad ferias reuocari, qui tueri ordinem, aut rõnem poſsint, ignoro: quando præſertim differentia cõſtitui, aut fingi non põt, cur motus nunc potiſsimũ, non antea cœperit. Si.n. vniformem & conſentaneum eſſe naturæ tenorem atq; habitum eſt neceſſe, neu ſit nunc hoc modo, alias aliter, ſed quemadmodum ſemper igni ad ſuperiora cenſus conſtat, terræ ad inferiora deſcenſus, ita & toti naturæ ſua concinnitas conſtans perpetuaq́; habetur, aut accedendum eſt: aut ſi deſciſcendum eſt, comminiſcenda afferendaq́; rõ: cur ſequius ſtatuas. Quandoquidem vel earum rerum, quæ ſemper ſui pares ac ſimiles æternęq́; ſunt, non oẽs, cauſa & principio carent. Qnamuis.n. triangulum duobus rectis æquales angulos ſemper obtineant, nihilòminus habetur ratio quædam & cã, propter quam illud in triangulo ſit ſempiternum atque perpetuum. Canſæ vero perpetuis ſunt non oẽs, ſed primariæ quædam ac principes, quarum q́; non ſit amplius aliqua cã. Is igitur qui ad hãc formulam diſputauerint, continuo dilucebit, nõ relinqui tempus, ſi obliteretur, aut non compareat motus.

NVnc ſoluenda & confutanda ſunt ea, quæ huic 16
aſſertioni videntur aduerſa. Nam dicat aliquis, ſi verum eſt, nullum perennare motum ſimpliciť quoq; enunciatum verum ſit, motum ſempiternum
non eſſe. Oĩs aũt mutatio terminata finitaq́; eſt, quia 17
omnis de certo exordio incertum exitnm procedit: extrema quoq; illarum contraria habentur, ſemperq́; diuerticulum ab intentione diſcordat: Oĩno.n. nihil moueri poſſe in infinitum ſcimus. Iam ſi cõſtat intuitu id, quod prius nunquam agitatum eſt, agitari tñ poſſe & motum incipere, quem neq; partes vnquam: neq; integritas pertulit, cur tam aliena, tam de nihilo ſit opinio, quæ motum mundi ad aliquam originem reuocat, quũ poſsit idem in hoc vno intelligi, quod in cæteris ſenſus agnoſcit? Mouentur inaĩa, ignis aer, aqua, terra, & quę ex iis mixta concretaq́; ſunt: & aliquãdo inchoant motum, qui nunquam ante illis acciderit, aliquando repetunt eum, à quo inſecuta ſit quies. Mouentur & aĩantes de quiete, & quidem altiſsima. Alioquin ad ea quæ de inanimis dicta ſunt, facilius aliquis obſolutiusq́; rñdeat, ꝙ agitatum illum accipere de foris videantur ab alio, quod & ipſum agitabatur, proindeq́; nõ ſerio admodũ inducatur id, quod ratio laborabat. Ad ea vero quæ de animalibus afferunť, haud facile inuentu eſt, qua via ſit occurrendum. Mouentur enim ea plerunq; ſuapte de omnimoda & maxima quietudine authore & impulſore nullo. Quòd ſi motum animalia quẽ nulla res prius, neque intrinſecus, neque extrinſecus attulit, auſpicari tamen

tamē exordiriq; poſſunt, quid prohibet ne idem quoq; natura vniuerſa poſſe dicatur? Si.n.id contemplari in paruo mundo licet, cur non intelligere licet in magno?
18 Sunt igitur obiecta hæc à nobis, eodem ordine quo expoſuimus, purgāda. Si omnis motus de cōtrario ſoluit, & in contrarium deſinit, neceſſe eſt omnem motū concludi & terminari cōtrariis, ita vt nullus, iugis, cōtinuus, aut perpes eſſe poſsit, etiā ſi replicatione, regreſsioneq; in infinitum regatur, quòd genus idem & vnus motus cenſeri non pōt: ſicuti neq; chordæ vnus idemq; ſonus eſt, qui primo ictu, & qui ſecūdo redditur, de quo latius & accuratius proceſſu docebimus. Sed quemadmodum aliquando dixi, ſi motus omnis cohiberetur contrariis, verum eſſet nullum, neq; ſempiternum poſſe, neq; continuum motū haberi. Si vero eſt motus aliquis perpes & continens, qui contrarietate non arceatur, nec ſe de contrario in contrarium digerat, nonne clariſsime ca-
19 lumnia illius argumenti patuerit? Ac ratio quidem de inanimalium motu, qui quum prius non eſſet, factus tamen recens dicatur, facillime repræhenditur. Nihil.n. in eo eſt, quod magnopere admirari debuerint, quando res illæ quæ agitatorem extrarium habent, præſente illo moueri neceſſe eſt, abſente quieſcere. Neq; ſequitur, ſi hęc moueri incipiūt: & rurſum quieſcunt, nullum adeo motum eſſe perpetuum. Quid.n. prohibet moueri aliqua cōtinenter & ſemper, atq; etiam particulariū motum eſſe cauſas. i. vnde motus inanimis extrinſecus miniſtrentur? Porro quęrere cur non ſemper moueanē inanima, quamuis mouentia in continuo excitu agitatuq; ſint, ad præſentem locum non pertinet, in quo id modo agitur, ſit motus vllus ſempiternus an ſecus. Illa vero quęſtio commodius tractari cum alia poteſt, quę ſciſcitatur, cur cōpluſcula huiuſmodi ſint, habeanturq; in natura, quæ interim ſtent, interim moueantur, ceu inde totius huius diſputationis cardo & deciſio pen-
20 deat. Nam de animalibus itidem, quę prorſus videntur tum moueri, tum quieſcere, & quum mouentur, intra ſe motus illius cām delitescentem habere, eadē quęſtio ſolet conſtitui. Cæterū [a] neq; hoc difficile ſoluitur, quāuis ea ratio: ſi qua perſuadere maxime videatur, poſſe motum omnem incipere, qui ante non fuerit: Nunq̄ omnino quieſcunt aīalia, ſed ſemper inſitis quibuſdam, atque ingenitis motibus agitātur: neque tñ illa cā quam intra ſe gerunt, omnes agitatus præſtat, ſed vnum qui per locum obitur. Extrinſecus porro plerique motus aſferuntur ab aere circuncirco, qui ambeſt: nam & caleſiūt & frigeſcunt, & inalbeſcunt & fuſcantur, & tuentur & audiunt, concepto atq; hauſto extrinſecus motu. Nihil igitur obſtat, niſi fortaſſe neceſſe eſt corporibus ab operiente nos aere multos motus accidere: quorum [b] alij mentem exercent, alij appetitum cient, alij vniuerſum animal agitant, recalefactio bibendi deſiderium commouet, deſiderium animal producit ad fontem. Iam ſomnus rationem hanc apertiſsime condocet. In eo tametſi nulla pars corporis moueri videtur, multæ tamē mutationes interius miniſtrantur: fit cibi concoctio, fit ſucci eius inter venas & viſcera diſpenſatio, fit fluentorum ad excrementa & ſedimenta collectio, ſpirant, ſomniant, variis viſis animus modo in gaudia mittitur, modo terriculamentis horreſcit. Partes quoq; ipſę, atq; extimæ corporis margines modo rigent & conglaciāt frigoribus, modo calore diffunduntur atq; tabeſcunt, quorum vtrunq; aer is facit, qui circunſecus nobis obducitur. Tandem emicant experrecta, & aliqua huiuſce generis cā, quæ animalia velicari & excitare de quiete ſoleat. Sed de aīalium & inaīalium motu, & de tota quæſtione hac facile quid ſit ſequendum videbimus, ſi (quemadmodum paulo ante dixi) generalem cām illam didicerimus, cur nōnullæ res ea natura ſint, vt aliquando quieſcant, aliquando moueantur.

[a] *Græci Ariſt. & Themi.* συμφύτως *aiunt, id quod, inſitis atque ingenitis, latine expreſsit interpres. Simpli. aūt dupliciter expoſuit: Vel.n. per inſitos motus eos intellexit, aut ipſe, qui naturaliter animali inſunt uel fortaſſe inſitos eos motus appellauit, qui ab his uirtutibus emanant, quæ à poſterioribus uocantur miniſtrantes: quales ſunt quæ attrahit, quæ detinet, quæ alterat, & quæ excernit. Hæ enim ſemper operantur in corporibus rerum animatarum & potiſſimum animalium.* [b] *Græce Themiſt. ita loquitur* τούτων δὲ ἐνίων τὴν διάνοιαν ἢ τὴν ὄρεξιν κινεῖν, ἐκεῖνα δὲ τὸ ὅλον ζῷον. *hoc eſt, quorum alij mentem uel appetitum cient, qui deinde uniuerſum animal agitat.*

Potius ad conformationem ſingula decernere corporis congenita.

REpetendum eſt itaque altius, atque hunc in mo 21
dum diuidenda eſt rerum natura. Neceſſe eſt aut oīa quæ ſunt, immobilia eſſe, aut oīa moueri, aut aliqua ex iis moueri, aliqua non moueri. Quòd ſi damus motum & quietem, rurſus hoc in tria mēbra diſtinguamus. Neceſſe eſt.n. aut alia ſemper moueri, & alia nunquam moueri: aut oīa ſimul nunc quieſcere, nūc moueri: aut quod eſt reliquum, aliqua ſemper moueri, aliqua ſemper quieſcere: aliqua nunc quieſcere, nunc moueri, Dein ex iis quid magis verum ſit requiramus. Erit hoc & finis & diſſolutio omnium difficul
tatum quæ pertingere motum poſsint. Non eſſe omnia 22
immobilia aſpectus ipſe teſtimonio eſt, cui quod accidit non agnoſcere iniquum eſt: præterq; deridiculum, vbi ſenſus fidem facit rōnem quærere. Quædam adeo imbecillitas animi atq; retuſio eſt, non ſtatim perſpicere quid deſideret, quid non deſideret rōnem: habentur.n. nonnulla quæ certiora illuſtrioraq; ſunt, q̄ vt rationem vllam expoſtulent. Et præterea non reuocant in dubium, qui naturalia commentantur, verum immota ſint omnia, quemadmodum initio operis dixi-
mus. Alterum [a] caput erat, vtrum omnia mouean- 23
tur ſemper. Quāquam autem nō moueri oīa vſq; adeo manifeſtum eſt, vt nullius probationis indigeat, quia tamen noſtræ diſciplinæ minus infeſta aſſertio eſt: quæ tollit quietem, quam ea quæ motum, non fuerit diſſentaneum ad id aliquam rationem adiūgere. Plane fuerunt nōnulli qui moueri ſemper omnia affirmarent, ſed latere id ſenſum magna ex parte, nec cerni. Cōtra hos, quamuis nō diffiniant vtrum motu omnia vno & continuo moueantur, & ſi vno, qualis nā ſit ille, an omnibus ſimul motibus: non eſt tamen impendio difficile diſputare. Nihil augeri & minui poteſt continue, ita vt auctio cohæreſcat minutioni, ſed ſemper inter auctionem & diminutionem interſtitium motus ſit, & media quies interiacet. Nam ſi motus auctionis & minutionis vnus continenter eſſet, res quæ augeſcerent in decrementum & minutionem, tendere ac pergere dicerent. Sed neq; motus ipſe auctionis perpetuus eſt, adeo vt ſi quis cubitis duobus vigeſimo anno auctus ſit, non eſt neceſſe partem illius crementi alīq̄ ſingulæ horæ attulerint. Alioquin verū ſit, qđ & dicitur à nōnullis. Si quinque millia guttæ lapidem inforant ſuā conſtare ſingulis ſtillicidiis ſcrobem in lapide. Et ſi caprificus parietem hærendo: innaſcendoq; dehiſcere facit fiſſura & diſcuſ-

ſura pal-

ſura palmipide,ſuas ſingulis partibus tēporis diſcunea-
turæ illius rimulas: iam inde ab initio ortus congruere
ſortito: quorum vtrunq; falſiſsimum eſt. Nam quem-
admodum centeni nauim trahunt ſinguli, ſi ſeorſum
incubuerint, neque mouere quidem loco poſſunt: ita
tot aut tot guttæ lapidem cauant, ſingulæ nihil cōiunt.
non.n.ſi magnitudo diuidua eſt, quam multa ſtillicidia
fodiunt, ex eo accipi poteſt ſingula partem magnitudi-
nis illius abſumere, ſed quo inde periit, communi ope-
ra omnium periiſſe dicitur. Item quemadmodum na-
uis quæ à quinquaginta moueri non poterat, vnius adie
cta corrogataq; manu & mouetur & trahitur: & quem-
admodum bilanx libra, cuius examen decem hinc &
hinc talenta æquauerant, addito denarij vnius pondu-
ſculo, ſtatim laborat ac deuergit altrinſecus: ita tot gut-
tæ quæ nondum conficere aut exterere lapidem pote-
rant, acceſsione vnius iam terebrant excauantq;. Eo-
rum argumento manifeſtum eſt earum rerum, quæ ſe
minuunt, non particulam aliquam identidem adimi,
etiam ſi diuiſibile ſit in infinitum quod deminuitur, ſed
aliquando exoleſcere eas, atq; abire in totum. Idem in
alteratione probandum. Non.n.ideo diuidi alteratio,
omnis in infinitum poteſt, quia res quæ alteratur, diui-
dua in infinitum ſit, ſed interim eſt quum momento to-
ta exiguitur, vt quum quid concreſcit aut conglaciat.
Prorſus nulla poteſt continua infinitaq; eſſe quia om-
nis alteratio contrariis, ceu clauſulis quibuſdam & euri-
pis arcetur. Cæterum æger, qui in ſanitatem it, donec
ita mutat, videtur quidem alteraſcere, ſed poſtea q̄ con
ualuit, apertiſsime ab eo motu quieſcit. Iā lapides, quis
ædepol videt, tāto præſertim tpe, molliores durioresúe
24 factos, aut alio motu exercitos? Mirum hercules eſſet
montes in cœlum ſubrectos, ſaxa immenſæ vaſtæq; ma
gnitudinis, ignorantibus, nec aduertentibus nobis mo-
ueri. Præterea ipſa tellus medietatem mundi obtinens
quieſcere in imo clariſsime intelligitur, ſicut & reliqua
in ſuis locis naturalia corpora. Alioquin ſi mouentur,
qualis obſecro motus is eſt? Num naturalis? Iam regio
illis conueniens & ſalutaris tenetur. Num præter natu-
ram? at ſunt in propriis, ſuiſq; ſedibus. Hactenus con
fectū, neq; moueri poſſe ſemper, neq; quieſcere oīa.

[a] *Ob id ait Simplic. qui aſſerit omnia ſemper moueri, mi-
nus eſt huic diſciplinæ infeſtus, quia & ſi natura tam motus
quam quietis ſit cauſa & principium, auferaturq; natura
ex quietis etiam ablatione, attamen motus eſt naturæ propior
magis & peculiarior quam quies. Præterea etiam, qui mo-
tum tollit, quietem etiā tollit: ea.n.quieſcunt quæ moueri etiā
poſſunt: qui aūt quietem tollit, is non motum aufert: quoniam
in rerum etiam natura quædam reperiuntur quæ mouentur
ſemper, Nihil autem eſt quod penitus ſit immobile. Et ea de
cauſa minus eſt naturali moleſta ea aſſertio quæ motum tol
lit, quam ea quæ quietem.*

NEque illud quoque dicere poſſumus, hæc quæ
mouentur ſemper motum pati: illa quæ quie-
ſcunt, ſemper ſine motu eſſe, quum viſus doceat
violentos quoſdam & contra naturam motus haberi.
Haberi item auctionem minutionemque, quarum cer-
tus conſtitutus eſt ambitus. Simul enim ad quēdam mo
dum incrementa membrorum ſunt facta, procumbit
motus, quaſi iam creſcendi ætas ac tempus exceſſerit.
Item neque ſemper quieſcunt omnia, quæ quieſcunt.
Quicquid.n.præter ordinem naturæ ex propriis obtur-
batur exagitaturq; locis ſtatim deſinit quieſcere: ideq;
vbi ante quieſcebat, demigrat. Sed neq; qđ paritur, ſem
per paritur, quia ſimulatq; partum eſt, deſinit pari. Ne-
que quod occidit, ſemper occidit, quia finis aliquis tum
ortus, tum interitus eſt.

REliquum eſt nobis inquirere duo illa quę reſtāt: 25
primum vtrum omnes res habeātur huiuſmodi,
vt interim agitentur, interim quieſcant. Alterum
an neceſſe ſit tria eſſe rerum genera: vnum earum quæ
poſſunt quieſcere & moueri, alterum earum quæ ſem-
per quieſcunt, imo vero ſemper pigra immotaq; ſunt:
tertium earum quæ ſemper mouentur. Vtrum ſit horū
verius, videtur aliunde ordientibus commonſtrandum:
ita enim facilius fiet, intellectuq; capietur motum eſſe
aliquem ſempiternum. Ex iis omnibus quæ mouentur 26
& mouent, alia ex accidēti, alia partibus, alia per ſe mo
ueri & mouere dicuntur. Quòd ſi memores ſumus eo-
rum, quæ nobis præmiſſa ſunt libro ab hinc quarto, ſci-
mus quid ſit moueri per ſe, quid ex accidēti, quid parti-
bus ac ea quidem quæ ex accidenti mouentur, præter-
mittenda ſunt nobis, vtpote quæ infinibilia intermina-
taq; ſint, neq; in pcepta poſsint includi, aut diſtinctionē
& artificem capere. Quæ vero per ſe mouentur, quæ-
dam vi & præter naturam, quædam natura mouētur.
Natura mouentur ea, quę cām & principium motus in-
tra ſe poſsident, vt animalia, vt arbores, & vt ex inani-
mis plurima quæ mouentur, ita vt ſunt naturaliter in-
ſtituta, deorſum grauia & terracea, ſurſum à leui &
ignea. Pręter naturam mouentur ea, quæ tum vi, tū non
ita vt ſunt naturaliter inſtituta, mouentur: & lapis ſur-
ſum coniectus, ignis deorſum depulſus. Mouenť etiam
aīalium corpora aliquando præter naturam, vt ſaltan-
do: iis.n. quum grauia glebulentaq; ſint, ſaltus non pōt
eſſe naturalis motus. Tametſi vero animalium corpora
ſaltando cōtra naturam mouentur, ipſa tñ aīalia non dī
cuntur moueri præter naturam, quia eius quoq; motus
principium intra ſe obtinent. Corpora vero, quia talis
motus ſibi, neq; in eo ꝙ corpora, neq; in eo ꝙ gratia
cōuenit, cōtra nām moueri probantur. Quęcunq; itaq; 27
contra naturam mouentur, nulla dubitatio eſt quin ab
aliquo extrinſecus moueantur, vtpote à quo de naturę
ſuæ inſtituto cogantur decedere: nihil.n. ſe contra natu
ram moueret, niſi externa vis cogeret, & alienus impul
ſus. De iis vero quæ naturaliter mouentur, ſolet quæri
moueantur hęc quoq; ab aliquo. Plane quæ naturaliter
mouentur, propterea ita moueri videntur, quia non ab
alio, ſed à ſe mouentur: ac animalia quidem ſine dubio
ab aliquo moueri neceſſe eſt. Quamuis enim neque
ab alio, neq; extrinſecus moueanť, diſcretio tñ quædā
mouētis & moti rōne deprēhēditur: neq; in hoc vis fue
rit, mouentur ab aliquo animalia necne, quippe ꝙ con
ſtet illa moueri ab anima. Sed de eo iam noſtra quæſtio
eſt, quonam pacto afferri ſeorſum poſsit in animalibus
id, quod mouet, & id quod mouetur. Atq; hæc quoq;
facile ſoluitur. Quemadmodum in naui, & iis quæ in-
genij, non naturæ ſunt opera, ita in animalibus partes
quæ mouent ab iis quæ mouentur, diuiſiue abiunctęq;
ſunt, in hunc modum dici totum animal ipſum ſe mo-
uere, tametſi habeat intra ſe id quod mouet, diductum
ab eo cui motus affertur. Erat altera qōnis pars, à quo 29
nam inanima moueātur, quum naturaliter mouentur;
quod quidem per difficiles explicatus habet, quia neq;
ab alio moueri videntur, neq; externū agitatorem ha-
bere, quemadmodum ea quę præter nām & vim mo-
uentur, neq; ab aliquo quod interius, vt cauſa & prin-

cipium habeatur, quemadmodum animalia. Quid enim
afferri poſsit in illis quod mouet, diſtinctum ab eo qđ
mouetur: aut quod agit diuerſum ab eo quod patitur?
uam boc diſcrimen in aĩalibus reperitur, quippe quæ
30 ex anima formentur & corpore. Quæ duo capiunt exi-
ſtimationem mouentis & moti, qñ præſertim nullo ge-
nere diuiduntur in anima, ſed vno quaſi glutiuo conti-
nentur atque coucorporant. Si.n. intra ſe authorem mo
tus ſui aliquem gererent, qualis in animalibus anima eſt,
ſi ſponte mouerentur, ſponte etiam ſtarent, vt aĩalia.
Sed nec vnam viã ſemper agerent, imo diuerſas, ſi ſpon
taneo agitatu ferentur, vt animalia ambulant, illa ſaltãt,
currunt, tripudiãt, ſurſum, deorſum, progreſsim, ceſsim,
in latus incedunt. In animis vnus tantum motus & ſim
plex deputatus eſt, eoq; videtur is ad certam & conſti-
tutã neceſsitatem naturæ referri. Quamobrem & hæc
quoq; ab aliquo quidem moueri neceſſe eſt, licet à quo
habeatur hoc, eſt incertum. Sed tamẽ quemadmodum
hoc quoque accipiendum ſit, inſtruemus.

31 HOrum quæ mouent, alia ſecundum ſuam natu-
ram mouent, alia contra ſuam naturã, vt quum
claua ferrea lapidem mouet: nam neq; qua ferrea
eſt, neq; qua grauis lapidẽ leuat, neq; motus huius cãm
intra ſe poſsidet, ſed extrinſecus accipit atq; ibi bit vim
mouendi. Illa ſecundum naturam mouent, quæ motus
illius quem miniſtrant, principium intra ſe obtinent.
Quicquid vero actu cauſa eſt, naturalem vim babet mo
uendi ea quæ ptẽte ſunt talia, quale id actu eſt quod mo
uet. Quod.n. actu calet, ius habet in id quod potentia
calidum eſt. Num calidum actu quotiẽs calefacit id, mo
tu ciet interiore & ſuo. Et quemadmodum quod calet
cã mouens eſt eius quod poteſt calorem acciperere, ita
quod poteſt calorem accipere: nam obnoxium atq; au
diens eſt ei quod iam calet. Nã vt illud faciendi, ita hoc
patiendi principiũ intus agnoſcit. Cæterum ignis, & ſim
plicia corpora quum mouentur, ab alio moueri mani-
feſtum eſt: ſed vi & contra naturam mouentur, quum
in alienos locos truduntur coguntur q;: ſm naturam,
quũ in proprios & ordinatos à natura feruntur. Ea ve-
ro delatio, qua ſe res aliqua in ſedem ſuam confert, ni-
hil aliud eſt, niſi actus & conſumatio potentiæ eius q̃
antequã moueretur, habuerat. Actum porro ab eo ac-
cipit, quod cauſa efficiens eſt vt ſit talis, quæ vltra in eo
loco manere non poſsit, vnde excogitata eſt illud itaq;
quod facit vt ſe in ignem aer conuertat, cãm quoq; ha-
bet, vt agat eo modo quo ignis & quo leue. Agere autẽ
nõ poteſt vt ignis, niſi ſurſum feratur, quia actus ignis
eſt ſurſum ferri. Quicquid.n. ab aliquo paritur moue-
turue, ſimul tale actu eſt, quale potentia erat, ſimulq;
eum habitum recipit, quem recipere poterat: ſi nihil
obſtiterit, continuo aget pro natura & qualitate babi-
tus quem recipit. Nam qui condiſcit, ſimul atq; condi-
dicit etiam contemplatur, mõ nihil impediat, non vo-
luntas, non deſidia, non occupatio aliqua. Quẽadmo-
dum itaq; is, qui diſcipulum commentarionem aliq̃ in-
ſtruxit, cã eſt cur is qui ita inſtructus eruditusq; eſt, ſpõ
te ſe ad illam conſpectionem conſiderationemq; con-
uertat & conferat: ita res a quę facit, vt quod graue erat,
modo ſit leue, cã eſt vt nunc ſurſum conuolet, qđ deor
ſum aliquando vergebat. Eſt aũt aliter ignis aliter lignũ
32 leue potentia. Lignum potentia leue eſt, non abſoluta
ſed remota: quia ſcilicet verti põt in ignẽ. Iam ignis ab-
ſoluta & propinqua, quia.ſ. ſtatim poteſt ſurſum aſcen-
dere. Sicut aliter muſicus poteſtate eſt, qui diſciplinam
illam nondum tenet, ſed põt ſi velit: aliter qui iam qui-
dem tenet, ſed ab vſu atq; opera procul eſt. Atq; hic me
dius quidam eſt habitus inter actum & potentiam ſim-
plicem. Sed & is qui habitũ illum ſciæ poſsidet, medius
eſt inter eum, qui nondum poſsidet, & eum qui iam in
actu exercitioq; eſt. Quicquid igiẽ de prima illa & lõgin
qua potentia in actum transfertur, apertiſsime ab alio
& à cã extrinſecus accidente mutatur. Ignis.n. non ipſe
à ſe, ſed ab alio paritur, ſimiliter nec aer, nec aqua, nec
terra. Quum vero iam perfecta & conſumata conuer-
ſio eſt, iam factus ignis, iã receptus & hauſtus habitus,
qui recipi haurirïq; poterat ab eo, qui oĩa hæc præfere-
bat, & poſsidebat actu, quanquam tunc quoq; potentia
leuis eſt nihilominus potentia hęc longe perfectior in-
telligitur eſſe, quam prima, vtpote quam ſi nihil impe-
dierit extrariũ, ſtatim inſecuturus ſit actus. v.g. Aer quo
ad dum potentia illa tam remota leuis eſt, & quo ad dũ
põt in ignem cõuerti, non condit, ſimul vero ptãte ꝓ-
xima factus eſt leuis.i. ſimul conuerſus in ignem eſt, ſi
nulla vis feratur, continuo ſubuolat. Quęcunq; igitur cã
eſt, vt prior & remota potentia in poſteriorem ſe pro-
ximam conferat, cauſa etiã eſt vt actus & exercitiũ con
ſequatur. Quamobrem quoties dicimus ignem ſuſtulli.
aut terrã decidere alieno actore, id ita accipi volumus,
vt quia ipſa ſe parere & procreare elemẽta nõ poſſunt,
primum ab alio facta intelligãtur: deinde vt conſequẽs
fuerit ea niſu natura illius, in quam cõmeauiſſent, ſtatim
moueri niſi quid exterius præpediſſet.

a *Sed poterit quiſpiam forſitan dubitare (ait Simplic.) qño dictum ſit ea quæ mouentur, locali motu à generãte moueri per ſe. Quod.n. generat ſubſtantiam, & formã facit, & generationis cauſa eſt: aliud aũt eſt tranſmutatio quæ in generatione fit, & alia motus localis. Praterea quod ignem generat ſimul atque eſt genitus, deſiſtit ab opere ampliusq; non tangit quandoq;. Quo pacto ergo fieri põt ut ipſum per ſe moueat, aitq;: Quod qui formam generat, quodãmodo ẽt mouet id quod eo motu aptum eſt moueri: efficit.n. actum & motum illius formę una cum ipſa, ſicuti qui amphoram facit, cã etiam eſt ut ea uinum contineat: non tamen qui formam facit & mediante motum, propriæ. mouet formam eo motu ueluti qui lapidem manu mouet. Nam mouetur eo quãdoq; abſente eo qui generauit.*

QVi vero id quod reſiſtit & impedit, amouet, par 33
tim agitat ipſe, partim non agitat. Nam qui de-
molitur columnam, & qui in aqua lapidem ab
vtribus ſeparat, primum columnã aut lapidem agitat,
tum deinde ex accidenti parietem, atq; vtres mouet. Si
itaq; oĩa aut vi, aut natura mouentur, vtrunq; aũt, & id
quod vi & id quod natura mouetur alicunde moueri
monſtratum eſt, nonne omnia ab alio moueri conficit?
Sed qui hæreot cum his illa, quæ nobis olim dicta ſunt
naturalia corpora intra ſe habere principium quietis &
motus? Certe a hærent, atq; ita intelligenda ſunt, vt rẽ
habere intra ſe principium motus nihil aliud ſit, quã na-
turã habere audientẽ, idoneam, habilem, vt in id ſe ver-
tat quo extrema vis imperat, & in qđ poſtquam eſt ver-
ſa, tali ſe aut tali motu (niſi quod obſtet) exerceat. Quã
itaq; quicquid mouetur ab aliquo moueatur, ex iis quę
diximus, indubitabili luce colligitur.

a *Quærit hic Alexan. ſi id naturale eſt (ut Ariſt. ait) qđ principium habet ut patiatur & moueatur, qui fieri poteſt*

vt corpus

ut corpus quod circulari motu agitatur, cœlum uidelicet, naturale ſit? ipſum enim eſt à paſſione liberum. & multipliciter res pendet. Primo quod ea rõne, qua non eſt ĩmobile corpus hoc, ſed ab alio in aliud mouetur, non eſt à ptãte liberũ: quatenus uero poteſtatis eſt particeps, catenas etiam paſsibile eſt quodammodo: hac igitur rõne motus principium in ipſo etiam eſt, quod moueri poteſt. Vel rectius quidem, ait ipſe, dicendum eſt, non eo modo intelligendum diuino huic corpori motum ſecundum naturam ineſſe quo rebus inanimatis, ſed quo ea quæ ab anima mouẽtur, quæ quidem non ab extremo aliquo motore, ſed internæ cauſam habent motricem principiumq́; motus actiuũ, ſed ſi hæc uera ſint, ait deinde, cur nõ etiam principium habet quo poſsit ſtare? poſsit in contraria moueri? Reſpice primo in contraria moueri non poſſe, quia circulationi nihil contrarium eſt: non quieſcit aũt tum ob id quia non mouetur ac id in quo, cum eo fuerit peruentum, ſit neceſſe ſtare: tum quia quiete non eget: quæcunq; n. mouentur & à ſeipſis ſtandi naturam habent, ea etiam poteſtatem habent ut ex ſeipſis quieſcant. Simpl. uero hanc reſponſionẽ poſtremam perpendens, ait hæc protuliſſe Alexan. iuxta eam opinionem quam de anima cœli habuit in commentarijs libri ſecundi de cœlo eandem ſcilicet eſſe in cœlo animam et naturã. ibi. n. in hunc modum ſcriptum reliquit: Nos autem oſtendere nitimur non aliam quidem eſſe corporis diuini naturam, aliam uero animam, ſed ueluti grauitas terræ et leuitas ignis. & non multo etiam poſt ait: Nãque alia ab hac erit eius natura, anima.n. perfectior quædam natura eſt, unde rationi conſonum eſt corporis perfectioris perfectiorem eſſe naturam.

Hæc autem omnia conformia ſunt opinioni eius de anima: credidit enim animam actu eſſe à corpore inſeparabilem, ueluti etiam natura eſt.

34 MOuentur vero omnia ab eo, quod mouet bifa
riam. Nam aut mouet tñ, non etiam mouetur,
aut ipſm quoq; alicunde moueſ & mouet, exẽ-
pli grã: Lapis moueri põt ab hoĩe, moueri poteſt à cla-
ua. Quum mouet homo, tunc is originem totius mo-
tus intra ſe poſsidet, nec agitatur extrinſecus, cum mo
uet claua, tunc ea & motum lapidi pſtat, & ab alio acci-
pit, proinde origo motus non in claua habetur, ſed ad
vim refertur. Nec abitur tñ in infinitum, ſed ſtatur in
aliquo quod iam alicunde non mouetur. Lapidem mo
uebit claua, clauam manus manum homo hoĩem nihil
niſi ipſe ſemet. Sane lapidem mouet & homo & claua,
ſed homo potiſsimum mouet, tum quia clauam homo
mouet, hominem claua non mouet, tum quia ſine ho-
35 mine claua non mouet, ſine claua homo moueret. Er-
go manifeſtum eſt id, quod cæteris fons & principium
omnis eſt motus, etiã ſi interceſſu alterius interuentuq́;
moueat, nihilominus cãm illam interius gerere, eo fieri,
vt quicquid mouetur ab aliquo quod ipſum ſe moueat,
moueatur aut ſtatim & proxime, aut mediis rebus quæ
moueantur & moueant, ita vt illud tandẽ primum ſum
mumq́; teneatur, quod iam procuratione nullius, ſed à
ſe cæteris motum miniſtret & afferat. Nam ſi id moueri
ab alio dicatur, id quoque à quo mouetur, moueri diceſ
ab alio, & illud rurſus ab alio, vt in infinitum inquiſitio
iſta caſura ſit quod fieri nullo modo poteſt. Si.n. nullũ
caput cauſarum mouentium haberetur, ꝙ motus to-
tius: exordia prima recipere, nullum vtiq; motum geri
adminiſtrariq́; videremus. Præterea ſequeretur in ma
gnitudine finita tempore finito infinitum motum poſ-
ſe conſtitui. Nam ſi infinita ſint ea, quæ mouent & mo-
uentur, neceſſe eſt ex iis cõcreſcere magnitudinem ali-
quam infinitam, non quidem quę ex omnibus alioquin
tam diuerſis & pugnantibus coaleſcat, ſed quæ ſaltem
vnitate attigua coeat. Quicquid.n. mouet, quia moue-
tur, neceſſe eſt tangendo moueatur & moueat. Sed col-
ligamus quid nobis hactenus rationes ſuperiores attu-
lerint. Si neceſſarium eſt oĩa quæ mouent, moueri itidẽ
aliunde, ex duobus alterum relinquitur, aut vt in primã
cãm mouentem, ſed ĩmobilem ſtandum ſit, aut ſi non
immobilem, ſaltem in eam quæ ipſa ſe moueat. Quum
.n. id quod mouet omne, aut moueri aut non moueri
neceſſe ſit, & ſi nõ moueatur, eſſe ĩmobile, ſi moueatur,
aut à ſe aut ab alio moueri: quumq́; aſſertum ſit nõ ſe-
qui aut ab alio moueatur omne quod mouet, reſtat, vt
ſi id mouetur, moueri à ſe nulla dubitatio ſit, præſertim
quum ſit fere conſentaneum, vt id quod ſe ipm mouet,
potior cauſa motus eſſe intelligatur, ꝗ id quod ab alio
mouetur. Id.n. quod per ſe tum prius & præſtantius plu
riſq́; eſt, tum cauſa quoq; ei ꝙ per alterum agit.

NVnc alio capite diuidentibus quærẽda ratio eſt, 40
qua id quod ſeipſum mouet, mouere dicatur. In
primis ſecandi videntur modi quibus ipm ſe ali-
quid mouere poſsit intelligi. Quoniam itaq; magnitu-
dinem quę mouetur, continuam eſſe confeſſum eſt, ne-
ceſſe eſt ſi quid ſe moueri dicatur, vt aut totum à toto,
aut totum & partem à parte, aut totum à parte, aut par
tem à toto, aut partẽ à parte exiſtimemus moueri. Hoc
poſtremum in duo mẽbra diuiditur. Nam aut ita pars à
parte mouebiſ, vt ſingulæ partes à ſingulis vice inuerſa
& mutuo moueantur, aut ita vt vna pars moueat, altera
econuerſo non moueat. Atque hoc ſignificato vltimo
accipi oportere id monſtrabitur, quod αὐτοκίνητον, ideſt,
quod per ſe moueri, ſiue quod ſemet mouere dicatur.
Nam reliqui diuiſionis illius modi in eo conſentiunt,
atq; id peccant oẽs, ꝙ totum à toto moueri ſignificat.
Quod quidem contingere non poſſe clariſsima rõcina 41
tione paulo poſt docebimus. Primum hoc mãdandum
memoriæ eſt, præter membrum vltimum cætera ean-
dem plagam accipere. Nam ſi à parte totum mouetur,
ipſam ſe quoq; illa pars mouet: nã adempto ſubſiduo,
quod ab hac parte dicitur moueri, relinquetur ſola pars
hæc quæ ipſam totam mouebit, Eadem inductio com
petet, ſi à toto partem moueri dixeris. Idem eueniet ſi
mouere ſe partes mutuo ſingulæ ſingulas cenſeantur.
Nam ſi ſingulæ mouent eas, à quibus mouentur ſingu
læ quoque ſeipſas mouebunt, aut ſtatim aut per me-
dium. Non fuerit ab re diuertiſſe huc tantiſper, vt mo
di illi in idem recidere viderentur. Quam vero abſur-
dum ſit totũ à toto ſe moueri, multis è locis fides aſtrui- 42
tur. Primum quæro, vtrum eodem motu quo quid
ſe mouet, moueatur, totum à toto an diuerſo. Si diuer
ſo, illud iam non mouebit ſemet, ſed quando diuerſi
ſunt motus, id quod mouetur, intelligitur alterum ab
eo quod mouet. Si eodem, non video quemadmodum
aſſequi cogitatione quis poſsit, eodem motu deferre
deferriq́; aliquid, afficere & affici, Non abſimile id fu
turum, atq; ſi eandem rationem & diſcere ſimul & do-
ceri dicamur, eandem valentiam ſanitatemq́; curare
& recurari. Quanquam autem ſunt hæc obtuſiſsima,
fortaſſe tamen ineptiora incommodioraq́; videbũtur,
ſi recolere & meminiſſe ſuperiorum placuerit: videlicet
quicquid ab aliquo mouetur, id potentia eſſe ad quod
mouetur. Quod enim caleſcit: erat potentia calidum: &
quod frigeſcit, potẽtia frigidum. Item quicquid mouet,

actu eſſe id ad quod mouet exempli gratia: Id quod ca-
lefacit actu eſſe feruidum, id quod refrigerat, actu eſſe
gelidum. Hæc ſi ita ſunt, ſi id quod ſemet mouet à ſeip-
ſo, ideſt totum à toto mouetur, eodem reſpectu & actū
& potentiam præferet: potentiam, quatenus mouetur
actum, quatenus mouet. Iam perfectum ſimul & imper
fectum dicetur: imperfectum, quia potentiam obtinet;
perfectum, quia in actu conſiſtit. Quare & calidum ſi-
mul & frigidum videbitur: immo calidum & nondum
calidum, frigidum & non frigidum fuerit. Relinqui-
tur ergo eius, quod ipſum ſe mouet, partem eſſe quæ
43 moueat partem quæ moueatur. Ea quæ mouet prorſus
ipſa immobilis eſt: ea quę mouetur interim aliud quoq;
extrinſecus mouet, interim tantum mouetur. atq; hoc
in animalibus videtur facillimum, Nam animalia eius
generis ſunt, quæ per ſe moueri dicantur: mouentur il
la eo quo declaratum eſt modo. Seorſum enim habe-
tur id quod mouet, & immobile eſt, vt anima: ſeorſum
id quod ab anima mouetur, vt corpus. Corpus vero nō
etiam neceſſario aliud mouet, ſed aliquando mouet ali-
quando non mouet. Cum lapis trahitur, tunc mouetur
& mouet: at quum dormitur, non mouet, ſed mouetur:
nam & nutritur & creſcit & ſpirat. Hactenus liquido
apparet, in re quæ ipſa ſe mouet, diſcretionē haberi mo
uentis & moti: ac partem quidem illam quæ mouetur,
neceſſario corpus eſſe, quia quicquid mouetur, neceſſe
ſit eſſe continuum. An vero altera quoq; pars quæ mo-
uet, corpus ſit, nondum, ſed in loco docebimus.

44 QVòd ſi autem aliquid mouens imobile, etiam
alia via probabile videbitur. Nam ſi aliquid eſt
quod mouetur & mouet, aliquod quod tan-
tum mouetur merito, ne dicam neceſſario, ª aliquid
debet eſſe quod mouet & nō mouetur. Hanc collatio-
nem, exempla ſingillatim de rebus ſumpta, ſeriam fa-
ciunt. In omnibus quæ de duobus conſtant, ſi alterum
poteſt eſſe per ſe, poteſt & alterum. Verbi gratia: Ex
vino & melle mellities conſtat, ſi poteſt mel ſine vino
ſeorſum conſiſtere, poterit & vinum ſine melle ſeorſum
haberi. Ita quum aliqua ſint quæ moueantur & mo-
ueant, ſi inueniuntur quæ moueantur tantum, inue-
niētur etiā quæ tantum moueant. Ex iis omnibus ra-
tiocinatio tota colligiť hoc modo. Omne quod moue-
tur, ab aliquo mouetur, id quod ſupra aſſeruimus. Quia
vero exiſtimatio iſta in infinitum exire non poteſt, id
quod primum mouet, aut ſtabit, aut ſemet mouebit. Si
ſtabit, erit immobile: ſi ſemet, mouebit. Requiro illud
primum quod motum miniſtrat, quando nihil à ſe totū
à toto moueri probatum eſt, ita ſemper defenditur im-
mobile, quod cæteris fons atque principium motus ſit.
Igitur Anaxagoras recte, qui mentem immobilem ſta-
tuit, quam motus principium ſtatuiſſet. Ergo authorē
motus primum eſſe immobilem oportere, ſatis effectū
explicatumq; eſt.

*ª Non eo ordine Themiſt. proceſsit quo Ariſto. in his com-
probandis, ſecuti patet ſi inuicem conferantur ambo: Ariſto.
enim longe ſuperius rōnem hanc adduxit. Hic autem eſt ani
maduertendum, quod uerba ea latina, Merito, ne dicam
neceſſario, græce ita ſe habent: ἐυλόγως ἵνα μὴ εἴπω μᾶλλον
ἀναγκαῖον, quæ ex Ariſtot. ſunt excerpta, quæ quidem per-
pendens. Simpl. ait: Ob id ita locutum, quia quaſi ex quo-
dam conſecutionis modo, & non demonſtrationis neceſsitate
uidetur collecta ratio hæc, & ſi fundamento neceſſario: initi
uideatur. Vel forſitan etiam id non eſt in omnibus uſque-
quaque uerum. Quod ſi duo ſint quæ inuicem iuncta & com
poſita inueniantur, ſit alterum eorum poteſt eſſe per ſe, poſ-
ſit etiam per ſe alterum eſſe: ſyllaba enim quæ ex uocali con
ſtat & conſonante reperitur: & uocalis quidem per ſe pro-
prium habet ſonum ſolaq́ue poteſt proferri, conſonans ue-
ro non niſi cum uocali. Quia ergo in quibuſdam, licet ad-
modum paucis, fallit ea regulæ ideo non probabilis hæc eſt:
& recte ait Ariſto. eamq́; imitatus Themiſt. merito, ne dicam
neceſſario.*

AEternum quoq; eſſe primum motorem hinc li- 45
cet cognoſcere, quia ſi motum eſſe ęternum ne
ceſſe eſt, id quoq; qđ ſit hmōi motus cā, ęternum
eſſe & perpetuum conuenit ab omni mutatione cōuer-
ſioneq́; liberum, interitus atq; ortus immunem. Porro
quærere vtrum quicquid eſt ęternum, moueat tantum,
non moueatur autem, nihil ad rem pertinet. Conceda
mus autē, ſi cui id placeat, plura eſſe mouentia, & qui-
dem immobilia, quę interim ſunt interim nō ſunt: qua-
les fortaſſe animalium, tametſi nō oīum, animæ videā
tur. Quamobrem vero animalium genus indeſecta ſe-
rie attineať & quemadmodum aīę eorum quādoq; ſint,
quandoq; non ſint, & qua rōne nūquam iſthic ſucceſſus
procumbat, certam eſſe cām, & neceſſariam, & imor-
talem oportet, quia imutationis & ſubrogationis æter-
nę non poteſt cauſa eſſe aliqua non æterna. Nam illud
edocenter ac ſcite dici non poteſt, corrumpi ſemper cū
rebus, quæ occiderent ſua principia, ſubindeq́; oriri
cum rebus ſubcenturiari anticipareq́; alia, atque ita mu
nus ſucceſsionis obiter impleri, & perpetuo contineri.
Nos ſummā illam & principem cauſam, & verum prin
cipium quærimus. Nam aliæ cāę, quæ viciſsim fiunt, vt
aīalium animæ, innumerabiles infinitæq́; ſunt, neq; vllo
pacto ſimul habentur, Cur. n. hoc potius, q̄ illud prin-
cipium feceris? Prorſus perpetuæ huius continuationis 46
rerum, & nunquam caſuræ conſtituendus eſt author
ſempiternus & ſtabilis, nullo fine defectionē æui factu
rus. At principia corruptilia, ſi qua huiuſmodi ſunt
aīalibus cōi caſu cum animalibus corrumpuntur com-
moriunturq́;. Erit igitur præter hæc, cauſa vtiq; altera
quæ efficiat, vt principia illa vim habeant gñandi pro-
creandiq́; reliqua. Cæterū ª ſi ſatis eſt ex antelatis oſten 47
ſum, motum eſſe aliquem continuum & ſempiternum,
(quod. n. deinceps & conſequens eſt, neq; continuum
eſſe, neq; ſempiternum pōt) neceſſario ea res, quę ſem-
piternum illum motum intemperat, vna ſempiternaq́;
eſt. Nam ſi alia atq; alia diuerſis tēporibus probaretur,
profecto motus ab ea continuus proficiſci non poſſet,
ſed alius atq; alius & proinde vt ſectus & conſequēs ꝑ-
ueniret. Ex iis affirmare, atq; adeo ſine dubōne decer 48
nere poſſumus primū haberi quiddā atq; imobile prin-
cipiū rerum reliquasq́; rurſum ptātes vnde aīantes mo-
uentur, nec ſciēter, nec proprie appellari principia. Pri- 49
mum quia neq; motuum quoq;, quibus aīalia mouean
tur, cauſas oīum habent: ſed vnius modo qui ad locum
pertineat (Is. n. ſolus interiore via natura cietur & ædi-
tur, reliqui extrinſecus afferuntur) Neq; animales, ſed
naturales cenſentur auctio, minutio, ſpiratio. Quod ge
nus non ab aliquo nobis inſito principio miniſtrať, ſed
à circundante nos aere, aut à cibo, qui pro alimento no-
bis additus ingeſtusq́; ſit. Deinde vel eius quoq; mo- 50
tus qui verſatur in loco, quem ſolum diximus ſpōte ab
animalibus gigni, non tota ratio intus eſt, ſed occaſio
atque inuitamentum habetur extrinſecus. Fere enim
ad cupe-

ad cupedias cibi mouentur, aut quod alio genere deſo
ris oculus teneat. Vnde fieri nequit, vt vllo motu con-
tinue moueantur. Nam ſi non aliud, neceſſario ſom-
nus coquendo cibo requiritur: at quum dormiunt ani-
malia, certe ſtant, nec mouentur à ſe. Sed altera cauſa
eſt, cur ea interim quieſcant, interim moueantur. Atq;
ea cauſa tametſi ſemper moueat, nõ tamen ſemper eo-
dem modo ſe habet, neque ſemper æqualiter efficit ani
51 malia. Manifeſtum eſt itaque ex iis, quæ diximus, opor
tere vnum primum eſſe, quod moueat, nec moueatur
vtique ſi, quemadmodum probabimus, immortalia &
ęternus eſſe motus debet. Si itẽ neceſſarium eſt vt mun
dus, quia circum actu continuo voluitur, & moueatur
in ſe, & nihilominus ſtare intelligatur. Sicut enim ea
natura primi principij eſt, vt & moueat, & ſit immobi-
le, ita id quod mouetur inde, vtraq; ratione participat.
Nam ſi ad partes reſpicias mouetur, ſi ad totum perſtat
immobilis.

Ex his ait Simplic inſurgere poteſt dubitatio, & non admodum leuis? In antehabitis enim, hoc eſt, in principio Octaui, oſtenſum eſt motum eſſe æternum: non quidem quia continuus ſit, ſed ob id quia ſemper neceſſe ſit quamlibet mutationem aliam præcedere, & quamlibet etiam, quamuis poſtremam, aliam ſubſequi. Sed hæc quidem ratione probatur quod motus ſit æternus, non qui continuus ſit, ſed qui deinceps & conſequens. Reſpondet Simplic. uerum eſſe quod in principio probatum eſt: ſemper motum eſt conſequenter. Hoc enim euidens erat in his maxime rebus, quæ hanc nobis proximam regionem occupant ſub lunæ globo: in his enim ante quãcunque mutationem alia præcedit ſemper, & poſt quancunque etiam alia ſuccedit. Sed deinde accipit tanquam ex ſuppoſitione quadam quod neceſſe ſit, quod mutationibus his ſe inuicem uiciſſim conſequentibus ſit prior mutatio quædam continua, quæ cauſa ſit & auctor ſucceſſionis huius indefectæ & ſempiternæ. Demõſtratum eſt ergo ſeriem motuum qui uiciſsim ſe conſequantur perpetuam eſſe in his, quæ hanc ſub luna regionem incolunt. Verum hæc conſtare non poteſt, niſi ab uno continuo motu cuſtodiatur.

52 QVòd ſi primum mouens ſempiternum immor
taleq; eſt, illud quoq; quod inde primum mo-
uetur, ſempiternum immortaleq; fuerit. Si
enim aliud haberetur, cui primo rector ille primus mo
tum afferret, continuus aut vnus motus eſſe non poſſet.
Sed quorſum dixi, cui primo motum afferret? Quoniã
illa quoque quæ oriuntur & occidunt à principio mo-
uentur immobili, non tamen ſtatim & proxime, ſed me
dijs in interſtitio plurimis: alioquin terrena hæc neque
mutationes conuerſioneſq;, poſtremo neq; interitus
aut ortus haberent, ſi nullum corpus inciderent, ꝙ à
cauſa illa immobili & principe moueretur, quodq; ſub-
inde reliqua moueretur, ita vt mortalitati vicaria & ſem
piterna ſubiectione ſuccurreret. Nam quum primum
illud ac ſummum ſemper ſui par, ſuiq; ſimile ſit, non
poteſt eodem modo ſemper atq; vniformiter non mo-
uere. Neq; aliqua rõ eſt, qua ad mutua rei mobilis ob-
ſtringatur, aut ad mutationẽ alterius variet. At cœlum,
& qui cum cœlo circumagitur ſol, idcirco non eoſdem
ſemper effectus pariunt, quia rebus quas mouent, va-
rie & difformiter accidunt. Alius motus appulſu, alius
abſeſſu contingit. Atq; ita diſcrimen illud hinc oritur,
vt res modo exerceri agitarique, modo quieſcere ſede-
req; videantur. Ex iis omnibus arbitror propalam fa-
ctum quidnam cauſæ ſit, cur non omnia moueantur
aut quieſcant, & cur moueantur hæc ſemper illa tan-
tum quieſcant immotaq; ſint. Sed & nonnulla quoque
haberi, viſitariq; diximus, quæ modo ſtant, modo in
motu atq; excitu ſunt. Quum enim aliqua ſint primo
finitima, aliqua ab iis ſecunda, quæ quanquam à per-
petuo tamen à mobili & conuariabili principio mouen
tur, neceſſe eſt aliquibus eam eſſe naturam, vt iugem
& vniformem motum exerceant, aliquibus vt laceſſi-
tum atque difformem. Nam & principia vnde mo-
uentur, hoc differunt, ꝙ alterum vniforme, alterum dif-
forme cognoſcitur.

SAtis erat hac indagine demonſtraſſe illud eſſe per- 53
petuum, quod primum à primo moueretur. Sed
& hoc aliunde vel apertius & communitius diluce
bit. Si enim neceſſarium eſt indefectum & perennẽ eſſe
aliquem motum, qualis etiam eſt, qui per orbem in cę-
lo agitur, & quem agitator ille primus (quiſquis eſt) af-
fert, profecto & corpus quoque, cui naturale ſit circũ-
agi torqueriq; perpetuum eſſe & ſempiternũ oportet.
Nunc illud obiter explicandum, atq; alio initio aggre-
diendum videtur, cur motus nullus præter orbicularẽ 54
perpetuo attineri continuariq; poſſit. Tria ſunt motuũ
genera qualitatis, magnitudinis, loci. Is qui eſt loci, pri-
mus eſt oĩm motuum, tẽpore, natura, præſtantia, quia
ineſt in rebus & corporibus eadem dignatione autho-
ritateq; prędítis. Natura primus eſt localis motus, quia
conſtat cęteros motus inſtitui ſine motu locali nõ poſ-
ſe, motum localem ſine cæteris poſſe perſpicuum eſt.
*Primum auctio ſine delatione non fit. Nunquam
.n. crementa membris accidunt, niſi quod quis eſitaue
rit, biberit, ſumpſerit: confecto confici eſculenta & po
culenta non poſſunt, niſi proxime accedantq; corpo
ri aĩalium, ſtirpium, hoĩum, atq; ita ſuccus is in oẽs par-
tes diſtribuaẽ atq; permaneat. Ita videri neceſſariũ, vt aut
nos qui creſcimus, aut cibus ipſe quo alimur, aut vtriq;
locum ex loco vertamus. Auctio igitur & minutio ſine
loci mutatione miniſtrari non poſſunt. Sed neq; altera-
tio. Cum.n. qualitatum quę ad motum hunc pertinent,
oĩum principium dẽſitas & raritas ſint. (Nam grauitas,
leuitas, mollitudo, aſpritia, calor, & frigus, quanquam
neq; raritates dici, neq; denſitates poſſunt ab iis tñ pro-
deunt, patiunturq; ſine dubio) denſitas porro & raritas
ex concretione proueniant, cõcretio & receſſus non fit,
niſi partes loco demigrent. Generatio quoq; & corru-
ptio poſteriores nã hoc motu ſunt. Siue.n. nihil ſunt
aliud, q̃ concretio & ſecretio, vt Democrito placet, ſiue
(vt nobis videtur) ex alteratione proueniunt: quando-
quidem ortum atq; obitum rerum concretio & ſecre-
tio videntur pręcedere: vtrum dixeris, prior aliquis mo
tus ob locum inuenietur. Ita prima pars propoſitionis
noſtrę aſſerta eſt, ſine motu locali nullum motum poſſe
conſiſtere. Nunc paucis altera quoq; veriſsima eſſe mõ 55
ſtrabitur, ſine cæteris motibus localem poſſe inſtitui.
Sed quid hoc facilius? quænam obſecro neceſſitas? vt id
quod in loco fertur, augeſcat, & altereſcat, naſcatur, aut
intereat? Hactenus probatum eſt motum localem in- 56
ter oẽs motus primum eſſe natura: nunc dicemus quẽ-
admodum primus quoq; ſit tpe. Hunc motum æterna
ſolum agnoſcunt (perinde qui ſolus ingenio ſit ad con-
tinuandũ & perennandum appoſito, qđ infra mox ęſti-
mabimus) Aeterna caducis & genitis priora ſunt tpe.
Igitur motus illorum prior tpe, quam cæterorum habe
bitur. Diximus motum localem eſſe primum tempore

& natura,nunc reliquum eſt, vt eum præſtantia quoq; & dignitate & perſectione mõſtremus. Quodquidem cognitu & perſpectu facillimum eſt,tum ea rõne ꝙ abſolutiſsimis & pulcherrimis corporibus deputatus, delegatusq́; eſt,tũ ꝙ nobis non iam inde ab ortu aut crepundiis,ſed poſt aliquantum temporis iam adultis perfectisq́; accidit, quum firma inceſſui membra habentur. Alioquin animalia in primordio inchoata & rudia ſumus. Dicet quiſpiam, pugnant hęc ſuperioribus. Dictum eſt motum localem priorem eſſe cęteris motibus, nunc poſterior comprobatur exemplis, quando prius gigni nutricariq́; animalia,q̃ ingredi poſſe & mutare locum videntur. Sed ad hoc facilis defenſio eſt. Singulatim ortus & generatio prior eſt motu locali,in vniuerſum motus localis prior eſt ortu. Neceſſarium eſt enim, vt eius rei quæ patitur, præceſſerit aliquod pariens, quod antequam pareret, motũ localem vtiq; exercuerit. Nam tum quum gignit,gigni quod gignit dici aut exiſtimari non poteſt.Ita fit vt ſit neceſſe antequam quicquam oriatur, anteceſsiſſe aliquid,quod locum ex loco mutauerit. Propterea ſi generatio prima ſtatueretur, omnia quæ aliquem motum perpeſſa eſſent, priuſquam mouerentur genita atq; orta fuiſſent. Non eſt ergo generatio prior motu locali.Quod ſi generatio poſterior vincitur, ſuperfluum eſt auctionem aut alterationem priores defendere, quia auctio & alte

58 ratio conſequuntur ortum ab eoq́; ſunt ſecundæ. Illud quoque huc pertinet quod imperfectiſsime animantes localis motus expertes vidẽtur, vt arbores cæterarũq́; frugum genera:& quæ,ꝙ ancipiti ſunt natura Zoophy

59 ta nominantur. Iam ea quæ motu locali mouentur minimum de ſua ſubſtantia, nanq; concidunt, vtpote cũ hoc genere nihil integritati depereat. Non ſic ea quæ alterantur, non ſic ea quæ creſcunt,quorũ alia qualitatem demutant, alia in quantitate modoq́; variantur.

60 Præterea id quod ſemet mouet,principium eſt,tum eorum quæ mouentur,tum eorum quæ mouẽt. Hoc aũt nullum ſibi motũ niſi localem vendicat. Quare vel hac ratione primus motuum localis aſſeritur.In plenum res proprie ac ſimpliciter mouetur,quæ locum mutat.Quę vero non mutat,ſed aut augetur,aut minuitur,aut aſſicitur, non ſimpliciter abſoluteq́;, ſed quodam genere moueri dicitur.Quam itaque ſit primus motuum localis, puto ex iis,quæ ſunt dicta,conſtare.

Immo ita ſe habet, auctio quid ſi non erit abſque alteratione, nam quomodo fieret auctio ni prius nutrimento alteraretur? ſed alterati etc.

[a] *Græca ita habent, αὔξησις μὲν γὰρ οὐκ ἔστι χωρὶς ἀλλοιώσεως, πῶς γὰρ ἂν αὔξησις γένοιτο, μὴ πρότερον τῆς τροφῆς ἀλλοιωθείσης, ἀλλοιωθῆναι δὲ &c: ideſt. Primum enim auctio ſine alteratione non fit. Nunquam enim incrementa membris accidunt, niſi quod quis eſitauerit, biberit, ſumpſerit, prius conficiatur altereturq́;: confici autem & alterari eſculenta &c.*

61 NVnc quiſnam inter locales ſit primus, explicandum videtur.Sane [a] rationibus illis, quibus hoc probaturi ſumus,illud quoq; obiter cõi vſu monſtrabitur,eundem motum continuum & ſempiternum eſſe.Nam ex reliquis nullus ſtatui ſempiternus poteſt, vtpote qui terminis extremisq́; arceãtur,omnesq́; ſe ab oppoſito in oppoſitum conferãt.Generatio in ens, cor

62 ruptio in non ens procumbit.Alteratio affectionum cõtrarietate compeſcitur,auctio & diminutio intra certos ſe magnitudinis & paruitates limites continet. Quum itaq; contrarios aduerſosq́; motus vniri & coaleſcere impoſſe ſit, quæ vero continuantur vnita & coalita eſſe oporteat, nimirum cæteri motus iungi,& attineri non poterunt.Quam vero fieri nequeat:vt ex contrariis motibus vnitas & coalitus fiat,ita vt res quæ illius motibus mouetur,tanquã vno duobus vtatur in aperto eſt alioquin res ab ſe intelligitur.Si ita dicatur, futurũ vt res ſimul & albeſcere, & nigreſcere, ſaneſcere, morbeſcere, creſcere,decreſcere, oriri,occidere videantur.Si igitur quod albeſit,nõ ſimul nigreſit,(alioquin finis & exitus albeſcẽdi eſſet nigreſcere) manifeſtiſsimum puto,quũ nigreſcit res altero motu agitari, q̃ eo quo priusquum inalbebatur.Quod ſi nũc ſequiùs atq; antea mouebatur, res autem & tunc & nunc extabat, clariſsimum eſt eam rem de vno motu in alterum proceſsiſſe interquieuiſſeq́;. Nam ſi in tpe nullum interſtitium motus fuiſſet, fateri neceſſe eſt, idem contrarios motus tanq̃ vnum & contrarium egiſſe. Eadem rõ in generatione corruptioneq; congruit,ne attineri inuicem poſsint. Quãuis enim contrariæ omnino non ſint, opponuntur tamẽ & quodãmodo aduerſantur.Sed differentia ea ꝙ licet in vtroq; genere motuum.i.tum in proprijs veriſq́; motibus,tum in impropriis ſemper aliquid intermedium habeatur,tamen in veri ac propriis quies media eſt,in impropriis non quies,ſed tempus intercidit. Quum.n.occidit aliquid,quotiens ad non ens conuerſum mutatũq́; eſt dici non poteſt quemadmodum in non ente quieſcat.Inter corruptionem igr̃ quę in non ens procumbit, 63
& generationem quæ initium à non ente capit, tempus erit interpoſſe,non quies.Alioquin ſit abſurdum, ſi id quod ortum tantiſper eſt,cõtinuo interire dicatur, neque tempore vllo obmanere, in ea ſoliditate euidentiaq́;, quam ſibi genitura ortusq́; attulit. Hactenus ſatis probatum eſt nullum motum ex reliquis poſſe haberi continuum.

[a] *Eſt animaduerſione dignum (ait Simpli.) quod in hunc uſque locum eſt ueluti ſuppoſitio quædã acceptum, quod nũc monſtrabitur, ſcilicet aliquem eſſe motum continuum: quod Themiſt. etiam græce expreſſit,qui ait ἅμα γὰρ καὶ τὸ πρότερον ὑπετίθει, ὅτι οὐδὲ χεῖται πᾶν κίνησιν εἶναι συνεχῆ ἀΐδιον, δεῖξαι ἔσται τῇ αὐτῇ μεθόδῳ. hoc eſt, Vna.n.& id quod ſuperius ſuppoſitum eſt, quod ſcilicet aliquis motus eſſe poſsit & continuus & ſempiternus, eiſdem rationibus probatum euadet. Addit præterea Simpli.exacta ſcientia eſt, ut una & eadem methodo plura reperiantur, & ea quidem uſque adeo & uniuerſalia & utilia theoremata.*

QVam vero ſolus motus localis contineri ſerie ſempiterna poſsit tantum, non omnis, ſed qui per orbem fiat, modo indicaturi ſumus.Quicquid mouetur,aut per orbem,aut per lineam directam, aut per genus aliud,quam per orbem, q̃ per directam mouetur, vt ſi per aliquid quod ſit ex vtroq; permixtum. Quamobrem ſi illi ſimplices motus, qui per orbem, aut per directam fiunt, continuari non poſſunt, neque iis quoque videbitur. qui ex ſimplicibus componitur.Nam ſi perpetuitas eripitur ſimplici, cui dignius tribuatur,concreto qui vendices? Primũ igitur id monſtrandum eſt totum eorum, quæ recta atq; è regione moueantur, continuari non poſſe: cum nulla aũt infinita ſit linea, in quam aliquid moueatur,neceſſarium eſt reciprocare ad initia, & regredi, ſi continuari perennareq́; debeat. Sed ea quæ ita reſiliunt, retroq́; cõmeant motibus contrariis agitantur. Nam & aſcenſus deſcenſui,& progreſſus regreſſui, & dexter ſiniſtro contrarius eſt.Sunt enim hæc ſitus & loci diſcrimina. Cum 94
itaque

itaq; id quod ſurſum verſus fertur, antequam reflecta-
tur ſtat: ſi continuus aſcenſus cum deſcenſu dicatur, ni-
mirum quod ſurſum fertur, ſimul quoq; deorſum ferri
videbitur. Eadem plaga recipitur, ſi ratio ad reliquas
quoque differentias applicetur. Prorſus vero qui fieri
poteſt, vt duo motus pugnantiſsimi coaleſcant & effi-
ciantur vnus? Certe pugnare nõ poteſt pugnantiſsimos
eſſe motus, eum qui ad ſuperna inſtituitur, & eũ qui ad
inferna ſuſcipitur, quippe qui longiſsimo interuallo na
turæ, ſpecieq; differant. Idem diſsidium inuenitur in cę-
teris motibus, ſi ad ſuos quique contrarios collati com
paratique fuerint. Nam vt ſit vnus & continuus mo-
tus oportet eo modo, quo vnum eſt mobile & vnum
tempus, ita vnam quoq; ſpeciem motus non plures ha-
beri. Quam vero motus, qui hinc illuc procedit, motui
qui illinc huc obuerſe reuertitur, maxime videatur eſſe
contrarius, ex eo ſumitur indicium: quod ſi res quæ mo
tibus illis mouentur occurrerint, mutuo ſibi obſtrepũt
[a] & obuariant, tantiſperq; obliſæ ſuſtinent, quoad alte-
ram ſecum attollat rapiatq;, aut in perniciem agat, quæ
res cõtrariorum dignoratio notaq; eſt: nam motus qui
65 altrorſus in latusq; fit non pugnat aſcenſui. Quam vero
quicquid retroflectitur, ſiue in orbem, ſiue in lineam
moueatur, neceſſarium ſit interquieſcat antequam re-
meet, nõ ſolum comprobari ſenſu poteſt, ſed etiam do
ctrinæ indaginibus perſuaderi quicquid mouetur fer-
turq;, in quo loco neceſſario adeſt, abeſtq;, & quem
neceſſario tenet & deſerit, ibidẽ quoq; neceſſario quie-
ſcit & ſtat. Atq; is locus vtrunque vſum & principij &
exitus præbet. Neceſſario igitur quieſcit, quia eodẽ mo
mento adeſſe & recedere eodem in loco non poteſt.
Alioquin fateare neceſſe eſt in eodem loco aliquid, tũ
eſſe, tum non eſſe. Igitur momentum aliud fuerit in quo
res adeſt alicubi, aliud in quo deſerit ſeparaturq;: in-
ter momenta vero quamlubet prope aſcita ſiat & in-
teriacet tempus. In medio igitur tempore proculdu-
bio res eo quieſcet, in quo adeſſe, & à quo recedere di-
cebatur. Plane in mediis punctis ſpatij illius directi fini-
tiq;, ſuper quod res defertur, non eſt neceſſe res, quæ
moueatur, vt adſit abſitue: vtpote, quorum nullum
conſiſtat actu. Neceſſe eſt.n. vt qui actu punctus & actu
medius ſit, vicem quoq; finis & initij præbeat. Etiam
vero ſi ſubiecto vnus eſt, duo tamen definitione mon-
ſtrantur. Porro in continua magnitudine quoad motus
non dirimitur, nullus punctus eſt actu, ſed tum demum
actu punctus fit, quum res quieſcit à motu primum.
Deinde vt conſtitit retro, indidem rurſus flectitur, ita
locus ille atq; punctus, in quo motus inciditur, actu me
dius eſt, & finis, & exordium motus. Finis præteriti
excoletiq; exordium cõſequẽtis & reciproci. Simulatq;
igitur ſtetit res, continuo medium actu exeritur, quod
ſimul principium extremumq; fit: ſimulatq; vero hoc
fit, cõtinuo res deponit interquieſcitq;. Qui.n. actu prin
cipium & finis punctus eſſet, niſi res quæ mouebatur,
conſiſteret? Cæterum quum res continue mouet, adeſ-
ſe, ac ſeparari ſimul eodem in puncto non poteſt: aut ſi
poteſt, poteſt momento, nõ poteſt tempore: niſi quis
etiam in tempore defendat, quia momentum aliquid
66 temporis ſit, quippe quod ſecet & diuidat tẽpus. Num
igitur de punctis qui extremas margines obtinẽt, idem
dicitur, quod de mediis demonſtratum eſt? ideſt num;
quemadmodum neceſſe non eſt rem quę continue mo
ueatur, primum adeſſe in mediis punctis, mox ſepara-
ri ac recedere, ita non ſit in extremis neceſſe primum
appellere, tum deinde regredi reſultareq;? Et certe ſi id-
circo res moueretur continue, quia pũcta lineæ quam
percurrit, potentia non actu habentur, profecto quum
extrema ſint actu, quæ pro principio & pro exitu eſſe
poſsint, neceſſarium eſt in iis rem quę continue moue-
bat, fateri quieſcere. Si.n. motus directus cum retrogra
do & reflexo attineretur, punctus ille vnde reciproca-
tio inita eſſet, neq; actu punctus, neq; finis, neq; prin-
cipium foret, ſed tantum potentia, quemadmodum qui
haberẽtur in medio. Præterea ſi punctus, qui in medio
eſt, ſimul fit actu, extremum motus continuo initium
quietis conſtituit, manifeſtum eſt rem in eo puncto po
tiſsimum ſtaturam & quieturam eſſe, qui iam ſit actu
extremum, & ſuapte natura principium. Sed aſtringa-
mus tandẽ ea quæ diximus, nec vagari amplius aut diſ-
fluere patiamur. Si res quę cõtinue mouetur, nullo vti-
tur actu, puncto: imo in eo quo ſic vtitur, non poteſt
continue moueri, neceſſe eſt id quod in linea reflexum
eſt antequam reciprocaret ſtetiſſe. Ac dicere quidem 67
puncta intermedia ſine euidenti eſſe, ſed poteſtate tñ
habere, vel ad defendẽdam Zenonis difficultatem vtile
oportunumque eſt. Is magnitudinem finitam tranſiri 68
non poſſe dicebat, vtpote in qua dimidia eſſe innume-
rabilia infinitaq; viderẽtur. Verum nos reſpõdebimus,
ſupra nedum infinita, ſed neq; duo quidẽ dimidia actu
eſſe: nam ſimulatq; diuellitur, deſinit eſſe magnitudo
continua. Verum eſſe dimidia infinita [b] non actu, ſed
potentia, nihil eſt abſurdum concedere. Neq; impoſsi-
bile eſt quę infinita ſint potentia peragi. Quapropter is
qui diſſecat, & numerat, dimidia tollit id quod pro cer
to in quæſtione diſcuſsioneq; ſumitur. Quæſtio his ver
bis concipitur, vtrum continua quantitas dimidiatio-
nem in infinitum reciperet. At vero ille cum ita proſcin
dit omnem continuationem à quantitate, proindeq; &
à motu tollit: nam ex diuiſione quantitatis & lineæ mo
tus quoq; diuidit. Eſt & in tempore momẽtum, vt pun
ctus in linea, idemq; & præteriti finis eſt, & conſequen
tis exordiũ: quemadmodumq; puncta intermedia po-
teſtate eſſe, ita & momenta expedit. Cæterum quam- 69
uis idem momentum futuro principium ſit, & finis prę
terito tempori, ſi tamẽ id ſpectes ad quod mutatio per-
tinet, rectius loquare, ſi futuro id quam præterito ven-
dices. verbi gratia: Quoniam eius temporis in quo So-
crates occidit, momentum eſt aliquod in quo primum
occiderit: ſi tempus reſpicias, poteſt hoc extremũ prę-
terito competere & tribui, vtpote cuius ſit finis, ideſt, di
ci poteſt Socratem in fine præteriti temporis occidiſſe.
Si vero rem quæ ſecuta eſt, ideſt, ipſum occaſum atten
das, commodius feceris, ſi in principio conſequentis,
quam ſi in fine prẹteriti mortuum dixeris. dicet quiſpiã:
In fine præteriti temporis Socrates moritur, quia in to
to præterito moriebatur: in principio conſequentis nõ
moritur, ſed mortuus eſt, quia veriſsimum eſt in toto
conſequenti ac futuro eſſe mortuum Socratem. Si igi-
tur momentum, vt eſt ita ſumptum, ſit ſimul pro fine
& pro initio tpis, nimirum in eodem momento Soc. &
moreretur & mortuus fuiſſet, quod nihil aliud eſt, quã
qui ſit mortuus viuere Socratem: nam qui moritur,
nondum eſt mortuus. Quod ſi duo momenta feceris,
fateri oportet conſequentia eſſe momenta, quod pro-
tinus falſum eſt, quum tempus ex indiuiduis conſtare
non poſsit. Verum hæc quæſtio coniunctior eſt loco, in
quo de motu in vniuerſum egimus. Nunc placet quam 70
inſtitueramus ſeriem perſequi: omne quod recta fertur:

antequã reſiliat, neceſſario quieſcere dicebamus. atq;
hoc diſtinctius & exquiſitius c hic probabimus. Quic-
quid in continuo motu eſt, niſi alicunde obturbetur ad
locum inſtitutum condictumq; peruenit. Porro ad eũ
locum quo peruenit, motu locali prius etiam fereba-
tur. Vt ſi ad N, peruenit, eodem quoq; antequam ap-
pellaret ferebatur, neque tunc modo quum propin-
quabat calci, ſed ſtatim ab initio motus ferebatur ad N,
ſi ad id non per diuerticula, ſed directo & continuo
itinere commigrabat. Hæc quum ita ſe habeant, ſi id
quod de inferiore loco ad ſuperiorem vtitur, ſimul eo
veniſſet non ſtaret, ſed eodem continuatoq; impetu re-
ferretur, neceſſarium eſſet, vt quum ab hinc illuc ſubi-
71 re occœpit, huc quoque ſtatim moueri cœpiſſet. Quod
tametſi perridiculoſius eſt, quam vt improbandum, la-
tius tamen quam ſit abſurdum patebit hoc genere. Si
enim id omne, quod deſcendit ex ſuperiore loco, ad
inferiorem deſcendit, manifeſtum eſt, ſi id quod ab
inferiore fertur, continue ferri deorſum, & deſcendere
concedatur priuatim in loco ſuperiore, vtpote in quo
nunquam videatur futurum: quod prorſus impoſsibi-
le eſt. Ita efficitur, vt res prius quam reditum capeſcat,
in ſuperiore loco quieuerit. Quare motus primus cum
ſecundo contineri non poteſt, quando quies interſita
72 ſeriẽ diuellit & dirimit. Eſt alia ratio accommodatior.
Quicquid ſe in album ex nigro aut ex non albo cõuer-
tit omnes colores qui albi non ſint, fuſcum, flauum, pur
pureum abiicit: illum vnum qui ſit albus acquirit: nam
in fine mutationi ſimul & prior color abolitus eſt, & al-
bedo concepta. Si igitur in eodem extremo, id eſt, eo-
dem momento ex albedine in nigritiam reciprocaret,
tres functiones eodem puncto obiret, inalbeſceret, de-
nigreſceret, renigreſceret. Quamobrem is qui de nigro
in album eſt motus, nulla rõne coniũgi poteſt cum eo,
qui contrariam viam de albo in nigrum inſtituit: aut ſi
qua poteſt coniungi, id beneficio temporis accidit, cu-
ius perẽnis continuatusq; fluor, motus quoq; qui ſimul
agantur videri continuatos facit. Non tamen ita eſt, ſed
vniuerſum tempus ſempiterna ſerie continetur, motus
deinceps & conſequentes habentur. Nam qualiſnam
obſecro albefactionis, nigrefactioniſue exitus fuerit,
quando illud, niſi qui dementer, tueri non auſit, albefa
ctionis extremum eſſe nigreſcere, nigrefactionis albe-
ſcere? Atq; hæc incommoda eos ſequuntur, qui mo-
tus omnes poſſe continuari defenderent.

a Ratio hæc à ſigno ducitur, & ſignum ab Ariſto. proprie appellatur, (ait Simpl.) quia ex poſterioribus & conſequentibus priora probat: nam quod ſibi mutuo obſtrepant, non eſt in cauſa cur aliqua ſint contraria: ſed potius contraria conſequitur. b Sed qui fieri poteſt (ait Simp.) ut ſint potentia infinita dimidia in linea? quod enim potentia eſt, id omne eſſe actu poteſt: & qui actu eſſe ſuppoſuerit, & ſi falſum quidem forſitan dicat, non attamen ſupponit impoſſibile quid: erunt itaque infinita. At in tertio huius operis libro monſtratum eſt, nequaquam fieri poſſe ut ſit uel magnitudo uel multitudo infinita. Qui reſpicit id ſcilicet, dimidia infinita potentia eſſe, audiendum eſſe pro eo quod eſt infinitum poſſe diuidi: hoc enim fieri in linea poteſt: non quod ſint potentia infinita dimidia: niſi quis ea propter infinita appellare uoluerit id quod in infinitum diuiditur, quia nunquam ea diuiſio ſit finem ſortitura. c Quod latinus interpres diſtinctius et exquiſitius eſt interpretatus, græce λογικώτερον ait Themiſt, ſicuti & Ariſto. uerum hoc in loco rectius fortaſſe interpretari poſſet, logice magis uel dialectice. ait enim Simp. locum hunc exponens: Logicas rationes eas appellat, quæ non ex his conficiuntur quæ propria peculiariaq; ſunt rei quæ probatur: ſed ex generalioribus quibuſdam quæ aliis etiam rebus poſſunt accommodari. Has etiam rationes dialecticas ſolitus eſt appellare, ac ſi ex probabilibus conſtent.

In his igitur rationibus ea aſſumuntur, quæ non his modo congruunt quæ ſecundum locum mouentur, uerum omnibus quæ de oppoſito in oppoſitum mutantur. Verum rationes priores quæ uel ex differentiis motus qui fit per lineam rectam, uel ex ſubiecta magnitudine accipiuntur per quam fit, utpote quę ex his conſtent quę peculiaria ſunt & per ſe cõpetunt, proprias appellat Ariſto. eaſdemq; demonſtratiuas.

SOlus itaq; motus per orbem nullas anguſtias pla- 73
gasq; accipit, ſi continuus dicatur. Nam id quod
(verbi gratia) ex A, puncto mouit, vno met impe-
tu frequentationeq;, atque vt ita loquar, propoſito ad
eundem punctum in linea circulari fertur: non enim ad
aliud punctum ante peruenerit, quum nullum ſit actu
punctum in circulo, ſed neq; ab alio puncto reſiliet, aut
regredietur ad A, quia ſimul ad A, & ad B, mouetur.
Nec tamen contrariis motibus agitur: nam neque mo
tus omnis ex A, contrarius motui eſt qui ad A, procedit,
ſed hoc tantum in ſpatio directo comperias, vbi & finis
& initium actu ſpectatur, & res quæ ita alternat eodem
puncto bis modo vt fine, modo vt principio vtitur:
Proinde neceſſarium eſt cum reflectitur, vt eodem in
puncto adſit, & ab eodẽ recedendo mox abſit: vnde fit
vt motus huiuſmodi continuatus eſſe non poſsit, ſed
medium aliquod tempus ad pauſam quietemq; corro-
getur. At in ſpatio ſphærico quid vetatur motum geri,
continuum nullo fine, nullo initio vendicari? Nam di-
cat aliquis velim qđ initium, quę finem in circulo ſta-
tuat, poſtremo quod punctum afferri poſsit, in quo ne-
ceſſe ſit id, quod inibi mouetur, prius quam mouea-
tur quieſcere? Ita ſphæricus motus alternando recipro-
candoq; ſolus non diſtrahitur, cæteris interſtitium &
diuulſio motus in ipſa permutatione redeundi repeten-
diq; accidit: quia prior ille ſemper ab eodem in idem re-
uertitur, alteri nunquam in illud vnde profecti ſunt, ſed
in aliud diriguntur. Accedit quod circularis motus
nũquam in eodem ſpatio eſt: quia nihil actu definitum
in circulo habeatur, ſed in certa interminataq; vtrinq;
ſecus extrema omnes circunferentiæ ſunt, adeoq; ſem
per alia atq; alia circunferentia circulo oritur. In re-
cta linea idem ſpatium poteſt ſæpe decurri, vt quum
quis hinc illuc, & illinc huc denuo commeet, quia præ-
ſcripta & ſignata ſunt extrema, quapropter neceſſe eſt,
vt interquieſcat antequam retro ſe in viam det. Propte
rea enim ſpatium idem plerunque alternari rediriq; po
teſt, quia res in extremis qualemcunq; morulam trahit
pedem antequam referat. Nam ſi non interquieſcet,
continuato vtique motu acta retro fuiſſet, vt in circulo
contingit. Neque rectus autem ſolus non eſt cõtinuus,
ſed neque circularis quoque ſi reflecti poſsit, nec in or-
bem ferri torqueriq́ue videatur, quia finis cum princi-
pio iam non confunderetur, neque puncto aliquo tan-
quam vno, ſed tanquam duobus vti contigeret. Quã-
obrem tunc eadem linea tametſi ſphærica peragrari ſæ-
pius & replicari videbitur, vtpote quam non vt con-
tinuam vnamúe amplius, ſed vt deincipem & conſe-
quentem repetere ac recurrere liceret. Quum vero
non re-

non reflectitur quod in circulo mouetur, ſed in orbem
circumagitur, tunc ſpatio illo vt vno & continuo vti-
tur, ſimulq́; ſe vno connilu & frequentatione circum-
fert. Alioquin qua digno ratione vices illas numeraue-
ris, quarum neq; conſtitutum principium, neque cer-
tus exitus habetur? Simulatq́; enim aut principiũ aut
extremum aſsignari, in circulo quietem irrequieto tri-
buis. Quòd ſi aliquis ſibi quaſdam vices intelligit, id eo
euenit, quia ſecum ipſe punctum aliquem in circulo
tanquam principium ſtatuit, alium tanquam finem aſ-
fingit. Ex iis late patet: nonnullos phyſiologos veteres
perperam ſenſiſſe, qui dicerent omnia in continuo mo
74 tu eſſe. Quum enim moueri omnia circulari motu neq;
poſsint, neq; ipſi putarent, ſed & corrumpi generariq́;
aliqua, augeri alia & diminui, nonnulla etiam alterari
atq; affici faterentur, præſertim qui ortum & interitum
rerum alterationes eſſe defenderent. Quum igitur cir-
culari motu moueri omnia non poſsint, cæteri vero mo
tus, qui in contrariis formis & qualitatibus continẽtur,
neq; perſeuerantes neq; perpetui ſint, cõficitur ne om
nia in continuo eſſe motu agitatuq́; videantur.

75 QVàm vero prima delationum ſit ea quę exerce
tur in globo, nũc vero aperiemus. Quæque de-
latio (vt ſupra eſt memoratum) aut orbicula-
ris eſt, aut directa, aut ex vtroque motu permixta. Sim
plices videntur priores eſſe permixtis, quia priora ſunt
initia quam quæ de initiis prodeunt. Itaque reſtat, vt
oſtendamus ſphæricam eſſe priore directa. Omne
quod recta fertur, aut finitam aut infinitam lineã per-
agrat. Infinita linea eſſe non poteſt, & ſi eſſet vlla, ni-
hil poſſet in ea moueri. Non enim fit quod impoſsibi-
le eſt factum eſſe: infinitum vero impoſsibile eſt vt ſit
percurſum: non igitur percurritur. Si autem finita ſit li
nea aut reciprocat, & motus dirimitur, aut non reci-
procat, & iam quieſcit conſumpto & interſtincto mo-
tu. Solus itaq; orbicularis ſimplex ſempiternusq́; eſt,
ſed & natura prius ac tempore. Nam etiam ſi non eſſet
ſpeciatim probatum circularem eſſe perpetuum, ſed ſo
lum illud oſtenſum, aliquem motum poſſe immorta-
lem & ſempiternum inſtitui, quum primum tamen con
ſtat aliquem de cæteris motibus prærogatiuam illã fer-
re non poſſe, tenetur id genus motui ſphærico aſciſcen-
dum. Extra hoc, ratione quoq; idem aſſeritur, ſolum
orbicularem motum eſſe continuum & perẽnem in mo
tu directo. Definitum principium eſt, definitum me-
dium, definitum extremum, ita vt aſsignari poſsit tum
locus vnde moueri res cœpit, tum locus quo perfecta
res eſt. In orbe neq; principium, neq; extremum aſcri-
bitur. Non enim punctus hic potius quam ille princi-
pium extremumúe fuerit, ſed ſinguli vicem principij,
medij, extremiq́; poſsident. Semper igitur quod in or-
bem rotatur, in exordio eſt, ſemper in meditulio, ſem-
per in exitu. Dicitur tamen quadamtenus cęlum quie-
ſcere, propterea ꝙ nunquam toto orbe locum egredi-
tur. Cur autem ſimul moueri cœlum & ſtare dicatur, ea
cauſa eſt, ꝙ principium finisq́; rotũdorum proprie cen
trum eſt. Principium ea ratione, quia definitio globi &
rationis eius eſſentia de centro & cardine naſcitur: ni-
hil enim aliud eſt globus circulusúe, quam æqualis vn-
diq́; ſecus à centro diſtantia. Finis propterea, quia lineę
à ſummo curuamine in directum extractę recipiuntur,
& procumbunt omnes in centrum, inibiq́; cõuiæ ſunt.
Quia igitur non ad finem, ſed circa finem tale corpus
mouetur, finis vero ſemper eundem locum obſidet, i-
circo quod in rota mouetur, ſemper mouet quia nun
quam poteſt finem attingere. Eundem autem locum 76
ſemper obtinet finis qui eſt centrum quia ſemper quie-
ſcit & ĩmobile eſt. Merito igitur orbicularis motus reli-
quos menſurat & regit. Dies, nox, hora, ſine dubio mo-
tus ſunt, hos conuerſio cœli mundana metitur. Cæterũ
humanas res in orbẽ necti, & ad inſtar ſphærę circum-
agi, verbum verum & ab hoc motu ſumptum videtur.
Sed & æquabilem & parilem eſſe agitatũ illum neceſſe
eſt: Nam ex directis qui impulſu & vi contra naturam
cientur inæquabiles eſſe nulla dubitatio eſt. Sed & natu
rales quoque & ſpontanei, quanto plus ab initio ſepa-
rantur, eo citatiores pernicioresq́; ſunt. Proinde [a] ſibi
celeritatem obitam obiter corrogant, quę nam mouen
tur, quia quo proprius accedunt ad calcem, eo iunctio-
ra ſunt cognatis, & ſibi ſalutaribus locis.

*[a] Quæ ui impelluntur, quo plus ab initio ſeparantur, tar-
dius mouentur euaneſcente ui eius qui impullit: quæ uero na
turaliter mouentur (ait Simpl.) uelocius, & hoc ideo quia
magis his eſt propinquum, quæ ſibi cognata ſunt uel quia ſem
per minus fit id, quod impedit diuiditq́; oportet: quod ue-
ro minus eſt facilius poteſt diuidi. Vel etiam quia id quod lo
co proprio ac peculiari magis eſt uicinum minus eſt cõtrariũ
magisq́; ſimile: uel ob id quia cum motum auſpicatur à con-
trario eſt nuper permutatum, neque adhuc penitus eſt qua-
litatem illius expers, à quibus in has eſt tranſmutatum, &
quanto magis procedit ſincerius euadit. Nam ſi hoc motu
mouetur ob eam tranſmutationem, qua in hoc ipſum quod fa
ctum eſt cõuerſum eſt, cum perfectæ ſinceræq́; fuerit uerſum,
uelocius mouebitur: nam uirtutem qua mouetur perfectio-
nem tunc erit adeptum.*

PRobatum eſt ſupra primum motorem oportere 77
immobilem & ſempiternum eſſe, nunc parte ope
ris ſumma indiuiduum & incorporeum eſſe doce-
bimus. Ac primum quidem conſtituamus, omne quod
mouetur à corpore nõ natura nutuúe ſuo, ſed aliena vi
atque extrinſecus moueri: cernimus enim eorum quæ
hoc genere mouentur & mouent, vim maiorẽ diutius
mouere idem ponderis, ꝙ minorẽ, ſed & velocius idem
ſpatij conficit, quod valẽtius ſit, quam quod infirmius.
Eadem mola aſinus aut mulus die integro tantum tri-
tici exterit cõminuitq́; quantum biduo ſit optabile ho-
mini molere. Item mulus momento propemodum ver-
ſat, quanquam homo vix hora torqueat. Hæc ſi latiſsi-
me nota perſpectaq́; ſunt impoſsibile eſt vt id, qđ per-
petuo mouetur, moueatur à corpore. Nam aut finitum
dixeris corpus mouens eſſe aut infinitum. Certe infini-
tum eſſe non poteſt: finitum ergo. Si finitum, deinceps
quæro finita ſit vis, aut infinita. Si finita afferri igitur po
terit vis maior alia hæc, aut diutius eandem molem ac
magnitudinem permouebit, aut quanto vis minor. Nõ
diutius, quia tẽpore infinito nihil eſt diutius. Nec quã-
to vis minor quia quæ maior eſt ęqualis minori eſſe nõ
poteſt. Dices [a] infinitam eſſe vim corporis cœlum mo-
uentis? Quicquid igitur tempore finita vis mouet, mo-
uebit infinita non tempore, quia vires illę nulla propor 78
tionis conſcenſione iunguntur. Prohinc quemad-
modum aſsignari non poteſt, quanto infinita vis fini-
tam excedat, ita non poteſt quanto minus illud ſit tem
pus, in quo infinita vis mouet, quam id in quo mouet
finita. Aut ergo infinita vis non mouebit id quod fini-
ta & minor poteſt, aut mouebit momento in tempore.

Quorum

Quorum vtrunq; abſurdiſsimum eſt. Quam vero inopinabile ſit infinitam vim intra magnitudinem finitam condi, vel hinc probatur, ꝙ vbi magnitudinem afferre maiorem licet, ibi & maiorem afferre vim licet. Poteſt etiam ex iis quę ſuperius demõſtrata nobis ſunt, idem breuiſsime hunc in modum oſtendi: Immobilis eſt motor primus, non igitur corpus, quia corpus omne quod mouet, mouendo etiam mouetur. Quicquid enim mouet, ſi ſit corpus, aut pellendo, aut trahendo, aut vehendo, aut torquendo mouet, niſi fortaſſe in iactu alia rõ ſit, atq; aliud genus mouendi: nam iaculum quum de manu iaculantis receſsit, ſuo motu ferri videtur perdiu abiuncto ceſſanteq́; authore. Quare oritur quæſtio, miſſa vi res, qui poſsit nutu ſuo moueri, ſeparato atque etiam extincto qui miſerit. Nec enim poteſt à ſe quippe quæ non eius gñis ſit,[b] quia is à miſſu ſtatim
79 quieuit. Ad hæc aliqui reſpondent, non ſolum eſſe iaculatorem qui mouerit, ſed aerem quoq; proximum, qui ſimulatq́; illata vis iaculò eſt ipſe etiam per motus adagitatusq́; ſubinde quoque iaculum moueat. Verum hæc defenſio non diſſoluit, ſed transfert difficultatem. Rurſus enim quæſtioni locus eſt, quamobrem aer ille proximus moueatur nullo tangente, [c] ſi neque moueri probandum eſt, ſi quicquid mouetur, ab aliquo moueri neceſſe eſt. Nam magnes lapis, qui & herculeus dicitur, tametſi ferrum trahit non proximũ modo & iunctum, ſed etiam remotum & longule deſitum, ſi tamen amoueatur aut condatur, neq; proximum neq, remotum trahet. huins rei illa cauſa eſt: quia ferrum aut acus quæ ad lapidem currunt, nullam vim habent in ſe ſed à lapide mutuentur. Simul is de medio tollitur aut occulitur, vis illa in acu vaneſcit. Hoc idem in aere viſitur, alioquin abiuncto qui miſit quieſceret, & iaculum deſcenderet, ſi eandem rationem cum authore ſuo ſeruaret, quam cum magnete ferrum. Quamobrem fortaſſe illa ſit ſeria & recta ſolutio, ſi non modo agitari proximus aer dicatur, ſed vim quoque mouendi concipere, non qualem ferrum à magnete præcariam, ſed ſui generis aliam quam ſibi vt propriam vendicet, & quam pro ſua poſsideat & vtatur. Nã & ferrum eandens ſeruensq́; non modo igni concalui, ſed & propriam quoq; calefaciendi vim cœpit, quam deinceps in alias quoque res partiri atq; imprimere poſsit. Ita calor tanquam per manus traditur, duratq́; in aliquam multas vices, vſq; eodem prima illa vis quæ ab igni profecta inuſtaq́; ferro eſt diſpenſatione iſta & ſucceſſu digeſta ſenſim immoriatur, & qnaſi ſenio deficiat. [d] Ita de aere & aqua dicendnm. Illa quum multiplici potentia ſint, grauitate & leuitate participent, tantum vi ſua ferri videntur, quã tum vt ferrẽtur principium & cãm extrinſecus ab authore impulſoreq́; hauſerũt. Inde euenire vt ſemet mouentia iudicentur, & præterea moueri ſimul & mouere aliquãdiu poſsint, ac moueri qnidem non ab eo amplius qui vim primariam attulit, ſed plane nutu & poteſtate ſua, quam tamen [e] ab ipſa illa vi principe receperunt. Nã & aquæ quæ ferueſcunt ſubditis ignibus, etiam interſtinctis illis ſunt calidæ: nec ſolum hoc, ſed etiam calefaciendi ſubinde alia poteſtatem habent. Atq; hanc cãm rectius eſt quam reciprocationem afferre. Ea quamnis fortaſſe in actn accidat, nõ tamen accipi pro cauſa motus poteſt. Nam & ambulantibus nobis concurſus ille & ſucceſsio aeris fit, non tamen propterea dicimur ambulare, demum commeatio illa & reciprocatio nullius motus cãm habet, ſed ſimplex ceſsio & commigratio aeris eſt. Neq; enim aer ille circumfluens ita ſe contrahit aut diffundit, vt vim vllam poſsit aut opem aut impulſum afferre, ſed ſimulatq́; elapſum eſt iaculum continuo aer vt eſt à tergo ſe oggerit circum aſsiſtitque. Quid tu igitur huic? ſed cauſam tribuis eius motus, quo telum ſeparato & quieſcente authore perlabitur. Illud 84
autem arbitror ignorare non poſſe huiuſmodi motum neque vnum neq; continuum eſſe, quum multa ſint ea quæ mouent, eaq́; attactu ſolo coniuncta. Sed neque æquabilem cenſeri poſſe conſtat, quum difformis & laceſcita velocitas eius ſit. Hoc enim naturales motus à cæteris diuariant, quòd naturales initiis repigrantur, ſed frequentantur in fine: alteri his obuerſe ab incœpto præcipites ſunt, in exitu retunduntur. Quamobrem ſiue de motu rei proiectæ loquaris, ſiue de pulſu traiectioneq́;, neque continuatio iis, neque æquâbilitas competet. Primum iactus non poteſt vnus aut continuus motus intelligi, quia diuerſa ſunt quæ motuum illum quaſi ſarciunt ſubcenturiantq́;. Deinde nec pulſio aut tractio. Nam tametſi vnum eſt, quod & origo & perſeuerantia illorum motuum ſit, quia tamen ſingulis pulſionibus & tractionibus obeundis ſuo initio molitioneq́; opus eſt, interquieſcant authores oportet tantiſper, dum ſe ad vices identidem nixuſq; muniunt. Porro quæ ſic mouent, laceſcunt, & obnoxij generis ſunt. Ex iis omnibus ratio inoffenſiſsima nectitur, primum mouens indiuiduum eſſe & carere partibus, quũ neq; eo moueat quod mouetur, neque hauſtam alicunde vim conferat neq; opes ſuas contra rerum naturam exerceat, ſed ſuopte ingenio ſempiternum motum intemperet atq; influat mundo. Quod autem ita mouet ſemper vegetum & infatigabile eſt, ſoluſque motus is æquabilis, leuis & vniformis cognoſcitur: quia mouens nullam mutationem in eius perfunctione patitur. Plane vt ęquabilis motus ſit, neceſſe eſt id quoq; qđ mouetur, ab omni eſſe varietate mutationeq́, liberum.

[a] *Hanc eandem demonſtrationem, qua Ariſto. probat corpus nullum finitum uim habere infinitam, credidit Ioan. Gramma. non parum momenti habere ad comprobandum, cœlum mundumq́; æternum non eſſe, ſed corruptibile: quod enim finitæ uirtutis eſt, tempore infinito (ait ipſe) perdurare nequaquam poteſt. Simpl. attamen ipſum omni conatu improbat dicitq́; eum in hunc errorem incidiſſe, quia eum latuit quæ nam interſit differentia penes Ariſtotelem, inter habere uim motricem infinitam, & poſſe in infinitum tempus perdurare & moueri. Ariſtote. enim aliud opinatur ſibi uelle, quod aliquid infinitam uim habeat, eamq́; uniuerſam ſimul motricem ſempiternamq́;: et aliud quod aliquid permaneat motum ſempiterno tempore. Nam infinitam uim actu uniuerſam ſimul ei quidem ineſſe eſt opus quod ęterno mouet tempore: infinitum uero, quod ideo infinitum dicitur, quia poteſt in infinitum moueri, non tamen ſecundum actiuam & motricem uim quæ uniuerſa ſimul ſit: ſed ſecundum paſſiuam, & quæ potentia ei ineſt quod perpetue mouetur. Quapropter impoſſibile quidem eſt quòd uis infinita motrix quæ ſimul uniuerſa ſit, corpori finito inſit: nihil attamen uetat corpus finitum in infinitum moueri, ob id quia uirtus, quæcunq; accepta in re quæ in infinitum eſt ſemper finita eſt. Non iccirco attamen ei neceſſe eſt deſinere, cum alia & alia ſemper ſuccedat, tum ob id quod perpetuo mouet, tum ob id quod potentia rei motæ ſemper ineſt. Huius igitur rei ignorantia deceptus credidit, quod ſi monſtratum fuerit nullam eſſe infinitam*

finitam uim corporis finiti: motricem dico quæ uniuerſa ſimul ſit: hæc etiam ratione confici non poſſe finitum corpus in infinitũ moueri. [b] *Locus hic defectuoſus eſt, græce enim ita loquitur Themiſt.* οὔτε γὰρ ὑφ' ἑαυτοῦ, οὐ γὰρ τῶν αὐτοκινήτων ἐστί. οὔτε ὑπὸ τοῦ βάλλοντος. ἀπέστη γὰρ ἐκεῖνος ἀφείς, *hoc eſt. nec enim poteſt à ſe, quippe quæ non eius generis ſit quo poſſit ſe ipſum mouere: nec ab eo qui miſit, quia is à miſſu ſtatim quieuit.* [c] *Hic etiam græca ſic habẽt:* πάλιν γὰρ ὁ ἀὴρ πῶς κινεῖται, τοῦ κινοῦντος οὐχ ἁπτομένου. οὐδ' ὑπ' αὐτοῦ, οὐδὲ γὰρ ζῷον. οὐδ' ὑπὸ τοῦ ῥίψαντος, πέπαυται γάρ. ὑπὸ τίνος δεῖ, εἴπερ πᾶν ὑπό τινος κινεῖται τὸ κινούμενον. *quæ poſſunt hoc modo interpretari. Rurſus enim quæſtioni locus eſt quomodo aer mouetur nullo ipſum tangente? non à ſe ipſo cum animal non ſit: nec ab eo qui miſit, utpote qui quieuerit iam. A quo igitur, ſi omne quod mouetur, ab aliquo mouetur?* [d] *Hæc omnia ſunt ex Alexan. excerpta Simpl. credimus: nã et ipſe ait aerem uim recipere ab eo qui miſit traditam, quia non modo moueri, ſed mouere poteſt: eamq; talem effici, ut ex ſe ipſo deinde motus mouere poſſit: & hac ratione quodammodo redditur ueluti quodđam ſe ipſum mouens, breui tamen tempore. Inquit. præterea quod aer quamuis & ab eo qui miſit, & à ſe moueatur, attamen recedente immittente deſit licet ab eo moueri, is tamen non deſinit eo motu moueri, quo à ſe mouetur. Verum ait Simplic. ſi ea uoluerimus rememorari, quæ ſunt ſuperius ab Ariſtot. ſcripta de his quæ mouent ſemet, non leuis inſurgit dubitatio circa ea quæ ſunt nuper explicata. Nam ſi aerem conceſſerimus eo motu ſemet mouere, neceſſe erit affirmare aerem mouere ſe: quia in eo alia ſit pars quæ mouet, & alia quæ mouetur ſicut in animalibus, anima mouet, corpus mouetur. Verum hoc in quatuor eſſe elementis reperiri non poſſe probauit Ariſtote. utpote quæ principium tantummodo habeant quo moueantur & patiantur, non autem quo moueant, qua ratione poſſint ſe mouere. Diſſoluit attamen Simplic. hanc dubitationem & inquit recte Alexan. non quidem abſolute & ſimpliciter affirmaſſe aerem eſſe motum ex ſe, ſed quodammodo effici ueluti ex ſe motum à motore primo, cum motus qui ei eſt à motore impreſſus perduret & adiuuet, neque enim in eo aliud eſt quod proprie moueat, & aliud quod moueatur, quemadmodum ea ſe habent, quæ proprie ex ſe moueri dicuntur. Aer enim qui proximus eſt ei qui impullit totus mouetur, & eo motu ipſe etiam ſubſequentem mouet quadam utens propulſione, qua etiam uſus eſt impetens primus, cum ipſum mouit neq; mouet quodam immobili, uti anima mouentis corpus mouet, ſed eo pacto, quo corpus impellentis ſuo ipſius motu aerem mouet, qui deinde immanente ipſi motu ſubſequentem mouet.*

85 CAeterum neceſſe eſt primum motorem [a] aut in centro, aut in circulo ſedem habere: ſunt enim ea principia. Sed ociſsime mouentur ea, quæ finitima & proxima ſunt mouenti. Pernicißimus autem motus eſt is, quo mundus conuertitur. Illic ergo eſt id quod mouet.

[a] *Pythagorici uiſi ſunt affirmare (ut tradit Simplic.) Primum motorem eſſe in medio, unde & ſoliti ſunt appellare centrum locum Veſtæ & Iouis turrim: ſed Ariſtote. opinatur eum in circulo: & Eudemus addidit in circulo maximo qui eſt per polos, utpote qui uelociſſime moueatur. Themiſt. uidetur per circulum exponere id quod motu diurno circunuoluitur, ſcilicet cœlum ultimum uel uniuerſum. Simplic. cœlum uniuerſum Alexan. uero extimam circunferentiæ partem utpote quæ ociſſime moueatur. Verum dubitat Alexan. quonam pacto hæc uera poßint eſſe: nam ſi in parte aliqua circuli primum motorem ſtatuerimus, qui fieri poteſt ut ipſum quoque non moueatur ſaltem per accidens: niſi fortaſſis quis uoluerit iuxta polos ipſum ſedem habere: Sed hoc ab Eudemi Ariſtotelisq; ſententia alienum eſt qui aiunt partem quæ maxima eſt iuxta ſeu uicina motori ociſſime moueri: poli uero non mouentur. Hanc quæſtionem diluit Alexan. hoc pacto: Si motor in aliqua particula extimæ circunferentiæ ſedem haberet, cum illius motus per partes ſit, per accidens utique ipſe quoque moueretur. Sed quia in tota eſt circunferentia illa ultima, quæ tota non mouetur, nec locum mutat, ſed in eodem manet ſemper, & in eo eſt quod celerrime mouetur, & per accidens nequaquam mouetur. Hoc igitur modo ſoluit Alexan. uideturq; affirmare motorem eſſe in tota ea circunferentia, quæ extra orbem eſt. Atqui recte etiam prius pronunciauerat dicendo. Hæc quæ de motore dicta ſunt, non ſunt ita audienda ut credamus q locum aliquem motor is occupet, utpote quẽ impartibilẽ eſſe ſit in quo ſedem habet, ſed q. ſubs ſit incorporea, quę ipſa per ſe ipſam ſubs ſit. Nam etſi orbiculare corpus illud ad aĩa moueatur quæ in ipſo reſidet utpote quod aiatum ſit, eget attñ quodam alio quod ei principium motus conferat, & hoc in omnibus animatis eſt uidere, quòd aliquid extra ipſa eſt, quod cauſa. eſt ipſis principiumq; motus animalis: cum motus animatarum rerum, qui in loco ſit, non niſi ex alicuius rei deſiderio proueniat. Quo loco uidetur Alexan. ſenſiſſe Ariſto. uelle motorem primum eſſe tantummodo finalem cauſam. Attamen ſi opinatur, quemadmodum rationes multæ oſtendunt eum effectricem etiam cauſam eſſe, ipſe etiam una cum Platone exiſtimat animam eius quidem motus eſſe cauſam, qui eſt de loco in locum, ſed mentem immotam cauſam eſſe, cur circa eadem & ſine eadem in eodem ſemper res moueatur, & una ſemper ratione, & eodem ordine. Si igitur impartilis eſt motor primus & ſeorſum à corpore penitus ipſe, ſe ipſo perfectus, uſquequaque à mundo corporeo exemptus, recte utique fecerimus ſi eum & nullibi & ubique conceſſerimus. Pythagorici uero ſic in centro ſedem habere dixerunt, & ob id affirmabant, quia partem illam præ cæteris mundi partibus idoneam magis crediderunt & habilem, ut fiat particeps bonitatis opificis: Ariſto. uero ipſum eſſe ait in primo mobili, quia id primo recipit motum à ſummo rerum opifice. Quod ſi hæc uera ſint non amplius uereri oportet ne cogamur concede, primum motorem moueri per accidens: quem ſedem habere diximus in ſupremo cœlo, ut ait Simpli. Nam magis in ipſo cœlum eſt quam ipſe in cœlo, quippe qui mundum uniuerſum ſua contineat uirtute infinita. Nam neque ea uſquequaque tuta eſt reſponſio, quam Alexan. excogitauit: quia ſi à ea propter non mouetur per accidens, quod in tota eſt circunferentia, quæ tota non mouetur? qua igitur rõne in ea eſt parte, quæ celerrime mouetur? Deinde ſi ita in ea ſit ut in totam ſit digeſtus, & tota per partes mouetur, cur & ipſe per accidens motu partium non mouetur?*

Themiſtii libros Phyſicorum Paraphraſeos finis.

HERMOLAVS

HERMOLAVS BARBARVS GEORGIO MERVLAE STATELIENSI, S.

PLATO in diuina illa ſua inſtitutione de legibus interprima cõmemorat,in oĩ republica præſcribi caueriq́; oportere,ne cui liceat,quę componerit,aut priuatim oſtendere,aut in vſum publicũ ędere,antequam ea conſtituti ſuper id iudices viderint,nec damnarint. Vtinam hodieq́; haberetur hæc lex, Merula vir doctiſſime. Neq;.n.tam multi ſciberent,neq; tam pauci bonas literas diſcerent. Nunc & copia malorum librorum offundimur, & omiſſis eminentiſſimis authoribus, plebeios & minutulos conſectamur: & quod calamitoſiſſimum eſt, periti iuxta imperitiq́; de ſtudijs impune ac promiſcue iudicant. Ex hoc fonte perſuaſio illa exitialis & monſtroſa manauit,philoſophos iureconſultosq́; non poſſe eodem eſſe & eloquentes. Quam ſententiam quia multis locis, tum fando in eos coram, tum ſcribendo taxauimus,non dubito quin odia & offenſionem multorum incurrerim:aut (quod tibi frequens prouerbium eſt)irritauerim crabrones. Sed quando militię huius ſacramentum adijmus,capitale eſt decedere præſidio. Equidẽ ſtatui:modo in me aliquid facultatis ſit,non rixando iurgandoue,ſed ſcribendo interpretandoq́; probare cauſam meam viris doctis, vt ipſa mihi res teſtimonium affetat,nullam eſſe oĩno materiam,quæ genus illud dicendi preſſum ac floridum æque recipiat,atq; hiſtoriam naturæ. Non eam modo quæ, rõne eius particulares & ſenſiles continet,(nam hoc Plinius Secũdus extra omnem controuerſiam conſtituit)ſed eam quoq; in qua vſes & ſpectatiuę quæruntur:quod genus in Themiſtio primus ego attigiſſe (quod ſciam) credo. Hoc meum propoſitum,rogo te Merula, quibuſcunq; potes rationibus proueho. Eſto mihi non defenſor adeo,ſed adiutor & cenſor. Quoniam vero negari nõ poteſt,incidere in philoſophia locos, quibus explicandis fingere ac nouare quædam neceſſe ſit, idq́; & M. Tullius & oẽs veteres concedunt,modo id nobis cum præfatione quadam ceu præſtito honore agatur,aut (vt ille ait) modo quæ ita nouis nominibus notamus, latina moneta videantur percuſſa, in hoc te æquiſſimum habere velim æſtimatorem & iudicem, vt ſi qua in libris his inuenies, aut omnino factitia, aut licenter, ne dicam immodice ac duriter tranſlata: aut per abuſionem audacule trãſpoſita, aut imitatione aliqua fortiter afformata, culpam tu nobis hanc totam præſtes atque condones. Nec tamen multa te (vt arbitror) offendent. Decem ſummum, aut circiter verba opere toto comperies,quæ arrepta de foro dici non poſſint: atque horum etiamnum aliqua iam Latinis auribus trita deſumpſimus, aliqua ipſi perperimus. cætera non abhorrent ab vſu vel doctorum. Sed explicare non poſſum quàm mihi hæc quæ ſcripſi, non ſatisfaciant. Non ꝙ melius potuerim tum quum illa ſcribebam, ſed ꝙ nunc, ſi mihi eadem exigenda ſtylo eſſent, infinitum quàm videantur mihi poſſe & commodius & locupletius dici. Nec mihi aliquis illud obiiciat quum te excuſaris, barbare quid loqueris? Non enim ad id valere, hoc quod modo dixi, volo, quo qui perfrixiſſe ſe quæruntur, ſed vt declarem me in illa hæreſi conſtantius præſtare, vt putem fere facillimum eſſe philoſophiam Latinis literis mandari. Quandoquidem illa ipſa minus Latina, quæ aut quod in rariore ſunt vſu, aut quod priuata & ſua philoſophis ſunt quęſita, venia dicere neceſſe habuimus, nihilominus arbitramur poſſe illuſtrius & elegantius nominari. Alioquin ego ea non proinde ſignanda eſſe recipiendaq́; cenſeo, ſed tantiſper dum aptiora aut inuenio, vt ab alijs doceor, tanquam præcario ijs vtemur. Dicauimus porro tibi libros Themiſtij de ingenio animæ vtranq; ob cauſam, & vt argumento hoc vtrunq; ſcires à nobis amari coliq́;, & vt agnoſcens in nobis impetus aliquos bonæ frugis, indices pro tua bonitate humanitateq́;, quibuſcunque rebus poſſes, faueres. Vale.

VENETIIS M. CCCC. LXXX.

LIBER I.

THEMISTII PARAPHRASEOS DE ANIMA.

Hermolao Barbaro Interprete.

PROLOGVS.

Laus libri de anima.

QVVM enarrandis interpretandisq́; iis, quæ de animæ
natura traduntur, q̃ fieri proxime poteſt, ſequi Ariſt. velimus,
conari nos oportet inuoluta & obſcura eius inſtitutionis, quæ de hoc ab illo
ædita eſt, aperire & illuſtrare dicendo, illuſtria ſimpliciter
ad verbum tranſcribere, ambigua & controuerſa diſſol
uere: poſtremo id quod aliquanto operoſius eſt, breuiter & conciſim aſtricta planius ſuſiusq́; explicare. Nã
quum pleraq; oĩa Ariſt. ſcripta eiuſmodi habeantur, vt
demirari præſtantiam hominis eius facile ſuppetat, nulla profecto cõmentatio eſt, in qua ille perinde ingenij
ſui vim atq; ſublimitatem oſtenderit, atq; in ea quæ rationem aĩæ continet. Siue.n. multitudinem quęſtionum
quęras, ſiue copiam rerum pulcherrimarum, ſiue doctrinæ ſubtilitatem & vbertatem eiuſmodi ſunt eius lib. de
aĩa, vt vni illi hoĩ oĩa quæ ad hoc genus pertinent, innumerato fuiſſe conſtitiſſeq́; videantur. Adeo intelligitur ne numerando quidem percenſendoúe attingi illa
à veteribus potuiſſe. Atque hæc omnia liquido mox intrantibus patebunt.

De vtilitate & præſtantia ſcientiæ de anima. Cap. I.

1 STATIM itaq; hunc in modũ orditur: Oẽm
notitiam oẽmq́; ſciam tum bonam[a] pulchramq́;, tum nobilem atq; eximiam videri. Accidere vero vt altera, aut ſit nobilior
pulchrior altera, aut propter euidentiam[b]
demonſtrandi, aut pp ſubiectæ materiæ præſtantiam.
Id licet in Geometria & Aſtronomia aĩaduertere. Nam
Geometriæ certitudo demr̃andis rebus & indicandis
maior: Aſtronomiæ aũt nobilitas amplior merito eius
naturæ, circa quam verſatur. Demr̃ones vero probationesq́; eius imbecilliores aliquãto q̃ Geometriæ ſunt, ꝓpterea ꝙ de rebus agit ferentibus & agnoſcentibus motũ. At in ea ſcientia quę ad aĩam pertinet bonũ vtrunq;
reperias, & conſtantiam demonſtrandi, & naæ nobilitatem. Conſtantiam ea rõne, ꝙ aliæ ſcię ab hac ſcientia
ſuam conſtantiam & certitudinem reponunt. Nobilitatem iccirco, quia cæteris rebus, quibus formatur mundus, ingenium aĩę fere antiſtat. Atq; hoc verum, ſiue infimam & deſpicatiſsimam ſpectes quæ tributa arboribus eſt, ſiue ſummam illam & nobilem intellectum ac
mentem, quę ſeu pars aĩę ſit, ſeu potentia, ſeu deforis immigret atq; inſinuet ſe naſcentibus: ſeu natiua ſit, atque
intus cõi ortu proueniat: quid nam illa admirabilius eſ-
2 ſe põt atq; diuinius? Tertium id nos ad præſentem curã
maxime inhortari atq; incedere debet, ꝙ quum reliquæ
ſcię nullam fere nobis oportunitatem occaſionemq́; ad
cætera afferant condiſcendaq́; quæ extra ſe ſint, vna cognitio aĩæ ad notitiã ꝑtinet oĩum rerum, ad eamq́; magnum atq; incredibile habet momentum. Nulla enim
pars philoſophiæ eſt cui hæc non pręſeruiat, cui nõ ſit
quam commodiſsima. Ac virtutes quidem negotioſas
actuoſaſq́; facilius conſequemur, ſi ſubſtantiam atque
vim aĩæ, cuius illæ ceu decora quædam honeſtamenta
quę ſunt, habuerimus perſpectam & cognitam. Naturę
vero atq; mundi contemplatores exploratoreſq́; qui eſ
ſe poterimus, ſi nobis ignorabitur ea natura, quæ fons
atq; initium, ſit oĩum motuum? fortaſſe & corporum
oĩum præſertim animalium atq; plantarum? Quamobrem anima ſi ſe prius ipſam bene ac plane cognouerit,
vtique erit digniſsima, cui de aliis rebus diſputanti definientiq́; fides habeatur. Si vero ſibi ipſi ignobilis fue- 3
rit, aut ſi ſe falſam habuerit, qui ſit æquum, vti de rebus
aliis recte ſentire aut decidere videatur? Atq; hæc fere
eſt huius ſcientiæ vtilitas.

a Verbum Græcum τιμίαν, pulchram interpretatur cæteri uero honorabilem. unde Simp. hoc in loco ait. bonum & honorabile eadem ſubtio eſſe, & rõne tm̃ differre. bonum.n. dicitur, quia diligitur & propter ſe eligitur: honorabile uero dicitur, quia excellat, & ob id uenerãtur illud hi, qui id in honore habent. b ἀκρίβειαν uerbum, quod euidentiam uel certitudinem conſtantiamque interpretatur latinus, uarie expoſuerunt auctores. Latim nãq; & Auer. referunt illud in demonſtrationes huius doctrinæ, ſicuti etiam uidetur Themi. hoc loco: Simp. aũt Philoponuſq́; nõ in demonſtrationes, ſed in eius ſubm. Ea.n. de cauſa nobilem maxime eximiamq́; habendam hanc ſcientiam aiunt, quia ſubm id contempletur quod & nobile ſit & quam maxime certum: ſed unde hæc naſcatur conſtantia diuerſimode oſtendunt. Ait.n. Philop. duobus modis accidere, ut una ſcientia altera ſit certior: aut.n. quia alterius principia demonſtrat, aut quia ſubm quod magis ſit immateriale cõtemplatur. Hac rõne poſtrema ſcientia de aĩa ἀκρίβειαν habet, & ait huic etiam expõni aſſenſiſſe Alexan. uerum Simp. ob id certam, quia aĩa ſit maxime euidẽs & manifeſta. ait.n. Quòd ſi ſcientia quæ de cœlo habetur, ſciẽ de aĩalibus ſubiecti nobilitate præſtet, ei tamen cedit τῇ ἀκριβείᾳ, quia animalia nobis ſunt proxima, neq; ita fallere poſſunt.

De difficultate ſcientiæ de anima, & definitionis. Cap. II.

NOn eſt autem propterea molitio hęc impendio 4
facilis, niſi forte magis & difficillima. Nã neq;
quæ res aĩa ſit in promptu eſt cognoſcere, neq;
leuiſsimum definitionem eius afferre. Primum ratio finiendi quæ ſit optima, & quo gñe contineatur, adhuc
longe dubia eſt apud philoſophos qñ neq; apud philoſophos mõ, ſed etiam apud oẽs, qui ſcientias vtcunque
ſermocinales attingunt. Omnes.n. rebus quas tractant,
adhibere definitionem conantur: ac aliis à quidem vna
rõ atq; via videtur eſſe finiendi oĩa, quæ per ſe ſunt. Alij
contra putant non eſſe vnam rationẽ definitionũ oĩum
ſed pro vt diuerſa negotia ſunt, ita diuerſas eſſe definiẽdi rõnes & vias. Quod ſi ita eſt difficilior nobis conſideratio præſert, quia neceſſe ſit primum id quærere, quiſ-
nam in quas res modus definiendi cõueniat. Sed idem 5
ſcrupulus euenit ẽt, ſi vnam eſſe definiendi formam cõ
ceſſeris. Siue.n. finire oportet ſecando diuidendoq́;, vt
Plat. placebat, ſiue cõponendo colligendoq́;, vt Ariſt.
ſiue alio gñe demr̃ando, neceſſe erit ſemper cuiuſq; rei
propria tenere & veſtigare principia, ſi nãm illius explorare & comprehendere debeas. Ita in eandem difficultatem

tatem incideris. Quod.n.in rebus diſcrimen eſt idem eſſe in principiis rerum oportet. Proinde aliis negotiis alia principia tribuuntur, alia ſuperficiebus, alia numeris, etiamſi in illis propinqua & confinia videantur, vtpote quæ conueniant genere, quãdo in principio quantitatis & numeri, & ſuperficies repununtur. Ex iis vtrunque liquet, vt neceſſarium, ita laborioſum eſſe de anima ſcribere.

[a] Loci huius græca ſic habent ϰ̀ τοῦτο μὲν εἶναι δοκεῖ μία μέθοδος περὶ πάντων ὧν βουλόμεθα γνῶναι τὴν οὐσίαν ὥσπερ καὶ περὶ τῶν καθ᾽ αὑτὰ ὑπαρχόντων, μία μέθοδος ἐστὶν ἡ ἀπόδειξις, quæ fideliter poſſunt interpretari hoc pacto. Ac aliis quidem una ratio atque uia uidetur definitio ea cognoſcendi quæ uolumus, quemadmodum una eſt uia eorum quæ per ſe ſunt, ſcilicet demonſtratio.

De qõnibus pertinentibus ad ſubſtantiam animæ cognoſcendum, & quæ ſunt in definitione animæ adhibenda. Cap. III.

6 DIſſeramus ab iis proxime quot & quãta, à nobis ordinem perſequentibus, quærenda & determinanda de anima ſint. Primũ natura ipſius & ſubſtantia accipienda eſt, deinde accidentia quæ illi iuncta ſint, noſcenda. Horum alia aĩæ propria ſunt, intelligere, contemplari, Alia nõ quidem propria, ſed quæ per animam tñ aĩalibus tribuantur, delectari, dolere, ſentire, viſiones concipere, i. imaginari. Quum igitur duæ res potiſsimum habeantur, in quas oĩs de anima inquiſitio digeritur. i. quibus tota hęc cõmentatio conſumitur atq; conſtat, ipſa videlicet ſubſtantia animæ & eius accidentia, primum videntur ea quærenda, quæ ad indicationem ſubſtantiæ pertinent. Id commodiſsime fiet: ſi genus ſummum in quo illam contineri neceſſe eſt primo loco adhibuerimus qõne præmiſſa, vtrum id eſſe ſubſtantiam an quantitatem, an qualitatem oporteat. Præterea non modo longinquum illud ſupremumq; genus inueniendum eſt, ſed etiam proximũ & iunctum. Non.n. ſuos numeros definitio hoĩs habeat, ſi ſubam dicas, ſed ſi aĩal afferas comperto aſſertoq; genere. Sequens, eſt de quonam genere loquare teſtari. Nam cuiuſq; generis biceps ratio eſt, quia oportet aut actu eſſe id, aut potentia. Ouum & ſemen potentia, non actu animal ſunt: auis actu non potentia animans dicitur. Quũ actum vſurpo perfectionem intelligo. Quorſum hoc dicamus, ſequentibus propalam fiet. Erit ergo princeps qõ, vtrum anima poteſtate ſit, an actu potius & perfectione ſubſtantiæ. Perfectio iterum biuio diſtrabitur in primam habitus & poſſeſsio: in ſecundam qualis eſt: vſus, geſtio, adminiſtratio, functio. Scrutãdum & illud, diuidua ſit an indiuidua. Et ſi diuidua videaĩ, ſit vt corpus & moles, an vt ars & diſciplina potius, qñ & medicinalem, & philoſophiam in membra diuidi complura ſcimus. Si indiuidua defendatur, ſit omnino ac penitus ſimplex, nullius permixtionis aũt coalitus aut multitudinis particeps, an in partibus quidem nulla euariatio habeatur, ſed in potentiis & viribus, tum permixtio, tũ diſcrimen poſsit intelligi. Et hercules probare alterum neceſſarium eſt. Nam pars à parte diſpeſciĩ, potentia vero à potẽtia officio ſolum & actione diſtinguitur. Hinc alij multarum eſſe potentiarum aĩam rẽtur, ſub vna tñ vniuerſitate ſubiectoq; collocatam. Alij artibus & mẽbris multiplicibus dirimunt, quas & loco diſcludunt &
6 diſparant, quemadmodum Stoici fortaſſe & Pla. Quartum ordinem ea qõ obtinet, eadem ſpẽ omnis aĩa cenſeatur necne, aut ſi non cenſeaĩ, vtrum oẽs ſub vno ſaltẽ genere contineantur, vt hoĩs & equi animæ an etiam in gñibus quoq; diuortium ſit vt quamuis homo & equus ſub aĩali collocentur, animæ tñ ipſorum non videantur ſub vno aliquo genere aĩæ comprehendi. Hos ſcrupos diluere non eſt, niſi vniuerſa totius aĩæ contemplatio adeatur, Quam diligẽtiã à prioribus ſuper habitã video q cũ de aĩa tm̃ humana tractarent, conſertim obitus de omnibus putauerunt. Nos plenam commentationem animæ fuſo & vniuerſo examine moliemur. 6

[u] Ariſto. uero ait. Vtrum eorum quæ in potentia ſunt, aut magis actus quidam quem locum aiaduertens Simp. ait recte dixiſſe, aut actus non autem actu: quia anima forma eſt, forma uero actus eſt non in actu compoſitum, nãq; proprie dicitur eſſe in actu. Ait attamen idem Simpl. non abſolute protuliſſe, an actus ſit, ſed an ſit actus quidam: quia non ſluceret & omnino actus eſt: ſiquidem & ipſa rationalis anima, & intellectus cuius particeps, potentia materialisq; appellatur: Vere.n. anima media quodam modo eſt inter formas puras & formata, utpote quæ tota per ſe ipſam totam cõionem oſtẽdat cum utriſque: quamuis magis eam Ariſto. ad id quod determinat, quam ad id quod determinatur declinauerit ob id, quia per ſe uiuit & excitatur, ſitq; ueluti principium mouendi corporis. Phil. ẽt ait Ariſto. uoluiſſe per potentiam et actũ intelligere qõnem, an aĩa corpus ſit uel incorporea: per ea quæ in potentia ſunt corpora oſtendens: nullum.n. corpus eſt, quod ſit omnino à potentia liberum. Vnde & recte dixit quæ in potentia ſunt; potentia.n. eſt ipſa materia, in potentia uero compoſita quæ eius partem habent: per actum aũt incorporea. Vnde non dixit, quæ in actu, ſed actus, quia ea tantũmodo quæ materia carent incorporeaq; ſunt, poſſunt abſolute dici actus: nam quę ſunt materialia potius in actu ſunt, ꝙ actus, quia nunquam ſunt potentia libera &c.

Vtrum vna definitio vniuerſalis ſit omnibus animis quærenda, an ſingulæ ſingulis generibus accommodanda. Cap. IIII.

PRimum illuc pede eundum eſt, vtrum vna defini 7
tio omnibus animis habeatur, & vna eſſentię rõ an alia equi, alia hominis adiungatur. Dico aũt ſic pote: Eſt definitio aĩalis in vniuerſum hæc, ſuba aĩans ſentiens. Eſt & ſeorſum definitio hominis hæc aĩal rõnale morticinum. Igitur qui definitionem aĩæ veſtigant, debet ne talem quęrere qualis ad aĩal, an qualis ad hoĩem pertinet? Atq; hoc nõ adſimile eſt ac ſi id dubites in eo vtrum aĩæ finitio, vt ſpeciei certæ per collationẽ ad ſingularia reddenda ſit, (quẽadmodum ſi hoĩem per Dionem & Theætetum & Soc. definires) ac tanquam gñis in ſpẽs ac membra diuiſi. Neq; parum refert, hoc an in illo modo definias. Genus.n. aut mera notio eſt ſine euidenti ſoliditateq; aliqua, ſed ex tenui ſuboſcuraq; ſimilitudine ſingularium collecta, aut penitiſsime nihil aut ꝙ ſingularia multo poſterius. Ad ſpẽs natura quædam eſſe amat & forma. Nam rõ hoĩs ſimulatq; iugata materiæ eſt, hõ ſit. Certe ſeorſum illa pulcherrima conſideratio eſt, vtrum noĩa generum ſpẽrumq; notiones ſa braq; ai ſint, an naturæ potius aliquæ ſingularibus contentæ. Sane vñr illa nudis notionibus proxima, quæ tñ cũ ex ſingularium collatione ac ſimilitudine reponunĩ, in ſingularia & naturas euidentes ac ſolidas recidant.
Nam neq; aĩalis notio ſuba eſt aĩata ſenſibilis, multoq; 9
minus

minus notio hominis pót animal eſſe rõnale, mortale, ſed ſingulares homines proprie animalia rõnalia & dicũtur,& ſunt. Atq; hoc dilucebit vel hinc,ſiquis vnum duntaxat hominẽ toto orbe conſtituat, (quemadmodum fabulæ diluuij tpe Deucalionem fuiſſe teſtantur) nimirum tunc hominis definitio in vnius hominis rõ-
9 nem incluſa comprehenſaq; fuerit. Verum hæc coniunctiora accõmodarioraq́, ſunt tractatui,qui peculiariter generibus & ſpeciebus dicatur.

Vtrum in animali vno multæ animæ contineantur, an vna tantum, quæ tamen diuerſis partibus ac viribus conſtet. Cap. V.

NVnc de numero aĩarum agamus, quod plane diligentem inquiſitionem expoſtulat. Primũ id ſubit quærere, an multas ineſſe aiali aĩas ſit putandum, vegetalem, altricem, appetibilem, intellectualem, quemadmodum & particulæ, in quibus illę ſunt poſitę, an multas quidem in vno animali non eſſe. Sit.n. deridiculum, vt diuinus inquit Pla. tanq̃ Troianũ equum inſideant, plures aĩas in quolibet hoĩe contineri, ſed ſingulas in ſingulis, qua· partibus tñ differentibus conſtent. Alioquin vel ſi vnam, ſed interſtinctam diremptamq́; partibus ſtatuerimus, difficile determinatu erit, qualeſnam ſint, & quo genere differant, hoc eſt vtrum alia nutrix alumnaq; pars ab auctrice, & vtraq; ab illa cui procreandi vis data eſt, an rõne ſola diſtent, ſubiecto nõ diſtent. Vtcunq, tamen tres illæ ſe habent inter ſe videntur ab imaginaria & appetibili diſcedere, nec ſolũ ſpẽi, ſed etiã regionis & ſubiecti diſcriminibus ſeparari. Pleraq; nutriuntur, augentur, & procreant, quibus nec ſentiendi, nec viſiones concipiendi, nec appetendi facultas habetur quemadmodum ſentiunt aliqua quæ tamẽ intelligentia careant.

Vtrum de membris prius quam de integritate agendum ſit, & de actibus quam de membris & partibus, & de ſubiectis quam de actibus. Cap. VI.

10 SEd ſi quædam partes diuerſe, quædam eędem cognoſcuntur, quęri ſolet vtrũ de aĩa vniuerſa prius, an de partibus ceu notioribus diſſerẽdum ſit. Poſſet ſane cuiquam ipſum totum notius & manifeſtius videri, quam membra, quia in magnitudine quoq; prius ipſam integritatem, quam partes ſenſu percipimus. In docendo quoq; ab vſibus ſemper perinde ac euidentioribus & clarioribus auſpicamur. E contrario neſcio quonam modo partes videntur notiores eſſe q̃ totum. Nam priora ſemp̃ initia iis ſunt, quæ de initiis prodeũt, totum porro ex partibus prodeat neceſſe eſt. Quòd ſi prius de partibus eſt agendum, ſuccedit illa inquiſitio de earum ſubſtantiis prius, an de actibus & functionib9 ſit tractandum ac maiori quidẽ ex parte momenta ipſa & opera animæ cognobiliora, quam ipſa anima ſunt. Nam ſentire ſe atq; imaginari nemo eſt, qui non intelligat, fide ad id vel experimenti ducta, quorum iudicio nullum exquiſitius eſt: quid aũt ipſe ſenſus ſit non oẽs percipere idonei. Deinde ſi de actibus prius eſt dicendum iuncta q̃ó eſt. vtrum actus ipſi prius, an incidentia, quibus in actum cientur ſenſus, tractari explicariq́; debeant. Fere.n. notiora ſunt ea, quę percutiunt ſenſum, q̃ ipſa percuſsio, vt viſilia quam viſio, auditilia quam auditio, fortaſſe [a] etiã intelligibilia quam intellectus. Opponuntur porro hæc per relationem, ſenſile reſpondet ad ſenſum, intelligibile ad intellectũ. Atq; hæc & tot capita queſtionum habentur, quæ ad animam pertinent, quæque ſimul explicatæ diſſolutæq́; fuerint, ad definitionem eius ornandam ſarciendãq; neceſſariæ & commodiſsimæ videbuntur.

[a] *Res quæ potentias animæ mouent (ait Simpl.) notiores ſunt ipſis operationibus quæ magis ſunt ſenſiles: ſicuti ſenſile ipſum & quod appetibile in ſenſili reperitur, atque quodcunque fuerit intellectile in ſenſilibus: quod uero exemptum eſt & ſupra noſtrum intellectum id potius ab intellectu noſtro profectum cognoſcemus. Vnde ait Philopo. quòd in cæteris ordinem illum ſeruauit, ut de rebus prius, deinde de actibus & potentiis tractauerit. Cum autem de intellectu egit, aut intellectu exordio accepto ad intellectilia proceſſit: & hæc eadem fortaſſe intelligere uoluit Themi. ubi ait: fortaſſe etiam intelligibilia quam intellectus.*

Accidentia cognita conferre ad cognoſcendam naturam ſubſtantiæ. Cap. VII.

VErum ſi cuiuſq; rei definitionem rectam acceperis, non ſolum vſui ibi erit ad ea quoq; accidentia pernoſcenda, quæ per ſe contineantur in re. 11
Quod quidẽ videre in mathematicis licet, vbi ex lineæ directæ & arcuatæ, item ex trianguli & plani definitionibus facilia perſpectu & compertu ſunt ea, quæ per ſe figuris illis dñr accidere. Non ſolũ inquã iſtud huc p̃derit, ſed etiam vice inuerſa, ſi accidentia perſecte complexus fueris, magno id tibi adiumento, tum ad notitiam ſubſtantiæ, tum ad molitionem definitionis erit. Dixi ſi perfecte complexus fueris, non vt ad id minus demonſtrationem adiungeres, [a] ſed ſat eſt ea perſequi, quæ aut incurrant in ſenſum, aut quæ poſsint cogitatione imaginationeq́, comprehendi. Nam remota admodum accidentia & tranſlatitia, quæque naturam rei de longinquo conniueant, nec attingant, ad rationem definiendi nõ cõferunt. Quod genus peccat Cryſippus, q quũ Deum ſiniturus aſſerturusq́; eſſet, id ex templis, altaribus, ſacrificiis, ſtatuis comprobat, ratus argumenta id genus, magnam vim ad monſtrandum illud habere. Verum aliena illa ſunt & à natura deorum abiuncta. Ad moueri ſempiterno agitatu & Apollinem ſortibus ſutura præcinere, Aeſculapium deplorata cõclamataq́; hominum corpora vitæ reddere, momenta ſunt ad definitionem Dei efficacia & propria, vt ita dicatur: Deus eſt animal ſempiternum prouidẽs & beneficium homini. Plane oĩs demonſtrationis principium definitio obtinet. Tãtiſper [b] obambulatio quędam & circulus eſt. Vt.n. ex accidentibus definitio ſtatim elucet, ſi ſcienter & recte de iis, quæ extrinſecus apparent, ſumantur, ita ex definitione accidẽtia addicuntur. Sane [c] in quibuſdam faciliter à definitione in notitiam accidentiũ proceditur, vt in mathematicis, in quibuſdam econuerſo procliuius ex accidentibus in definitionem ſubitur: quod fere in naturalibus viſitatur. Eſt autem vitium in accidentium enumeratione vel maximum, afferre quę nihil ad definitionem facere videantur. Contra quoq; in aſsignanda definitione grauiter deerraueris, ſi ex conceptu verborum nullum accidens eius rei compareat, quæ definitur. Quamobrem omnes eius generis definitiones, id eſt, ex quibus nulla poteſt coniectatio accidentium elici, nimirum dialecticæ atq; adeo inanes habentur.

[a] *Deſunt hic uerba quædam in latino codice, quæ in græco, ita leguntur ἀδύνατον γὰρ ἄνευ [illegible] τὸν ὁρισμόν, [illegible] ſi quæ latine poſſunt interpretari. Quia fieri non poteſt, ut ſine*

definitionis

definitionis cognitione uenemur aliquid eorum, quæ rei inſunt per demonſtrationem. b *Nemo tamen (ait Philo.) credat ob id, quia ex accidentibus in definitionis inuentionē progrediamur, & uice etiam uerſa ex definitione in accñtium cognitionem, mutuam eſſe inter hæc oſtenſionem: alia.n.ſunt accidentia per qua definitiones cognoſcimus, ea.ſ. quæ ſenſu cognoſcimus: & alia quæ ex definitionibus monſtrantur. ea ſcilicet quæ ſenſui ſunt immanifeſta. Vel etiam dicere poſſumus, quod etiam magis approbat Alex. (ait idem Philo.) q. non eſt mutua oſtenſio, quia ea ob ambulatio non eadē ſit rōnes. Cum.n. ex accidentibus definitiones inquirimus, ea ſenſu nobis cognita ſunt quod ſint: deinde definitione inuenta, quid ſint, & qualia, & propter quid ſint, per eam comprobamus.* c *Definitio notior eſt in mathematicis quam ſint accidentia, (ait Simpl.) quia definientia quanta ſunt aut qualia, quæ ſenſu aut phantaſia apprehenduntur: quæ uero ſubæ ſunt, modo ſunt nota ex ſe ab intellectu eorum qui ſenſibus uiuunt: ſed & ex accidentibus.*

Perquirendum eſſe, vtrum oēs affectiones ſint cōes animæ & corpori, an alteræ alterius propriæ peculiareq; habeantur. Cap. VIII.

12 NEc eſt minus iis quæ dicta ſunt vtile ad ſubam aiæ explicandam, opera eius oīa, & affectiones diuidere incognoſcereq́; ſint omnia ea corpori & animæ cōia hoc eſt, permixtioni, quæ ex aīa & corpore prouenit, an ex iis alia aię habeant, alia corpori propria. Atq; hoc quanquam primum eſt vt ſciamur, perquam difficile tñ atque impendio arduum videtur multis adeo futuris, qui tum audere, concupiſcere, obiraſci, tū ſentire & intelligere, peculiares eſſe animæ affectiones affirmēt. Ac mihi quidē videntur plurimæ aīalis ꝑfunctiones animis haberi corporibusque cōes: animæ tamen, ſi quid aliud, intelligere proprium eſt. Cæterū ſiue intelligere imaginari eſt, ſiue non poteſt ſine imaginatione contingere, fieri nequit, vt hoc quoq; officium ſine miniſterio & vſu corporis obeatur, cum niſi via procurationeq́; ſenſuū viſa & imagines animis in-
13 ſculpantur. Quamobrem ſtatim qō hæc decidi & definiri poteſt hoc genere: Si quod eſt animæ opus, aut affectio propria pōt contingere vt anima ſeorſum à corpore ſit, ſed ſi nihil eſt ſoli aię proprium, imo corpus ad omnia munia in ſocietatem ancipatumq́, recipitur, (ſiue illud hoc eſt quod oculis cernitur, quodq; forma iſta quæ ſub obtutum venit & figura monſtratur, ſiue interius & latentius aliud, quale comminiſcebatur Plato) non poteſt contingere, vt ſeorſum à corpore habeatur obmaneatq́;: alioquin ocioſum aliquid natura creauerit, quod defendi non poteſt. Eſt.n. compertum hoc, nihil in natura torpere, nihil feriari, ſua in ſingulis rebus ingenia contineri, officia quæque & geſtiones ſuas agnoſcere agitariq́; & quaſi penſa perſoluere. Erit fortaſſe aliquis, qui rōnis huius inductionem ceu minus ſanam aut ſeriam reprehendat: ſed qui hoc cauillatur, vim argumenti non peruidet. calumnia aūt talis eſt: Oportebat, inquit, accepto conſequentis oppoſito, ita tollere demoliriq́; añs: at in noſtra rōne cōtrarius ordo ſeruatur: nam ſumpta eius quod primum in cōnexo erat priuatione, infirmatio poſtremi ſubiungitur. Verum qui tā male animatus eſt, vt hæc quæ in dialectica atq; in exercitio argutiarum iactata & prompta oībus ſunt, ignoraſſe Ariſtotelem putat, is plane ignorantiſſimus videtur. Nam verbum illud poſſet contingere a quo Ariſto. in ratione ſua vtitur, non habet neceſſariam connexionem, (tunc.n. verum ſit perempto quod ſequitur, interimi quod procedebat) ſed poſsibilem & contingentem tantum, in quo genere obſeruatio in contrarium eſt, vt abolitio añtis aboleat conſequens. Ea res hoc exemplo patueri: Si nauigauerit Dion, poteſt contingere, vt bene & proſpere nauigauerit: ergo ſi non nauigauerit, non poteſt contingere, vt bene & ꝓſpere nauigaſſe dicatur. Non aūt ſequitur, ergo ſi non poteſt contingere, vt bene & ꝓſpere nauiget, ne nauigare quoq; ſimpliciter poterit. Idem de eo qui aliquid agat proficiſcatur, ambulet, currat. Demum eadem in oīus ratio erit, in quibus coniunctio incidens contingēsq́; habebitur non neceſſaria. Eodem modo ſi aīal erit quod ꝓcul eſt & ad nos accedit, poteſt contingere vt ſit equus: igitur ſi animal non eſt, neq; equus, vtiq; vt ſit, poteſt contingere: non aūt ſequitur, ſi non eſt equus, neq; igitur animal. Semper.n. id quod ſequitur contingenter, tanquam pars antecedentis ſit, propterea ꝙ quandoq; accidit, quandoq; non accidit. Ita qui antecedens interimit, totum interimit: toto aūt ſublato, ſequens eſt parti quoq; abolitionem afferri. Sed b & ſeorſum quoq; ipſum antecedens litigioſum controuerſumq́; eſt; in quo dicitur. Si quod eſt animæ opus proprium, pōt contingere, vt ſeparetur. Aiunt id non eſſe neceſſarium, qm̄ poſsit accidere, vt proprium opus habeat, anima, non ſit tamen ſeparabilis, quemadmodū nec oculus aut manus à corpore ſeparari poſſunt, etiam ſi proprium aliquod opus oculorum, aliquod manū ſit. Porrò illa propoſitio, quæ per negationem antecedentis elidit & perimit conſequens. Si nihil eſt animæ proprium, ſeparari igitur non poteſt, neceſſaria eſt, nec oblocutorem inuenit: quippe cum quoq; præclarum illud, & indubitabile proloquium profatumq́; vendicet, in quo dicitur. Nihil à natura ſine vſu aliquo fieri. Quamobrem igitur affir- 14
mant aliqui amare, odiſſe, iraſciq́; aīam? certe quēadmodum dicitur. Quanta vis pila planitie puncto tangi? non ꝙ planities aut linea poſsit ipſa ſeorſum conſiſtere, ſed ꝙ regula, in qua ſit illa planities directa: neq; ꝙ pila poſsit contingi. i. ipſa figura, ſed ꝙ æs, in quo illa ſit forma: (Nam neq; rectitudo à regula, neq; figura ab ænea pila, neq; tactus puncti, imo nullus omnino tactus à corpore, aut à toto abiuncta ſunt) ita & animę affectiones cōes videntur eſſe cum corpore, lætari, dolore, timere, audere, amare, odiſſe, iraſci, miteſcere, Horum nihil poteſt anima perpeti ſine vi opeq́; corporis, vtpote per qđ plerunq; ſecretæ etiam animi cogitationes & affectus prodantur. Nam & in ruborem effundimur, cum verecundia cutem accipit, refugit metu ſanguis & pallore refrigeſcimus. Atque hæc quidem neque ipſis poetis ignota ſunt, vt in illo.

Oculis micat acribus ignis. Et in illo:
Palluit & gelidus coit in præcordia ſanguis,
Dentibus ora ſtrepunt.

Eſt autem argumēto vel maximo huiuſmodi affectiones haberi animæ corporiq́; cōes, ꝙ quomodo cauſæ alioquin magnæ plerunq; incidant animalibus, & iraſcendi & metuendi, neq; metu tñ tentantur, neq; iracūdia commouentur, interim ex diuerſo leui ſæpe irritamento grauiter excandeſcūt: proinde ad iracundiā proniora ſunt in fame, aut ſiti, aut ſi quibus humoribus infeſtentur, quod maxime melācholici ſubſtinent. Hi valetudinis vitio & naturæ ſuæ temperamento minimis quibusq́; periculis conſternātur. Ita omnia hæc videntur ex

tur ex varia corporum mixtione atq; habitudine profi
ciſci, & pro temperaturæ modo remiſsius vel intenſius
fieri. Neq; vero corpus tanquam inſtrumentum & ma-
chinamentum affectionum eſt, qualia ſenſibilium viriũ
ſua ſunt organa, & internuntia ſentiẽdi, ſed maior quæ-
dam affinitas eſt corpori cum pturbationibus animi, q̃
ſenſibus cũ inſtrumẽtis. Hæc ſi paulo affecta laceſsitaq;
fuerint, munus ſentiendi legitimum abrumpunt & ĩpe
diũt. Corporis mala permixtio nõ impedit affectiones,
ſed promouet potius atq; exacuit, vt poſsit intelligi cor
poris naturam proxime cum affectionibus conuenire.

[a] *Attici attamen expoſitores quos inſequitur Philop. & Simpl. etiã in idem uidetur tendere, aiunt Ariſt. non uti rõne aliqua ex antecedentis deſtructione, ſed acceptis duabus quæ inuicem iuncta & æqualia ſunt, duas ex his regulas & illas quidem apprime neceſſarias tradidit. Prima eſt, quorum operationes à corpore poſſunt eſſe ſeparatæ, hæc etiam à corpore ſeorſum eſſe poſſunt. Secũda, quorum operationes ſeorſum à corpore non poſſunt eſſe, ea etiam à corpore ſeorſum eſſe non poſſunt. Si. n. eſſet operatio à corpore ſeparata, ſubſtantia uero nequaquam, cum operationes à potentijs, & potentiæ ex ſubſtantia effluant, hoc ſequeretur incommodum, operationes aliquas ſine potentia uel ſubſtantia eſſe.*

[b] *Huic dubio reſpondit Philoponus dicens: Duobus modis aliquid dici poteſt proprium: altero quidẽ modo ut pars totius eſt, comparatione ſcilicet cæterarum partium: quo mõ oculo propriũ eſt uidere, quia in toto illi tantũmodo parti hoc conueniat, non tamen quod etiam toto nõ egeat. Altero uero, quia alio non eget ut perſiſtat: quemadmodum in hydromele dulcedo melli eſt propria, & non eſt aquæ communis, quia ſeorſum ab aqua etiam mel dulce permanet. Hoc ſignificato poſtremo intelligunt Peripatetici operationes aĩæ proprias.*

Animæ definitionem eſſe cum materia coniungenda, & quid ſit definitio phyſica & dialectica, & quæ ſcientiæ, quibus modis definiant. Cap. IX.

15 HAec ſi ita habent, neceſſe eſt, in definitionẽ ani-
mæ adhiberi materiam: quamobrem oẽs mate-
riam affectibus definiendis adiungunt, quemad
modum is, qui iram dixit feruorem ſanguinis circa cor
cauſa puniẽdi doloris. Igitur ad phyſicũ pertinet de ea
aĩa noſcere, quæ ad ſuas affectiones actiones materiam
requirit, quãquã diuerſa rõ eſt, qua finire phyſicus ſo-
16 let ab ea: qua dialecticus. Huic ſolius formæ negotium:
ideo iram finit, vt ſit doloris vlciſcendi cupiditas. Phy-
ſicus materiam corrogat, eoq; tam terminat, vt efferue
ſcẽtiam ſanguinis circa cor dicat. Rõ. n. iracũdię libido
& ſtudium illud eſt reponendæ vindictæ. Sed rõnẽ hãc
atq; formã, id eſt, deſiderium tale in tali materia eſſe col
locatum oportet. Quemadmodum definiturus domũ.
alius forma & rõne contentus eſt, hoc modo. Domus
eſt cuſtodia & defenſio à vẽtis, imbribus, caloribus, fri-
gore. Alius ſola materia: Domus eſt ligna, lateres, intri-
ta. Erit & cui vtrunq; complecti ſtudium ſit: Domus eſt
munitio ab iis, quæ deforis ingruant, ex tali aut tali ma
teria. De tribus his quod genus phyſico cõuenit? Vtrũ
id, in quo ſolius formæ ſit mentio, prætermiſſa & negle
cta materia? an id in quo ſolius materiæ admonitio ha
betur forma ſuperpoſita? an id potius in quo iunctim
forma & materia declaratur? Quòd ſi poſtremum hoc
genus philoſopho naturali congruit, cui ſectæ reliqua
duo vendicari, aut tribui debent? Certe definitio in qua
ſola vis formæ affertur, quæ ſeorſum conſiſtere, confir-
mationemq; & ſoliditatem habere non poteſt, ſola dia-
lecticis aſciſcitur, vnde illa plerunque futilis inaniſq;
habetur. Ea vero quæ materiam tantum & affectiones 17
eius, quæ abiungi non poſſunt, ſectatur, nullius quidem
fuerit, niſi eius qui naturam exploret, quippe qui circa
omnia verſetur, quæ materiam & eius opera atque affe
ctiones appellent: ſed ceſſans & manca, niſi formæ me-
minerit. Ac formam quidem ſemper in definitione col
locare debemus, quæ locum principem teneat: ita tamẽ
vt à materia non recedamus, etiam ſi forma rõne poſsit
abiungi: etenim formæ naturali materia ſemper opus
vſuſq; eſt. At mathematicis lineam directam citra ma-
teriam definire conceditur, quia res quæ apud illos tra-
ctantur, à nexibus materiæ liberiora excultioraq; ſunt,
quàm forma naturalis. Atque hoc vt diſtinctius capia-
tur, paulo altius ordo petendus eſt. Naturalis corporis
opera alia naturalia ſunt, alia extrinſecus veniunt. Natu
ralia ſunt, calor, frigus, ſiccitas humor, nutritio, auctio,
minutio. Extrinſecus veniũt, quæ artificio aliquo com
parantur. Artificium aliud materiam exornat, aliud de-
fectum & inualentiam corrigit. Materiam exornãt ex-
cuſſores, ſignifici, poſtremoq; ſellularij. Inualentiã cor-
rigit medicina, agricultura. Eſt & genus tertium, (ſiue
id affectionem vocare, ſiue accidens malis) quod quã-
quam non poteſt à corpore naturali euidenter ſeiungi,
ineſt tñ in corpore, vt naturale non eſt, quo numero
ſunt illa, rectum, inflexum, triangulum, concauum, de-
uexum. Demum in oĩbus quæ ſibi mathematici contẽ-
plantur, naturales affectiones à conſpectione ſua reii-
ciũt, ſolas meraſq; magnitudines, & nuda atque inania
ſpatia extimant finiendis his, neq; materiam, neq; natu-
ralem qualitatem adiungunt. Iterum quoque alio initio
ordiendum eſt. Circa formam plurimæ habentur ſpe-
culandi rõnes & viæ. Forma. n. naturalis eſt, aut mathe-
matica, aut artificiaria. Naturalẽ & phyſici & dialecti-
ci occupant, ſed dialectici materiam negligunt, phyſi-
ci ſemper accurant, cæteras formas artifices & mathe-
matici ſociuntur. Horum alij ſolitarias & abſolutas con
ſiderant, aliis in materia negotium eſt. Quamobrem vt
illis ſemper ſine materia, ita his nunquam ſua cõmenta-
tio eſt. Ille ſummus ſupremuſq; oĩum artifex videt, qui
circa veras ſormas, id eſt, quæ ab oĩ nexu & mancipatu
materiæ aſſerũtur, ſtudium ſuum exercet. Cum dico ab
oĩ nexu, ĩtelligo eas, quæ tum re, tum cogitatione à ma-
teria ſequeſtrãtur, quales primus vltra mũdanuſq; phi-
loſophus ſpectat. Atq; hæc quaſi extrinſecus diſtincta 18
digeſtaq; volumus, vtpote quæ non admodum aliena
ab hoc inſtituto ac propoſito viderentur. Sed referen-
da eſt vnde deerrauit oratio. Dicebamus aĩæ affectio-
nes à materia naturali aĩalium ſeparatas non eſſe, neq;
ſicut ſuperficies poteſt præcidi rõne, ita poſſe iram, ti-
morem, & reliqua, ſed horum omnium definitiones cõ
munione corporis, quod in iis apertiſsime cõmouetur,
agitaturq;, conflari & conſtitui oportere.

De ſententijs veterum de anima, & de opinione Democriti. Cap. X.

HIs ita prægustatis, deinceps pedem conferre par 19
eſt, ſed prius eſt, vt ſententias veterum diſquira
mus.[a] Et hercules æquum ſit eos ad conſortium
diſputationis huius corrogari, qui in parte hac philoſo-
phiæ, aut aliquid inueniendo, aut ſcribendo & cõmentã
do nos iuuerint, vt & bene ab iis dicta recipiãtur ĩ fide,
& cõtraria repudientur.[b] Quoniã duæ res ſint, quibus
inanima ab animantibus differũt, altera ꝙ animalia vi-

dentur per ſe moueri, non videntur in anima: altera ꝙ
ſentiunt hæc illa non ſentiunt, in duo hæc diductio ſe-
ctarum facta veteribus eſt, alij de motu, alij de ſenſu fi-
nitionem aĩæ colligunt. De motu Democritus, Anaxa-
goras, fortaſſe etiam Plato, ij ꝙ arbitrabantur in quod
non mouetur, mouere alia non poſſe, aĩam in numero
habuerunt earum rerum, quæ mouerentur. Vnde illã
Democritus ignem & calorem quendam eſſe credidit.
Quoniam enim innumerabiles figuras oriri moueriq́;
diceret, quas atomis ſuis referret acceptas, earũq́; pan-
ſpermiam, id eſt, vniuerſitatem ſeminarium, elemen-
tũq́; totius naturæ conſtitueret, putauit aĩam ex iis quæ
rotundæ orbiculatæq́; haberentur, cõſtare, argumẽto,
tum ꝙ figura illa maxime penetrare videatur in corpo
ra, tum quod ſimul agitatur ipſa aut pellitur, ſecum alias
20 quoq; res ſubĩde rapit & commouet. Nihil aũt mirum
eſſe, ſi oculi aſpectum eius non capiunt, quáuis corpus
eſſe dicatur: nam & illa quæ per aerem volitant ramen
ta, vt ipſe appellat & papuli, quorum ingens vis tuema-
tim feneſtris in ſole adapertis inferta longos per totos
radios tractu reciprocat, niſi ſudo cœlo & ſolo aſſerto
oculis vſurpari non poſſunt. Quamuisq́; aer ſpeciẽ pre-
beat inanis cuiuſdam æquoris, ſunt tñ in eo ſolida cor-
pora, ſed indiuidua pauxillaq́; ac minutiſsima, quibus
completur: proinde atomos alias maiores tardioresq́;,
alias minores celerioresq́;, ſed celerrimas & minimas
omniũ globulentas & ſphæricas quarum conciliatu &
21 concurſu extiterit aĩa. Quapropter & vitam reſpiratio-
ne definiri dicebat. Nam quũ aer is qui nos ambit, cõ
preſsis corrogatisq́; aliis corpuſculis ſphærulas interio-
res, quarũ agitatu aĩal agitatur, elidat, periculumq́; ſit,
ne deſtitutum eo præſidio alias extinguatur, ſuppetiatũ
accurrũt aliæ atomi, quæ ſe inuices faceſcẽtiũ inſinuẽt.
Quod quidem per hauſtum & reciprocationem ſpiri-
tus fit. Ita incurſatione confluctuatione, quæ mutua
ſubeuntium & euolantium atomorum, quod ſpirando
reſpirandoq́; accidit, animam adhiberi ne defluat:
proindeq́; eatenus viuere animalia quo ad dum atomos
ſphæricas accipere poſsint & reddere.

a *Non parum nobis cõferre poterit (ait hic Simpl.) enar*
ratio opinionum antiquorum, tum ad dubitationem tũ ad in-
uentionem, ſi ad ea aĩaduerterimus, quæ reſpicientes hi quidẽ
hoc, illi uero alio modo de aĩa ſenſere: & hæc quidem refelle-
mus, illa uero approbauerimus. b *Quia ea quæ rebus inſunt*
accidentia, propriæ præcipueq́; (ait Simpl.) conferunt pluri-
mum ad inueſtigãdam earum eſſentiam: ut ſuperius eſt dictũ.
Ideo ex his quæ aĩæ inſunt, ab ea quæ definiũtur, hoc eſt, quæ
animatis rebus propria ſunt, quæ talia ſunt, animæ ſubſtan-
tiam colligere uult: ea uero ſunt omnium opinionum conſen-
ſu, ab interna cauſa moueri: hoc enim ſolis eſt animatis pro-
prium & ſentire: hoc tamen non ita proprium eſt intelligen-
dum ut omnibus, ſed quia ſolis animatis conuenit. Moueri au
tem ab intrinſeco principio eſt omnibus animatis proprium:
nam & plantæ augentur & imminuuntur.

De opinione quorũdam Pythagoreorum de aĩa. *Cap.* X I.

22 FVere & Pythagorici aliqui, ait Ariſtote. qui idem
de anima ſenſerint, quos ego tamen qui fuerint,
nondum comperi. Ex iis alij corpora indiuidua,
quæ in aere mouerentur alij cauſam agitatricem illorũ
eſſe animam arbitrati ſunt. Eoq́; id accidere, ꝙ illi nuuq̃
quieſcere, quamlubet ſereno trãquilloq́; aere videãtur,
Sane ij proprium eſſe animæ putant mouere, præſertim
qui illam deſcripſere vim ſemet agitantem mouentẽq́;.
Fere enim diſceſſum eſt in id omnibus, vt motum eſſe
peculiariſsimum aĩæ crederent, ac cætera quidem mo-
ueri ab aĩa, ſed animam à ſeipſa. Eodem modo & Ana- 23
xagoras animam eſſe fontem & initium motus prædi-
cat: idem quicunq; omnia moueri à mente intellectuq́;
autumant. Non tamen videtur id Democrito, quippe
qui inter mentem & aĩam nihil intereſſe affirmet: pro
hinc ſenſus viri nuntios eſſe dicebat, & oĩa quæ ſenſi-
bus viderẽtur vera eſſe defendebat, quaſi ſenſus & ani-
mus confunderentur. Vnde & ſentire & ſapere pro eo-
dem habebat magno alioquin, teſte Homero, nixus,
qui quodam verſu de Hectore iacet, inquit, aliud ſapi-
ens. Quamobrem nõ ita de intellectu locutus eſt, tãquã
de vi ea qua veritas, id eſt, qua rerum cauſæ, atq; exitus
cognoſcuntur: neq; vt ea quæ à ſenſu ſit diuerſa, ſed idẽ
oĩno eſſe vtranq; vim, id eſt, animum & animã teſtatus
dilucidum eſt. Anaxagoras minus id clare indicat. Ple- 24
runq;.n. cauſam boni pulchriq́; intellectui tribuit: ceu
qui cæteris aĩæ viribus dignitate antiſtet, & diuinior ha-
beatur: plerunq; cõfundit, vt animam cum animo con
iungere videatur. Cum.n. omnibus animalibus magnis
paruisq́; perfectis & imperfectis intellectum aſciſcat,
ſine dubio ſignificat non diſtare intellectum à ſenſu.
Nam ſenſus in omnibus viſitur, intellectus non in om-
nibus: ſed ne in homine quoque, omni comparet. Ita
omnes philoſophi, qui animantia ex eo ſpectabant, ꝙ
ipſa ſe mouerent, conuenire id in animam potiori mo-
do & meliore nota dixerunt.

De opinione Empedoclis & opræ, Timæi ſiue Platonis
in Timæo. *Cap.* X I I.

ATqui ex eo ꝙ animalia cognoſcunt & ſentiũt, 25
definitionem animę afferunt, hi aĩam ex princi-
piis & elementis rerum conſtitutam intelligunt,
adeo quot quiq; initia videbantur, ex totidem conſta-
re aĩam probabant. Quòd ſi quis vnum dixiſſet, ex vno
ſolo aĩam exiſtere fatebatur, ita cõtingere, vt aĩa quæ ex
principiis eſſet compoſita, tum ipſa principia, tũ ea quæ
de principiis naſcerentur, poſsit cognoſcere. Nam Em
pedocles qui quatuor naturis conſtare vult oĩa, quibus
concordiã & diſcordiam initia capitalia præficit, ex to
tidem conflari animam ſenſumq́; teſtatur hoc carmine.

Terrea pars terras, vnda conſpicit vndas,
Aethera diuum æter, vis ignea percipit ignes:
Pax pacem monſtrat, litem lis aſpera ſentit.

Statuit autem ex omnibus iis animam cõfici, quia puta-
bat alias naturas ſentiri & apprehendi nõ poſſe, niſi per
hanc ſimilitudinem, quæ cum rebus eſſet animæ inſita.
Atq; hoc illi cum cæteris erat cõmune? fere enim con-
ſenſus veterum eſt ſimilibus cognoſci ſimilia. Eadem 26
de cauſa motus eſt, opinari Timæus animam ex elemẽ-
tis componi, quorum alterum indiuiduum, imateriale,
incorporeum haberetur, alterum diuiduum, & quod
ad naturam corporũ pertineret, id eſt, natura quæ in-
ſeparabilis corporum communis eſſet. Ex iis mediam
exiſtere aĩam duarum naturarum permixtione coali-
tam, ac indiuiduam quidem & immaterialem naturam
fortaſſe mentem putabat. Diuiduum vero & medium
quid ĩtelligat extimemus. Qualitates ſane primæ, hu-
mor & ſiccitas, cæteræq́; iis cõiuges, circa corpora qui-
dem diuiduæ non videntur, ſed circa materiam. Sed & quorum ait ipſe, hoc eſt vegetalis
potẽtia naturalis diuidua eſt, & quidem circa corpora.
Hæc enim materia vtitur, non informi nudaq́; penitus,
ſed elemẽtis & corpore: nam & cogit & diffundit, pro-
indeq́; circa hæc poteſt diuidua & ſectilis videri. Idẽ de
parte

parte ſenſuali, & de ea quę ad libidinem & iraſcentiam
pertinet. Dicaſ illa circa corpora diuiduas haberi, quú
in corporibus & circa corpora verſari contineriq́; vi-
deantur. Atq; hoc tam in illis verú ſit, quæ irrationales
oïno brutæq́; ſunt, q̃ in iis quæ rationi parent atq; con-
ſentiunt. Quamobrem ſi oẽs circa corpora diuiſiles eſſe
neceſſe eſt, relinquitur nullam aliam vim niſi rónalem
mediam ab illo cẽſeri, quia inter indiuiduam naturam,
id eſt, quæ careat partibus, & huic contrariam ambigaſ,
atq; ab duabus his facultatibus condita & temperata
dicatur. ne conditam eſſe animam improprie dicitur.
Non.n.ita poteſt conſtituta intelligi, vt corruptis atq;
in vnum confuſis naturis duabus, ſpecies ab his tertia
diſſultarit: quodq́; fieri in cęteris mixtionibus cernitur
coalitu diſcrepantium rerum, qui ſine illorum interitu
non poteſt accidere, ingenium aïæ prouenerit. Sed quú
aïam dicitur ex duplici natura conſtare, id ita accipiẽ-
dú eſt, vt rónabilis aię natura minoris eſſe q̃ intellectus,
& pluris q̃ irrationabiles potentiæ iudicetur, cú vtroq;
tamen cognationem quandam habere, qualem ferre
mixta & concreta cum iis ex quibus formantur. Qua-
propter duabus illam opibus ad res noſcendas & com
prehendas vti, eiuſdem & diuerſi. Quotiẽs genera & ge
nerum formas colligimus, idem & ſimilia quærimus:
quoties vero differentias perſequimur, diuerſitatem
incidimus, atq; has vires potentiasq́; ab elementis illis
accipit, quibus conſtat. Potentiam quidem eiuſdem ab
indiuiduo & incorporeo initio: potentiam vero diuer
ſitatis à diuidua & corporali natura. Ita Timæus aïam
ex elementis confectam vult, non tñ oẽs (vt dixi) ſed
rónalem: qualem & mũdi aïam exiſtimare quis poſſet.
Nam potentias patibiles inſutas intextasq́; poſt à ſecun
danis dicit, qui ab eo mortalium animalium opifices &
creatores vocãtur. Vt igitur Timæus aïam ex elemẽtis
effecerit, quo ſimilibus ſimilia cognoſceret, ſatis arbi-
tror demonſtratum. Idem [a] probat in iis, quæ de philo
ſophia diſſeruit, id eſt, quú aïal inquit principio ex idea
vnius & prima longitudine, latitudine, altitudine con-
ſtitit. Alia quoque ad idem exempli. Quum.n. incorpo-
ream naturam à quantitate continua remotiſsimã pu-
tarent, vtpote quæ nullam molem aut diffuſionem ha-
berent, ſed ſub diſcretam commode poſſe cadere vide-
rent, numerum illi & multitudinem aſciſcebant: non
oẽm, ſed quã vere & ſimplices vnitates attollerent. Dixi
veras vnitates ac ſimplices, quia numerus qui ad incor
porea pertinet, nõ conſtat ex iis vnitatibus, quæ corpo
rali naturæ mortaliq́; tribuũtur. Nullum.n. corpus per-
fecte vnum eſt, quia diſtrahi poteſt ſubinde in plura, im
mo infinite ſecari, quamobrem numerum illum tãquã
ex ſpeciebus & formis collectum formalem ſeu ſpe-
cificum appellabant, contraq́; eius generis numeros,
rerum formas & ſpecies prædicabant. Atq; huic ſenten
tiæ verſus ille de proximo cõgruit. Quæq; ſuos retinẽt
numeros, numero omnia conſtant. Elementa igitur
mundi intelligibilis, quem per ſe aïal vocant, prima &
ſumma ex ſpecificis numeris prodidere, ideas vnius, ideã
primi binarij, ideam primi ternarij, ideam primi quater
narij. Quomodo.n. neceſſe eſſet, vt in mundo intelligi-
bilia ideæ & principia mundi ſenſilis ſpectarenẽ, ſenſilis
aũt mundus ex longitudine, latitudine, pfunditate con
ſtaret, ideã longitudinis primum binariũ ſtatuerũt, quia
vnius ad vnum directio, id eſt à pũcto ad pũctũ extra-
ctio longitudo eſt: Longitudinis & latitudinis iunctim
ideã primũ ternionẽ, quia planarũ prima trianguli figu
ra eſt: mox lõgitudinis latitudinis ſimul ideam primum
quaternarium, quia prima ſolidarum eſt pyramis co-
nusq́;. Atque oïa hæc Xenocrates in iis, quæ de natura
cõmentatus eſt, explicat. Indidem ſi quem iſta delectãt,
hauriat licebit. Illud igitur per ſe animal, hoc eſt intelli-
gibilem mundum ex primis iis principiis cõciliatum &
conditum arbitrantur. Particularia vero ex iis, quæ hoc
ordine ſequuntur ſucceduntq́;. Quemadmodum enim
inter ſe comparantur ſenſibilia, eadem quoq; collatio-
ne ſibi reſpondent ideæ, ſenſilia. Eſt & aliud genus quo
illi hoc de aïa ſolent exponere. Quomodo enim plu- 27
ribus vtatur poteſtatibus anima ad capiendas cognitio
nes rerum, intellectu, ſcientia, ſenſu, opinione. intelle-
ctum ab vnius idea præberi miniſtrariq́; affirmabant,
ſcientiam à prima dualitate, quia ſcientia ad vnum ab
vno procederet, hoc eſt à ſumptionibus ad complexio
nem concluſionemq́;: opinionem à prima trinitate, qui
numerus ad planam figuram referebaſ: nam opinio-
nis eſt ex propoſitionibus vtrunq; verum falſum con-
cludere: ſenſum à primo quaternario ortum habere, à
quo prima idea ſolidi corporis emanabat. circa quod
ſenſus noſtri verſantur. Ac rerum quidem oïum initia
forma & ſpẽs, & ſpecificus numerus credebatur. Ipſius
vero numeri elementum & ſeges, tum vnitas tum dua-
litas indefinita erat, quã vnitati iuxtim ſubdebant, vnde
infinita vis & prouẽtus numerorum exiret. Nam ex eo
quod vere vnum ſit, & quod ſolitarium habeatur, nihil
conſtitui aut deriuari poteſt, ita creandis generandisq́;
numeris neceſſe erat corrogare naturã alterã & vnitati
coniungere, quam (vt dixi) interminatam & indefini-
tam dualitatem appellãt. Dualitatẽ iccirco, quia iam &
diuiſilis & multitudinis opifex videatur. Indefinitã prõ-
pterea ꝙ ꝓprio fine extremoq́; careat. Sit.n. vnitas q̃ fi-
nẽ ſuũ oïbus ſpeciebus ideisq́; pbeat. Dualitate.n. vni-
tas continenter adiecta numeros ſpecificos quã lubet
multiplicari contigit. Porro dualitas hæc imaginem re
fert materiæ quæ ſubditur obſterniturq́; corporibus.
Vnitas adeo ſimilitudinem formæ materialis præſtat.
Quapropter ſi aïa ex eiſdem principiis cõditur, ex qui-
bus numerus ſpecificus conficitur, non mixtione aut
confuſione duarum naturarũ, vt dixi, ſed quia collinitiũ
vtriuſq; ordinis teneat, tũ indiuidui incorporeiq́; vnde
pẽdet & regitur: tum diuidui & corporalis cui præeſt &
imperat. Si inquã ex eiſdem initiis concreta aïa eſt, ex
quibus numerus ſpecificus componitur, ratio eſt vt illa
rerum omnium capeſcere notitiam poſsit. Hoc modo
apud Platonem Timæus, & adeo ipſe Plato ex ſimili-
tudine & affinitate principium probat ingenium ani-
mę ad rerum comprehenſionem & ſcientiam idoneam
polensq́; eſſe.

[a] *Librũ de philoſophia appellat Ariſt. qui nulli peculia-
riter eſt inſcriptus, ait Philoponus, & eſt Plat. legitimus:
cui titulus eſt (ut ait Simpl.) de bono ex conſuetudine Pla. in
quo quidẽ libro opinionẽ Pytha. & Pla. enarrat de entibus.*

*De opinionibus multorum, qui de anima male ſen-
ſerunt.* *Cap.* XIII.

FVere ex poſterioribus, qui duas illas rationẽ cõ- 28
plexi cognitionem & motum, definitionem aïæ
de vtroq; cõſarciunt, quemadmodum qui nume-
rum ipſum ſe agitantem mouentẽq́; aïam deſcripſit.
Is ex eo ꝙ numerum appellabat, intelligi volebat co-
gnoſcendi vim, quæ haberetur in anima. Ex eo vero,
ꝙ ipſum ſe mouentem dicebat, facultatẽ eius mouendi

re.Illud iam notiſsimum, animá ab omnibus in princi
pia relatam ſuiſſe. Ab iis quia cognoſceret, ab illis vero
quia mouere omnia agitareq; videretur: idq; (vt dixi)
34 propter ſimilitudinem illam & cognatiooem accidere.
Quáquam Anaxagoras, ſed ſolus cognationem & affi-
nitatem hanc ſuſtulit. Is enim tametſi omnia cognoſci
ab aoima cócederet, quia tñ ſincerum illum & mixtio-
nis expertem putabat, nulla ei cum rebus quas cogno-
ſceret, ſimilitudinem relinquebat. Quemadmodű au-
tem intelligere poſſet res, quibus cum nullá collationé
haberet, neq; vlla parte ſcriptorű ſuorű expreſsit, neq;
cóiecturam aut indicium vllű reliquit, id vnde ſcrutari
liceret. Hoc excepto vno, cæteri in id populariter con-
fluunt, vt ex iis facultatibus, quas cognoſcunt, conditá
35 animam velint. Iam ij qui cótraria inter ſe principia fa-
ciebant, animam quoque ex contrariis compoſitam re
bantur. Nam Empedocles quum quatuor naturas, ex
quibus conſtare omnia vult, ſiccitatem, frigiditatem,
caliditatem, humorem, initia poſuiſſet, ſine dubio vo-
luit eaſdem contrarietates in aïa contineri, quum dixit:
Terrea vis terras, vis humida percipit vndas,
Aether ab ætherea ſentitur, ab ignibus ignis.
Sed & ij qui ex vno duntaxat elemento animam ſabri-
cantur, eius quoq; qualitatem ſolam tribuunt aïæ: Hera
clitus caliditatem, quæ igni conueniat: Hippon hu-
miditaté, quæ aquæ ſit propria. Ideoq; & denotatione
& veriloquio nominis altercantur, explicationemq;
verborum ad ſuam quiq; ſcīam conferunt. Alij Zeon. i.
vitam appellatam dicunt, ꝙ nomen id bullitionem ſi-
gnificaret, ceu ſeruor eſſet atq; ignis anima, qua viuiſce
remus. Alij animam pſychen vocatam affirmant, quo
frigus notatur, quia ad vitam animalium tuendam euẽ
tatione & refrigeratione ſit opus, idq; commodi per
ſe reſpirationem accidere.

*Generaliter contra omnes, qui putant animam eſſe cor-
pus mouens & motum.* *Cap.* XVI.

36 HActenus ſola decurſa nobis hiſtoria eſt, quæ à
maioribus de aïæ natura literis tradicta & mo-
numentis habetur. Ex iis aliqua expreſsim ab iis
dicuntur, aliqua nos ab iis intellecta ſcrutinio cóiecta-
mur. Primum vero eorum ſcientiam extimemus, qui
motum animæ veluti rem illi maxime propriam genui
namq; aſcripſerunt, quiq; ꝙ credebát moueri illá quia
moueret, talem definitionem eius prompſerűt: Anima
eſt ſuimet mouens, aut potens ipſam ſe mouere. Hoc *
modo Plato in libro de legibus decimo finit. Cæterum
fortaſſe non illud modo falſum eſt, animam moueri qa
moueat cętera, ſed etiam ſeorſum id defendi nó poteſt,
animam à ſe, aut ab alio moueri. Quáquam vero pluri-
mas rationes commentatio noſtra de naturali auſculta
tione contineat, quibus oſtenditur neceſſarium nó eſſe
moueri omne quod mouet, tunc tamé vel gratia cla-
ritatis, vel quod in loco id cadit, nonnullas illarum hac
quoq; parte repetiſſe conueniet. Ais oé quod mouet,
moueri oportere, ergo aut à ſe dices, aut ab alio moueri
quod mouet. Profecto ab alio non eſt neceſſe, alioquin
inquiſitio in infinitű caſura ſit. Sed nec à ſeipſo quoq;
propter eas ruinas in quas incidere dicentes id oporte-
ret, quaſq; ꝗ mox demonſtrabimus: ſed ipſum ſe aliquid
mouet. i. ſi ſuimet moués eſt, aut parte alia mouet, alia
mouet, aut eadé mouetur & mouet. Si alia mouet, alia
mouetur, dubitatio nulla eſt quin concedere oporteat,
aliquid eſſe quod moueat nec moueatur: quod illi pro
impoſsibili deteſtantur, quia idem deferetur à ſe, nec
ſuimet moués amplius proprie diceretur, ſed pars illius
altera motum afferret, altera motum acciperet. Atque
hoc genere nullum īcommodum ſuſcipitur, ſi aïalia &
frutices ipſa ſe mouere dicantur. Ná ſtirpes & frutices
ab anima vegetali, cuius vi aluntur auctanturq; etiam
moueri atq; agitari videntur. Quòd ſi totum toto ſe mo
uere & moueri defenderis, primű illud vlcus eſt, ꝙ rem
indictam & incogitabilem comprobas, eiuſdem rei ali-
quid ſibi cám eſſe, cuius eſt alij fieri poſſe, vt ſimul deſe
rat & deferatur, alteret & alteretur, adeoq; ſimul & do
ceat & doceatur, idem ſpeculamen curet & curetur,
eandem inualentiam (quo nihil dici poteſt obtuſius)
illud huic nó ſuppar: quod inducemus hoc modo. Om
ne quod mouetur, qua mouetur potentia eſt. Oé quod
mouet, qua mouet, actu eſt. Si ergo ſuimet mouens, à to
to ſe mouetur, erit ſimul à toto hoc reſpectu, tum actu:
tum potentia, ſimul perfectum imperfectumq; ſimul ca
lidum nec dum calidű, ſimul ſciens & inſciens. Hęc quę
nunc libamus in libris, quos dixi, naturalibus fuſius ex-
plicata, exornataq; vberius ſunt, inde reliqua petat li-
cebit, ſi cui hæc præciſius poſita videbuntur. Nos vero 37
quæ noſtra intentio eſt, pergemus oſtédere aïam moue
ri non poſſe, quum oé quod mouetur, duorű generum
altero moueatur, aut per ſe, aut per aliud, per aliud mo-
uentur, quæ quű ipſa non moueantur, in eo tamé ſunt
quod mouetur, vt in naui vector & ſarcina: nauis per
ſe, vector & ſarcina per aliud moueri dicuntur motu
nauis. Dixi motu nauis, qa alio motu moueri p ſe poſ-
ſent: poſſent nutriri, augeri, alterari, & locali ét aliquo
motu moueri ꝑter motű nauis. Sed ponimus vectores
ſedere & quieſcere, tunc nauis (vt dixi) per ſe, vectores
per aliud mouebűtur. Eodé modo de accidentibus cor
poris ſentiédű eſt, albedine, nigredine, pede, bipede, tri
pede: quæ per aliud ideo mouentur, quia cótinentur in
rebus quæ per ſe moueantur. Ea igitur quæ hac forma 38
. i. per aliud mouétur, poſſunt eſſe nec corpora, nec egé
tia loci per ſe. Quum igitur bifariam res moueri dican-
tur, aut per ſe aut per aliud, videamus nunc vtrű aïa per
ſe moueri poſsit. i. motum per ſe accipere. Nam aut ex
accidenti, aut per aliud poſſe aïam moueri neq; ipſi diſ-
fitemur, quű illa in corpore habeatur, quod per ſe mo
uetur. Igitur de quatuor motibus delatione, alteratio
ne, auctione, minutione, ſciſcitor, vno ſe aïa an pluribus
generibus moueatur: item an oïbus. Sed demóſtratum
eſt quicquid aliquo ex quatuor illis motu non per acci
dens moueretur, prorſus in loco eſſe, & cingi corpore
oportere. Nec enim credendum eſt veteres illos, qui 39
ſubſtantiam animæ de motu finiunt, exiſtimaſſe animá
per accidens moueri. Quod ſi corpus eſt anima, proſe-
cto proprium etiam locum ſibi deſiderat. At qualis ná
hiccine dabitur? Certe quandocunq; attuleris, illuc ſe 40
anima per naturam conſerret, qűo applicita appulſaq;
eodem quoq; loco per naturam quieſceret. Quod *qui
conceſſerit, fateatur neceſſe eſt poſſe violentos quoſdá
motus & quietes adeſſe, quibus anima vi moueatur &
ſtet: nam ſi aliquo naturaliter pergit, inde auulſa pertur
bataq; mouebitur vi & contra naturam. Sed quales ná
obſecro, violentos aïæ motus aut quietes fingas, haud
facile comminiſci eſt, etiam dementiri volentibus Ani-
matum corpus ſæpe vi & cótra naturam moueri cerni-
mus, quando alieno impulſu aut colliditur aut iacitur.
Aïæ huiuſmodi aliquos motus, aut quietes nullo vnꝗ
tempore vidimus: alioquin per naturam cótrarij & ad-
uerſantes motus ad animam pertinerent. Dicat aliquis

reſpectu ſimul conueniunt. Quæ.n.per ſe inſunt in aliquo, ſeparari non poſſunt, nec cauſam extrinſecus accidentem requirunt. Sed occurritur, non videri ſenſum à ſenſilibus moueri, ſed ſenſilia id agere, & habere rationem talem vt ſine iis ſentiri non poſsit. Sēſum ᵃaraneis eſſe per ſimilem, quę muſcas, culices & aſilos in pedicas telarum incidentes irretitasq́; aggrediātur. Id nō beſtiolarum facit infœlix acceſſus, quāquā ſine acceſſu illo non graſſantur aranei, ſed vis eius generis inſita & cibi cupedia. Eodem modo ſenſilia quomodo in machinamenta ſentiendi.i.ſenſorias partes incurrerint ad comprehenſionem ſui prouocare admonereq́; animū? Sed ſi quem iſta exemplorum ſubornatio mouet à me, illud ſtat, ꝙ quemadmodū culex phalangiū excitat, & venatorem captura, poſtremo oē cōcupiſcendum id, à quo cōcupiſcitur, ita & animā moueri ab illis dicendū, quæ extrinſecus accidunt ſenſibus. Cæterum ille ipſe qui ſibi hoc exemplo tam placet cōfeſtim labat, ceu pœnitendum quid dixerit, & ab araneis pauimento appladitur, eādem inquit rōnem habet res viſilis ad aſpectū, quam pauimentum & ſolum ad inambulantes. Quod q̃ ridiculum ſit, ſtatim agnoſcitur. Qui.n.fieri poteſt, vt ſenſilia ſint loci, aut conceptacula functionum ſenſus? nonne irritamenta potius incitamentaq́; ſenſuum vidētur? quod quidem latius patet in cōcupitis appetitisq́;. Omne.n.appetibile prope eſt vt appetētē vim ducat & trahat, non vt fundus ſit & capacitas aliqua, in qua pernecesse ſit deſideria & appetitiones animæ contineri.

ᵃ*Rationes Ariſt.(ait Philop.) efficaces ſunt cōtra eos tantummodo, qui omnem animam irrationalem etiā ſeipſam mouere per ſe: ſed contra Platonem qui hoc tantum de rationali aīa aſſeuerabat, nullam penitus vim habēt. Eam enim à ſenſibus moueri negabat, ſed ueluti expergefieri: ueluti ſi geometra peritus à ſomno excitetur, ſtatim ſpeculatur theoremata, non quę fuerint ab eo qui excitauit ei impreſſa, ſed quarum ideas in anima ſeruabantur. Ait etiam hos motus animalis eſſe: animam uero eum ſecundum ſeipſam agit, intellectiue agit, nec ſenſilibus eget.*

Si motus ſit eſſentia animæ, futurum vt anima mouendo ſe pereat. Cap. XIX.

43 PRæterea quæro motibus iſtis moueri animā tanq̃ animam, an tanquam aliud putent. Si tanquā animam, quod iam & fatentur, quemadmodum id quod à colore mutatur, recedit à colore, & id quod per locum mouetur, recedit à loco, ita & animam quę mouetur in eo quod aīa, continget ab eſſentia ſua recedere. Nam nos qui animam moueri ex accidēti volumus, ſiue is motus in loco, ſiue in qualitate, ſiue in magnitudine habeat, illas anguſtias non ſubimus, nec cōcedere cogimur motum animæ exitum & receſſum eſſe ab eius eſſentia, ſed ab vno accedente, per quod mutatur. At ij qui moueri aīam tanquam aīam putāt, quum motum animę quaſi ſubſtantiam eius eſſe definiant, neceſſe eſt plagam illam accipiant, quam nos alioquin facile repellimus. Si enim mouetur tanquam anima, & in eo ꝙ anima, atq; hic motus ſubſtantia eius conceditur, quo mouetur in eo ꝙ anima, nullum effugium eſt quin aīa dum mouetur, ſuam ſubſtantiam deſerat. Vt.n.flammæ, flabra, flumina, quorum in eſſentia motus eſt, neq; puncto quidem temporis, in eadem ſoliditate cōfirmationeq́; permanent: (Flumen niſi fluat, nō erit amplius flumen, ſed aqua aut colluuies. Flabra niſi flentur non erunt flabra, ſed aer aut vapor: nihil.n.aliud ventus eſt, quam fluctus aeris) ita neceſſe eſt, vt aīæ motus, qui eſſentia eius eſt, in cōtinuo lapſu fluoreq́; habeatur. Vnde igitur plurimarum rerum illa memoria? Vnde conſtantia, ac tenacitas diſciplinæ. Hoc concedit, ille quidē & fatetur motum eſſe ingenium & eſſentiam aīę, ſed quāto, inquit, illa plus mouetur & agitatur, tanto id largius efficit, ne deſeratur à ſe, neúe à natura ſua & ſubſtantia concidat. Vita.n.ait ille, motus eſt, viuere idem in aīa eſt quod moueri. Sed qui hæc dicit, diſcrimen quod inter motum & actionē habetur, ignorat. Sed nec illud quoq; intelligere videtur, agere & gerere id cuiq; quod datum & iunctum natura eſt, conſeruare naturam agētis, & actionē illam perſeuerātiam eſſe eius à quo prodeat: ad quem modū viſio ad viſum, auditio ad auditū refertur. Contra moueri ſecundum id, quod natura tributū ſit, id eſſe diſtrahi & remoueri ab ea ſubſtantia, ex qua mouetur, ex quo & pernicies & exitium ſequitur. Item actiones memento æduntur perficiunturq́; viſio, auditio, intellectio. Motus attenſionem porrectionēq́; temporis exigit. Eſt.n.motus inchoatio & rudimentū actus, quippe qui abſolutione careat atq; inſtabilis ſit, nec vnquam in vno fixus, non in loco ſi per locū agatur, non in magnitudine ſi ſuper quantitatem ſit, non in ſubſtantia ſi ſecundum ſubſtantiam fiat, quali fluminibus & vento. Nam cœleſtia corpora propterea incorrupta ſunt, quia per locum non ſm ſubſtantiam mouentur, ita eorum natura ſemper eadem eſt: in alio tamen atque in alio ſitu ſemper vidētur. Quòd ſi id quod nos actionem ſenſuum appellamus, motum tu vocari contenderis, de nomine nihil cōtrahibo: licet enim omnibus vocabula arbitratu ſuo interpretari & fingere, & generibus abuti ſpecierum loco. Species porro actionis eſt motus, nam ſi motus eſt, actio eſt: ſi actio eſt, nō itē ſequitur, vt motus ſit: atque hoc ſæpiſsime vſurpatum à Platone ᵃ comperio. Quamobrē de voce nullum nobis certamen eſt, de rebus ſumma diſſenſio. Nihil enim tam diſtat ab aliquo, q̃ inter ſe actus perfectus & imperfectus. Verum ij qui moueri animam ſuſpicati ſunt, ipſam quidem animam per ſe moueri nunquam, opinor conſpexerunt, ſed quum animal moueri viderent, dixerunt animam eſſe primam quæ moueretur. Contingebat autem hoc illos credere argumento plurimarum rerum, quod ſub conſpectum cadebat: ferre enim nihil mouet, quod non contraq́; moueri cernatur. Porro ſi idcirco mouetur anima, quia cauſa motus eſt corpori, ſequitur etiam vt quieſcere debeat, quia cauſa ſtatus & quietis eſt corpori. Non ergo plus poteſt ad animam motus pertinere, q̃ quies. Ex quibus concluditur vim animę & rationem eius eſſentiæ in motu contineri non poſſe: nullum quoq; ſempiternum & inceſſabilem agitatum eſſe, quo ſe anima moueat. Nam ſi id eſſet, ratio cur animalia interim quieſcerent afferri non poſſet. Atq; hæc quāquam contra eorum opinionem dicūtur, qui motus quoſdam incorporeos aīæ ſomniabant, in Democritum tamen conuenire etiam videntur, qui in hāc partem apertius peccat. Nam atomi ille ex quibus animam conficit, ſemper agitantur, nec vnquam committunt, quin alias moueant. Plane ij qui moueri per locum aīam, & mouere ſubinde corpus affirmāt, perſimile & proximum quiddā cōmento illi videtur afferre, cuius Philippus: q mimos ſcriptitauit. meminit, apud quem legitur machinatorem fabricę Dedalum ligneolam Venerem feciſſe, quæ fuſili argento infuſo agitaret ſe, & geſtus moueret. Inuenit huic compendio fabrum

confine Democritus, quãquam meo quidem animo lu
ce ipſa clarius erat videre mnto animali animã, quę in-
tus eſſet, per locum moueri non poſſe, ſed ſimul delibe-
rauiſſet, conſtituiſſetq́; anima ad numen eius tanquam
neceſſarios motus alias & imperatos capeſcere.

a Plato (ait Simp.) trãſitus etiã qui per actionẽ animæ ſit, motum appellat: quẽadmodũ eſt cõſiderare & cõſulere, imo ipſum etiã receſſum ab intellectili & indiuiſili ſubſtãtia motũ appellat. Ariſt. attamen ſolum tranſitum qui ſucceſſione fiat & continuus ſit, motum appellat.

Specialiter contra Timæum, ſiue Platonem. *Cap.* XX.

45 VIderi põt etiam Timæus de aĩa loquutus, vt De-
mocritus: nã Timæus & moueri animã dicit, &
moueri itidem corpus. Cum.n. aĩa ferruminata
& addicta ſit corpori, conſtitutaq́; interius ex elemen-
tis, demum diuiſa per harmonicos numeros, ſuo motu
rapere corpus dicitur, ipſa vno motu qui ſit in orbem
moueri. Sane dubitari non põt Platonẽ ex iis Dialogis
quos ſcriptos reliquit, animam eſſe corpus putaſſe, alio
quin nec Ariſt. contra Platonem inuehitur, ſed contra
Timæum, qui ſiue corpus eſſe circulum crediderit, ſiue
quomodo corpus eſſe non crediderit, crederet, ita tñ
ei appellare collibuerit, certe reddere rationem debuit,
aut cur ita ſentiret, aut cur nomine abuteretur, præſer-
tim quum nõ ſit æquum in altiſsimis philoſophiæ quæ-
ſtionibus aliud ſentire, aliud dicere. Cum.n. ſemper di-
gna res homine eſt. ne à mente verba diſſentiãt, tum id
maxime in rebus obſcuris & crederis obſeruandũ, quo
ea, quæ ſuopte ingenio remota & condita videantur,
verbis illuſtribus, & quam maxime põt, declarantibus
vendicẽtur à tenebris. Præcipue vero id à nobis exigẽ-
dum exquiſitius eſt, qui neq; animam, neq; multo ma-
gis mentem eſſe corpus concedimus. Tractanda vero
nobis eorũ opinio accuratiſsime & religioſe etiã vide-
batur qui oĩa hęc quæ ſub aſpectum & oculos recidũt,
& ſubiecta ſunt nobis, ab aĩa reſpuunt, diuinam quãdã
& cœleſtem naturam adhibentes, quæ animus atq; mẽs
ſit. Probabilis mehercle & ratione nixa ſententia. Nam
apud Platonem vehiculum illud rarum, ac ſplendidum
nihil aliud q̃ ingenium e quo animus conſtet, oſtendit.
apud Ariſtotelem quoq; naturam quãdã aĩæ tributam
inuenias, quæ quinto corpori proportione reſpondeat,
quam & ad omnes animalium animas pertinere cẽſuit.
Certe ſupinas illas opiniones, quæ animã aut ignẽ, aut
aquam faciunt, aut ſanguinem, aut atomos rotũdas &
leues, inceſſere aut impellere nulla laus eſt, quia in id
quiuis ingenio vtcunq; pingui atq; tardo, nedum Ariſt.
vir tantus diligentia & doctrina ſuffecerit. Proinde ſi
Ariſtote. qui ſententiam vetuſtiſsimam & grauiſsimã,
& proxime accedentem ad verum, reprehenſurus taxa-
turusq́; erat, illuſtrem in philoſophia perſonam citauit,
cui & Plato dialogo ſuos aſcripſerit, nemo ei tanquam
male animato in Timæum, aut in Platonem iure ſuccẽ-
ſeat. Fere enim tota eius oratio non in hominem, ſed in
confutatione opinionũ verſatur. & ſi ex iis quæ ſcripſe-
rint, ſuſpicari liceat, id ſe quod ſcriberẽt & ſentire, vt cũ
meminit & repetit Plato ea, quorum author Timæus
ferebatur: Opifex, inquit, animæ deus, quum modo illã
creauiſſet rectam, poſtea conuertit & deflexit in circu-
lum: mox quia directio prior in latitudinem diffunde-
batur, medio dorſo circulũ diſſecuit, qui in duos dupli-
ci nexu ſerieq́; dehiſceret, vnus qui ambiret exterius, al
ter qui interius haberetur. Eum qui intus eſſet, rurſum
comminuit, & circulauit in ſeptem, propterq́; hoc tor
queri cœlum, inquit, atq; in orbẽ moueri oportuit, quia
circulus eſſe anima probaretur. Iam cõſonantes quoq;
& varios cantus cieri motu, quia ipſa & anima, quæ cœ
lum moueret intentione quadam conſonantiam nume
rorum, velut in fidelibus quæ harmonia dicitur, diſtin-
gui conſtareq́; crederent. Duas enim rationes haberi,
quibus aĩa in collationes, & proportiones muſicas di-
uidi oporteret. Primam vt ipſa concentus illius ſenſum
ſibi haberet, ſibiq́; poſsideat. Alteram vt per hoc cœlo
æmodulatos & conſonantes motus afferret. Sane pri- 46
mo loco id reprehendimus, q̃ animam magnitudinem
faciunt, tanto grauius q̃ de rationali loquuntur. Nam
animam mundi talem eſſe Timæus vult, qualis eſt ſola
nudaq́; mens, nullis vt viribus aliis, ſenſu appetitione
iraſcentia ei ſit opus, quas cæteræ animalium animæ à
diis ſecundariis poſt intextas accumulataſq́; obtinent.
Eo ſit, vt poteſtates hoc genus in orbem moueri nõ di
cantur. Nam ſenſus per directum foras profertur, ſimi-
liter & appetitus. Horum igitur rationem, qui animam
aut mentem eſſe magnitudinem volunt, ſiue circulum,
ſiue globum intelligant, aliquot de cauſis improbamus.
Primum q̃ magnitudo omnis continua eſt, & quia con 47
tinua etiam vna: & q̃ eius particulæ in communem ter
minum finiunt, in eoq́; copulantur. Intellectus alio ge-
nere vnus, alio cõmunis eſt, ſi modo cõtinuus dici ali-
qua ratione poteſt, (nam in ſequentibus libris probabi
tur, quomodo idem ſit intellectus & intelligentia: [a] de
intellectu agente nunc loquor) eo modo quo continua
eſt intelligentia eodem continuum eſſe intellectũ opor
tet. Sed intelligentia idẽ eſt quod intelligibile. Intelligi
bilia porro vna ſunt. propterea q̃ conſequuntur ſe vt
numeri, non vt magnitudo. Quum enim hæc poſt illud
intelligo, tum diſtincti & diſcreti ſunt actus, nec attinẽ
tur, ſed deincipes & conſequentes ſunt, vt numeri. Ali-
quando & plures actus in vnum aliquem deſinunt, vt
in concluſionem propoſitiones & ſumpta. Non ergo:
vni ſunt actu, quia aut cõtinui ſint, aut ad vnum termi-
num copulentur, ſed eo modo quo dixi. Si itaq; intelli-
gibilia & actus intelligendi hac tantum forma vnitatẽ
habent, ſequens eſt, vt intellectus quoq; hac tantũ for-
ma ſit vnus: ſiue ita, vt oĩno careat partibus, qualis defi
nitio primorum principiorum habetur: ſiue ita, vt non
quemadmodum magnitudo, continuus ſit, ſed quemad
modum numeri, qui per ordinem quendam ac ſeriem
digerãtur, vt ſi vnitatẽ primo loco cõſtituas, deinceps
binarium, tum deinde ternarium. Præterea ſiue ille Ti
mæus, ſiue Pythagoras fuerit, indigna plane authore
ſuo ſnĩa eſt, intellectum & mentem dimenſum & ma-
gnitudinẽ dicere. Nam quo pacto intelligat intellectus
ſi magnitudo eſt, præſertim quum ei, vt putat Timęus,
opus ſit contactu, præterq́; acceſſu & propinquatione
quadã ad res, quas apprehenſura percepturaq; ſit? Aut
enim ſingulis partibus contingit, quibus rem totam in-
telligit: aut nõ ſingulis partibus, ſed toto curuamine cir
culi aut ſingulæ partes intellectus ſingulas partes rei, &
totus totam tangit, & tangendo intelligit. Si primum. i.
ſi ſingulis partibus tangendo rem totam intelligit. quũ
partes huiuſmodi neceſſe ſit, aut puncta, aut magnitudi
nes ſtatui: (ſi modo partes rei appellandæ ſunt puncta.)
Si pũcta, cum hæc innumerabilia in quaq; re infinitaq́;
habeantur, cumq́; omne infinitũ impercurſile ſit, nihil
vnquam ĩtelliget: Si magnitudinem. i. ſi partes illæ quæ
tangunt rem dimẽſu aliquo, & magnitudine diffundũ-
tur, fiet

Semper digna res homine eſt ne à mente verba diſſentiant.

tur, fiet vt ſępe, immo vt infinities rem vnam intelligat,
quod tñ ſatis ſit ſemel intelligi. Nec.n. bene fit ſemper,
quod ſæpe fit, necidem eſt bene quod ſæpe. Nam ve-
rum haberi inueniriq́; poteſt, etiam ſi ſemel intenderis.
Si ergo ſufficit, quãlibet ex particulis tangere, quid eſt
opus motu, aut amplitudine aliqua? Id.n. ad cuius con
ſtitutionem abſolutionemq́; nullus eſt vſus magnitudi-
nis, ſuapte natura expers magnitudinis eſſe debet, etiãſi
diuidi aut diſtrahi ex accidenti poſsit. Nec.n. plus ha-
bet albedinis, quod bipedale album eſt, quàm quod pe
dale: neq; tripedale, quàm bipedale, quia amplitudo &
menſus ad eſſentiam & ſubſtantiam qualitatum nihil
ptinet, ſed albedo quatenus albedo eſt, indiuidua eſt, &
in re diuidua.i. in magnitudine continetur. Ita de intel-
lectu eiusq́; vi, & poteſtate ſentiendũ eſt, in quo ſit cir-
culi illius, & magnitudinis maior minorq́; portio. Eo-
dem modo intelligunt, nimirum magnitudo ſuperfluit,
nec quicquam ad naturam intellectus confert: eſt.n. na
tura eius & ſubſtantia ipſe actus. Sic quaſdam res mo-
mento exiſtere, aut fieri dicimus, qñ ad perfectionẽ il-
48 larum nulla perſunctio temporalis exigitur. Si ſm di-
xerint.i. non ſingulis partibus tangere, ſed toto curua-
mine, atq; ita intelligere intellectum, ſciſcitor quæ ratio
illos tñ vrgebat, vt illum attactum ad rerum cognitio-
nem neceſſarium dicerẽt, aut quemadmodum accidat,
vt ex particulis, quæ ipſæ nihil intelligant, conſtet, intel-
ligere tñ poſſe videatur. Atqui ſi propter hãc vnam cãm
tangit. vt intellectus intelligat, tangit autem partibus,
nonne oportet vt primũ partibus illis intelligat? Quod
ſi neutrum horum placet, pedem referant, & tertiũ te-
neant, hoc eſt, ſingulas partes rei à ſingulis partibus in-
tellectus, & totum à toto contingi. Sed & hoc quoque
illa ratio reprehẽdit: quod ſi ita dicatur, non reliquitur
facultas, qua res indiuiduę poſsint intelligi. Sunt autem
plurima ex ijs, quæ intelligimus indiuidua. Sed qd hæc
tã diſquiſita atq; ſcrupulo oratione perſequimur? Quis
non videt ſi magnitudo intellectus ſit, intelligentia ve-
ro tangendo proueniat, fore, vt neq; per punctos, neq;
per magnitudinem oĩa poſsint intelligi? [b] Non per pũ-
ctum, quia diuiſilia puncto cognoſci non poterunt, qñ
impoſsibile eſt, vt indiuiſilia diuiſilibus aliqua propor-
tionis iunctione collationeúe congruant. Non per ma-
gnitudinem, quia ꝙ diuiſile eſt, vt indiuiſilia cognoſcã-
tur cãm habere non poteſt. Alioquin apertiſsimum eſt
vtrũq; genus ab intellectu cognoſci. Quare fit vt neq;
magnitudo eſſe poſsit, neq; opus ei ſit ad res intelligen-
das tactu, ſed alia proculdubio natura eſt eius præſtan-
tior aliquanto, atq; diuinior, ab oĩ amplitudine & mẽſu
corporeo libera: atq; indiuidua quidem cõprehendit,
quia & ipſe indiuiduus eſt, & expers magnitudinis. Di-
uidua vero, quia viſus cõtrahit, & ſequeſtrat: ita vt tanq̃
indiuidua poſsint intelligi. Nam quod hoc verbo quid
ſit rem eſſe ſignifico.i. rõnem & formam ipſe cõit: ipſe
indiuiduam & ſimplicem facit, & primæ finitiones ipſę
ſunt formæ, quas ille in materia poſitas à materia primũ
exoluit, demũ intelligit. Sed ne quis angulus relinquat,
in quem illi ſe condant. dicat.n. aliquis, non agnoſcunt
hoc Platonici, nec intellectũ eſſe circulum & magnitu
dinem putant, ſed diſsimulare non poſſunt. Qui.n. in-
tellectum intelligere circũactu fatentur, ſtatim conce-
dant intellectum eſſe circulũ & magnitudinem oporte-
re. Si.n. aliter intelligant, q̃ circũactu, cur tam temere or
bicularem motũ intellectui aſciſcũt? Si vero circũactu,
quod & prædicant, non poteſt videri non circulus &
magnitudo, q̃ ita feratur, qñ præſertim hoc conſilium
deo fuiſſe teſtant cum circinaret.i. cum de recto in cir-
culum reformaret, qđ non aliter ei accidere intelligen-
tia poterat. Itaq; neceſſarium eſt hæc quæ attulimus in-
commoda ſuſcipi ab ijs, quibus id de intellectu vr̃. Aut
.n. puncto intelligere illum oporteret, aut per magnitu-
dinem. Si puncto, diuidua & ſectilia non cognoſcet: ſi
per magnitudinem diuidua non attinget, ſed & circũ-
actus ille quo modo ſit perpetuus, intelligentia quoq;
perpetua ſempiternaq́; erit. Aut igitur ſemper intelligit
eandem rem, aut conuariat. Si eandem, maior ei cum
quiete, q̃ cum motu cognatio eſt. Si conuariat, qũo id
tueberis, ſi circũactus & cõuerſio ſemper eſt vna? Præ-
terea intelligentia, aut nunquam aut aliqñ perficiat. Si
perficiet, ceſſabit motus: ſi nunquam perficiet, nunquã
etiam intellexiſſe videbitur. At nõne oẽs intelligentiæ
certi ſunt fines? ſiue illa in actione & vſu verſetur, ſiue
in cogitatione & cõſpectione ſola conſiſtat. Actiua oĩs
ad aliud pertinet & alterius gratia eſt, eoq́; habetur ex-
tremum. Spectatiua quoq; vltimũ inuenit, qm̃ eiſdem
illis rationibus ſe terminauit, quibus in contẽplando
ſpeculandoq́; vtitur. Ratio oĩs aut definitio, aut demõ-
ſtratio eſt. Omnis definitio concluſa finitaq́; eſt, nulla
demonſtratio poteſt infinitam progreſsionem habere,
quia neq; reflectitur, neq; propoſitiones ſemel aſſum-
ptas retractat. Oĩs ſcientia ſimilis directo inceſſui eſt.

[a] *Rectius forſitan interpretari poterimus, ſi loco eius qđ dixit, de intellectu agente nunc loquor, de intellectu actu dixerimus: ait enim ipſe, λέγω δὲ τὸν νοῦν τὸν ἐνέργειαν.*

[b] *Quæ hoc in loco demonſtrata ſunt de intellectu, non modo cum incorporeum eſſe oſtendunt, (ait Simpli.) uerum quòd corpore etiam tanquam inſtrumento, in ſuis intellectionibus non utatur. Quod.n. impartibile eſt, uel quod per terminos procedit, qua ratione eo uti poterit? eo quod per continuitatem partibilem procedit? niſi ſpecies quæ cognoſcitur, in aliquo partibili eſſet: nam tunc cooperatur inſtrumentum ob apprehenſionem rei partibilis.*

Item contra eundem. *Cap.* XXI.

PRorſus vr̃ motus ſi habetur in animo potius haberi 49
contra naturam, quippe qui actionibus eius ob-
ſtrepat, impedimentumq́; & remoram afferat. Eſt
.n. opus mentis quieti, quàm agitationi ſimilius: neque
intelligentia modo ſimplicium terminorum, ſed etiam
ea quæ ad rationem ſyllogiſmi pertinet, ſtatum potius
quẽdam præ ſe fert, & conſiſtentiam in concluſione, q̃
tranſitum & receſſum illius quod demonſtratur. Hac
de cauſa abſtemi purgatius, & vibratius, quàm temulẽ-
ti cognoſcunt. Item ſilentio noctis quàm interdiu, cor-
pore inoffenſo quàm conturbato, ſenecta ætate quam
iuuenta, quia iuuenum corpora pluriſario motu inter-
æſtuant. Motus igitur abiũctior [a] alieniorq́; eſt ab aĩæ
natura, quàm ſtatus. Quare neq; beatum poteſt neq; p-
petuum dici, quod ægre & cum labore fit: violentum &
coactum intelligere, quicquid cõtra naturam alicui eſt.
Qui motum eſſe ſubſtantiam animæ putant, neceſſe eſt
fateantur ſubſtantiam aĩæ officere, & fraudi eſſe actio-
nibus & functionibus animæ. Præterea, ſi motus pro
eſſentia intellectui eſt, qũo intelliget res, quæ motu &
materia vacent? Hęc autem ratio contra nos recurrere
non poteſt, quãuis.n. immobilem eſſe intellectum di-
camus, afferre tñ poſſumus, quemadmodum ea quoq;
quę in motu habeantur, intelligat. Nec.n. intelligit qua-
tenus mouentur, ſed quatenus eãdem formam & ſpe-
ciem

ciem obtinent: nec ſecũdum naturam, ſed ſm formam intelligit, etiam ſi res Innexam materiam habeant. Sed quæras, ecquid ipſum motum intelligat? Intelligit hercules, ſed eodem modo quo cętera, quia. ſ. formã ipſam & rõnem motus intelligit, vt cum motum talem aut talem actum eſſe declarat. At ij qui motum eſſe ſubſtantiam animi arbitrantur, difficile poſſunt mõſtrare rationẽ qua immobilia ſub perceptionem animi veniant. Deinde[b] nonne laborioſiſsima res eſſe videtur animã detineri, arceriq́; corpore, tanquam neruis, & vinculis, cum ſoluta corpore, & beatior ſit futura, & ſuis opibus vti liberius & vegetius poſsit? Iam hæc noxia fugiendaq́; animæ coniunctio videatur, ſi locupletius ei ſit expediri & migrare de vita: ita præclare agi, ac decidi cum anima, ſi ei q̃ ocyſsime miſsio contigat & commeatus à corpore. Quæ ſententia pleriſq; quum veteri-
50 bus placuit, tum etiam hoc æui probatur. Porro in plenum, qui hoc dicant, non vident ſe animas animalium, quam hominum præſtantiores eſſe facturos, ſi illæ poſſunt à corpore ablegari exoluiq́;, humana non poteſt. Sed & cauſa ea propter quam ſtatuunt animam in circulum moueri, quantum coniectare licet de iis quę diſſerunt, deliteſcit adhuc in obſcuroq́; eſt. Nam ſi verba & ſcripta eorum attendas, originalis animæ ſubſtantia non eſt orbis, ſed quæ prius in rectam lineam formata erat, reuocata ad incudem eſt, & in circulum contorta. Ita prior ac potior animæ natura directio, quàm circulus fuerit, (quaſi. n. ex accidenti atq; extrinſecus circulata eſt) non vt eſſe inciperet anima, quippe quæ iam extabat & confirmationem habebat, ſed vt agere conſonantes motus poſſet: alioquin & illud peccant præpoſterum, q corpori tribuunt cauſam motuum animę, non animæ motuum corporis, Sed in eo quoque laudandus Timæus videtur, q facile paſſus eſt deſiderari à nobis rationem, cur animæ vberius & præclarius eſſet moueri, quàm quieſcere: aut moueri hoc genere, quàm illo. Atqui hoc maxime in operibus à Deo quærendum prodendumq́; eſt.

[a] *Ariſt. uero hoc in loco uidetur hac uti ratione: Si motus animæ ſubſtantia nequaquam fuerit, præter naturam anima mouebitur. ubi Simp. quæſtionem mouet, quo nam pacto hoc ſequatur: nam motus non eſt ſubſtantia cœli, attamen cœlum non mouetur præter naturam. Ait autẽ quod, ſicuti in tertio libro dicet, intellectus ſubſtantia ipſa eſt actio, non is modo qui aĩabus eſt præſtantior, uerum et aĩa noſtra, cum oẽm quæ exterius habet diuagationem contraxerit, ſeparataq́; & impartiliter quoad fieri poterit, uixerit: ob idq́; actionem etiam in ſubſtantiam colligit. Verum longe magis in diuina uniuerſi anima: non quandoq;, ſed ſemper ſubſtantia erit actio: & ſi motus eſſet actio ipſius, ſubſtantia eius eſſe motus. Quòd ſi hoc nequaquam ſit, uel ergo non mouebitur, uel mouebitur præter naturam.* [b] *Non equidem id exprimere uidetur latinus interpres, quod græce uoluit Them. cuius uerba hoc in loco hæc ſunt,* ἐπίπονον δὲ, καὶ τὸ μεμίχθαι τῷ σώματι, μὴ δυνάμενον ἀπολυθῆναι, καὶ προσέτι φευκτὸν, εἴπερ βέλτιον τῷ νῷ, τὸ μὴ μετὰ σώματος εἶναι, καθάπερ εἴωθέ τε λέγεσθαι καὶ πολλοῖς συνδοκεῖ, καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς. οἱ δ' αὐτὰ ἰσχύοντες καὶ τῶν ζώων ψυχὰς βελτίους ὁμολογεῖν τῆς τῆς οὐρανίου *quorum hæc eſt fidelis interpretatio. Præterea non modo laborioſa res hæc eſt, cum corpore. ſ. commiſceri & ab eo non poſſe abſolui, uerum etiam fugienda, ſi locupletius ei meliuſq́; ſit, quòd ſine corpore ſit, quemadmodum dici conſuetum eſt: hocq́; etiam multis uidetur, tum antiquis, tum etiam his qui hoc æui probantur: quos non pudet fateri animalium animas eſſe ea præſtantiores, quæ cœli eſt anima, cum hæ quidem à corpore liberari poſsint, illa uero nequeat.*

Animam non immigrare cuilibet corpori contra antiquos, qui nihil de corpore dixerunt. Cap. XXII.

IN eo quoq; & Timæum & plurimos qui de anima 51 ſcripſerunt, coarguendos puto, q quum annecterent animam corpori, in eoq́; collocarent, nihil vltra progreſsi ſunt, miro in reliqua ſilentio, quæ ad cõmentationem iſtam maxime pertinerent. Nam nec quemadmodum affectum diſpoſitumq́; eſſe corpus animandum debeat, nec quæ cognatio inter corpus & animam habeatur vnquam dixerunt. Non. n. omnibus 52 omnia pari filio cõueniunt, neq; coaptari ſociariue ſingulas ſingulis poſſunt: neq; quodq; & vtcunq; fors tulit, in quodq́; agit, & vtcunq; fors tulit: neq; item temere, accipit, aut patitur à quolibet quodlibet. Demum nunq̃ agit hoc, illud patitur, ſi nulla communio aut congruentia naturæ ſit eius quæ agat, cum ea quæ patitur, ex quibus viciſsim admotis iunctiſq́;, vnum opus opera cõi proueniat. Ex iis vero quæ caſu interueniunt 53 .i. quæ aliter cadunt atq; caſura ſunt per naturam, nullũ munus idem duobus efficitur, (verbi gratia) ex lapide & arbore, aut ex arbore & homine. Quamobrem fere veteres comperias in demõſtranda qualis ſit animæ vis naturaq́; laboraſſe. de ratione corporis, ne literam quidem vllam in eorum ſcriptis inuenias, ceu indifferens ac tranſlatitia cuicunq; corpori immigraret: id quod ridendæ illæ à Pythagora ſabulæ continent, quas quũ author ille ad aliquem ciuilem vſum confinxiſſet, quidã phyſice interpretari vñr, rati occurrẽtem incidentẽq; aĩam in incidens & concurrens corpus intrare. Sed qui iſtud portentum aſſerere poterant? viderent ſingulis animalibus, imo & ſingulis corporibus animalium propriam formam & peculiarem adiunctam, intelligerent quãtum diſcrimen inter corpus equi vermiſq́; eſſet, haberetur quantum inter pulicis & hoĩs intereſſet, ſcirent ſe qui putarent in quodcunq; vti accidiſſet incuſiſſetq́; corpus, poſſe quãlibet aĩam condi, veluti ſi ita contingat elephantis aĩam in culicis corpus, perinde dicere ac ſi in fiſtulis textoriam recipi dicerent, aut fabricam in pecten & radium. Iã ſi artium ea eſſet natura, vt in ſuis inſtrumentis habitare, atq; in ea ingredi ſua ſpõte poſſent, vtiq; tibicinum ĩ tibias nõ in lyram intraret, lyrcinium in lyras non in tibias tranſiret. Igitur & aĩas in ſuum aliquod ac proprium corpus (ſi ſuum aĩæ inſtrumentum eſt corpus) diuertere oportebit. Dixi diuertere, ĩmo non diuertit, ſed ſabricatur architectaturq́; cõueniẽs ſibi accommodatumq́; inſtrumentũ, deformat ipſa ſibi & præparat domicilium, nõ deformatum ante & præparatum, demum ſubit. Non. n. quemadmodum cithara dedolatur prius & conditur, tum demum adhibetur ad muſicam, ita & corpus ornatur ante inſtruiturq́;, mox animæ ſumendum offertur. Quale igiť ſingulis animis corpus inſtrumentumq́; conueniret, qua ratione anima illud ſibi confingeret, neglectum à Timæo penitus & retro habitum videtur.

[a] *Ait attamẽ hoc in loco Philop. Platonẽ tum in Timæo, tum etiam in Phædro, non modo de anima uerum de corpore etiam quod ipſam ſuſciperet ſermonem habuiſſe, & quidem plurimum: ideoq́; recte Ariſtotelem dixiſſe, abſurdum hoc plures incidiſſe, non autem omnes, ut Platonem eximeret.*

Animam

Animam non eſſe harmoniam, & de anima mundi, & vtrum anima noſtra ſit vita potius quàm anima appellitanda. Cap. XXIII.

54 SEd & alia opinio de aĩa fertur, quæ nihilominus q̃
ſuperiores collimet ad verũ, ſuperq́; [a] copioſum,
atq; vberem tractatum habet, quæ non ſolum in
cõi examine venire vſu ſoleat, ſed & ſeorſum quoq; ve
teribus frequẽtata iactataq́; ſit. Ea huiuſmodi eſt: Aiũt
aliqui aĩam eſſe ipſius corporis intẽtionẽ quãdam, quæ
harmonia dicatur. Harmoniam eſſe concordiam, quæ
diſsimilium ſonorum permixtione cõmitioneq́; naſce-
retur. Corpus quoq; ex contrarijs & diſsimilibus vide-
ri cõpoſitum. Illud ergo quod tam cõtrarias qualitates,
calorem, frigus, humorem, ſiccitatem, mollitudinẽ, du-
ritiem quoq́; tam pugnantia elementa ad coalitum &
conſortium reuocat, & in conſonantiam quãdam mo-
dificatur & temperat, nihil aliud eſſe poſſe, q̃ animam:
quemadmodum in muſicis id quod grauitatem & acu
men vocum reducit ad conſpirantẽ ſonum: nihil aliud
eſt q̃ harmonia. Probabilis quidẽ oratio, ſed ab [b] Ariſt.
& Platone multis argumentis procisſa. Ac primũ [c] qui-
dem prior eſt anima corpore, harmonia eſt ſuo inſtru-
mẽto poſterior. Aĩa imperium habet in corpus, præeſt
& dominatur in corpore, pugnat etiam aduerſaturq́;
aliqñ corpori: harmonia non pugnat cum inſtrumen-
to. Item harmonia modo intenditur, modo remittitur:
aĩa neq; intenditur, neq; remittitur. Præterea conſtante
harmonia offenſio conſonantiæ non poteſt accidere:
aĩa conſtante accidit oblæſio & vitium corpori. Poſtre
mo [d] corporis harmonia nihil aliud eſt q̃ firmitas valen
tia, pulchritudo, quia diſſolutio & intẽperantia corpo-
ris, nihil eſt aliud quã infirmitas, atq; morbus, turpitudo,
deformitas: aĩa neq; firmitas, neq; valẽtia, neq; pulchri-
tudo poteſt eſſe: non igitur harmonia eſt. Hæc omnia,
55 ſed alio loco à philoſophis afferuntur. Illa propria hu-
ius partis, quibus hic Ariſtote. authores illos inceſſuit:
Harmonia eſt conſentientium & conſonãtium vocum
proportio, earumq́; ex confuſione & collatione profe-
cta compoſitio: aĩa neq; compoſitio eſt, neq; propor-
tio. Item aĩa ſubſtantia eſt, harmonia non eſt ſubſtan-
tia. Item anima corpus mouet, harmonia nõ mouet in-
ſtrumenta, ſed his præſens præſtoq́; eſt: muſicus ipſe eſt
qui mouet ad concordiam & conſonantiam chordas.
Quamobrem aliam dari aĩam oportebit, quæ concor-
56 diam illam harmoniãq́; faciat. Sed perurgebimus hinc
infeſtius ſi quæremus, quẽadmodum accõmodari poſ-
ſit harmonia vlla ad opera functioneſq́; aĩæ, aut ad af-
fectiones, qualis nã harmoniæ ſit ſentire, audire, videre?
qualis amare, qualis odiſſe, qualis lætari, qualis ægreſce
57 re? Ac harmoniæ quidem verbum non ſimpliciter ra-
tione dictum vr̃: nam primus eius ſignificatus ab orga-
nicis & coaptione magnitudinũ eſt profectus, quæſitũ
& motum haberent. Quum.n. ita inuicem duæ ampli-
tudines collocãtur, vt nihil eiuſdem gñis interibi habea
tur, tunc optime coaptæ & connexæ dñr. Connexio aũt
& coaptatio hęc harmonia vocatur, vt ligna, lapides, &
quæcũq; è naturalibus inter ſe artificioſo applicitu cõ-
mittũtur atq; iungunẽ. Ex hoc initio nomẽ illud in alias
res per ſimilitudinẽ flexũ deriuatumq́; eſt, vt ea quoq;
harmonice coaptata dicamus, quæ rõne aliqua inuicem
ſociata coita videanẽ: ita vt cõcorditer in vnũ conſen-
tiãt atq; cõſpirent, nihilq́; intercapedinis ſuſpẽſiue pa-
teat hietũe, nihil ꝓmineat, nihil in receſſu vmbraq́; ob-
ſoleſcat, nihil ſubſultet, nulla ſit ſine vſu ſuo & optima
rõne proportio. Hæc quum fuerint (vt dixi) cõnexa &
aptata cuicunq; materię acciderint, dicenẽ. Quẽadmo-
dum muſicos ſubcentus tunc optime concordare & cõ
gruere dicimus quum nulla intermedia rõ eſt, quæ mo
dulatiorem facere conſonantiam poſsit. Ex his duabus
harmoniæ formis vtram facimus aĩam? primam non
poſſumus: qũo illa appoſitionem & cõpõnem requirat?
qualis eſt oſsis ad os, aut oſsis ad neruum. Ridiculum eſt
hmõi harmoniam pertinere ad animum, aut ſenſum pu
tare. Secunda etiã forma defendi non poteſt, videlicet 58
talem harmoniam eſſe aĩãm, qualis naſcit̃ ex collatio-
ne & proportione mixtorum. Alioquin ſi ita ſit, ex alia
atq; alia partium mixtione, alia vtiq; aĩa diſſultaret, ita
fieret vt ſinguli multas animas mutare poſſe viderẽtur.
Atq; hoc idem requirere de Empedocle ſolemus, qui 59
ſingulas corporis partes cenſet propriã mixtionẽ & ꝓ-
portionem ſuã habere: aliã carni, aliã viſceri, aliã neruo,
aliam oſsi adiunctam. Quæro igitur huiuſmodi propor
tionem animam putet eſſe, necne? Si putat, quũ multæ
ſint proportiones, ſequitur multas quoq; animas in eo
dem corpore futuras. Si non putat, quæramus an aliud
eſſe animam præter proportionem velit, quæ demum
mẽbris proportione ſua aſtrictis, totoq́; corpori acci-
dat. Item an amicitia illa cui primatum detulit, cauſa ſit
fortuitæ & temerariæ mixtionis, an alicuius certa ꝓpor
tione q́ conſtet, Illud quoq; doceri velimus, vtrum ille
idẽ amor proportio ipſe ſit, an extra proportionẽ aliud.

[a] Græce Them. ſic ait: δεδωκυῖα δ' εὐθύνας, καὶ ἐξεταζομένη καὶ ἐν τοῖς κοινοῖς λόγοις, καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις. hoc eſt reprobata tamen et examinata tum cõibus tum proprijs rõnibus eſt. Quẽ locũ pertractans Philop. ait: Rõnes autẽ quæ in cõi habita, Ariſt. appellat nonſcriptos ſermones, quos cũ amicis habait: uel cõmentaria exoterica, hoc eſt exteriora, in quorũ ordine collocantur dialogi, tũ alij, tum qui Eudemus inſcribitur: Quæ ob id externa nuncupauit, quia ea non legitimis auditoribus conſcripſit, ſed in cõem multorum utilitatẽ edidit. [b] Ab Ariſt. tũ hic tũ in Eudemo: à Plat. uero in Phædone. [c] Rationes hæ ſunt ex Platonis Phædone excerptæ.
[d] Hæ uero ex Ariſto. Eudemo.

Declaratio exactior opinionis animam eſſe harmoniam aſſerentis. Cap. XXIIII.

EX his igitur quæ dicta hic ſunt, & quæ alio loco 60
ab alijs afferũtur, intelligi datur eos qui animam
eſſe intentionem quãdam & harmoniam in cor-
pore arbitrantur, vt non proxime ad veritatẽ accedant,
tñ non temere admodum deerrare. Nam quemadmo-
dum initio quoq; præfati ſumus, opinio hæc impendio
ꝓbabilis & veriſimilis videtur. Primum, quia ſi anima
ſit alia quædam res, q̃ ipſa compago temperaturaq́; cor
poris, qua ſoluta cõpagine exoluitur, & interit anima:
idem cõtrario ordine ſi agas, probari videtur, ſi anima
non ſit illa proportio, cur anima abeunte, ſtatim cõpa-
go & miſtio ſoluitur, quam corporis harmoniã vocãt?
Si ergo miſtione corrupta occidit aĩa, aut cõmigran-
te aĩa diſsipatio miſtionis & exitium ſequitur, profecto
duæ illæ res non vr̃ longe diſtare. Dices aĩam non cor-
rũpi miſtione corrupta, ſed vitam illã, quam dedit aĩa
corpori: nã aĩam eſſe abiunctam à corpore, vitãq́; aĩan-
tibus inſpirare atq; influere deforis eo modo quo ſol,
quãquã remotus ab aere, tñ aeri lumen pręſtat. Ego ve *Digreſſio vtrũ anima vna ſit vel plures, & an ſeparata.*
ro primũ illud demiror eorũ qui hoc audent dicere, ꝙ
arbitrantur exẽpla vim probationum habere, quum tñ
exẽplum ad faciendam fidẽ infirmiſsimũ argumentum
ſit. De-

ſit. Deinde illud reprehendo, ꝙ nec efficiunt quidem quod volunt, Sol.n, vnus quũ ſit, corporibus oĩbus ſplẽdorem ſuum impertit: aĩam vero vnã eſſe quæ aĩalibus oĩbus vitam tribuat, nemo auſit dicere. Alioquin & ſol ipſe quãquã eſt vnus, non tñ lumen ſuum æqualiter oĩbus exhibet; aliter aerem, aliter aquã, aliter lapidẽ, aliter lignum, aliter argentum colluſtrat. Itẽ aliter color purpureus, aliter viridis participant lumine. Aĩam quoq; ſiquis vnam contendat eſſe, oportet eodẽ modo aliter atq; aliter ab aĩalibus carpi, neq; per aĩas diſcrimen, ſed per vitas habebitur, atq; (vt ita loquar) per aĩationes. Deinde illa vnica aĩa qualiſnam erit? certe qualiſcũq; ſit, ad ſe Ariſto. hoc loco pertinere non putat. Ait.n.ſe aĩam illam vnicam neq; quærere neq; finire, ſed aĩam hoĩs, animam equi, aĩam bouis, quas ſiue quis vitas aĩationesq;, ſiue animas appellet, nihil pugnauerit Ariſto. Sed quemadmodum quum lumen definiret ita: Lumen eſt perfectio perſpicui corporis non ipſum ſolem finiebat, ſed rem quæ à ſole prodiret, etiam ſi eadem finitio ipſi ſol: poſsit cõpetere: ita hoc loco aĩam finiturus, non ad ſingularem illam, quæ tã longe abſit à corpore, conſiderationem itendit, ſed ad perfectionẽ iunctã quę organicis corporibus ſua ſingulis ab illa ſingulari tribuitur, quãuis forte vtriq; definitio vna conueniat. Vt.n. nihil vetat duas haberi perfectiones perſpicui corporis, quarum ꝑfectior vna ſit ſol, altera imperfectior lumen: ita dici de anima poteſt, nihil obſtare duas eſſe animalium formas, quarum vna perfectior ſit, vt anima ea quę foris eſt: altera imperfectior, vt ea quæ intus ad ſingulas pertinet. Hanc igitur aĩam, quam tu vitam vocas, aĩam ego nuncupo inſeparabilem & indiuiduam corpori, eoq; diſsipabilem atq; mortalem, nõ quidem abſolute ſimpliciterq;, ſed eo modo quo lumen in aqua. Atq; hoc inter vtrunq; conſtat, ſolum de noĩe controuerſia eſt, de re.n. quid ſentias probe ac dilucide indicas. Aĩam itaq; illam mũdi vnicam atq; vlem, quæ corporibus præbet, ſiue animam dicere, ſiue vitam malis, quæ nihil aliud eſt ꝗ vis quædam vitalis gñabiliſq; per oẽm naturam inuecta, clariſsime aſſerunt ea animalia, quæ ortu ſpontali de materia putri proueniunt, ea ex tali excrementorum & ſordium miſtione, aut tali orta ſpirant, viuiſcunt, mouentur, vt in Aegypto mures, & in noſtro cœlo vermes & locuſtæ, & quæ huius gñis plurima. Sed quid hoc ad illos, qui ſingulas animas haberi à ſingulis, eaſq; ſeparatas intelligunt? Vnde vita ſingulis aĩalibus contingat fortaſſe exemplo non mouentur, qui ſuam cuiq; corpori aĩam deforis comminiſcuntur, quæ vitam in quolibet faciat. Sed qui hoc volunt, primum illud mihi rñdeant, ſtatuant in oĩbus animalibus, an in ſolo hoĩe ſingulas accõmodari ſingulis animas, quæ ſeparatæ tñ abiunctæq; habeantur? Et hercules id in oĩbus animalibus defendere fabulæ & nugæ meræ. Quid.n. deridiculoſius dici excogitariúe poteſt, ꝗ ſeparatas eſſe animas pulicum, quæ vitam pulicibus afferant? Dices in vno homine ſingulas ſingulis diſtributas, eaſq; procul à ſingulis eſſe. Sed qualis obſecro, aĩarum illarum ſortitio fuerit? quæ differẽtia? quæ ſecretio? ſi oĩa quæ eadem ſpecie ſunt, participatione materiæ diſtinguuntur, ex materia diſcrimen & drĩam obtinent. Prorſus aĩa quæ vitam vegetalem præſtat, & quæ iracundiam & cupidines continet, non poteſt intelligi qua rõne ſeorſum à corpore maneant. Nã ea quæ princeps eſt, & quæ intellectus vocaẽ, forte poteſt adiuncta defendi, quæ vim intelligendi aĩæ immitat & influat. At

Aĩa mũdi vnica eſt, atque vniuerſalis & corporibus, vitam præbet.

reliquas naturas inhęrere: & quodam modo intexi corporibus neceſſe eſt, ſi præſtare vires & actiones ſuas debent. Verum elegans hæc & nobiliſsima quæſtio vberius ſuo loco & diligentius penſiculabitur. Ex iis ergo 61
quæ dicta hactenus ſunt, planum eſt animam neq; harmoniam eſſe, neq; tamen ſine harmonia conſiſtere.

Animam non moueri, ſed corpus per animam: & quod corpus mouetur per animam dupliciter, id eſt per animam, à qua, & ad quam. Cap. XXV.

NVnc illuc cõferendus eſt ſermo, vt videamus an 62
moueri aĩam videatur rõne, ꝙ aĩam timere, audere, iraſci, ægreſcere, lætari, ſentire, intelligere dicimus. Qũ.n. res illas oẽs videanẽ motus eſſe, credere aliquis poſſet, ſaltẽ talibus motibus aĩam inſterni ac ſubiici. Hoc aũt neceſſe non eſt. Atq; hæc rõ ſiquis ea 63
vtaẽ, dupliciter reprehendi poteſt. Primum, ꝙ affectiones illæ non ſunt motus: deinde etiã ſi motus eſſe conceſſero, tñ aię motus eſſe non poſſunt, ſed permixtionis & ſummæ .i. totius aĩalis, ita tñ vt ꝓficiſci ab aĩa videãtur. In ira indicat animus dignam eſſe rem ſucceſsione vindicationeq;, ſed animalis cor agitaẽ, & ſanguis qui cordi diffuſus eſt, ſuccenditur inflammaturq;. Si igitur feruor ille & inflammatio ſanguinis ad animam pertineret, ſola eſſet anima quæ commoueri ſubiraſciq; diceretur. Quum autem anima ipſa inflammari aut feruere non poſsit, incorporea (quod eſt dicendũ & confitendum) videtur non aĩam, ſed animalia eſſe quæ obiraſci & excandeſcere videantur. Animam vero, quę de iniuria iudicet: iudicium autem non eſt motus, ſed quies & trãquillitas potius. Quod de ira dictũ eſt, idem de metu probandũ. Indicat anima rem dignam formidine, pars deinde quędã contrahitur corporis, mox frigeſcit conſternaturq;, & (vt Poeta inqt) Pallor ſimul occupat ora, Atque hæc plane corporis animati, hoc eſt ipſius aĩalis affectiones & motus eſſe noſcũtur. Impalleſcere animam aut erubeſcere quis, niſi putitius aut fatuus dixerit? Eodem modo ſi cognoſcere motus eſt, ad vniuerſum hominem pertinet, non ad ſolam hominis aĩam. Videtur hæc quoq; particula quædam intus affecta cõtingere, quæ vicaria ſanguini aut ſpiritui ſit. In perturbationibus autem bifariã corpus mouetur ab aĩa. Aut .n. partes corporis motu loci mouentur: vt quum iraſcimur ſanguis qui quaſi loco excitus proſilit, emicatq; & ꝗ reliquæ corporis partes vehementius exardeſcit: aut partes corporis non demigrãt loco, ſed alteraſcũt, vt quum metuimus, extrema corporis pallor frigusq; obſidet. Quæ autem quibus in affectibus partes corporis commoueantur, aĩa inſtitutione nobis agendũ eſt. Plane ij qui motus, quorum cã eſt anima. ſoli animæ tri 64
buunt, perinde ſentiunt ac ſi quis aĩam texere ædificareúe diceret: nam & horum motuum cã eſt anima, habitus & rõ ædificandi in aĩa eſt. Sed quemadmodum opifex & ſtructor ædificat, non ars ipſa ædificandi & citharœdus pulſat non muſica) ꝗuis opifex ædificet ex arte, & citharœdus pulſet ex muſica) ita animus nec miſericordia flectitur, nec iracundia commouetur, ſed homo per aĩam. Quare homo & nat & lauatur & veſcitur, nõ voluntas aut propoſitum, quo geruntur hæc oĩa. Quũ autem dico iſthæc per aĩam fieri, non ita dico vt in anima ipſa ſit motus: nam manus & membra ſunt quæ accipiunt & ſubſtinent motum. Sed quum dico hominẽ moueri per animam, id velim ĩtelligi, motus illos quos anima corpori communicat, aut prodire ab aĩa, aut ad

animam

animam referri. Nam quum ea quæ extra ſunt ſenſibus accidunt, ita mouet corpus, vt rerum quæ ita ſentiũtur imagines, aduſq; receſſum animæ penetrent. Quum.n. à corpore ad aïam viæ quædam & foramina pateant, per quæ ſenſus ad illum tanquã ad arcem ictus & percuſsiones ſuas tranſmittunt, quas ab incidẽtibus hauſerunt: ita maxime fit, vt is quáquam immobilis, incontingibilis, innumerabiliſq; eſt, tñ oı̃um plagarum quas quinq; nuntij acceperunt æſtimator & arbiter ſit. Dicimus itaq; per animam fieri tales motus, quia in nobis cauſa eſt anima, qua ſenſus patiũtur & feriũtur à rebus, & qua deinde huiuſmodi vulnera ad ſe, tanquam ad iudicem perferantur. Nam ſimul immortua inſtrumenta ſunt, pelli nõ poſſunt. Cõtra recordatio reminiſcẽtiaúe non ad aïam, ſed ab anima proficiſcitur: quo.n. ſenſus finit deponitq; inde initium accipit memoria. Proinde illa promptis de theſauro ſuo rerum quaſi ſimulachris primũ: deinde repetitis atq; retractatis ita reminiſcitur. Hac igitur rõne ꝙ animus quum reminiſci vult, producit & promit res: quarum veſtigia & notas in ſe tanquã in theſauros condiderat, ab eo prodire & oriri memoria dicitur. Quòd ſi quis dicat imagines & ſpecies illitas ĩpreſſaſq; animo quieti propiores eſſe q̃ motui. nihil intereſt vtiq; quãtum ad locũ hũc attinet: quia interim eius, cuius memoriam cõſequimur, ſine aliqua perturbatione meminimus. Interim eſt quum nos recordatio ipſa cõmoueat, vt ſæpe quũ admiſſum à nobis aliquid fœde aut dictũ ſuperbe recolimus memoria, rubor ſequitur, quomodo formidoloſum & terrificũ horror ac tremor. Sed & ambulando quoq; & diſputando ſępenumero nobis alicuius rei venit in mentem. Verum ambulare, diſputare, perhorreſcere, erubeſcere, apertiſsime motus ſunt: at iudicare, ſentire, comprehendere cõtẽplari, nullo pacto ſunt motus: aut ſi ſunt, nõ ſunt eodẽ iure cũ cæteris, ſed functiones & actus aïæ appellantur. Quòd ſi hæc quoq; nominare motus placeat, de vocabulo (vt prædixi) nec pugnandum, nec magnopere accurãdum eſt. Illud ſtatuendum, vt ſi actiones illæ nũcupandæ ſint motus, diuerſo vtiq; à reliquis motibus gñe cenſeãtur, quod & ipſe nobis Ariſt. ꝓcipit. Hoc (inquit) pati aut alterari non eſt conſiderare, ſpeculari, condiſcere, quia in ſpeculãdo & cõdiſcendo ꝑficimur. Aut ſi eſt, oportet aliud genus plagæ & alterationis intelligi. Et iterum iis (inquit) qui de potentia actum ſcientiæ confertur ab eo qui actu ſit ſciens. aut nihil patitur, aut duas eſſe alterandi rões putandum eſt. Rurſus in libro tertio: Videt (inquit) ſenſile ipſum de poteſtate ſenſum in actum prouehere transferreq;. Nec.n. patitur quicquam vt alteratur ſenſus, quũ ita transfertur, quo fit vt hæc alia motus ſpecie contineri dicãtur. Nã motus imꝑfecte rei actus eſt, hic aũt & ſimpliciter actus videtur, & actus rei perfectæ: diuerſum igitur credi atq; alienum ab illo bene eſt, Ex iis verbis liquet clariſsime eum, qui propriæ appelletur motus, nõ eſſe actu ſimpliciter, atq; ita aliud genus haberi quo patiantur & moueãtur ſenſus. Ita illud apparet, iam non in eo pugnandum, vt aïa oĩno non moueatur, ſed in eo vt corporeis motibus moueri non poſsit. Atq; hæc ad hũc modum expoſita non eſt impendio arduũ noſſe, quãquã neq; admodũ facile. Si.n. putãdum eſt, vt queadmodũ gladius incidit ꝑ aciẽ, & ſphæra voluitur per figuram, nec tñ incidit acies nec figura voluit: ita & homo quãquã per animã iraſcitur, non tñ anima hominis iraſcatur, certe tam præclarã & nobilem naturã videmur plus æquo deiicere, quãq; cũ tam humili gñe accidentium cõferamus. Cæterũ tãetſi anima vno eo perſimilis accidentibus videatur, tñ magna ex parte reperitur abſimilis. Globus neq; ipſum ſe conuertit, neq; ſimul diuerſis conuerſionibus agi põt, Gladius quoq; neq; per ſe accidit, neque multas ſimul aut varias cenſuras exercet. At anima ipſa fons eſt motus ipſa præbet initiũ, ipſa procuret, ipſa ſe de motu vno ad alium refert, ipſa per ſe tranſitionem hãc facit. Dicitur aũt tranſitiones facere mutareq; aïa, nõ illo quo corpora gñe, in quibus noïa illa motũ corporalẽ deſignãt, qui nõ niſi tẽpore poſsit abſolui, & cõtinuus habeatur, qui de aliquo ĩperfecto ad perfectũ inſtitutus ſit. In aïa vero oẽs mutationes momẽtaneæ diſiunctęq; ſunt, nec pedetẽtim ac tractim, ſed ſtati & vniuerſum de potẽtia in actũ ꝓmotæ, vt viſio q̃ à candidis ad nigra, ab his ad rubida, à qbus ad viridia cõferãt. Sed vtcũq; iſta ſe hñt, queadmodũ dixi, haud multũ difficilia exploratu vñr.

Sed quærere aliquis hic poterit, ait Philop. quo nã pacto cognoſcere ſeu intelligere utriuſq; ſit: nam alia quidem utpote quæ ſint partis animæ irrationalis, quæ à corpore ſeparari nequit, cũ forma ſit animati corporis, atq; in corpore ſit tanquam in materia forma inſeparabilis: merito igitur cum per ſe eſſe nequaquam poſsit, actiones etiam non eius ſed utriuſq; dicentur. Intelligere uero, quod ad rationalem aïæ partem pertinet, quæ quidem ſeparabilis eſt, qua non ratione utriuſq; eſſe dixit? Ad hoc itaq; dicimus, ait ipſe, quod dũ rõnalis aïa extra corpus eſt, & ab eius nexu eoq; reſpectu quem erga ipſum gerit, eſt libera: ratione non utitur, nam neq; quærit, neq; inuenit, neq; per propoſitiones ad concluſionem diſcurrit, ſed cum mens pura ſit, abſq; ulla inquiſitione res intuetur, utpote quæ rerum omnium rões in ſe ipſa habeat, nec à corpore turbatur, ipſa cum libuerit contemplatur ſine tempore. Nam corpus ei eſt ignorantiæ cauſa, & ob id etiã inquiſitionis & inuentionis: et ea de cã intelligentiã ſeu rationem, quæ mens eſt imperfecta, eſſe utriuſq; non ipſius aïæ per ſe dixit Ariſt.

Vtrum anima intelligendo, contemplandoq; moueatur, & dubitationes ſuper verbis illic Ariſtotelis, vbi dicit: Intellectus nobis vt ſubſtantiam quãdam accidere. Cap. XXVI.

EA vero quæ de intelligentia afferuntur, impẽſam & diligentiam & attẽtionem requirunt. Neceſſe 65
eſt autẽ vt verba ipſa philoſophi proponamus, vt ſunt, plane nihil vt additum, imminutũ, inuerſumúe ſit, claritatis explanationiſq; gratia. Nec enim obſcura vſq; eo ſunt, vt intelligi atq; comprehendi non poſsint: Videtur (inquit) intellectus intus accidere, vt ſubſtãtia quædam: nec aboleri aut corrumpi, alioqnin maxime aboleretur ab ea inualẽtia quæ ſenectuti cõtingit. Nũc vero accidit contra id quod in ſenſoriis eſt videre: ſi.n. accipere poſſet ſenex oculum iuuenis, contueretur vt iuuenis. Quare ſenectus nõ eo venit, ꝙ aliquid aïa ipſa perpeſſa ſit, ſed eo ꝙ illud in quo aïa continetur, oblæ-
ſum eſt, quemadmodum ebrietas atq; morbus. Intelli- 66
gentia quoq; & cõtemplatio vaneſcit obſoleſcitúe interiore quadam parte laceſsita & corrupta: ipſum per ſe impatibile eſt: cognoſcere vero, amare, odiſſe, non illius affectiones ſunt, ſed continentis. Quapropter continente corrupto, neq; meminit, neque amat, quia non erant illius hæc, ſed cõis. i. permiſtionis & ſummæ, quod iam eſt corruptum. Intellectus porro quiddã fortaſſe diuinius eſt & ĩpatibile. In his verbis primũ continuatio & ſeries ipſa ſermonis dubitationem habet. quum enim

enim id ageret, atq; hic vellet addicere, ne moueri animus videretur, nihil attinebat hac intentione, intellectũ dicere ſubſtantiam eſſe qnandam, quæ intus accideret, nec aboletur. Nec erat ratio qnamobrem hoc loco de ĩmortalitate animæ diſputaret, quia neq; de reliqua, anima vtrum mortalis eſſet, hac parte agitabatur, ſed ſolum illud in qõne erat, moueri ne, an non moueri intellectus poſſet. Deinde in eo quoq; verba illa calũniam ſubſtinent, ꝙ ratio qua intellectus incorruptus & ĩmortalis aſſeritur, videtur idem in ſenſu pollere, atque ita illnm quoq; ab interitu vendicare: imo vero ſi diligenter aduertas, fere hoc egiſſe Ariſtotelem comperies, vt ſenſum quoq; eſſe immortalem oſtenderet. Si aboleri (inquit) intellectus poſſet, maxime id ab inualentia futurum, quæ in ſenectute contingeret. Nũc vero accidit contra id, quod in ſenſorijs cernitur. Nam ſi vti poſſet ſenex oculo iuuenis, videret vt iuuenis. Ex quibus verbis talis ratio nectitur. Quẽadmodum ſenſus non patitur laborantibus ſenio, & ſatiſcentibus inſtrumentis, ita neq; intellectum pati interiore illo affecto collabefactoq;: neq; in ſenſu ſolo perſtat, ſed progreditur vltra. Quare (inquit) ſenectus non eo fit, ꝙ aĩa quicquam ſit paſſa, ſed eo ꝙ illud in quo aĩa cõtinet, laceſsitum oblæſumq; eſt, quemadmodum temulẽtia & ægrotatio. Hoc ſi eſt ita vegetatrix anima eodem modo quo mens, impatibilis efficit, proindeq; immortalis. Tertio ſubit quærere, quale nam inſtrumẽtum illud ſit, quod tametſi interius corrumpatur, intellectum tñ impatibilem permanſurum dicat. Item qui poſsit ſimilitudinem aut proportionem habere cum corporalibus inſtrumentis: iam vtrum illud homini tm̃, an alijs quoq; aĩalibus habeatur. Age vero ſi latentiore aliquo, interioreq; inſtrumẽto intellectus vtatur, quærenda ratio eſt, cur non conueniat animam ſenſualem ſeparatam ab inſtrumentis putare. Non.n. ad conſtituendam differentiam ſufficit dicere intellectum inſtrumento interiore vti, & condito ſenſum exteriore & promptu. Quia vero Ariſtoteles modo verbum hoc intelligere, modo illud cognoſcere vſurpat ſit noſcendi hæc ſtudium ſcire quid interſit, an intelligere, eſt ſimplices terminos reprehendere: cognoſcere, terminos complexos, iungere aut diuidere? Tum quoq; ſuccedit qõ, vtra præſtantior virtus, ea ne quæ appellationes ſimplices percipit, an ea quæ perceptas ad cõplexum coniunctionẽq; reuocat. Videri poſſet alicui poſterior hæc maiore vi eſſe argumento de artibus capto: nam ſimplicia cognoſcere, ligna & lapides, nullius eſt artis, ſed connectere & cõponere: tñ contrarium eſt, quod neq; difficile demõſtratur. Nam cum in cõplexu modo veritas, modo falſitas verſetur, intelligere non niſi vere poſſumus, cognoſcere etiã falſæ. Præterea intelligere eſt tanq̃ amplecti & attingere rem, quã intelligas: cognoſcere eſt tãquam circuire, luſtrare rem & circũſpicere, nec accedere. Eoq; imbecillitas quædã intentionis monſtratur, qualis differentia inter clariores
Tertio libro: oculos hebetioresq; habetur. Hæc ſunt quæ de verbis illis vocari poſſunt ĩ dubium: Defenſiones ſolutionesq; in aliud tempus differre commodius eſt, quo ſe quoq; nobiliſsimus Philoſophus ad pleniorem diſcuſsionem ſuſtinet ac reſeruat. Nam hoc loco cauſa diſcernendi magis diſputandiq; diligentia, q̃ cum ſententia aut fiducia diſcernendi diſſeruit.

a *Primam hanc dubitationem mouit Alexan. ſi Philopono credimus, qui etiam eã conatus eſt ſoluere, hoc mõ: Ait.n. quòd potentia in præcedentibus oſtendit cæteras animæ virtutes, incorruptæ ſint necne, dum oſtendit quòd actiones quæ ipſarum eſſe uidentur, ſunt propriæ utriuſq;: potentia ergo oſtendit quod corruptioni ſunt obnoxiæ. Nam hoc ſuperius aſſumptum eſt, quòd ſi affectionum uel operationum animæ ſit aliqua, quæ à corpore poſsit eſſe abſoluta, ipſam etiam animam contingit abſolui: quòd ſi non, nequaquam. Quoniam igitur nullam hæ potentiæ operationem habent, quæ ſit à corpore abſoluta, ſequitur quòd nec à corpore ſeparari potuerunt. Cum hoc igitur iam ſit monſtratum, iure merito quærit, quo nam pacto mens ſe habeat.*

Contra Xenocratem dicentem animam eſſe numerum ſeipſum mouentem. Cap. XXVII.

POſt hæc Ariſto. definitionem Xenocra. damnat, 67
neq; de verbo calumniam ſarcit, vt Andronicus & Porphyrius taxant, ſed plane id contra mentem & ſenſum Xenocratis, quem ex libris iis colligas, quos ille de rerum natura perſcripſit. In ijs ſe Xenocrates prodit animam ſe numerum credere, qui ex vnitatibus conſtet. Hanc igitur illius ſententiam Ariſto. inter oẽs quæ de anima ferãtur, maxime irrationabilem dicit, de qua plurima flagitia conſequentur. Prima ſunt ea quæ eueniunt, eo ꝙ moueri vnitatem putat: mox ea præcipua quæ proficiſcuntur, eo ꝙ animam numerum facit. Nã quo pacto poſſunt intelligi vnitates moueri? vtrum ex illis aliquæ moueant, aliquæ moueantur, an oẽs & moueant ſimul & moueantur? Si ſimul omnes, qũo quum indiuiduæ ſint, & partibus careant, mouendi & motum accipiendi vim habent? Quę.n. ſimul mouetur & mouent, ſectilia & diuidua eſſe neceſſe eſt. Quòd ſi dixerit alias moueri, alias mouere: non igitur aĩa ex omnibus conſtituta conciliataq; erit, ſed tantum ex illis mouent.
Demum ſi vnitas mouetur, neceſſe eſt alicubi ſitũ po- 68
ſitionemq; habeat. Atſi acceſſerit vnitati ſitus & poſitio pũctus fiet. Motus puncti non aĩal, ſed lineam facit. Neceſſarium vero eſt vnitas quæ in aĩa ſit, ſitum & poſitum habeat, & alicubi ſit, nam & aĩa alicubi eſt. Item ſi à numero numerum aut vnitatem demas, exiſtit alia ſpecie numerus, at plantis & aĩalibus quibuſdã, vt ſunt inſecta, etiam diuulſis ineſt viuacitas pertinax, & aĩam
eadem ſpecie retinẽt. Præterea ſi vnitates animæ ſitum 69
confirmationemq; obtinent, nihil intereſt animam vnitates dicas, an minuta illa corpuſcula quæ Democritus credidit glebulenta & leuia, Enimuero ſi quis conſtitueret atomos illas non ſphæras eſſe, ſed puncta quãtitate retenta ſola, nihil prohiberet intelligi in illis aliud eſſe quod moueret, aliud quod moueret, ſicut in corporibus. Hæc.n. a ex magnitudine aut paruitate differentia oritur, hoc eſt, vt magnis diſcretio haberi poſsit mouentis & moti, in paruis non poſsit. Sed ſi hæc quãta ſint, illa non ſint, ad hæc id poteſt pertinere, ad illa non poteſt, conceſſo dimenſu, paruitas nihil ob variat. Iam qui
fieri poteſt, vt anima vnitas ſit? In quo.n. vnitates illæ 70
ab vnitatibus alijs differrent? Si.n. ſolo poſitu atq; motu, iam non vnitas, ſed puncta conuenit vocari. Igitur quum omne corpus habeat puncta, vel antequam aĩa, manifeſtum eſt puncta aĩæ eodẽ in loco futura vbi pũcta ſunt corporis: & quam regionem ſingula corporis occupant, in eandem ſingula animæ immigrabũt, atq; ita nihil vetauerit, quin eodem in loco duo ſint pũcta. Si duo, cur non & plura, tãdemq; ĩfinita. Nam ea quorum locus indiuiſilis eſt, etiam in vnũ cõgeſta molem non attollunt, neq; locum capaciorem requirunt iun-

71 ĉta ꝗ̃ ſingula. Dein ſi numerus punctorum quæ vtcũq;
habentur in corpore, poteſt eſſe aĩa, cur nõ habent ani
mam oĩa corpora? Item quo pacto à corporibus ſepa-
rabuntur diſcendẽtúe animæ, ſi neq; lineæ à ſuperficie-
72 bus, neq; à lineis puncta poſſunt abiungi? Atq; ij qui
ita de anima ſentiunt, primum videntur incidere cõem
errorem eorum, qui aĩam eſſe corpus penetralium & te-
nuiſsimarum partium arbitrantur: deinde in aliũ, quem
incurrit Democ. qui animam ex paruis & rotundis cor
puſculis confecit. Ac cõe quidem illud vitium nõ poſ-
ſunt effugere, quod & multi fortiter conceſſerunt, quos
nec veritum eſt animam confiteri corpoream, atq; vt
illi duo corpora eodem in loco conſtituunt, ita ij vno
73 puncto coguntur infinita concedere. Illæ propriæ cum
Democrito ruinæ Xenocrati, qui putat aĩal à numero
vnitatum moueri, vt ille à multitudine ſphærularũ pu-
tabat. Nam quid intereſt minutas ſphærulas eſſe cau-
ſam motus, an vnitates dicas? ſeu magnæ illæ ſeu exi-
74 guæ ſtatuantur, modo quę moueãtur & moueant? Igi-
tur qui motum & numerum in definitionem aĩæ con-
ferunt, in huiuſmodi laqueos atq; alios etiam complu-
ſculos inhærent. Nam neq; ipſam eſſentiam animæ ex
ea definitione vniuerſam colligimus, (quod tñ oĩs de-
finitio abſoluta debet præſtare) neq; in accidentium
noticiam venimus. Atque hoc quàm verum ſit, facile
aĩaduertes, ſi verba illa pẽſaueris. Fac periculum, nuſquã
aliquid de affectionibus, aut defunctionibus eius ex-
preſſeris, non quemadmodum cogitet, non qua ratio-
ne intelligat, non qua ſentiat, non qua lætetur aut do-
leat, non qua iraſcatur, timeat, ſperet. Plane eſt, vt aliqñ
diximus, adeo non alicere quicquam horum poſsimus,
vt ne conijcere quidem aut diuinare facile ſuppetat,
quæ tamen omnia ſcire & docere illum oportuit.

[a] *Verba græca hoc in loco ſunt hæc:* οὐ γὰρ δὴ δ' ὁ μεγέθει διαφέρειν ἢ σμικρότητι, αἱ μὲν ἔσονται ψυχαί, αἱ δ' οὔ. ἀλλ' εἰ τὸν ἀριθμὸν φυλάττοιεν, ἡ σμικρότης γε οὐδὲν κωλύει. *quæ ſi fideliter interpretentur, habent ſe hoc modo: Nam neq; ex magnitudine uel paruitate habent, ut hæ quidem animæ ſint, illæ uero minime. Sed ſi numerum ſeruauerint, paruitas quidem nihil illis obſtabit.*

Contra Andronicum dicentem, Ariſto. verba contra Xenocratem non intelligi. Cap. XXVIII.

HActenus attulimus ea quibus Ariſt. Xenoc. ſen-
tentiã impugnant: nunc quãquam alio loco atq;
ocio æſtimanda nobis eſſent, quæ delatrat An-
dronicus, qui Ariſtotelem putat ea ſcripſiſſe, quæ non
poſsint intelligi: quiq; ea, quæ alij rectæ atq; in tempore
dicta indicant, ipſe aliter neq; recte in tempore inter-
pretatur: videtur tñ mihi hoc loco ſaltem neceſſaria ra
tio eſſe, illius verba cũ verbis Philoſophi noſtri confer-
re, vt appareat ꝗ̃to clariora hæc & probabiliora, ꝗ̃ illa
ſint ad ſenſum Xenoc. percenſendum. [a] Numerum in-
quit, vocabant aĩam ea ratione, ꝙ nullum animal eſſet
ex ſingulari & ſimplici corpore, ſed omne ſ̃m aliquas
proportiones & numeros cõfuſis & commiſtis qua-
tuor elementis conſtaret. Fortaſſe igitur ſentiebant ea-
dem ijs, qui animam harmoniam definiunt, præter ꝗ̃ ꝙ
Xenocraticorum ſermo apertior aliquanto & illuſtrior
videbatur, quod vnius verbi acceſsione factum eſt. Nã
quum illi numerum animam dicerent, hic non ſimpli-
citer numerum, ſed eum qui ſe moueret animam eſſe
monſtrabat, quemadmodum ſi illi quoq; animam non
ſimpliciter harmoniam feciſſent, ſed eam quæ ſeipſam
crearet cõſtitueretq;. Ipſa.n. anima eſt, quæ cõpaginem
nectit, quę coaleſcentiam continet, quæ proportionem
& concilium quatuor elementorum intemperat. Sed
ꝙ dixi Xenocratem putare animam eſſe numerum
ipſum ſe mouentem, ex libris eius maxime in quinto vo
lumine de natura ſumitur.

[a] *Magna græcorum expoſitorum pars nituntur perſuadere, Ariſt. rationes uim habere tantummodo contra id, qđ uerba Xenocra. ſuperficietenus ſonare uidentur, non autem contra ſenſus medullam & intellectum, quo protulit ea Xenocrates: attamen non eodem modo omnes eorum ſenſum ſunt interpretati. Philop.n. ob id animam eſſe numerum ait dixiſſe, quia plenitudo formarum eſt, & ratio quædam ex rationibus cõſtans, in ſe ipſa.n. oĩum rerum rationes habet: formas autem numeros ſolitus eſt appellare. Quin & Ariſt. in ſubſequentibus eos laudat, qui animam eſſe dixerunt locum formarum: ea uero de cauſa ſeipſam mouentem appellaſſe, quia ſeipſam uiuens eſt, utpote quæ ab alio nõ habet ut uiuat, ſed ipſa ſeipſa uiuens eſt. Simp. uero alia ratione Xenocratem defendit, ut ſuperius annotauimus, quæ ibi legatur.*

Contra eos qui dicunt animam ex elementis eſſe coalitum. Cap. XXIX.

DEinceps Ariſt. Hæc, inquit, ſunt incõmoda eos 75
ſequentia, qui tum aĩam moueri volunt, tũ cor-
pus eſſe ſtatuunt, ſiue id tenuiſsimum oĩum ſiue
maxime incorporeum appellent. Reliquum, inquit, eſt
perpẽdere, qua ratione à nonnullis dicatur animam ex
elementis conſtare. Ac illi quidem ſtatim reſpondẽt, vt
in rerum noticiam atq; ſenſum perueniat, atq; ita per-
ueniat, vt rem vti cognoſcat. Sed hercules ne ſic quoq;
aſſecuti ſunt id cuius gratia hoc finxerũt. Idcirco.n. vo- 76
lunt animam ex elementis exiſtere, quia rentur ſimilia,
non niſi ſimilibus poſſe cognoſci. Certe ſi ſola elemen-
ta eſſent, fortaſſe aliquid dicere viderentur: ſed plura lõ
ge habentur, immo infinita quæ elementa non ſint, ſed
quæ de elementis concreta. Eſto terram terra, aquam 77
aqua cognoſcam, quomodo Deum? quõ hominem?
quomodo concretorum innumerabiles formas: ſangui
nem, carnem, neruos, oſſa, & viſcus? Equum vero, ec-
qd equo vllo intra nos collocato dignoſcimus? Non.n.
res concretas temere quocunq; modo inciderint, ele-
menta conſtituunt, ſed ratione quadam, atq; propor-
tione ſeruata, vt de oſſe Empedocles cecinit.

Terrea tulit fines apte compacta per amplos,
Quadrantem creperæ lucis de partibus octo,
Semis mulcibero datus, oſſa hic candida facta.

Nulla igitur vtilitas animam facere ex elementis, niſi ra
tiones quoq; ſingularum rerum & compoſituras ineſſe
in anima dixeris. Ad hunc modum poſſent omnia co-
gnoſci ſimilibus: nam & elementa elementis, ex quibus
ipſa conſtarent, & concreta concretis dignoſcerentur.
Atque hoc ꝗ̃ impoſsibile ſit, non eſt neceſſe admodum
probari. Quis.n. dubitauit vnquam eſſe in aĩa lapidem,
hominem, platanum? item bonum & nõ bonum? Po-
ſtremo ita omnia, vt non rationes rerum ſed ipſæ res in
animam recipi dicerentur? Iam vero genera & vniuer- 78
ſalia quæ in decem principiis continentur, qui poterũt
ab anima cognoſci, ſubſtantia, quantitas, qualitas, & re
liqua genera? Neque.n. elementa ſunt genera, neq; ea
quæ ex elementis conflantur, ſed maior pars eorum
longiſsime ab elementis diſtat, nec elementa rebus exi-
ſtimari põt, qualia ſunt ad aliquid facere, pati, moueri,
habere. Nã & ꝗ̃titas quoq; ipſa & qualitas, quãquã põt

aliquis dubitare de iſs,non tamen elementa ſunt. Gene
ra porrò notiones ſunt animi noſtri, non elementa re-
rum. Sed liberales ſimus,concedamus genera eſſe ele-
menta , illud reſpondeant , nunquid ex oĩbus generi-
bus conſtare animam probent? At non videntur cõia
oĩbus generibus elementa eſſe, & actioni & paſsioni
deinde ſeqnentibus dicere , ergo conſtare aĩam ex ſola
ſubſtantia , at quomodo quantitatem perceperit? Di-
ces ſingulorum generum elemẽta quædam eſſe & prin
cipia propria,è quibus anima conſtituantur? At anima
ſubſtantia eſt ex principijs q̃titatis, quantitas non ſub-
ſtantia naſcitur,& ex principijs eorũ quę ad aliquid re-
feruntur,relatio oritur,non ſubſtantia.Ipſius autem fa
cere,pati,moueri,habere, nonne ridiculũ ſit principia
in aĩo quærere? Si quod impoſsibile eſt, poteſt ridiculũ
dici. Alia igitur ratio inueſtiganda eſt, tum qua res ab
aĩa cognoſcantur,tum qua in anima recipi & contineri
dicantur. Nam ij qui anima ex omnibus rebus ſarctam
& conditam volunt, vt ſciat & intelligat oĩa, in hos ti-
bicines,atq; in alios vel grauiores offendunt.

*Contra Empedoclem dicentem , ſimilia cognoſci ſimi-
libus , & tamen ſimilia à ſimilibus pati non
poſſe. Cap. Xxx.*

79 CAeterũ nonnulli abſurdius arbitranẽ, qui quum
conſtituant ſimilia à ſimilibus pati nõ poſſe,con-
cedunt tñ ſimilia ſimilibus oportere cognoſci:
& deinceps fatenẽ ipſum cognoſcere, intelligere,ſenti-
re,nihil aliud eſſe q̃ pati.Demirari quoq; Emped.licet,
qui terram terra cognoſci putauit, neq; aĩaduertit eas
maxime aĩalium partes vacuas eſſe cognitionis & ſen-
ſus,q̃ maxime terroſæ glebulẽtæq; ſint,nerui,[a] vngues,
capilli, oſſa: quæ tñ ſit ratio Emped.vera eſſet,ſimilium
80 ſui noticiam perceptionemq́; habuiſſent.Item ex ſingu
lis elementis aĩa plus ignorationis temeritatisq́;, q̃ co-
gnitionis acciperet. Nam vt illud vnũ cognoſcat vnde
conſtaret,cæcutiret,& calligaret in cætera. Præterea vẽ
Emped.[b] deum ignorantiſsimum facere. Quum.n.vt
ille inquit deus, quem ſphęrum vocat,& concretione,
commotioneq́; quatuor naturarum extiterit,ſolo inter-
uentu & procuratione concordiæ in hac molitione di
ſcordia nullas partes habuerit, euenit, vt ſoli deo igno-
rabilis diſcordia ſit, quæ ab oĩbus animalibus, & quidẽ
mortalibus caducisq; cognoſcatur, qñ cum ex omni-
81 bus conſtet, in omnia quoq; hoc iuris habet. Demum
quamobrẽ non ſunt animata omnia,ſi oĩa aut elemen-
ta,aut ex elementis ſunt? Item,cur vna res ſit anima, ſi
elementa ſunt multa? Quo ſit, vt huiuſmodi elementa
82 ſimiliora materiæ videantur eſſe,q̃ formæ.Et præterea
eſſe debeat alia quædam præſtantior excellentiorq́; na-
tura,quæ deformet,quæ temperet,quæ cogat,quæ cer
ta rõne & compagine elementa cohibeat.Hanc conue
nit aĩam credi non elementa, aut aliquid quod ſit ex ele
mentis concretum:eſt.n.anima præclarius quiddam &
melius.Præclarius autem eſt illud quod continet,quàm
quod ſpargitur,diſsipaturq́;. At illi non erubeſcunt ſtru
cturam mentis referre ad elementa. Sanè id quod locu-
pletiſsimum atq; optimum eſt, materiam ſemper & fa-
cere & deſcribere dicitur,quemadmodum ars,alioquin
rõ maxima videbatur, vt quod pulchritudine & digni-
tate pollebat, ipſum & antiquiſsimum, & principaliſsi-
mum,& origo alijs crederetur,non huic elementa.

*[a] Hoc in loco neruos Ariſto. & Them. inter ea membra
commemorat quæ non ſentiãt, quod multis dubitationem af-
fert: expoſitores attamen ſicco pede pertranſeunt, uno exce-
pto Simplicio, qui ait id ea ratione dixiſſe Ariſt. quia tactus
ſenſorium ſpiritus eſt. Alij uero dicunt per neruos uoluiſſe li-
gamenta, quæ ex oſsibus prodeunt & ſenſu carent. [b] Hoc in
loco apparet Hermolaum recte interpretaſſe in libro primo
auſculta. phyſicæ, ſphærum. i. Deum, licet tibi quaſi oppoſitũ
annotauerimus nos: et hoc idem affirmant cæteri græci. An-
notat etiam hic Philoponus ex ſententia Alexand. argumen-
tum hoc eſſe probabile non neceſſarium. Non.n. ea ratione
ignorantiſsimus deus uel imprudens, quia litem non cogno-
ſcit, quia cognoſcere quæ præſtantiora ſunt melius eſt: & ea
quæ deteriora ſunt, ſatius eſt non cognouiſſe.*

*Veteres neque de vniuerſa anima, neque de humana
perfecte locutos. Cap. Xxxi.*

IN vniuerſum veteres philoſohpi iuſta obiurgatio- 83
ne in eo pulſantur quod nemo de tota aĩa adhuc cõ
mentatus videtur. Alij vim eius mouendi tantum
attingunt, alij de rõne percipiendi ſola cognoſcendiq́;
diſputant, vt qui cæteras aĩæ facultates, aut deſpicatas,
aut incognitas habuerunt. Atqui multa erant animalia,
quæ tametſi viuere exploratiſsimum eſſet, quieſcere tñ
ſede ſtabili affixa ſemper & adhærentia viderentur. In
his anima proculdubio vim mouendi habere non põt,
cuius non comparet vſus. E duobus igitur alterũ erat
neceſſe,aut vt carere animã dicerentur,aut ſi hoc ſubſti
nere non poterant, vt cauſam aliquam & rationẽ affer
rent, cur animata quum eſſent, tñ vagari & ſedes mu-
tare non poſſent. Vigent illa,ſentiunt, nutricantur,incre
ſcunt abſolui & à loco demigrare non poſſunt. Atque
illi ipſis motibus (auctionem dico atque ſenſum) quiq́;
mouentur, vt cæteræ animantes, non tñ vis omnis ad
animam refertur,ſed exteriora quoque ſuum in id mo-
mentum habent ad ſenſum , ſenſilia ad nutricationem
auctionemq́; alimenta. Atq; eius motus qui in loco agi
tur,dux ſola princeps eſt anima. Eodem modo vegeta
bilem animam videntur negligere, qui ex elementis in
tellectum & ſenſum moliuntur,quaſi duas vires præci-
puas animæ ſolasq́; nouerint. Qualis igitur ea aĩa eſt,
qua viuiſcere dicuntur quæ gignantur è terra?nam neq;
ſenſualem, neq; intellectualem poſſunt habere, neque
eam quæ mouendi vim obtinet. Verum quibus idem
eſſe itellectus & ſenſus placet, vt Democrito,nõne in-
re apertiſsima & compertiſsima videntur errare? Con-
ſtat & luce clarius eſt,plurima eſſe animalium genera,q́
ſentiendi vim continent,intelligendi nõ cõtinẽt. Quot 84
ſi quis hoc quoq; gratificetur Anaxa.fateaturq́; intelle
ctum ineſſe in tota animãte natura, eumq́; certam eſſe
animæ partem,vniuerſam vero eſſe aĩam, quæ ex oĩbus
viribus & partibus conflaretur, (Ita.n.videtur ſentire
qui cecinit: Planta olim voluceŕq; fui,popilla,puerq́;)
nondum tamen vniuerſam animam cõplectetur, neq;
de viribus oĩbus diſputabit, neq; de aliqua vna pfecte.
Eodem recidit, quod in iis carminibus legitur, quæ ad
authorem Orpheum referuntur, ingredi ſpirabilem ani
mã quæ anhelitu traberetur. Vnde igitur viuunt ea quæ
non reſpirant? vt plantæ, vt inſecta, vt cætera id genus
animalia imperfecta?

*Superfluo videri aliquibus aĩam ex vtroq; contrario con-
cretam eſſe:ſufficiat.n.alterum,quia eadem ratio pol-
let in contraria. Cap. Xxxii.*

ILlud quoq; fugit eos qui animã iccirco ex elemen- 85
tis faciunt, vt res cognoſcat, quod neceſſarium non
erat ex omnibus conditam putare, quoniã alterum
contrarium

contrarium abunde ſufficere potuiſſet, tum ad ſe no-
ſcendum ad oppoſitum: nam de recto æſtimamus, qđ
oblimet. Regula enim in vtrunque indicio pollet. At
obliquum qnod eſt obſtipumq;, neq; ſuimet neq; recti
poteſt iudex ſtatui.

Animam non eſſe per omnis corpora inuectam & fuſam. Cap. XXXIII.

86 HAbetur & alia præter has quorũdam opinio, qui
animam dicunt per quatuor elementa; & per na
turam rerum oĩum inuectam fuſamq; æquabi-
liter oẽs mundi partes vegetare animareq;. Hanc ſen
tentiam ſequutus Thales, dicebat Deorum plena eſſe
oĩa, cui & illud de proximo congruebat. Iouis oĩa ple-
na compita & omne forum. Fortaſſe vero hoc ſit quod
& Zenoni videtur, qui Deũ meare ac pertinere per om-
nem ſubſtantiam cẽſuit. Atq; ita in intellectuali Deum
eſſe intellectum, in animali animam, in naturali natu-
ram, in affecta affectionem & habitum. Forteq; hoc
neq; à Plato. dogmate multum abhorret, cuius illa ſunt
verba. Quum Deus (inquit) aĩam in medio collocaſſet,
per vniuerſum infudit, & per omnem globum porrigi
iuſsit, & corpus ei exterius induit. Habet hæc opinio plu
rimas & varias quæſtiones. Cur. n. ſi anima per ignem,
ſi per aerem commeat, ſi per cætera elementa, nõ con
ſtituit animal? permiſta & confuſa conſtituit? præſer-
tim quum præſtãtiores eſſe aĩas ſimplicium corporum
putent? quãquam ne hoc quoq; ratione vlla compro-
87 bant. Cæterum vtrinque vrgentur, ſiue animam fatean
tur ignem, ſiue non fateantur. Nam ſi fatentur ſine ra-
tione loquuntur: ſi non fatentur, ſequitur in aliquibus
corporibus animam cõtineri, quę tamen aĩata non ſit.
88 Ac videntur quidem exiſtimare per tota elementa ani
mam eſſe diſtributã & ſparſam. v.g. Per aerem totum
& per aquam totam ea rõne, ꝙ partes elementorum
omnes eadem natura & ſpecie viſebantur. Ergo quum
illam aquæ portiunculam quæ in miſtionem aĩalium
decerpitur, animatam eſſe intuerentur, contingebat
illos credere in vniuerſo elemento haberi contineriq́ue
animam. Quemadmodum enim partes ſimplicium
corporum, quæ ad temperaturam ſtructuramq; ani-
malium corrogantur, efficiunt, vt illa ex oĩbus elemen
tis compoſita & coalita ſint: ita videre ſe credunt par-
tes animarum quæ ex ſingulis elementis carpuntur, fa-
cere vt animata eſſe animalia videantur. Hęc ita ſi ſunt:
quemadmodum aeris portio in nobis eiuſdem formæ
ac naturæ cum elemento vniuerſo eſt: ita & ea pars ani
mæ, quę in nobis inde tanquam bractea deſecta eſt, ea-
dem ſpecie probabitur cum anima vniuerſa ſimpliciũ
corporum. Iam illi hoc loco laborant & pertinaciter
defendunt, nullum eſſe conſortium ſpecie inter ani-
mam elementorum & noſtram, ſed illam longe & per-
fectiorem & Immortaliorem haberi. Quod quum di-
cunt, ſeipſos coarguunt: amittit enim vim ratio eo-
rum qua vtebantur, propterea videlicet vniuerſum ae-
rem eſſe animatum & ſpirabilẽ, ꝙ aeris portio, quæ in
nobis eſſet, ſpirabilis animataq; videretur. Vana &
caſſa ratio, ſi alia ſit animæ noſtræ natura, alia elemen
taris, & alia item animæ confirmatio in aeris noſtri por
tione, alia in aere vniuerſo. An igitur non eſt dicen-
dum animas elementorum immortales, & pluris eſſe
quam noſtras, aut nihil efficiunt, quum nituntur oſten
dere per totam naturam commeare pertinereq; aĩam,
eo quòd particulæ elementorum, quæ in nobis eſſent,
animatæ viderentur eſſe.

Veteres de anima nihil bene dixiſſe. Cap. XXXIIII.

FAcile igitur æquis animis apparebit non claruiſſe 89
hac parte philoſophiæ veteres, nec tam difficilem
locũ pulcherrime, aut accuratiſsime pertractaſſe,
quamobrem alia rõ ineunda eſt quare ab anima res co
gnoſci dicantur, quum id elementorum concretus præ
ſtare non poſsit. Afferendus eſt etiam alius modus vn
de nam moueatur anima, ſi omnino neceſſarium ſit mo
ueri, ſed nec eo motu quo corpora mouentur ab anima,
neque demum eo qui ſit rei inabſolutæ actus, ſed eo
fortaſſe qui abſolutæ atq; perfectæ.

Contra Platonem qui partes animæ diſcludebat locis. Cap. XXXV.

DEinde quum homo per animam ſciat & ſentiat, 90
opinetur, deliberet, iraſcatur, concupiſcat, demũ
vtcunq; vim appetentem exerceat: item quũ mo
tu locali animalia per animam moueantur, augeantur,
conſtent, imminuantur, ita tñ vt prępoſitum illud ſibi au
gere conſtareq;, ſequens & accidens collabeſcere & mi
nui: quod quidem contingit, quum plus diſpendij ſit at-
que amplius perit, defluit, q̃ accedat atq; eat in corpus.
Quum itaq; omnia hæc animæ opera videantur eſſe,
merito dubitari poteſt, quæ nam actionum illarum di-
ſcretio ſit, vtrum tota anima ad functionem oĩum adhi
beatur, & an vniuerſa ea ſentiamus, intelligamus, ſcia-
mus, decernamus, obiraſcamur, cõcupiſcamus, & reli
qua quæ nobis enumerata ſuperius ſunt, & an ex tota
anima emanẽt iſta proficiſcãturq;. Item an vitam actus
ex iis vnus pluresúe faciant, aut omnes, aut nullus, ſed
alia cã conſtituenda habendaq; ſit. Demũ id quod quę-
ritur tale eſt, vtrum oẽs actiones munera, opera, mo-
mentaq; animi ab vniuerſo fluant an potius alia pars ſit
qua ſentiamus, alia qua ſapiamus, alia qua appetamus.
Quod quidem iam Timæus videtur cenſuiſſe quum di- 91
ceret: Alio nos intelligere, alio appetere, alio iraſci.
Proindeq; actiones illas ita dipeſcit, vt primã cerebrũ. i.
capitis arcem dicat tenere: ſecũdam in domicilium cor-
dis deducat, in iecur tertiam ac ſedes abdominis rele-
get. Sed ſi hæc vera ſunt qua rõne animus continebitur
ne defluat, quę illi vnitas, quis coalitus fuerit, præſertim
ſi partes tanta intercapedine diſcludãtur, qua actiones,
quarum ad ſe multæ non pertinent? Quæ res igitur co
hibebit potentias adeo ſeparatas? Certe dici non po-
teſt corpus eſſe quod animam cogat aut cõtineat, quũ
potius è contrario corpus contineri ab anima æquum
ſit, vtpote cuius abſceſſu corpus ſtatim vaneſcat, laba-
ſcat, diſsipetur & corruat. Quamobrem ſi qua res cõn
tinendi vim habet, profecto illam eſſe animam par eſt.
Eodem modo quærere iterum oportebit, vtrum vna ſit
hæc quoq; quæ continet, an partibus cõſtet. Si vna, cur
non vna iam inde ab initio anima cõcedebatur? Red-
denda enim afferendaq́; ratio eſt, quare vnum ſit illud
à quo potentias animæ locis diſiunctas vniri contine-
riq; velis, anima vna non ſit, quę tamen corporis partes
longius diſiunctas diuulſasq́; cogat, atq; contineat. Di-
ces illud quod continet animam, conſtare partibus. At
quum omne quod continet rem partibus conſtantem,
ſi & ipſm partibus conſtet, rurſum ab alio contineri ſub-
inde neceſſe ſit, manifeſtum eſt quicquid animam con-
tinere dicatur, ab alio iterum, atq; ab alio contentum
iri, ita vt res in infinitum caſurã ſit, neq; inquiſitio exitũ,
neq; anima id à quo cõtineatur & cohibeatur inueniat.
Nam & apud nos quoque quamuis animam ſubiecto
vnam dicamus, quæ ſe tamen multis viribus ſpargat,

vt pomnm quod ſubiecto vnum eſt, varias tñ & diuer-
ſss qualitates obtinet,formam,alitum,colorem:non tñ
ſermo adhuc periculo caret,& tanto magis anceps & lu
bricus iis,qui vim quandam eius ſempiternam & imor
talem,caducas mortalesq; cęteras ſaciunt. Quod quum
& Plato & Ariſto. acriter ac perſpicienter vidiſſent, al-
ter in ipſa ſtatim conſtitutione molitioneq; hois rõna-
bilem, ideſt mentis optimam portionem in habitacu-
lum proprium condidit,alieri extrinſecus accedere viſa
eſt. Vtrique porro id conſilij fuit,ne quam offenſionem
turbamue imortalitas eius aut contagione mortalium
partium,aut vicinitate contraberet. Itaq; vtriq; opinio-
ni impedimentum hoc accidit,q̃ non ſimplicẽ,ſed cõ-
cretum & partibus & viribus aĩum dicunt. E quibus ali-
qua etiam tanto inter ſe tractu ſaſtigij ſeparantur, quã-
to à caducis luccisiuisq; ęterna & Imortalia diſpeſcunt.
Difficilis ſcrupulus & qui vtranq; ſamiliam auxerit, q̃-
uisq; ſeu virium ſe partium diremptus in aĩa ſit, grauis
vtcunq; ratio videarur, & quæ leuiter exitum inuenire
non poſsit: difficilior tñ eſt iis,quibus multarum partiũ
dicatur. Si.n.anima vniuerſa vniuerſum corpus conti-
net,eoq; conuenit ſingulas aĩę partes continere aliquid
corporis, cuinam obſecro particulæ corporis mẽs & rõ
præerit? Nimirum id vel queadmodum fingas perdiſ-
93 ficile eſt. Maxime aũt ſtirpes oſtendunt partes animæ
non eandem rõnem inire cum partibus corporis, ita vt
ſi diſperatæ regionibus ſint hæ, habeantur & illę ſuis lo-
cis diſcluſæ. Non.n.animæ altricis,quam arbores poſ-
ſident, pars radicibus exhibita, pars trunco adiuncta,
pars ramis & frondibus data, ſed vniuerſa in vniuerſis
eſt: nam & auulſæ præciſæq; viuunt, & tranſlatæ de ſe-
minariis ſpeciem eandem ferunt. Videmus item ex ani
malibus iis (quæ q̃ membra pręcinctu inciſuram ſepa-
rata habent, appellamus inſecta) etiam diuulſa diutius
viuere, partemq; vtranque ſeorſum moueri, quia.ſ.in-
eſt illis adhuc ratio vitalis, non quidem eadem numero,
quia ſeparatio facta eſt, ſed eadem ſpecie: nam vtrunq;
fruſtellum aliquandiu obit, vitæ munera ſentit apertiſ-
ſime, ac ſe loco mouet, aut impinget perreptatq;. Ipſe
in piſcibus vidi, partes abſciſſas comprehẽdi aut teneri
nõ quiuiſſe: quorũdã caudas præſectas: inſinuaſſe per-
dius ſpiras, & implicuiſſe nexus, nonnulla etiam trun-
94 cata capite palpitaſſe, vt Strutio quæ Solaria dicitur. E
quibus omnibus cõſtat partes illas animæ ſciugatas ea-
dem eſſe ſpẽ, tum inter ſe, tum cũ aĩa vniuerſa. Inter ſe
vt quæ iam ſunt diſcretæ & ſeparatis ac diſiectis truncis
adiunctę. Cum vniuerſa, vt quomodo ante præciſio-
nem diuulſionemq; integris & indiuiduis habebatur.
Nam antequam diſcerperetur nõ certe in membris, ſed
in tota ea fuiſſe partes illæ vidẽtur. Animam vero, neq;
ipſam à ſe conſtat, neq; ſuis poteſtatibus diſtrahi, ſed à
corpore culpam habente, in qua ſita eſt. Quòd ſi ſeg-
menta illa piſcium inſectorumue, neq; pertinaciter ſu-
peruiuunt, neque admodum diu mouentur, nihil mi-
rum, quũ partibus officialibus careant, quib⁹ vitam na-
turamq; tueantur. Nec tamen minus tota viuacitas ani
mæ illis in partibus continetur, quæ mox ſolido in cor
pore ſpectabatur.

Plantas & ſtirpes ſine dubio animas eſſe.
Cap. XXXV.

95 SAne dubitandum non eſt, an quod nutriuntur & an
gẽtur fructices, id ab anima vegetali alumnaq; ha-
beant: vna enim hęc animalibus & ſtirpibus ineſt
communis. Qui igitur fieri poteſt, vt ea vis in animali
anima ſit in planta non ſit? Deinde vnde viuerent vi-
gentq; plantæ, niſi vitam acciperent & nanſciſceren-
tur ab anima, q̃ prolem deſedare poſſunt. Neque illud
moueat, quòd hanc à cæteris ſeparari cõtingat, cæteræ
ab hac ſeparari non poſsint, quum eadem ratio inea-
tur ſenſuali, cum ea quæ inceſſui & progreſſui præfici-
tur tantum non omnibus animalibus. Tametſi igitur
ſenſus ſine illa vi motrice in aliquibus habetur, tamen
anima eſt & appellatur, quanquam vis ea, quæ viui-
mus ipſa primo non eſt: quod ſequentium diligens le-
ctio commonſtrabit.

FINIS LIBRI PRIMI.

THEMISTII DE ANIMA, LIBER SECVNDVS.

Hermolao Barbaro Interprete.

Diuiſio entium, & quid ſit perfectihabia & quotu-
plex. *Caput.* I.

EA QVAE veteres de anima 1
tradiderunt, abundanter ar-
bitror libro ſuperiore expo-
ſita, nunc ordine aliunde pe-
tito communiemus ipſi de-
finitionem [a] aĩæ, eam quæ
maxime fuſa, proindeq; cõiſ
ſima videatur, quæque oẽs
animas ambitu ſuo cõtineat,
nec ſolum humanã, de qua
tñ priores, partim q̃ ita collubitum erat partim q̃ in-
uiti fallebantur, egerunt. Rerum itaq; ſummum & prin 2
cipaliſsimum genus ſubam facimus: ſuba vero aut ma-
teria, aut forma eſt, aut aliquid ex vtroq; permixto. De
qua rõne vberrime dictũ eſt in iis libris, quos de inſti-
tutione & primordiis naturæ præſcripſimus: alioquin
hoc quoq; loco non ab re fuerit ex iis quædam repete-
re. Materiam [b] potentia eſſe ſubſtantiam conſtat ſine
confirmatione aliqua. Hoc.n.eſt quod ſub verbo hoc[c],
quicquam, monſtramus, ſed tãquam habilitatem quan-
dam, ſeu præparationem, quæ procreandis rebus op-
portuna, idonea, aptaq; ſit. Formam vero perfectionẽ
eſſe, & ceu explecionem abſolutionemq; præparationis
illius, ideſt quę quaſi aſſerat, & manum extremam impo
nat ei rei, quæ potentia ſola conſtaret. Poſtremo formã
id eſſe, cuius merito res prærogatiuam illam ferunt, vt
nomine, hoc quicquam, ſiue hoc aliquid cenſeantur.
Tertium ſumma eſt, quæ ex ambabus coeuntibus con
ciliatur & naſcitur, in quo iam materia ſimul & forma
ſpectatur: quæ duæ res vna quædã exit integritas, neq;
ratione cogitationeue amplius, & ſenſu. Ac re vera hoc
aliquid eſt, modo illud diſcrimen intelligatur, res à ma-
teria vt fierent, à forma vt eſſent, habere. Quæ quum ita
ſint, tunc opulenter & nauiter habere ſe rem & perfe-
ctam eſſe dicimus, quum propriam formam adepta eſt
ad q̃ feſtinauerat. Hanc igitur formam & ſpẽm, ſi quis
entelechiam,[d] .i. verbum ex verbo perfectihabiam ap-
pellet, haud iure reprehẽdetur, ceu nouo vſus & horren
ti vocabulo. Nam ſi ſupradicta nobis vera ſunt, & perfe
ctio rei è ſua cuiq; forma ducitur, & à forma res habet,
diuiter & bene habere & pfecte poſsit, nihil vtiq; aliud
id nominis ſignificauerit, q̃ eum quem exprimere vo-
lumus habitum perfectionis. Verum perfectihabia biſa-
riam in

riam in rebus eſt, vno modo vt ſcientia, altero vt contemplatio & conſideratio, quæ in actu inita ſit. Harum altera vt habitus, altera vt miniſtratio & deſunctio habitus intelligitur.

ª Ait attamen hic Philopo. non eſſe proprie hanc, quam Ariſt. inquirit hic definitionem, quia anima ea rõne qua anima eſt communi genere caret: qua tamen ſubſtantia eſt, genus habet commune: ſubſtantiam ſcilicet ut definitio omnis ex genere conſtat. Simpliciter igitur fieri non poteſt ut definitio reddatur, quæ omnes animas ſuo contineat ambitu: poſſumus tamẽ deſcriptionem communire. Quapropter deſcriptio erit ratio hæc communis animæ, quæ equidem neque propria una eſſe poteſt: quia aĩa æquiuoca eſt, & æquiuocis uocibus eius deſcriptio conſtat. Aequiuoca uero & ſi uoce unum eſſe uideantur, attamen ſignificato plura ſunt.

ᵇ Non eſt (ait Simpl.) equidem potentia materia, ſed potentia ſubſtantia: non tamen quæ ſit unquam futura ſecundum actum, quia ſemper manet id quod eſt: ſed per hoc ſubſtantificatur quod eſt eſſe ſuſceptiuum, & obſcuram & imperfectam ſubſtantiam.

ᶜ Hoc aliquid, ait Simpli. definitam terminatamue exiſtentiam indicat: nam hoc, in circunſcriptione & termino ac uelu ti ſub ſenſum & monſtrationem cadens, ſi apponatur ea particula. Aliquid particularitatem ſignificat.

ᵈ Entelechia dicitur, ait Philop. ab eo quod eſt ἓν, καὶ τὸ τέλειον: καὶ τὸ συνέχειν hoc eſt, unum, & perfectum, & ſimul habere: nam forma cauſa eſt materiæ & unionis et perfectionis. Simpli aũt ait: forma entelechia eſt uti perfectio & ἐν τελειότητι. hoc eſt, in perfectione habẽs eſſe, et ueluti per ſe ens, & in perfectione compoſitum continens.

Animam eſſe formam & perfectionem corporis naturalis vitam habentis. Cap. II.

3 HIs ita retractis, atq; in memoriá ſubtis, ducamus noſcentes hæc in reliqua. Nomen ſubſtantię potiſsimum vendicat corpora, & è corporibus maxime, quæ naturalia ſint, ignis, aer, aqua, terra, & præterea quæcunq, de iis à natura ſumme proueniũt. Sunt. n. corpora naturalia aliorum corporum principia, nã lectica, aſſeres, peſſuli, ſera, calcei, tunica, demum oĩa quę artificio aliquo cõparantur, comparatione naturalium vicem accidentium obtinent. Accidit ligno, vt lectica eſſet. Accidit ferro, vt ſerra. Accidit panno, vt veſtis. Oẽ item artificiale corpus in ſubiecto naturali conſpicitur. Valeant ergo artificialia, ac manus ad naturalia admoliamur. Ex naturalibus nõnulla poſsident vitam, nonnulla vacant. Vitam appello, quæ ª animal vt per ſe nutriatur augeaturq́;, efficit. Oẽ igitur corpus naturale & particeps vitæ, neceſſe eſt ſubſtãtia ſit, nec ſuba modo, ſed condita & concreta ſubſtãtia. i. quæ ex materia atq; forma ſit. Quum itaq; id quod habet vitam non ſit ſimpliciter corpus, ſed tale corpus: cumq́; in viuo corpus pro materia ſubiectoq́; habeatur, vt vero tale corpus ſit à ſpecie reponat & forma: quis dicere auſit, corpus eſſe viuo formam? ſed vt dixi, corpus materiæ & ſubiecti locum tenet. Quum inquam, id quod habet vitam, non ſit ſimpliciter corpus, ſed tale corpus, & quum differant ab iis, quæ non viuant, non in eo quod corpus, ſed in eo quod tale corpus, hoc eſt, in eo quod viuit, & animam continet, concluditur animam eſſe ſpeciẽ perfectionemq́; ſubſtantiam, ita vt ſit forma.

ª Non ea propter, ait Simp. hoc dictũ eſt, quia in ſolis uiuere ſit nam & appetitus & ſenſus, necnon & intellis uita ſunt: nec etiam quia quodlibet uiuens ſit horum particeps, ſed ſola mortalia: cœleſtia. n. non nutriuntur, non creſcunt neque decreſcunt. Verum quia Ariſt. uult quemadmodum et Plato, proprium eſſe rerum aĩatarum, ut ab interno principio moueantur: infimam in his uita aſſumpſit, ut hanc etiam oñderet alicuius motus eſſe cãm: nutriri. n. augere ac minui, mutatio quædam eſt in qualitate & quantitate.

Animam non eſſe corpus, ſed formam corporis perfectionemq́;. Cap. III.

QVàm vero ª anima non ſit corpus, neq; ſubie- 4
ctum, quãquam eſt aliquando demonſtratum, non tamen moleſtum erit hoc quoq; loco recenſere. Animata ab inanimis in eo diſtãt, ꝙ viuũt hęc, illa non viuunt: non in eo ꝙ corpora hæc ſint, illa non ſint: ſequitur igitur aĩam non eſſe corpus, ſed vitę aĩantium cauſa. Item hoc ratione alia clareſcet, quum in re concreta, neq; vtrunq; poſsit eſſe ſubiecto, neq; vtrũq; forma, ſed apertiſsimum ſit corpus eſſe quod ſubiicitur. (Eſt. n. corpus quod deſcribitur, ducitur, fingitur,) & niſi aſtringeretur & cohiberetur ab anima, diſsipari & fatiſcere idoneum, relinquitur neceſſario animam eſſe perfectionem & formam. Præterea dici recte non poſſet animal ex anima & corpore exiſtere, niſi hæc vt forma, illud vt materia caperetur. Tripliciter. n. componi res dicuntur ex iis, quæ inſint. Primum illud genus latiſsimum in promptuq́; aſt, quum quid ex rebus tanquam ex partibus corporalibus componitur. verbi gratia, quum ex lapidibus atq; lignis exædificatur domus, ex carne & oſsibus conſtituitur animal. Aliud genus cõpoſituræ eſt, vt quum ex aqua & melle mulſum conficitur. Demum quicquid ex plurium rerum confuſione & mixtione conflatur. Atq; hoc genus à priore diſcrepat, ꝙ in illo partes & totũ diſiuncta & diſcluſa ſunt locis, in hoc quicquid loco cernitur, non venit in mixtionem, quia totum & partes eodem in loco videntur eſſe, re vera aũt abolitæ & corruptæ ſunt partes tenetur integritas. Tertius modus eſt, quo ex aere & figura conſtare ſtatuam dicimus, & quo ex lapidibus & ſtructura ędes. Quamobrem quum animal permixtionem ex anima & corpore dicimus, ſi primo genere ſtatuamus, nõ eſſet totum corpus toto ſe animatum, nec ali poſſet, nec creſcere circumundiq́;, ſed anima aut vniuerſa corpori vniuerſo, aut partibus partes acciderent. Quod ne in captum quidem mentis cadit. Age vero ad quantitatem animali anima non ad qualitatem cõferret, quia partes id genus coitæ non aliter conferre toti ſuo ſolent. Neq; ſecunda item forma compoſitionis dici poteſt conſtare ex anima & corpore animal, quia non coaleſcit animal, corruptis demum anima & corpore, (quemadmodum miſcellæ quæ de elementis ita corruptis fiunt) immo animal conſtitui non poſſet, niſi ſalua & ſuperſtite vtraque natura. Reliquus ergo tertius modus eſt, quo animal ex anima effici & corpore dicatur. Quare quũ in ea functione ſemper hoc formæ, illud materiæ vim præferat, corpus autem forma eſſe animæ non poſsit, ſequitur animam eſſe formam corporis oportere. Nempe vt ſtatuæ denominantur à forma ſua, ita & animalia ſua neceſſe eſt. Per animam porro vtrunque cognoſcitur & animal & cadauer, vtpote per quam & adſit & abſit animantibus vita. Species ergo & forma animantis eſt anima.

a Quidam crediderunt, ait Philop. quod Ariſto. in eo loco qui huic reſpondere uidetur, probare uelit quod anima non ſit corpus, nam ex hoc una ſequitur eam non eſſe ſubiectum in qua ſententia fuit Alexan. cui uidetur Them. etiam hic aſſentire. Verum ait Philo. res hæc non ſic ſe habet: nam q. à cauſa non ſit corpus, ſed quid incorporeum, deinde monſtrabitur, et iam etiam monſtratum eſt eo loco quo probauit animam non eſſe magnitudinem: nam ſi magnitudo non eſt, corpus etiam eſſe non poterit. Quod aũt probatur hic, eſt quod anima forma ſit, & non uel materia uel ſubiectum: accipit autem corpus loco ſubiecti & materiæ.

Animam eſſe actum primum & ſecundum, ſed primum magis. Cap. IIII.

5 FOrma vero dupliciter ſolet intelligi: a nam aut ita vt ſcĩa, aut ita vt ſcientiæ agitatio cõmentatioq́; ſcĩa habitus eſt, agitatio & cõſideratio actus. Eadem diſtributio inueniri poteſt in aĩa. Somnus ceu habitus animę eſt vigilia vti actus. Neq; hoc dico, vt ex eo accipi velim vniuerſam aĩæ vim, functioneſq́; eius oẽs in ſomno feriari aut ceſſare, atq; ita ſolum habitũ relinqui, quum ſaltem apertum ſit, quum quis dormit, vim illam altricem non eſſe cõſopitam. Illud dico vt intelligamus multas eſſe aĩæ vires, quæ dormientibus nobis, tanquam oſcitent ocienturq́;, nihil agant aut exerceant, qualis eſt ſenſibilis, & ea quæ delegata inceſſui eſt. Erit igitur anima corporis viui, partim prima, partim ſecunda perfectio. Sane in homine prior ſciẽtia eſt, quam conſideratio meditatioq́;, quia recipit ſcientiam Socrates antequam meditetur aut conſideret. Quamobrem mirari non ſatis poſſum eorum prudentiam, qui dicunt periculum eſſe animantibus, ne dormiant, ſi anima actus ſit, quaſi hallucinentur, nec intelligãt quæ ab Ariſto. hoc loco perſpicue & dilucide dicantur: Ex eo, inquit, quod anima ineſt in nobis, vigilia ſomnuſq́; accidit. Illud qõne dignius eſt, ꝙ definitio hæc vim nutricem non videtur agnoſcere, ſi primum actum perfectionemq́; aĩam dicas, ſed ſoluitur. Habitus ab actu & miniſterio in nutriente vi non abſoluitur: nam ibi habitum eſſe neceſſe eſt, vbi ſit actus, idq́; in hyſicis, quæ natura duce nulla rõne extrinſecus adhibita, nulla doctrina ꝓueniunt. Non ſic è cõtrario, vbi habitus, ibi quoq; vt ſit actus. Quo fit, vt qui animam prima perfectione deſcribit, oẽs animæ poteſtates videatur eſſe complexus: nam ita in ſomno cæteris viribus ſolus permanet & relinquitur habitus. Ad eius qua alimur cum habitu agitatio quoque & exercitium iungitur.

a Ariſto. autem ait. Neceſſe eſt ergo animam ſubſtantiam eſſe ſicut formam corporis &c. deinde ſubdit: Subſtantia autem entelechia &c. deinde uero: Hic aũt cum multipliciter dicatur &c. qui in loco, ut refert Philo. Alexan. cauſam reddit, cur primo uſus eſt nomine formæ, deinde in entelechiam tranſtulit: & ait quia opus erat determinare an animatum ſit dicendum eſſe animatum, propter operationes quæ ab anima prodeunt: uel potius ob id, quia poſſit operari, quæ ſe habẽt hoc pacto quòd poſſe prius eſt, operari uero poſterius. Quoniam ergo priori & poſteriori ad hanc rem enodandam erat uſurus, & hic attribuere formæ eſt abſurdum prius. ſ. uel poſterius, quia una eſt uniuſcuiuſque forma: ea igitur de rã formam in entelechiam permutauit. Ea aũt intercedit differentia inter entelechiam & formam, quod omnis forma eſt entelechia: non autem contra entelechia omnis forma eſt. Operatio nanque quæ ab habitu prouenit, entelechia eſt, & forma non eſt: formam autem, ait Philop. ſubſtantialem audias, quia accidens non eſt ſubiecti perfectio.

Animam eſſe perfectionem organici corporis. Cap. V.

IN quod igitur genus aĩa referatur, declaratum iam eſt, vt ſubſtantia. ſ. & prima perfectio ſit, reliquum eſt vt cuius ſit ſubſtantia doceamus. Et hercules res conſultatione non indiget. Protinus decerni põt aĩam eſſe ſubam corporis, ſed qualiſnam corporis hoc exquiſitius & maturius videndum. Conſtat corpora aut nãlia eſſe, aut nõ naturalia. Naturalia voco, quæ intra ſe principium illud tenent, quo naturales motus cieri videntur, vt terra, aqua, plantæ, animalia. Non naturalia ſunt quæ hoc principio carent, lectus, nauis, pallium. Atque hæc nobis fuſius, & prius Ariſt. definita ſunt iis libris, qui naturæ principia continent. Iterum naturalia corpora ſecamus in duo genera, quædam viuunt, quædam nõ viuũt. Viuere quæ dicant ſupra quaſi occupaturus oſtẽdi, quum dixi ea quæ per ſe alerentur & creſcerent, qđ genus aĩalia & frutices ſunt. Nam elementa, quia initium motus intra ſe poſſident, naturalia quidem ſunt, ſed in iis vitæ vacuitas eſt, quia per ſe nec aluntur, neq; autem augentur. Lapides quoq; quamuis grandeſcere videantur, non tamen viuunt, quia crementũ illud non ex alimento intus molito diſpenſatoq́; in penitiores partes attollitur, ſed acceſſione tm̃ & appoſitione materię. aut ſi per oẽs partes attollit erit in iis vtiq; rõ aliqua vitalis exiſtimanda, ſed admodũ tenuis ſuboſcuraq́;. Neq; mirum eſt lapides adoleſcere, qñ & parere quidam putantur, vt Clearchus affirmat. Sed certe illi aut conſortio tm̃ nominis gignunt parturiuntq́;, aut alia forma eſt gignendi, quam quæ aĩalibus addita eſt: videtur. n. ſæpiuſcule natura ſuos fines tanquam tranſgredi: proindeq́; in aliquibus dubium ſit, animalia ſint an radices, radices an lapides. Poſtq̃ igitur corporum quædam ſunt naturalia, quædam non naturalia, itẽ alia quæ vita participent, alia quibus negata ea rõ ſit, non põt aĩæ perfectio cuiuſlibet corporis dici, ſed naturalis, neq; naturalis item oĩs, ſed viui. viuum aũt omne organicum ſtructumq́; eſt. De mortalibus & genitis loquor quibus ad vitã præſidio cibi ſit opus. Nihil. n. eſt quod ſimpliciter conſiſtat expletumq́; ſit, ſed omne aĩal continenter labitur, & ſubinde ſarcitur, anima nunquam quieſcit à munere, hoc eſt, nutricatione. Ita quãquam partes ſubduci ſemper ac perire neceſſe eſt, tñ ſumma ſuppletur identidem eo quia incolumis exigit. Quare fit vt quædã ceu organa & machinamenta vis hæc deſideret, quibus tanquam famulitio ad hanc functionem præſtandam. i. ad nutritionem vtatur. Atq; hæc inſtrumenta in animalibus perſpicua manifeſtaq́; ſunt, os, gula, ventriculus, aluus, venæ, & reliqua quæ ad vſum alimoniæ cõparata iis ſunt. In fructicinis autem atq; plantis, quanquam ea minus expoſita ſunt, ex momentis tamen ab iis geſtorũ ſimilia, quædam iis opificia & organa hinc cognoſci poſſunt primum. Radices ori æmulæ & vicariæ habentur: nam vt aĩal per os, ita frutex per radicem ſuccum trahit. Deinde meatus quidam ſtaminaq́; & fibrę venarum vice fungũtur. Iam inteſtina & quæ viſcus aĩalium referant, habent & adipes ſuos. Alburnum, liber & lignum, cuti, carni, & oſſi proportione conſentiunt. Folia vt operimentum & nutrimentum pulpis adiuncta. Pulpæ fructibus præſidij gratia obductæ (nam pulpas appello, intra quas à natura ſemen eſt conditũ, ſiue eſui ſint atq; admittantur in cibos, ſiue nõ mandantur. Fru-

ctum genituram ipſam ac ſemẽ intelligo.) Si qua igitur communis deſcriptio animę reddi poteſt, videtur apertiſsima hæc eſſe: Anima perfectio eſt corporis naturalis organici.

Declaratio per exempla definitionis allatæ de anima, & quod organicum idem eſt, quod vitam habens potentia. Cap. VI.

7 QVamobrem vt non eſt quærendum, qua rõne vnum ſit cera & ſigillum aut impreſsio, ita nec illud quemadmodum materia cum ſua forma ſit vnum. Sicut.n.res vt ſit, habet à forma, ita habet à forma vt ſit vnum. Quot modis autem eſſe quid dicitur, totidem vnum quoque dicitur. Decem autem ſunt rerum initia, decem erunt & appellationes vnius. Atq; vtrunq; præſtat forma ea, quam nos cum præfatione
8 perfectihabiam appellauimus: Verbi gratia, ſi bipẽnis eſſet natura ens, & hanc formam qua poteſt ſyluam cedere non ab arte ſed à natura introductam haberet, bipẽnem qui diceret, aĩal diceret, ꝗ ex ferro tanquam ex corpore, & ex acie mucroneq́; tanquam ex anima conſtaret. Nam bipẽnis beneficio formæ in mucronem emiſſæ bipennis eſt: hebetata porro retuſaq́; acie forma conuariat, & nec bipennis amplius dici poſſet, niſi apellatione cognomini. At quum non habeat à natura formam ſuam bipẽnis, vt non niſi ſalua & præſente forma bipẽnis ſit, non tamen eſſe animal põt. Non enim anima eſt ratio & forma artificialis inſtrumenti, ſed corporis naturalis vitaq́; prædita. Atq; hoc iam illud eſt quod organicum [a] vocabamus. Quod ſi loco organici poſueris vitam potentia habentis, de ea potentia intelligendum id erit, quæ iuncta ſit actui, quemadmodum ſi ita loquereris: poteſt Socrates inambulare, quia iam inambulet. Demum ſi poſsibile eſſe aliquid diceres, quia iam adſit, habeaturq́; actu, non ſi nõ excidit in lib. quẽ de propoſitionum in rõne ædidimus, qui & interpretationis inſcribiẽ, vnus hic modus inter cæteros receptus eſt, quo quid eſſe poſsibile diceres. Anima igitur prima perfectio eſt corporis poteſtate, ꝗ habeat vitam, ita vt poteſtas illa deſcribenda ſit actu. Atq; hoc eſt concretũ illud & integrum ex ambob. uſq; conſtitutum: quod nihil aliud quàm animal eſt. Nempe forma tametſi in materia producitur, non tamẽ ipſi materiæ forma eſt, ſed eius quod ex duabus facultatibus cõditum eſt. Omne enim tale ſimulatq; formatum eſt, hoc aliquid ſit. Erit igitur nomen hoc organicum expoſitio atq; interpretatio eius, quod eſt poteſtate vitam habere, atq; eadẽ
9 vtriuſq; vis & ſignificatio habenda. Cæterum ea quæ diximus, poſſunt exemplo partiũ clariora ſpectatioraq́; fieri. Si oculus eſſet aĩal, formam eius eſſe aſpectum viſumq́; oporteret. Eſt.n. viſus ſua oculis perfectio forma ſubſtantia: oculos totum & integritas ipſa eſt. Corpus oculi pro materia viſui ſternitur, viſu ablato amiſſoúe non eſt amplius oculus, niſi mero nomine nihilo uerius, quàm aut ſculptus aut pictus. Quod ergo de parte diximus, idem cõuenire in totum animal putandum. Qualis.n, partis ad partẽ collocatio eſt, hoc obtutus ad oculum, talis ſit totius ſenſus ad totum animal ſentiens, ſubindeq́; totius aĩæ ad totum animans corpus neceſſe eſt.
10 Planè ex iis quę dicta ſunt, liquere arbitror animam, neq; cadaueris, neq; ſeminis perfectionem eſſe. Alterum, quia deſit viuere. Alterum quia nondum in vitam promotum eſt. Item alterum non poteſt amplius vitam habere, alterum poteſt quidem, ſed nondum habet: poteſt vero quia fieri organicum poteſt, & vitam accipere. Quemadmodum.n. ferrum informe rudeq́; poteſtate ſerra eſt, idcirco quia poteſt in forma id genus excudi, nũdum tñ eſt ſerra, ſed tunc erit, quum aciem & figuram habilem ad ſecandum acceperit: ita & genitura ſeminalis potentia aĩal eſt, quia poteſt in organicũ corpus exculpi: non tñ eſt animal, ſed tunc erit, quum per ſe ali & indoleſcere poterit. Ergo vigilia actus eſt, eo modo quo ſectio, & eo modo quo cõſpectus & oculorum intentio. Somnus quaſi rudimentum, præparatio & habitus, ex qua vtrunq; ſequi idoneum eſt. Horum alterum prima perfectio ducitur, alterum ſecunda. Animus vtraq; perfectione deſcribitur, ſed prima diffuſius, corpus vero pro ſubiecto habetur. In plerunq; quemadmodum ſerra illic eſt ferrum, & forma, item oculus pupilla & viſus: ita animal, & corpus & anima eſt.

[a] Simp. attamen non nihil ait hæc inuicem differre, quorũ differentiam his uerbis ipſe explicat. Et ſi dixerimus duplicem eſſe animalem uitam mortalium animalium, alterã quæ organum ut organum eſt formatur ut & organum ſit aĩæ efficitur, alteram quæ organo tam uiuente utatur: non tamẽ altera eſt oĩs uita, quia non uiueretur moueretur ue ſuapte natura id quod aliunde uiueret: ſed una eſt quæ tamen duarum ſpeciem habere uideatur: altera quarum ueluti organi formatiua, non quidem tanquam mouens, ſed tanquam moti uiuifice formatiua: altera tanquam mouens & utens. Nam oĩs anima mortalium iuxta hæc ambo eſt entelechia. Nãque duplicem eius rationem reddidit Ariſto. in uerbo Entelechia, cum illam eandem & potentia uitam habentis dixit, & organice corporis, quæ etſi ambo penitus inuicem cõcurrant, ita ut quod uita potentia habet ſit organum animæ, & uice etiã in uerſa anima organum uitam habeat potentia: non tamen utrunq; idem ſignificat. Hoc.n. poſtremam uitam indicat, quæ tanquam motum uiuifice formatur: illud uero quæ eo utatur & moueat. Quapropter utraque neceſſaria ſunt ut definitio perfecta reddatur.

Animæ partes alias abiunctas eſſe à corpore, alias non abiunctas. Cap. VII.

EQuidem ex iis non eſt obſcurum videre aĩam à corpore non eſſe abiunctam, nec vniuerſam, (ſi vniuerſa ita eſt ſua corpori forma, vt figura ferro) nec partes ſaltem aliquas ſi diuidua anima eſt. Sunt enim corporis aliquæ, quarum formas perfectionesq́; ſine dubio partibus aĩæ ſciſcimus, vt oculorum viſus. Nec tamen rõ vlla prohibet haberi aliquam animæ partem, quæ à corpore abſoluta diſparataq́; ſit, qualis ea quæ neq; corporis totius, neq; partis alicuius ita actus aut perfectio eſt, vt forma & figura ferri. Qualis videtur mens intellectusq́; eſſe, (nondum.n. oſtenſum eſt) an eius vis ita ſit corporis humani perfectio, vt poſsit tamen eſſe abiunctus & ſeparatus à corpore, ſicut vector & gubernator à naui, qui quãquam eſt actus & perfectio, naui tñ iunctus aut adhærens naui non dicit. Quo ſit, vt tametſi à nobis animæ natura comprehenſa ſit formula generali, nõdum tamen exquiſite accurateúe cognita diſcuſſa videatur: alioquin finitio illa quam attulimus, ſimilior deſcriptioni, quam definitio fuerit. 11

A notioribus eſſe incipiendum & definitionem afferendam, quæ cauſam quamobrem contineat, & omnia per animam viuere. Cap. VIII.

SEd conferamus pedem, vt aiunt, accedamusq́; propius, & tum de anima vniuerſa, tũ de facultatibus 12

eius ſingulis diſputemus: ita fiet manifeſtum, ſit non ſit
aīa tota parteſúe eius aliquæ à corpore auocatæ. Dica-
mus igitur quod & frequenter hoc opere adeo & aliis
vſurpauimus, ea quæ manifeſta ſunt nobis, contrario
reſponſu & vice inuerſa eſſe manifeſta naturæ. Concre
ta [a] & compoſita maxime manifeſta ſunt nobis ſimpli-
cia naturæ rationeq́;. Primo igitur in omnibus initium
capeſcere par eſt ab iis, quæ perſpecta & nota ſint no-
bis, vt inde ad ea pergamus, quę ſunt explorata naturę.
Quare eadem rō atq; regula tractantibus animam ob-
ſeruanda eſt. Quum ergo anima ſimplex ſit, corpus con
cretum & conditum, à corpore nobis auſpicium ſumen
dum eſt, vnde ad faſtigium aīæ niti ac ſubire poſsimus,
nec eam modo finitionem eius attingere, quæ rem de-
clarat vt ſit (qua tñ plurimi ſunt cōtenti) ſed eā quoq;
quæ cām & rationem oſtendit. Nam cæteræ definitio-
nes in demonſtrationem pro concluſionibus conferri
habiliores ſunt, quā definitiones haberi. Veluti ſi quę-
ſieris quid ſit exquadratio: & reſpondeatur, figura qua-
drangula æqualis parte altera, ablongę ptobationis cō-
cluſio eſt. Si quis vero dicat quadratum eſſe comper-
tam habere lineam mediā, ideſt, quæ duabus lineis me-
dia parili vtrunq; proportione reſpondeat, tum eius rei
13 cauſa reddita & adiūcta videbitur. Igitur à cognitis ex-
ordium petemus, quod ad ignota incertaq́; accommo
datū ſit, & quaſi manu nos ducat, aīatum ab inanimato
vita diſtinguit. Et quamuis multis aīa viribus & facul-
tatibus polleat, quas ſæpenumerauimus, vna tamē eſt,
quæ ad vitam animantibus miniſtrādam ſola ſufficiat,
14 eaq́; vegetalis vocatur. Huius virtutis opera deſcribun-
tur tria, nutrire quod & primum eſt: augere, quod ſe-
cundum: & gignere, quod tertium. Quare omnia quæ
fruticant, germinant, pullulant, videntur intra ſe ptātem
illam & principium genere, quo ſe in contrarios locos
ſimul poſsint mouere. Quis .n. ignorat arbores ſtirpeſq́;
quum augentur, ſimul & ſurſum ramis efferri, & deor-
ſum radicibus mergi, quod in nullo corpore naturali,
nec viuente conſpicitur? Nam omne corpus naturale,
quia naturale eſt, vnum duntaxat ſibi locum ſcripſit,
quo verſus ſeſe agat & referat. Plantæ vero & frutices
ſimul in contrarias regiones nituntur, non modo quum
augentur, ſed etiam cum decreſcunt minuunturque.
Verum, vt dixi, vna vi, quam vegetatricem appellamus,
ratio vitalis abſoluitur, huiuſq́; potiſsimū parte ea, quæ
nutrit, pleraque enim & animalia & plantæ viuunt, quæ
tamen neque augentur amplius, neq; ſobolem vltra pa
riunt. Seorſum igitur à cæteris haberi ea pars poteſt, cæ
15 teræ ab hac ſecerni aut abſolui non poſſunt. De mor-
talibus ſemper ſermo, nam diuinæ naturæ conuenit,
non ſolum vt citra omnem nutritionem, munus ſuum
intelligendi cognoſcendiq́; obeat, ſed etiam ſine reli-
quis virtutibus aīæ vel præſtantioribus, Ita patet mani
feſte vegetalem in iis, quæ gignuntur è terra, à reliquis
aīæ poteſtatibus ſeiugari vtpote quæ oculis quoq; cer
16 natur in plantis ſola ex omnibus facultatibus aīę. Viuit
ergo per hanc id oē quod viuit. Animal vero primum
per animam ſentientem conſtituitur aīal. Atq; hoc adeo
omnibus ineſt commune, vt etiam animalia illa, quæ
ſede ſtabili degunt, nec loco mouentur, habeant tñ
quandam agnitionem & ſenſum, vt conchæ, ſiue ea me
diam inter frutices & animalia naturam obtinere dicā-
tur, ſiue animalia nuncupentur. Senſuum primus ineſt
animalibus tactus: & quemadmodum nutriens vis po-
teſt à ſentiente abſolui, ita & tactus poteſt à reliquis ſen
ſibus. Ineſt is omnibus animalibus, etiam iis, quæ am- 17
bigant. i. quæ mediam naturam inter animalia, & fruti-
ces habeant. Quæ ſit autem, ratio atq; cā, quamobrem 18
vegetalis à ſenſuali, & tactus à cæteris ſenſibus ſeparari
queant, indicabitur poſt. Plane vis ipſa nominum, qui-
bus vtimur, edocet, adiuncto & adhibito ſenſu nō eſſe
amplius id fruticem, ſed aīal oportere. Ac viuere qui-
dem vtrunq; dicitur, tum frutex, tum animal, quia ſe nu
triunt alias eſſe vtrunq; non dicitur, quia nec vtrunque
ſentit: quo fit vt hoc qđ habet ſenſum aīal, illud quod
non habet fruticem appellemus. Viuit aūt vtrunq; per
animam non vt quidam arbitrantur, qui ſolum nomē
vitę commune duobus illis credunt: quaſi frutices na-
tura vtantur animalia aīa. Nam ſi nutriri & augeri ad
naturam non ad animam pertinet alterum duorum eſt
concedēdum: aut nos non viuere quoties nō ſentimus,
aut duas nobis vitas ineſſe. Quorum vtrunq; abſurdū
& obtuſum dictum eſt. Item complura ſunt ea, quæ
quanquam vtantur natura, quia mouentur, qualia ſunt
elementa, non tñ viuere vlla ratione defendi poſſunt.
Quare non eo viuūt aīantes, ꝙ nā vtantur, ſed quod ani
ma & parte anima obuia primaq́;, id eſt, vegetabili &
nutrice. Agendum quomodo congruit gignendi vim
eſſe animæ partem concedere potentiam, cuius finis &
opus genitura ſit, in plantis non concedere animam eſ-
ſe, ſed naturam? Quare oportet plantas & frutices, qa
partem animæ poſsident, viuentes & animantes fate-
ri, animalia eſſe non fateri. Neq; huius tamen diſcrimi
nis ratio aliqua quærenda eſt, cur animalia non dican-
tur, ſed animata. Conſuetudinem loquendi cōem pro-
bare oportet, cui pro ratione vſus eſt, collibitum ita vi
uere frutices animatosq; eſſe nō animalia dicere. Alio-
quin neq; qui currit, omnis continuo curſor vocatur,
neq; qui periclitatus ſemel lucta eſt dicitur pugil. Sed
hac nominum forma cēſentur ij, qui artium aliquarum
apicem tenent, lōga & diligenti exercitatione perfectū.
Quapropter & Ariſto. mediam rationem quandam ſe-
cutus, animata frutices non animalia nuncupauit: quę
Plato confunderet, Stoici neq; animata, neq; animalia
faterentur. Nec videtur opus longiore aſtructu addi-
cendo primas poteſtates vegetabilem ſcilicet & ſenſibi
lem, per quas animata hæc, animalia hæc probentur
actus eſſe corporis organici naturalis.

[a] *Tribus modis, ait Philoponus, aliquid eſſe manifeſtius dicimus: primo modo ꝙ res ſit nobis notius eſt quàm propter quid res eſt: ſecundo ſicuti in phyſicis etiam dictum eſt, quod uſius confuſiusúe eſt, notius eſt particulari & diſtō: tertio uero quod prius nobis quidem eſt, natura aūt poſterius: quemadmodum quæ magis compoſita ſunt, nobis ſunt, magis perſpecta ꝙ ſimpliciora, quæ tñ natura priora ſunt. Quodſi recte uelimus animaduertere, facile conſpiciemus Ariſto omnibus his modis eſſe uſum, nam prius quot ſit docuit, deinde uero quamobrem ſit. Primo .n. ꝙ entelechia ſit, expoſuit: deinde uero quonam pacto ſit entelechia, quid faciens, quo etiam modo perfectionem corpori afferat: ex confuſius quoq; cōteribus ad ea quę magis diſtincta & particularia tranſit. Tertio etiā à poſtremis quæ tamē ſunt nobis magis comperta, ad ea quæ natura ſunt & priora & honoratiora progreditur.*

An definitio animæ communis ad intellectum, & vim motricem pertineat. Cap. IX.

VErumenimuero poſtquam alię aliæq́; vires & ope 19
ra habentur, quorum animam eſſe originem eſt
neceſſe,

neceſſe,appetendi,intelligendi,ingrediendi,inueſtigan
dum id puto,an & ptãtes hę ſimili rõne oẽs,an non oẽs:
ſed aliquæ actus corporis ſint. Atq; hoc cõmodiſsime
explicabitur,ſi declarata prius ea qõ fuerit,vtrum facul
tates illæ ſeorſum aïæ ſint,an partes aïę potius:& ſi par-
tes aïæ,vtrum ita partes,vt rõne ſola an etiã vt locis di-
ſcluſæ abiunctæq; habeantur. Sunt enim ex iis aliquæ,
quas non ſit difficile contueri rõne cogitationeq́;, non
locis habitaculisq́; ſecerni. Primum vix altrix, auctrix,
genitrix,neq; in aïali,neq; multo minus in plantis abſo
lutæ aut diſtinctæ certis membris videntur,ſed ſimulto
to in corpore aïantium æquabiliter ſuſæ ĩnexæq́; ope-
rantur.Atq; hoc negari non poteſt,quum anullas viue-
re non nullas earum conſtet, quia quamuis aïæ in ſingu
lis ſingulæ actu contineantur,plures tñ potentia eſſe no
ſcuntur. Deinde ſenſualem difficile eſt loco diſpeſcere
à motrice.Simul.n.veſtigium vllum eſt ſenſus,rõ motus
ſtatim emergit, id quod quum de inſectis loqueremur
priore libro meminimus, nã vtrunq; fruſtellum & ſen-
ſum retentat,& motum exercet.Quod ſi ſenſum & mo
tum in illis concedimus,profecto viſiones dabimus, &
per hæc dolorem & voluptatẽ, proindeq́; & deſideria.
Quo fit,vt qđ diximus facile in iis ſit videre,quẽadmo
dum poteſtates illæ non locis,ſed rõne cogitationeq́;
inuicem abſoluantur.Quorum.n.euenta exitusq́; diuer
ſos eſſe conſpicimus,ipſa quoq; inter ſe diuerſa eſſe ne-
21 ceſſe eſt.At per intercapedines regionum diuellere illas
aut dirimere penitus impoſsibile eſt.De [a] ĩtellectu vero
& vi ea quæ cõmentatur & cogitat,nondum liquet, qd
22 probandum aut ſentiendum ſit. Cæterũ videtur aliud
quoddã aïæ genus eſſe,ſolumq́; hoc abſtrahi & ſeparari
23 contingere,tanq̃ ſempiternum à caduco.Prima igr̃ dif-
ferentia hęc põt aïalium colligi,aliis vt oẽs in eſſe aïę po
teſtates probemus,aliis vt plures, quibuſdã pauciores,
nõnullis vnam duntaxat. Atq; hęc poſtrema non aïa-
lia proprie, ſed aïata viuaq́; nuncupantur. Altera dr̃ia
eſt, vt virium illarum alias magis fixas eſſe,alias minus
hęrere dicamus. Verum de hoc poſterius.

*[a] Dixit Ariſt.quonam modo plereq; uires aïæ ſe habeant,
facile eſt contueri: quædam tñ non ſine dubõne ſunt: hanc Po
ſtremam partem in intellm̃ referunt Alexan.Them.& Phil.
Attamẽ Simpl.non ob intellm̃ aſſeuerat dixiſſe,utpote qui pa
lam protulerat prius nulli cum corpori hærere, & inferius
ſubiungit nondum eſſe manifeſtam quæ ſpeculatiuam uirtutẽ
ſpectant: ea de cã,quia nondum ad perfectam ſpeculationem
eius non deuenerat. Eſſe tamen ait genus animæ alterũ,quod
ſeparari ab aliis poteſt,ueluti ſempiternum à caduco. Ea aũt
quæ dubitatione non carent ſunt ſenſus quatuor, uiſus.ſ.au-
ditus,& guſtus, ob id quia certis utuntur organis: cæteræ
uero uirtutes cum promiſcue ubique reperiantur, dubõnem
nullam habent quo ſubiecto non ſeparentur.*

*Per animam & corpus viuere animalia, ſed per animam
primum,nec per quodlibet corpus, ſed per certum
& diſpoſitum. Cap. X.*

24 NVnc ex iis quæ dicta ſunt, illud tractemus. Di-
ctum eſt aïatum ab inaïato vita ſecerni aïal à nõ
aïali,ſenſu.Igiť id quo viuimus, & quo ſentimus
biſidum eſt, eodem modo quo biſidum eſt id, quo ſcij
ac ſcientes ſumus ſcientia videlicet atq; aïa.Duo ſunt ẽt
per quæ valentes ſumus,ſanitas atq; corpus,quorum al
terum eſt id in quod recipitur,alterum id quod recipiť.
Item alterum eſt materia, alterum forma. Primo igitur
per ſciam ſciẽtes ſumus,quia per hanc ſcire aïo dicimur:
& valentes primo per ſanitatem ſumus, quia per illam
corpore incolumes & valentes ſumus. Quum ergo &
per aïam primo viuamus,& per aïam primo ſentiamus,
neceſſe eſt aïam primã eſſe viuenti cãm̃,non vt ſubiam
aut materiam,ſed vt actum quendã atq; perfectionem.
Quemadmodum.n.in iis,quę ſupra attulimus exẽplis,
ſcientia & valetudo forma quędam & rõ, & ſpecies, &
actus ſunt vtriuſq; ſubiĩ, & eius quod ſcire põt, & eius
quod valere:ita in animantibus de anima pronuncian-
dum eſt:Quamuis ſcientia & valentia, & cætera id ge-
nus, deforis & aliũde quærantur,hoc eſt per doctorem
aut exercitatorem,tñ nihil agiť, niſi ea res quæ aliquid
agit patiturq́;,idonea ad id parataq́; fuerit.i.niſi obno-
xiam & morigeram vim per naturam ad ferendũ illud,
& quaſi patiendum habuerit, quod in libris de natura
monſtrauimus.Quo fit vt aïam in corpore, vt formam
in materia eſſe neceſſe ſit. Nam quum tria ſint ſubæ ge- 25
nera, (ſæpius.n.de cõpoſito idem exulcero, veritus ne-
quid mente,aut auribus elabatur) materia, forma,con
cretum:materia potentia eſt,forma actus,qđ ex vtroq;
conſtat iam hoc aliquid,& ſumma,& vniuerſum totũq́;
appellatur. Quum autem aïatum ex vtroq; conſletur,
nequaquam fieri poteſt, vt animal ſubiectum ſit corpo
ris, cum aïæ ſubiectum eſſe corpus neceſſe eſt. Quam- 26
obrem recte iis dr̃,quibus aïa neq; corpus eſſe, neq; ci-
tra corpus videtur. Tametſi.n.aïa non eſt corpus tñ ali-
quid corporis eſt, qa in corpore naturali atq; organico
ſedet,non (vt veteres quidam putabant) temerario &
fortuito,aut quocunq; vſu rõneúe comparato (nuſquã
enim recipi quicquã in quicque,vt fors tulit,viſum eſt,
qñ neq; lapides ingenij vocalis, neq; frutices diſciplinæ
ſunt capaces ſed ſua quique rõ & temperamentum cõ-
ſtat,vti quælibet aïa cuilibet corpori cõſentanea eſſe nõ
poſsit) ſed inſtructo atq; ita diſpoſito,vt ptãtes aïę in il-
lud receptæ vſus ſuos q̃ cõmodiſsime poſsint præſtare.
Apparere.n.tum ad ſuum cuiuſq; ambitũ ætatis vitęq́;
accõmodata & formata eſſe animalium corpora faber-
rimo artificio, tum ad præbendas aïæ functiones aper-
tiſsime & lautiſsime conſtituta. In iis & materiã cõem
& proximam pro modo formarũ natura ſingulis datam,
adiunctamq́; viſitari. Proinde aïali naturale corpus &
organicum in cõe attributum eſt,ſingulatim talibus ta-
lia. Iam perſpicuum eſſe arbitror,aïam actum & rõnem
eſſe corporis potentia obtinentis vitam.

*Omnibus animalibus tactum ineſſe & appetitionem
aliquam:item ex quibus rebus omnia nu-
triantur. Cap. XI.*

POteſtates animæ in quibuſdam habentur oẽs, vt 27
diximus,in aliis plures,in aliis vna. Atq; ita rurſus
ab initio repetendũ puto.Potẽtias hactenus quin-
que attingimus, altricem, ſenſibilẽ, appetitus, promo-
tricem, rõnalem.Fructicibus ineſt altrix,aïalibus ſenſi-
bilis,q̃ neceſſario appetitus & deſideria comitãtur. Eſt
aũt appetitio [a] multiplex,iracundia,cupiditas,& volun-
tas.Neq; hoc dico vniuerſa hæc ineſſe oï ſentiendi,quia
ſentiunt plurima,quibus & iracundia, & volũtas deſit,
ita vt iis ſolius cupiditatis tenue veſtigium relinquatur.
Cęterum aïalia quæ ſenſu aliquo vacant,neceſſe eſt par
te quoq; aliqua appetitus vacent.Plane quemadmodũ
imperfectis aïalibus ſola tangendi vis data eſt qui ſen-
ſus abiectiſsimus atq; infimus oïum intelligitur, ita ex
toto illo appetendi ambitu ſola cupedia & titillatio ad-
iuncta eſt,tãquã ignobiliſsimus & cõïſsimus affectus.
Nam quum de oïbus rebus ſub ſe cadentibus iudicium

ſenſus ferant,ſi ſalutares & conuenientes occurrunt,ſe-
quitur allubentia: ſin contrariæ & alienæ faſtidiũ ægri-
tudoq́;.Allubentiam ſequitur illectatio:faſtidium,auer
28 ſio,fugaq́;.Imperfecta aũt aïalia ſenſum habent cibi,in
quo loco guſtus vtuntur tactu : nam ſiccis, calidis, hu-
midis, frigidis oïa viua ſine dubio neſcimur, aleſcimur
aleſcimusq́;:atq; ſenſus quo hæc noſcuntur , eſt tactus
Has qualitates quum tãgunt aïalia imperfecta, ſentiunt
non in eo modo ꝙ contingibiles.ſed in eo quoq; ꝙ gu
ſtabiles ſunt.Ita fit vt conuenientes ſibi concilient , ap-
petantq́; , aliena reiectent ac fugiant:harũ deſiderio te-
neantur,has ſciſcant,illas quantum poſſunt repellant,
illas abhominentur & vitent. Atq; hoc in oſtreis liqui-
do cernere eſt. Illud qd diximus,non eſt admodũ obſcu
rũ videre quemadmodũ ex calore humoreq́;, iiſq́; ad-
uerſis duabus qualitatibus præcipuum alimentum con
ſtet. Hoc.n.fines ipſi famis & ſitis latiſsime aptiſsimeq́;
demrãt:nam fames ſicci & calidi appetitio eſt,ſitis fri-
gidi & humidi. Si qua vero alia ſint,quę in cibo appetat
impotens gula,ex accñti & ſuperfluo appetuntur.Quid
.n.ad alimentum vocabitas,quid picturæ,quid ſcitamẽ-
ta,quid olacitas conferat? niſi ꝙ ad cõmentationem cõ-
dimentumq́; adhibẽtur? quanq̃ de his proceſſu clarius.
29 Nunc illud præfiniſſe & admonuiſſe ſit ſatis, aïalia quę
tactum hñt,ſuum quoq; appetitũ habere. An aũt & viſa
concipiant.i.imaginentur,diſſerendum olim eſt,ac pfe-
ctiora quidẽ præter hæc progrediendi quoq; ſeu ingre
diendi vim obtinẽt. E quibus aliqua intelligẽtia quoq;
& rõne ſunt prædita,vt hõ,& ſi quod aïal hoïe præſtan
tius eſſe põt. Nondum.n.ad eum locum cõmentatione
nr̃a peruenimus , vt id quæri poſſet , vtrum aliæ quoq;
naturæ aïalium habeantur,in quibus vna cum intelligẽ
tia vires quoq;,& poteſtates aliæ ſint coniunctæ.

[a] *Appetitus & cupiditas,ait Philopo.homonyma, hoc eſt æquiuoca ſunt : appetitus.n.quandoq; rõiori quadam acceptione tria illa comprehendit, qñq; preſſr magis accipitur, ut tñmodo naturales motus ſignificat , & contra rõnem diſtinguit:eodem etiam pacto cupiditas quandoq; rõne quadam rõi ea tria ſignificat, quandoq; diuiditur contra iram & rõnem.*

Ordo potentiarum animæ, & differentia definitionum , quæ per notiones cognominis , & quæ per eſſentiam conſtituuntur . Item ſingulas definitiones accommodandas eſſe ad ſingulas animæ ſpecies. Cap. XII.

30 SAnè videri põt quemadmodum ſeries quædam &
textura in figuris geometris cernitur ita cerni gra-
dus quoſdam & ordines in facultatibus & viribus
aïæ. Vt.n.figurarum illarum cõe genus afferri non põt,
neq; natura vna quę in oïbus ęquabiliter ſit fuſa:ita nec
ptãtum aïæ põt.[a] Ea nanq; quæ ita inter ſe hñt,vt priora
hæc, poſteriora ſint illa,quanquã cõem aliquã notionẽ
hñt,quę de iis dicat̃,fieri tñ nequit , vt illa aut genus ſit,
aut natura vna,ita vt ſine iis intelligi ſeorſum poſſit de
quibus indicatur diciturúe,Quamobrem hmõi defini-
tiones admonitionem potius quãdam & enumeratio-
nem continent,quàm ſimplicem & gñalem aliquã rõ-
nem oſtendãt,qualis eſt figuræ definitio, qualis [b] eſt ꝓ
põnis. Atq; hoc inde maniſeſte liquet,ꝙ nulla huiuſmo
di definitio ſpẽbus aut membris penitus congruere aut
accõmodari vr̃. Veruntamen quanquam fere plurima
hoc genere finiant̃,non tñ deterrere id quenquã debet:
ſed qualeſcunq; ſunt,quia rerum naturã ſequunt̃ , pro-
bandæ recipiendæq́; ſunt. Quemadmodũ igr̃ definitio
figuræ tametſi oẽs figuras cõplectatur,nulli tñ propria
eſſe põt,ita & definitio aïę quã modo reddidimus,quã-
uis oẽs aïæ potentias ambiat, nulli tñ priuatim aut pro-
priæ competit. Alioquin repudiata definitione hac diſ-
ficilis inuentu erit altera,ęque ad iſtam rõnem idonea.
Siue.n.ex motu agitatuq́; definitionem animæ munias,
ſiue ex ſenſu cognitioneq́;, truncam illam & defectam
afferre videberis , ꝙ altera ſolã vim mouẽtẽ amplectit̃,
altera ſolam ſentientem agnoſcit. Porrò non eo inficias
rem perridiculam videri,ita in pſita verſari, vt ex iis quę
ſimiliora homonymis.i.cognominibus,quam generibꝰ
ſint,cõem aliquam definitionem ſarcias , quæ nulli rei
ſit propria,de qua vox illa cõis dicatur,quæ que indiui-
duis ſpẽbus adiuncta naturã earum docere aut explica-
re non poſſit,ſed æque in oẽs de longinquo cõueniat,ſi
modo ſpẽs appellare fas eſt,quarum nulla natura perſpi
citur cõis. Verum quãquam hoc non debemus eſſe cõ-
tenti,vtcunq; tñ ab re non fuerit cõem illam definitio-
nem prompſiſſe. Vt.n.numeros oẽs nõ habeat , nec vni
uerſam aïę vim perfecte cõtineat,nulla tñ aut cõior hac,
aut accõmodatior põt afferri. Quamobrẽ illo gñe quo 31
figuræ añtes in conſequentibus claudunt̃,& quo in nu-
meris maioribus minores(exempli cã. Quadrangulæ in
triangulis & in binario vnitas)eodem vr̃ in ſenſu conti-
neri quod nutrit,in appetitu quod ſentit Et de aïa qui-
dem hactenus pingui Minerua . Quod ſi accuratius &
ſubtilius rationem exegeris , ſingularis peculiariſque in
quamque aïam finitio flectẽda , de communi illa eſt
hunc in modum. Quid eſt vegetalis? rñdendum: Actus
corporis ad cibariam functionem organici . Ab hac ad 32
alias ſubeundum eſt ordine, vt ita finiendis prſtantio-
ribus imperfectiores inferioresq́, aſciſcantur , vſq; dum
ad poſtremam & nobiliſsimam aſcendamus. Ea eſt rõ-
nalis quæ quãq̃ vltima ortu eſt,tñ ptãte & dignitate co-
gnoſcit̃ princeps. Illuc ꝓgreſſa nã mortalis receptui ca-
nit,nec ꝓcedit vltra. Quibus aũt vis hæc rõnalis cõceſſa
eſt,(de mortalibus ſemper loquor)iidem cęteræ quoq;
aïæ facultates tanquã ſatellites & miniſtrę rõnis cõceſſę.
Non ſic è diuerſo , imo ſunt aïantes quibus etiamnum
vis ipſa imaginandi negata eſt : quædam ſola ac viuunt,
vt bruta,quæ ſint è perfectioribus , At mẽs qua cogita-
mus & ſapimus, non vr̃ cum aliis viribus cõem rõnem
inire:neq;.n.potentia aut pars aïæ eſſe põt vt cęteræ,ſed
ſuba quædã intelligit̃ lõge præclarior,melior,pulchrior,
quæ tñ in naturam inferiorem ignobilioremq́, ſe incer
ta receptaq́; ſit . Prorſus ex iis quæ cõmemorata ſunt,
apertum eſt definitionem quæ ſeorſum ad ſingulas aïæ
ptãtes refertur,accõmodatiorem eſſe:quam eã quæ de
notione aliqua communi & promiſcua ſumitur .

[a] *At uero ſi aïa quæ rei uiuentis perfectio & forma eſt, communis & uniuoca non eſt his de quibus prædicatur: forma uero rei eſt,quod quid erat eſſe quod definitione declaratur,qui fieri põt ut uiuum animam uel ente eorum definitionem prædicetur uniuoce?*

[b] *Definitio ergo poſitionis uniuoca nõ eſt,iuxta Themiſt. qui in hoc uidetur inſequi Alexandrum*

In definitionibus particularibus à rebus ſubiectis incipiendum. Cap. XIII.

VT vero oïs hæc perceptio diligentiſsime abſol- 33
uatur,neceſſe eſt primum ſuam cuiuſq; potentię
eſſentiam & definitionem excipere , dein ita de
proximis ſiue attinentibus quærere Proxima & attinen
tia vocamus ea,quę ſua cuiq; ptãti per ſe inſunt. Cæterũ
ſi defi-

ſi definitiones hmôi reddendæ ſunt, vt quid ſit intelſs,
quid ſenſus,quid vis nutrix, priore loco declarandum
videtur,quid [a] ſit intelligere, quid ſentire,quia priores
euidẽtioreſq́; nobis actus & exitus ptãtem ſunt,q̃ ptãtes
ipſæ.Primum.n.gerimus aliquid deinde ex momentis
geſtorum intelligimus quales & quantę ſint vires in no-
bis, quarum opera geſtiones illæ prouenerint. Quam-
obrem nãm potentiarum neceſſe eſt ex operibus dige-
ri,atq; conſtitui, quia extremum & finis potentiarũ eſt
opus. Neq; moueri debemus, ꝙ naturæ quidem exiſti-
matione actus poſteriores eſſe potentiis videãtur, quũ
via & rõ cognoſcendi alia nobis,alia naturę conueniat.
Sed qm̃ ita compertum natura eſt, vt ſuæ ſingulis parti
bus ſubtæ res ſint,quæ ſub potentias cadãt, nec oẽs oĩ-
bus congruant, ſed viſus circa materiam viſilem verſe-
tur,auditus circa vocalem,quæ & nſum habẽt inter ſe
maxime neceſſariũ,erit prius,vt de illis ipſis incidẽtibus
rebus q̃ vt de operibus & potentis diſſeramus, quia vi-
delicet hęc quoq; notiora nobis q̃ opera ſunt.igiẽ anteq̃
doceamus quid ſit intelligere, quid ſit ſentire, quid alij,
ſcrutandum eſt,quæ res intellm extimulent,quæ res ſen
ſum incurrant,quibus rebus alamur:ac ſenſilia quidem
& alimẽta non mõ ptãibus ipſis ſentiendi nutriendióq;,
ſed ẽt operibus earum atq; actibus magis perſpicua no
bis ſunt,vtpote quas in propatulo habeant, & quaſi ex-
poſita ſenſibus ſint:opa vero multoq; iis magis faculta
tes ipſa rõ & cogitatio deprendat. Quanq̃ illud quidem
facile demrãtu non eſt, vtrũ res quæ ſubiectæ ſunt men
ti,eoq́; intelligibiles appellantur,priores ſunt q̃ intellige
re. Verum hoc quoq; explicabitur in loco. Nunc placet
Ariſtotelis ordinem ac ſeriem promere.

[a] *Ea quæ per ſe inſunt,hoc eſt,accidentia per ſe, quæ poſt exceptionem definitionis & eſſentiæ ſunt, quærenda ſunt non ea quæ comperta ſunt & manifeſta,nam nec utilia ſunt ad de-finitionem inueniendam: ſed ea quæ obſcura ſunt & occulta, hæc enim ab inuentione ſubſtantiæ feruntur, ait Philop.*

Initium præceptioni declarationiſque partium animæ, item omnia deſiderio immortalitatis teneri item duplicem haberi finem. Cap. XIIII.

34 AGgrediamur itaq; ad primam & cõiſſimam aĩę
vim,item ad munera eius,circa quam verſatur,
ab hac initium ſumendum. Cõiſſima eſt, quam
tota aĩans natura participat, Altrix aĩa, de qua primum
naſciĩ & proficiſcitur vita. Huius tria ſunt opera, alere,
augere,ſimile, ſibi gignere. Poſtremũ hoc, finis duorũ
eſt, qđ & viuis oĩbus, ſi defecta aut deprauata non ſint:
itẽ ſi non ſpontino ortu,aut opificio aliquo genita,ma-
xime conueniens naturaleq́; eſt. Nihil.n.æque natura
inſitũ habetur,quã aliud quare ipm̃ eſt parere, vt aĩans
aiantem frutex fruticem procreet,procreãdo perẽnet,
perẽnando diuinæ naturę particeps fiat,cuius deſiderio
tenentur oĩa,quantum cuiq; eſt ſatis eiuſq́; gratia quæ
natura ſint,agunt quicquid agunt,ita volente & poſtu-
lante natura. Duplex aũt eſt id quod ſub noie hoc,cuius
35 gratia notari volumus,tũ id quo itur,tum id cui itur. Vt
enim in mortalibus bifariam finis diuiditur, vt primus
felicitas habeatur,quo oẽs laboramus & tẽdimus:alter,
vt nos ipſi & ſibi quiſq;,cui felicitas optatur & quęritur:
idem biuiũ finis in medicina conſpicitur. Eſt ibi ſanitas
tanquã id quo pergitur, & cuius cã adhibitus & accer-
ſitus medicus eſt:eſt & ęgrotus, vt is cui paranda eſt re-
ſtituendaq́; ſanitas:ita in rerum natura duplicem eſſe fi-
nem fateri oportet, vt diuina illa ſempiternaq́; rõ,quã
appeti ab oĩ re diximus, ſit ſummũ id quo res collimãt
oẽs,& cuius cã inſtituunt oĩa. Aians vero id quod gene
raſcit & gignitur, ſit id cui & ad cuius vſum ilthæc æter
nitas comparari pertinereq́; videatur. Nititur.n.ex ſum
mis viribus natura, vt ſe ad effigiem quandam & ima-
ginem imortalitatis & diuinitatis componat. Atque in
hanc curam & quantum põt, & qua rõne põt, ſemper
incumbit. Poteſt aũt vno tm̃ genere,quod in propaga-
tione ſubrogationeq́; ſobolis continet,vt qñ nullum ca
ducum atq; diſſipabile idem numero ſubſiſtere & ob-
manere ſemper põt,ortu vicario mortalitati ſuccurrat.
Qua igitur põt,ea proſequicque id agit, vt particulam
ſibi diuinitatis carpat:cæterũ quædam amplius,quædã
partius videntur attingere. Magis [a] attingunt, quorum
perpes accenſus nulla diuulſione,aut interiectione con
funditur. Minus attingunt certa aĩalium genera,quę ſta
tis & deſcriptis temporibus modo cõparent modo,pe-
nitus abolentur. Rurſus quæ renaſcuntur & prodeunt.
Non ergo quicquam ipſum ꝑpetuo ſtat,ſed viuit ac ꝓ-
longat euum in ſimili. Nec idem numero cernitur,ſed
ſpẽ tanquã ſubcenturiante reficienteq́; aliud ex alio,ſem
per natura, & naſcentiũ ſorte obitorum ſedes explẽre.

[a] *Vel magis & minus dixit Ariſto. ait Philo.reſpicies nõ quidem temporis protractionem, (nã eo modo multa anima-lia irrationalia magis participarent quam homo:) ſed quali-tatem participationis, quemadmodum non eodem modo ſolis ſplẽdorem animal quodlibet poteſt ſuſcipere: aliter.n.aquila, aliter homo, & aliter veſpertilio.*

Animam eſſe animanti cauſam triplici genere: item contra Empedoclem & alios qui cauſam augmenti, aut elementa, aut ex elementis ignem conſtituebant Cap. XV.

ESt aũt anima viuentis corporis origo, cã, princi- 36
pium, Et quum multis modis principium ſiue cã
accipiãtur, vt in inſtitutione noſtra de principiis
naturæ docuimus, certum eſt aiam triplici genere cãm
eſſe corporis oportere. Primum, vt id à quo motus effi-
cit. Deinde, vt id cuius gratia effectum eſt aĩal. Poſtre- 37
mo, vt id quod formam & ſpẽm aĩali exhibet. Ac cãm
quidem vnde motus veniat aĩam eſſe in prõptu fuerit
diſcere. Si.n.genera motuum ſingillatim percenſueris,
reperies ea referri ad aĩam poſſe. Primum localẽ,quã-
quam hic non oĩbus eſſe cõis. Deinde alterationẽ quæ
ſentiendo fit, (Fit.n.proculdubio quædam quaſi alte
ratio,qnũ ſentimus:nulla aũt res ſenſu viget,quę careat
aĩa.) Præterea auctionẽ, quia nihil per naturam auge-
tur,quod non alatur,nihil alitur quod cõſors vitæ non 38
ſit. Nam Emped.qui cãm augmenti non animæ tribuit
ſed elẽtis,facile cõuictus eſt: Fructices, inquit ille, deor
ſum radices agũt,icc irco ꝙ terra deorſum ſuopte nutu
fertur ac pondere,eodemq́; quicquid maxime eſt ter-
roſum. E diuerſo rami ſupra capeſcunt,quia ignis in cęle
ſtem locum per naturam effertur:pari rõne ea quæ igni
eſſent. Verum ille de ſuperno inferno q́; ſitu minus recte
conſtituit, quia regiones illæ non oĩbus eædem pro-
bantur,nobis quidẽ tametſi eædem rñdent,quæ & mun
do,planctis tñ ſatis contraria & aduerſa rõne habentur.
Qui.n.locus mundo infimus eſt ſummus efficitur plan
ctę:nam quod animali caput eſt,hoc radix ex plãctę. Si
enim ex officiis cognoſcit, diuerſa an eadẽ inſtrumẽta
aliqua ſint: quẽadmodum animalibus caput ſublimem
ſitũ obtinet,in quo & os,& reliquæ machinæ ad deuo
randũ & recipiendũ cibum viſuntur, ita plantis ſtirpes
directæ

directæ in ſuperiorem locum dicantur, vtpote per quas
39 exuggāt & ſuccum trahant è terra. Illud quoq; de Em-
pedocle eſt quærendum quæ nam ſit apud eum rō, qua
terra & ignis tam contraria elēta, & contrarios niſus ha
bentia contineri neceſſe ſit. Niſi.n.fortius & valentius
aliquid adſtituaſ, quo illa cohiberi coercerié; poſsint,
quis non intelligit futurum, vt diſsipata diuulſaq; con-
trariis motibus naturale locos peteſſant, & ad ſui ſimi-
lia penetrent? Profecto nihil aliud fuerit, quod hoc poſ-
ſit præſtare q̃ anima. Quòd ſi cōceſſerit, neceſſe eſt aug
menti quoq; & nutritionis cām fateatur aīam eſſe, non
elēta. Planè Empedo. vt dixi, hoc minus elētis con-
40 credit. Alij terram vnam de numero adimunt, ſed nām
a ignis efficacē eſſe ſolam ad oē crementum & indolen-
tiam arbitrantur, argumento ꝙ ignis elētorum vnus, &
augeri & nutriri maxime videatur, qua occaſione aug-
menti cām ad vim caloris, qui in aīantibus cōtineatur,
41 referunt. Verum non eſt ita, ſed ignem inſtrumentū po
tius, quā cām augmenti dicendum. Cā vero & princeps
eſt aīa, quæ opportunitate ignis, cōmoditateq; vtitur:
ac ignis quidem ſuopte natura amplitudine infinita grā
deſcat, & vſq; ex eo excreſcat, dū materia corripi apta
ſubſit. cōtra in iis quę per naturā conſtant, modus qui-
dā & exitus magnitudinis cernitur, habetq; cretio oīs
rōnem quandam & ambitum conſtitutum ac certum.
Conſtituere porro & rōnem adiungere non ad ignem,
ſed ad aīam pertinet, & formæ potius quàm materię mu
nus, ideſt, eoq; acceptum id referre ei debemus.

a *Non ignem iſti, ait Simpli. ſed ignis naturam, hoc eſt, formam quæ ignem definit, non veluti concauſam, ſed ſimplr & proprie cām nutritionis reddidere, ea uſi coniectura quòd ſolus è numero elātorum nutriatur. Quemadmodum.n. motus ſurſum uerſus cām eſſe dicimus formam ignis, pari etiam paſſu eandem eſſe cām nutritionis dicebant. Docet aūt Philo. cur ſolus ignis inter elēta credatur nutriri aitq; in cæteris euidēs eſſe, q, non niſi adiectione creſcit eorum magnitudo: aqua.n. aquæ, & terra terræ adiecta fit, & eorum unumquodq; maius. Compertum aūt oībus eſt non eo modo fieri nutritionem uel auctionem: Ignis uero excreſcit non ignis adiectione, ſed materiæ diſſimilis, q̃ propria potentiā in ſuam conuertit ſubſtantiā: quo modo proprie uidetur fieri auctio in aīatis rebus.*

De vi animæ altricis, & de natura alimenti. Cap. XVI.

42 VErum ꝙ animæ eius quæ vegetandi vim habet,
rudimentum primum nutricatio eſt, abſolutio
partus & procreatio, videtur primum de eo qđ
primum.i. de nutrimento dicēdum: videtur.n. opus id,
43 per quod primum vis ea à reliquis differat. Ita placuit
quibuſdam contraria contrariis pro alimento eſſe: non
tñ oībus omnia, ſed ea tñ contraria, quæ cōmearent.i.
quæ in ſe viciſsim conuerterentur: nec modo hoc, ſed
quæ ſe mutuo augerent & alerent: ſunt.n. quædam res,
quæ viciſsim verti videntur, quæ tñ non alantur. Ex bo
na valetudine morbus creatur, retroq; ex hoc illa reci-
procat: ex candido quis nigreſcit, & ex nigro candeſcit:
non tñ morbus valetudine, nec color colore veſcitur.
Sunt aūt quædam res quæ non ſolum in ſe vicibus tran-
ſeunt, ſed etiam aluntur in iis quæ tranſeunt: ignis.n. hu
mido & liquido paſcitur. Nam oleum ex aere & aqua
conſtat, quorū vtrunq; humectum eſt: præterea oībus
pinguibus & liquabilibus alitur, nō è conuerſo illa alun
tur igni. Eius rei rō eſt, quia quū ignis polleat forma, in
qua vis materiæ ſit, iuxta cā eſt, quamobrem formæ ali-
mento eſſe materiam, non materiæ formam dicamus.

In iis ergo quæ hoc mō aduerſa ſunt, quo ignis & aqua,
dicunt apparere contraria contrariis cibo eſſe. Atq; iis
quidem hoc placet. Sunt alij qui in contrarium diſceſſe- 44
rint, alij ſimile ſimili & augeri eodem mō vtiq; ſuas rō-
nes afferunt, quibus ea quæ probant, tueri & cōfirma-
re conētur. Sed illos prius obſecro audiſmus, qui putāt
contrariis ali contraria. Nihil inquiunt, pati ſimilia ſimi-
libus poſſunt, alimentum pati & conuerti oportet, (con
coctio.n. conuerſio eſt) oēm aūt conuerſionem in con-
trariā, ſiue intermediam qualitatem abire cōſtat: igitur
neceſſe eſt, vt alimonia ſe ex contraria natura ad ſimilē
conſerat mutetq;, ita vt rei quæ alita ſit accedat, quaſi
inexa cōnataq; videatur. Hoc aūt fieri nequaquā poſſe
incorrupto atq; integro alimento, ſed & agitari, & affici
prius oportuit, demum id quod erat pendere. Immutaſ 45
itaq; & alimentum ab alito, non alitū ab alimento: tra-
hit.n. ſuccum ad ſe vis inanimato inſita, deinde cōficit.
Sane quemadmodum faber cædit, non cæditur à ſylua
quam cædit, ita aīans cibum cōminuit & conuertit, nec
idem retro perpetitur. Quod ſi quis contendat corpus
quoq; quum alitur immutatum & affectum videri, vi-
cerit, dum fateatur aliud genus hoc ab illo imutationis
eſſe. Nam quum aīans alimētum molit aut coquit, quē-
admodū & faber quum materiam cędit aut expolit, q̃ſi
de ocio in negocium ſe dant, atq; ita immutari vīr.
His ſe rōnibus muniunt, qui contraria veſci & nutriri
contrariis volunt. Qui vero ſimilia ſiſibus putāt breui-
ter ſic. Nō alit (inquiūt) cibus, niſi vertaſ atq; eat in cor
pus, cui & coaleſcat, contraria contrariis coaleſcere nō
pñt, ſed ſimilia ſimilibus. Hæc vtriq; pro ſe quique ad-
ducūt. At nos ſi illi vt arbitros cognitoresq; adeāt, pri-
mum illud ſciſcitabimur, vtrum credant alimenū dici
id, quod ad finem accedit & coit cū corpore, an qđ ini
tio admouetur ad os, vt mox edatur aut condaſ in cor-
pus, hoc eſt vtrum panem, an ſanguinem in quē ſe panis
abliguritus vertit? Ac panis quidem primū incoctūq;
alimentum eſt, ſanguis ſummum & nouiſsimum. Sed
video quid reſponſuri ſint nobis. Dicēt hi ſe panem, illi
ſanguinem credere. Suæ vtriq; ſententiæ conſentiēter
nobis rō media placet, vtrunq; dici alimentū poſſe cen
ſemus, ita tñ vt hoc crudum inconfectumq;, hoc con-
coctū & digeſtū dicaſ. Ita euenit vt parte aliqua vtriq;
recte viderint: quatenus.n. rude crudūq; eſt, veriſsime
dici a pōt contrariis ali contraria. Contra quatenus pro
confecto & verſo accipitur, fateri b neceſſe eſt ſiīa eſſe
eſui & cibo ſimilibus: ex quo facile intelligiſ, qui alterū
tm̃ defendant parte veros, parte falſos futuros eos, qui
vtrunq; ſecantur veriſsimos fore. Cæterum ſi nihil ali- 46
tur ꝙ non ſit particeps vitæ, concedendum eſt ſolum id
qđ aīatum, ſi qua aīatum eſt, nutriri aliq; oportere. Dixi
qua aīstum eſt, quia nihil iccirco nutritur, quia albū ni-
grumúe ſit, ſed quia poſsidet aīam, eoq; alimentum ad
aīantem naturam, nō ad aliquod eius accidēs pertinet.

a *Exponit Simplic. quonam pacto ſit audiendum alimentum eſſe ei quod alitur cōtrarium, non.n. uti forma eſt formæ contraria: nam & alimentum & id quod nutritur ſubſtantiæ ſunt: ſed quia alimento annexa eſt eius quod alitur priuatio, potentia.n. eſt ipſum alitum: ſunt igitur cōtraria ut forma & priuatio.* b *Philop. dubiōnem mouet qui fieri poſſit, ut ultimum alimentum ſit ſiſe alito, & quærit quid ſit id quod ultimum alimentum appellamus: & niſi hoc affirmare uoluerimus carnem prius fieri, deinde accedere & cum corpore coire: (quod tñ eſt abſurdum, eſſet.n. hic nō auctio, ſed adiectio)*

niſi

niſi hoc inquã dixerimus, neceſſe eſt fateri quicquid fuerit id quod ultimum appellamus nutrimentum, eſſa contrarium ei quod nutritur, utpote quod ſit opus tranſmutari. Quod ſi id dixeris ultimum nutrimentum quod ſit iam factum ſimile, ui deris id non amplius eſſe nutrimentũ, ſed pars. Hanc dubõnem ſoluit Phus. (Ait ipſe) & ait quod caro quæ dum nutritur aĩal ſit dupliciter ſpectari poteſt, uel ſecundum ſe antequam cum corpora coierit, et nutrimentum tunc appellari põt: cum aũt perfecte coierit, unaq́; cũ toto cõſiderabitur, non amplius nutrimentum eſt, ſed pars eſt: de his tamen perfectius habitus eſt ſermo in libro de Generatione & corruptione.

Qua differentia ſit in altricem, auctricem, & procreatricem virtutem. Cap. XVII.

47 EſT aũt id quo nutrimur ab eo quo creſcimus non
ſubiecto, ſed ſola rõne & cogitatione diſtinctum.
Vtrunq;.n. opera cibi & alimenti conſequimur,
ſed diſcrimen in eo q̃ qua ſubãm ipſam ſarciendo con
ſeruat, alibile dicitur: qua vero acceſsionem amplitudi-
nis facit, auctificum vocatur. neq; ſemper tñ vtrunque
munus obit, ſed quanq̃ nullo tpe cõmittitur quamdiu
vita ſeruatur, vt non alat, interim tñ augere deſinit: nam
alimento opus eſt quoad prolongat & pertinet vita: au-
gmentum temperarium eſt, eiq́; exitus in ætate certus.
Ergo aĩatum quatenus hoc quicquam eſt hõ vel equus,
neceſſario alitur: quatenus vero viridi æuo eſt, aut pul-
laſter hactenus, adoleſcere augeriq́; oportet. Simul igi-
tur cõfirmatus & corroboratus annis vigor eſt qđ adul
tis fit, procumbit cretio, nec cibi præterea auctant, ſed
nutrire per totam vitam non ceſſant, adeo vt ad pro-
creationẽ quoq; ſobolis fœtifico lentore i. genitali ex-
cremẽto ſufficiant. Nihil.n. aliud virus illud ſeminariũ
eſt, q̃ ſedimentum quod ex vltimo alimento ſuperfluit:
quo fit vt corollarium hoc & tanquam auctarium cibi,
quo alimur, gignendis poſteris fomes & materia ſit. Ac
cibus quidem tum ad generationem, tum ad alienatio-
nem ſufficit: ſed intereſt, q̃ alterum in alito eſt, alterum
in eo qđ de alito naſcitur. Qui.n. poſsit gigni qđ alitur?
ſi tum quum alitur iam eſt, quod iam eſt gñari non põt?
48 Quũ igitur tria ſint vegetalis aĩæ officia, alterare, auge-
re, gignere: primum viuentibus maxime neceſſariũ eſt,
vtpote quod attingat eſſentiam, quę ſine hac ope teneri
& conſeruari non poſsit: è duobus reliquis alterum ad
magnitudinem inſtitutum, alterum ad prolem æden-
dam adiunctum. Ergo vis hæc aĩæ immortalitatis, & di
uinitatis ſtudio maxime tangitur, & quoad põt duobus
generibus ad id ſe accingit & comparat: vno, q̃ alendo
ſaluum aĩal vult: vno, q̃ gignendo poſteritatis curam
habet. Porro non poſsit aĩal conſiſtere, ſi ratio victualis
deſit, quia potentiæ eius quæ ſubãm tuetur, vſus eſſe ſine
materia & fomento non põt. Plane quemadmodum
tria ſunt munia poteſtatis huius, (vt dixi) ſic tria quoq;
49 in quibus verſetur tota, ſpectãtur. Primum id quod ali-
tur, deinde id quo alimur, poſtremo vis ea quæ alit. Alit
anima ipſa nutrix altrixq́;, alitur q̃ altricem animã ob-
tinet, alimur cibo. Atq; tria hæc haberi quoq; oportet,
vt conſtet procreatio. Cæterum perparum refert ani-
mam hãc nutricem an parentem appelles, niſi forte ho
neſtius & dignius ſit cognomentum à fine ſumi. Certe
finis is omni videtur eſſe, vt ſimile ſibi alterum dedat.
Quare fuerit nomenclatura probior ab ratione hac, q̃
pariat ſimile, q̃ ab ea q̃ tueatur iam partum: nam ad fi-
nem hunc ſe animal tueatur vt pariat.

De inſtrumentis concoquendi cibi. Cap. XVIII.

SVnt aũt duo quibus in nutricatione vtitur aĩa. Pri- 50
mum [a] vis aĩæ ipſa quę nutrit, deinde calor inſitus
innexusq́; corpori. Hęc aũt illæ differunt, q̃ anima
vim ſuam ipſa ex ſe confert, & tanquam de ſinu ſuo ꝓ-
mit, at colorem tanq̃ machinamentum quoddam ex-
trinſecus adhibet eumq́; inſidẽs inſtar gubernatoris in-
temperat. Nam & ille quanquam manu & clauo nauim
regit diſsimilis tñ ratio claui & manus in naui regẽda eſt.
Nam manu vt cohærẽte & cohalita, clauo vt extrinſe-
cus adiuncto atq; applicito vtitur. Ergo vis animæ mo
uet, ſed immota eſt calor ab anima accipit motũ, eoq;
alimentum conſumit & vertit alimentum, quemadmo
dum & nauis nihil mouet, ſed mouetur tñ & coquitur.
Etenim neceſſe eſt vt alimentum confici & peragi habi
le ſit. Nã cibus qui hoc pati non põt ineptumq́; eſt non
eſt alimentum vocandum. Concoctionẽ hanc natiuus
& intimus nobis & vernaculus calor facit, quem neceſ
ſario oẽs aĩantes habẽt. Satis pro loco dictum arbitror
de alimento, nam latius & diſquiſitius dicato ſeorſum
ope cõmentãdum eſt. Nũc illud ſufficiat ſciſſe vim aĩę,
quæ alumnet, tueri & ſaluũ ſacere actione ſua id cui in-
ſit, ſi præſto ſit quo alat: ſed nobiliſsimam & principẽ
duarum intelligi; qua animantes ſimile ſibi procreant.

[a] Them. inſecutus eſt hoc loco expõnem Alexan. Simpli. uero nõ eſſe hic audiendũ ait, per id quod alimur ipſam aĩam, quia exempla huic expõni repugnant: clauus. n. & temo, media ſunt & inſtrumenta inter aĩam ut mouentem, et nauim ut motam: ſed duo hæc, ait Simpl. ſunt calor & alimentum. Philopo. attamen refellit expõnem hanc quia alimentum dum nutrit non mouet, ut eſt ſuperius ab Ariſto. probatum.

De vi ſentiendi generatim, & ſenſum eſſe paſſionem quandam, item ſimile pati tum à ſimili, tum à diſſimili: item actionem & paſſionem genera eſſe comparatione motus. Cap. XIX.

HIs expoſitis, proximum eſt vt ſummatim de oĩ 51
ſenſu, deinde membratim de vno quoq; dica-
mus. Videtur ſenſus oĩs mouẽdo, & quaſi patien
do aliquit fieri. Liceat.n. hoc loco non exacta ad lineã
rõne moueri ſenſum patiq́; dicere, poſt docebimus quẽ
admodum accipiendum id ſit: nam quum oĩa quæ alte
raſcunt motum quendam & paſsionem accipiant, ſen-
ſus aũt extimulatus incidentium rerum formis neceſſa-
rio altercatur, cõfit vt moueri quoq; & vtcunq; pati di
catur. Demrãbitur aũt proceſſu qũo alteratio iſta atq;
paſsio tribuendæ ſint ſenſibus: nec.n. per ſe & proprie
tribuuntur. Nunc vero latiuſcule & craſsius noĩa hæc
vſurpare nõ ſit nobis fraudi, q̃n ſenſum alij à ſimilibus
alij à diſsimilibus pati ſerririq́; arbitrãtur. Quanq̃ in lib.
de gñone [a] & corruptione oſtenſum eſt vtrũq; vere ali-
quatenus dici poſſe, nec in ſenſibus mõ, ſed in reliquis
quoq; oĩbus, quæ pati aut plagam accipere videantur:
non tñ alienum eſſe à ſtudio præſenti videtur, de eadem
re hac quoq; parte cõmentari. Ergo quum id quod pa
titur potẽtia, ſit tale quale id quod facit actu, neceſſe eſt
vt ſimulac pfecte ac probe paſſum eſt, iam euadat actu
ſimile authori. at tum quum patitur, diſsimile ab eo di-
uerſumq́; ſit. Verum ſuſtineri tantiſper id velim, dũ ſuo
loco diligentiſsime diſſeratur, quemadmodum recte
perpeti ſenſus dicantur. Prius.n. eſt vt aliqua in medium
afferamus, quæ totam rõnem ſenſus in diſcrimen addu-
cunt, atque in dubium reuocant, eaq́; purgari & dilui
neceſſe ſit antequam in alia diuertamus. Quæri [b] igitur
intueuit

inſueuit id primum, cur ſenſus ſenſoria ſua.i.organa &
inſtrumenta non ſentiant, quum tñ illa & ſint corpora
conſtantia ex elñtis,& quod conſequens eſt, ſubta ſenſi
bus videantur:cur inq̃ oculos ipſos,cur colores oculo-
rum non contuimur, quũ per oculos cætera videamus?
Cur itẽ nec carnem nr̃am tangimus,nec carnis nr̃æ ca-
lorem,per carnẽ vero cætera quũ tangamus:ſed ſoluit,
Clarũ eſt ſenſum & ſenſilia in vnum cõduci, coniũgiq́;
in parte ſenſoria.Sẽſoria porro & res ſenſiles,imo & ſen
ſus ipſos nõ actu,ſed potentia:quemadmodumq́; id qđ
deuſtile & cremabile eſt ipm̃ à ſe conflagrare non põt,
ſed corripitur incendio extrinſecus accidẽte:(alioquin
admouere ignes ad macerië non oporteret, ſi ipſa ſibi
ad flãmam dum ſponte ſufficerent)ita ea quæ ſenſibilia
ſunt,ſentiendi vim obtinent,ipſa ſe non cient,ſed à ſen
ſilibus impelluntur. Senſilia vero nec impellũt,nec mo
uent,niſi remotiuſcula ſint, proindeq́; extriſecus habeã
tur.A iunctis innexiſq́; nulli ictus eueniunt,quia iã ipſe
ſi ferirẽt ſenſus qđ fieri poſſe rõ reclamat.Etenim neq;
malleolus per ſe excudendo eſt neq; ſerra ſecando,neq;
terebrum inforando, ſed & excuſſor & faber adhibẽdi
extrinſecus ſunt,quorum opa atq; vi euenta illa conſi-
ſtant,excuſio,inforatio,ſectio.Cæterum difficultas hęc
non tam Ariſt.q̃ illos perurget,qui aĩam ſenſualẽ procul
à corpore ſeparant.Si.n.longe ab inſtrumentis ſuis po-
ſita res cæteras ſenſiles percipit, cur non ipſa quoq; in-
ſtrumẽta percipiat? Sed ad rẽ,ſentire biſariam dicimur,
53 Dicimur videre,audire cum dormimus, quia vtrũq; po
tentia facimus;dicimur & vigilantes, quia id actu prę-
54 ſtamus.Quamobrem diſtõ hęc probanda eſt, vt tũ ſen-
ſus,tum ipſa ſenſio mõ actu,modo potentia ſit. Plane
intereſt vtrum agere an moueri ſenſum dicas:itẽ vtrum
agere an pati,q̃uis.n.ſi mouetur res ẽt neceſſario agat.i.
in actu atq; opera ſit,non tñ cõmeat ſi ſit in actu,vt iti-
dem moueatur, quia plus hoc quã illud hiet: tanto.n.
fuſius actio & paſsio quã motus eſt, quãto genus diſtat
à ſpẽ.Quare quum duplex habeatur actus, quorũ vnus
pfectus,idemq́; ſp eſt vtcunq; promatur:alter inchoa-
tus & inabſolutus,conſtat nõ ad genus prius, ſed ad po
ſterius referendum motum eſſe, quippe quem alio ope
actum & geſtionem imperfectã eſſe probauimus.Ac ea
quidem quæ ptãte talia ſunt,qualia quædam actu habẽ
tur neceſſe eſt paſsionem ab iis ferant,ad eaq́; ſe addictę
& obnoxiæ habeant.Quo fit vt tum à ſimilibus, tum à
diſsimilibus paſsio hæc videri poſsit procedere.Diſsi-
milia ſunt,quum inter initia motus eſt ſimilia, quum fi-
nis attingitur. Ita illæ maxime nobis conſtituendæ reci
piendęq; differentiæ ſunt,vt aliud eſſe agere,aliud mo-
ueri: item aliud agere,aliud pati ſciamus.

[a] *Quòd Ariſtot. ait dictum eſſe in ulibus rõnibus de agere & pati,exponit Them. lib. de gñatione & corruptione, quẽ locum exponens Simpl. ita protulit. Non appellauit Ariſto. lib. de gñatione & corruptione ſimpliciter ulem, ſed ea quæ in eo lib. conſcripta ſunt de agere et pati: quæ.n.ibi ſunt expoſita, non ut nutritiuam uel ſenſualem uirtutem reſpicient, ſed abſolute & ulr de agere et pati ſunt examinata.* [b] *Them. Alex. inſequitur, qui qõnem hanc in ipſa ſenſoria refert, & exponit quod ait Ariſto. Cur ſenſuum non eſt ſenſus, hoc eſt ſenſoriorum? Verum damnat Simp. hanc expõnem, aitq́; nequaquam eſſe conſentaneum rõni, ut pro organo id poſuerit quod eo utitur. Duo aũt, ait ipſe, ſunt quæ quærit Ariſto. primum cur ſenſus ſeipſos non comprehendant cognoſcantque, ſecundum cur abſq; his quæ ſunt extrinſeca ſenſum nõ faciũt, hoc eſt, cur non operantur ſenſiliter? Vnde aũt cnaſcatur hæc dubiũ, exponit idẽ Simp. his uerbis: uirtus.n.uitalis ea uidetur eſſe quæ ab interno & à ſemetipſa agat, et quę præterea moueat corpora, nõ aũt ipſis ueluti mouẽtibus egeat ad propriam operationem, q̃ ſi res hæc ita ſe habet, cur ergo ſenſuũ nõ eſt ſenſus? Has etiam ambas qõnes Ariſt. ſoluiſſe ait Simp., primam cum ait: ſenſitiuum non eſt actu ſed potentia: eſt.n. actus perfecti poſſe in ſeipſum conuerti, at ſenſus tantũmodo potentia eſt. Secundam uero diluit exemplo combuſtibilis, nã opus eſt pati ſenſoriũ à re ſenſibili ut ſenſus in actũ moueatur: ſed nihil eſt quod à ſeipſo poſſit pati: quo igitur pacto deuſtile abſq; igne cremari à ſeipſo non põt, ita ſenſorium non põt à ſeipſo pati. Quod ſi aliqs dixerit, nõne ignis actu ineſt ſenſorio cur ergo ſenſum non mouet? ſoluitur q̃ neq; ignis qui extra eſt in ſenſum agit, ſed in ſenſoriũ, et nihil in ſemet agere põt.*

Adbuc generalia quædam in ſenſu, item de ſenſu actu & potentia, itẽ drĩa inter ſciam atq; ſenſum. Cap. XX.

1 ADhibẽda etiam diſtributio illa gñalis de actu & 55
potentia eſt:neq;⁴.n.modo vno competit, qui-
bus competit potẽtia. Scium dicimus hoĩem in-
terim q̃ per nãm ſciæ capax ſit,interim non q̃ ſit capax,
ſed quod iam cepit habetq́;. Quo gñe geometram ſciũ
vocamus, qui diſciplinam illam edidicit tenetq́; iam.
Vterq; igitur potentia ſcius eſt, ſed nõ eadem formula:
nam prior obſcuruſcule prętenuiterq́; rõne vna, q̃ hõs
qui genus docilis & eruditionũ capax eſt:alter hoc am-
plius,quod ſimul collibitum eſt contemplari actu & cõ
mentari põt, ſi cauſa extrinſecus non mouetur. Ab iis 56
tertius eſt,qui iam non ſcit actu ſolũ,ſed ẽt in actu atq;
opa conſiderandi contemplandiq́; eſt atq; hic perfecte
ac nauiter ſcire intelligitur.Priores potentia ſcij,gnariq́;
appellantur,ita tñ vt illud diuortiũ ſit, q̃ alter nõdum
condidicit,eoq́; caret,ſcia, quã ſe aſſequi vult, neceſſe
eſt vt ſe de contrario habitu,hoc eſt,de ignorãtia & in-
ſcitia ad noticiam & ſciam conferat:alter vero iam qui-
dem ſciam obtinet,vt Arithmeticã,aut geometriã, ſed
ab vſu & exercitio abſtinet.Eo datur intelligi non eun-
dem eſſe modum defectus in iis:hic non habet quidem
ſed põt ille hẽt iam,ſed nondum vtitur habito.Neq; itẽ 57
idem genus paſsionis eſt huic diſcẽdo & hauriendo qđ
neſcit, illi monendo & excitando quod iacet:verũ vnus
affectiunculam præſentẽ amittit, (aboletur.n.atq; im-
pellitur ignoratio ſuccedẽte doctrina) alter quum ſe ad
opam reuocat, & cõſiderationem intendit nihil amit-
tit,ſed ſciam quam intus poſsidet,foras ad vſum ꝓmit.
Quo fit vt i illo prioris qualitatis abitio & corruptio ſit,
in hoc perfectio potius quædam atq; exornatio intelli-
gatur.Seruat.n.qđ ſcit,quum ſpeculatur actu,nec perdit
ſpeculãdo ſciam, ſed colit & perfecit.Quamobrẽ imu-
tatio hæc alteratio exiſtimanda non eſt,quũ omnis al-
teratio priorẽ qualitatẽ excutiat:at hic nihil præter ociũ
merum excutitur,Imo crementum potius priori qua-
litati & honeſtamentum adiungitur. Quòd ſi quis vo-
cabulo vehementer afficitur,quanquam ægre id impe
trat,mõ tñ res nobis incolumis ſit,ſibi ferat,alterationẽ
hoc genus vocet: ſi nõmẽ vnum,certe negotia diſsidẽt.
Alioquin ridendus vr̃ qui hominẽ ſapientia aut pruden 58
tia præditum,quum quid aut cogitat aut cõminiſcitur,
alteraſcere affirmauerit.Nec ille non taxabit,qui fabrũ
excuſſorem,ſtructorem,& cæteros opifices, quum ar-
tium ſui gñis aliqud moliuntur,affici, alterariq́; dixerit,
qñ vel eum quoq; minus proprie pati & alterari con-
ceſſeris, qui quum rudis eſt recens addiſcit, & ſciam à
ſciente

ſciente præcipienteq́; ſuſcipit: niſi duæ ſint formæ, qui-
bus alterari & pati res dicantur vna qua proprie, altera
59 qua prorſus improprie. Quare quemadmodũ qui nunc
primum ediſcit, nunc primum mutat, qui vero dudum
edidicit, habitum intra ſe poſsidet, ſed ab vſu & miniſte
rio vacat: ita ſtatuendum in ſenſu eſt. Semen genitale &
ouum ĩmutatione prima vim ſentiẽdi potentia ſortitur,
ſimulatq́; vero factum & conſtitutum aĩal eſt, iam com
pos eſt ſenſus, ſed deſideratur actus & functio. Quanq̃
inter ſenſum & ſciam intereſt, ꝙ ſenſui[b] ad ſentiendum
opus eſt extrariis reb⁹ & copiis, quarũ percuſſu excitus
reuocet in opa viſili, auditili, olfactili, guſtabili, tactili:
at ſciens theſauros intus habet, quos quum cõmentari
60 collibeat, promat. Scita.n. notiones gñales ſunt quas[c]
aĩus doctrinis inſtructus, varia & diligenti notatione
collegit, mox & in repoſitorium cõdidit, vnde quæ ve-
lit, pro arbitrio tanquam è ſine ſuo facile proferat. At
ſenſilia tã ea quæ per ſe habentur, q̃ ea quę partis & ſpẽs
generum ſunt, quanquã ita ſubiiciuntur ſenſibus, vt no-
tiones illæ gñales ſcientiis & intelſui, de foris tñ hæc in-
cidunt, illæ domi ſeruãtur. Iam illa naturæ ſunt effecta,
euẽtaq́;, has ſibi cõciliat afformatq́; aĩus. Ita ſit vt intel-
ligere quidem poſsimus & cogitare quũ volumus, ſen-
tire quum volumus in noſtra manu non ſit. Eadem rõ
eſt cur in iis artibus quæ operoſiores vñr, quia exterio-
rem materiam requirũt excuſſoria æs fabrica macerię,
ſtructoria intritum & lapides, nõ ſit cuique collibitum
eſt, ita continuo artem ſuam exerceat. Proinde Ariſ. ma
giſtros illarum ſcios & opifices ſenſilium gñum appel-
lauit, quia circa particularia potius, q̃ vlĩa verſarentur.
61 Sed de iis poſt, nunc illud dicimus tale eſſe potẽtia ſen-
ſus, qualia ſunt actu ſenſilia. Potentia vero quemadmo-
dum hoc loco accipiẽda ſit, ſupra docuimus. Nec.n. eo
modo accipi debet quo quum puerum dicimus, præto
rem aut imperatorem eſſe, ſed eo mõ quo cum eum qui
ætatem impleuerit legitimam adeundi rempublicam &
magiſtratus gerendi. Ergo cum patitur ſenſus, non eſt
ſimilis ſenſili, quum vero iam eſt paſſus, tunc protinus
62 ſimilis factus eſt ſenſili, & talis fere quale ſenſile eſt. Et
hercule paſsionis noĩe abutimur, quũ ad ſenſum refe-
rimus, quod & añ hac præfati ſumus. Nam quemadmo
dum res proprie pati & alterari dicãtur, abundanter in
cõmentariis de natura monſtrauimus. Verum qđ appo
ſitum vocabulum non habemus nec ad ſignificandam
potentiam qua ſunt qui habitum tenent, nec ad ĩmuta-
tionem eam qua de habitu ad actũ & exercitium tran-
ſeunt, neceſſario vtimur appellatione promiſcua, tũ po
tentiæ tum etiam paſsionis. Cęterum res & ſignificãtias
diſcrepant. Nã ſenſus à ſenſibus proprie pati nõ poſſe;
nec alterari ab imaginibus, quæ de rebus miſſe inſinuẽt
ſeſe iis: inde fieri clariſsimũ põt, ꝙ ſi viſus exalbuit, alba
nõ ꝑcipit: ſi manus recaluit, calida nõ ſentiſcit: ſi palatũ
indulcuit, dulcia nõ dignorat: aures ſtrepitum familiarẽ
obaudiũt, naribus ſętuniceta, quibus inſueuere nõ obo
lent: ac ſimulachra quidẽ rerũ & ſpẽs ſine mã recipiunt
ĩ ſenſum, id qđ in cera quoq; cũ anulo ſigillario cernit.
Nec.n. anulus aurũ, ſed imaginẽ imprimit: quanq̃ dña
ea, ꝙ ſenſus qũo recipit ſpẽs earum materia nõ fit, neq;
corporea adactione ſignatur, vt cera, neq; ſupficie te-
nus ſculpitur, ſed effigies illas foris illapſas intra ſe totũ
admittit præalte condendas: idq́; quũ facit, non priorẽ
habitum mutat, ſed econtrario potius habitum, quem
hẽt agendo gerendoq́; perficit, excolit, confirmat. Atq;
in hunc modum generaliter de ſenſu dixiſſe, ſit ſatis.

[a] *Primus quidem modus eius quod potentia eſt, ait Simp. materialis eſt & gñationem reſpicit: ſecundus uero non gñationem reſpicit, ſed contemplationem, eiuſq; potentia non eſt materialis, ſed formalis quidem: uerum earum rerum eſt tantummodo quæ partibiles ſunt. Partibiles aũt, non ea ſolum rõne qua diuiſam operationem habent à ſubſtantia, ſed & magis quia partibilem actionẽ hñt, utpote quia non ſemper agũt: quoniam uel nolunt, uel ſi uelint aliquid adſit quod uetet.*

[b] *Ea propter, ait Simp. ſenſui opus eſt externo ſenſili, quia opus eſt ſenſorium aliquid ab eo pati ſenſili quod in ſentiente non eſt quod etiam dicitur eſſe effectiuum actus ſentiẽdi, non quod iudicium ſenſus efficiat, ſed quia paſſionem quãdam ſenſorio infert qua excitatur iudicandi actus.*

[c] *Notiones generales quas animus doctrinis inſtructus, uaria & diligenti notatione collegit, mox in repoſitorium condit &c. quæ uerba recte perpende: uidetur.n. Themiſt. in parte etiam intellectiua memoriam reponere.*

Aliqua eſſe ſenſilia communia, aliqua propria, aliqua per ſe, aliqua ex accidenti. Cap. XXI.

NVnc de ſingulis ſenſibus ſeorſum agẽdum: nam 63
ois de ſenſu tractatus proprie cõis aut gñalis ap-
pellari nõ põt, quum in ſenſu aliquid vt prius, ali-
qd vt poſterius conſpici & notari contingat. Antequã
vero de ſenſibus ſingillatim aggredior, primum de ſen
ſilibus conſtituendum eſt. Sunt ergo ſenſilium alia per
ſe, alia ex accñti, rurſus eorum quę per ſe ſunt, quædam
habẽtur cõia oibus ſenſibus, quędam ſingulis propria.
Propria ſunt ea quæ à cæteris ſenſibus dignoſci non poſ
ſunt, & circa quæ nec temeritas,[a] nec hallucinatio ſen-
ſuũ cadit, ſi natura integre incorrupteq́; iudicet: nec cã
ſit, quæ extrinſecus obſtrepat, nec poſitura obſtat, nec
intercapedo, aut receſſus officiat. Falli.n. aſpectus neq;
circa rem viſilem, ſi mundus & probus oculos habeat,
ſi ſerenũ ſit, ſi interſtitio iuſto colores abſceſſerint. Pari
mõ auditus ſe hẽt ad ſtrepitum, primũ neceſſe eſt nec lę
ſum, neq; offectum ſenſum eſſe. ſed incolumen & valetu
tem deinde qđ iniectum eſt ſpatium cũ turba & tumul-
to vacare, tum mediocre temperatumq́; eſſe, rõ æqua
in guſto ad ſuccos. Tactus in plures differẽtias plicasq́;
funditur, vt neq; vno aliquo noĩe cõprehendi pñt, quæ
ad ſenſum húc pertinent, quẽadmodum quæ ad viſum
auditumq́;, ꝙ ad húc colores ad illũ ſoni vocantur. Tan
gimus glabra, aſpera, mollia, dura, grauia leuia: tãgimus
calida, frigida, humida, ſicca: oĩa hæc vno ſenſu cogno-
ſcimus. Ita licet quinque coniuges copulæ ſint, vnus tñ
eſt tactus: ille vero vno, vt dixi, noĩe ſignificari & conti
neri non pñt Quãquam vero plura gña tactui videntur
mandata, non tñ alia rõne ſe habet ad oĩa, quã cæteri
ſenſus ad ſua. Primum non fallitur, ſed quẽadmodum
nec viſus decipitur aut dubitat qualiſnã color ſit, q inci
dit ab oculos, et ſi decipitur aut dubitat qualenã id ſit
cui color ineſt: nec auditus, quidnã ſit ſonus, quãquam
ignorat quid ſit quod perſonat, aut vnde à dextra, à leua
ante, polliceue perſonet, ita & tactus leuorẽ & ſcabri-
ciam per ſe ſentit: tametſi id per ſe non percipit, quod
eſt leue, quod ſcabrum. Atq; hæc priuatim ſingulis ſen
ſibus ſenſilia ſunt, eoq́; propria & peculiaria nuncupã
tur. Quæ vero cõia[b] pluribus ſenſibus dñr hęc ſunt, mo 64
tus, ſtatus, figura, numer⁹, magnitudo. Sane motus cõis
oibus eſt: primũ viſui & auditui, quale illud poetæ eſt:
Aures æripedum pulſu tentantur equorum.
Deinde olfactui, qui & acceſſum & receſſum odoris vi-
detur

detur agnoſcere. Item guſtui, & planius etiam tactui.
Neq; ſolum videtur motus, ſed forte & ſtatus & nume
rus promiſcue à ſenſibus oĩbus percipi, quia ſingulis ſen
ſus ſaltem ſenſilium ſuorum nouiſſe numerũ poſſunt.
At magnitudo & figura viſui & tactui præcipua ſunt.
65 Hactenus de ſenſilibus per ſe. Illa ex accidenti dñr, quæ
quum per ſe ſentiri non poſsint, tñ dignoſcuntur à ſen-
ſibus, quia accidunt & continẽtur in iis, quæ per ſe ſub
ſenſum cadunt. Senſilis eſt Diaris filius & Diares, non
tanquam Diares, ſed tanquam is cui albedo accñs ſit.
Ariſto. ſane contra intrepretatur: Per accñs, inquit, ſen
timus illum, quia albo, acciderit, quod ſentimus, quaſi
dicat: Per accñs Diarem ſentimus, quia albedinis accñs
eſt Diares. Eſt.n. in more Ariſt. etiam ſubſtãtiæ & ſubto
accñtis appellationem aſciſcere, id quod in lib. decem
generum vſurpauit: Circunſcriptis, inquit, ſemotisq́;
reliquis rebus quæ accidunt domino.i. circunſcripto ſe-
motoq́; hoĩe, & cæteris de gñe hoc. Nihil ergo patiṫ ſen
ſus ab iis quæ ex accñti ſentimus qua hæc ſunt.i. nihil vi
ſus à Diare, qua Diares eſt: non.n. viſilis eſt Diares, ſed
Diaris color. Ea vero quæ per ſe cõmouent ac patiunt
ſenſus, ſi ſunt propria, proprie ſentiunṫ, ad eaq́; ſenſuum
ingenia actionesq́; naturæ inſtitutæ comparatęq́; ſunt.

ª Cauſam explicat Simpl. ob quam circa proprium ſenſile ſenſus non erret, ſed circa cõe atq́; ſenſilia propria quæ ſunt corporea magis & paſſibiliora magis, cõmenſurata et proportionata ſenſui occurrunt, quæ corporea ẽt eſt cognitio una luce excepta, quæ ob plurimam eius actionẽ manifeſte à uiſu cognoſcitur, ſed cõia ſenſilia formaliora ſunt, ideoq́; magis ſunt ſenſui improportionata: non equidem ita ut ea quæ nullo pacto ſenſu, ſed ſola rõne cognoſcuntur, ut ſe habet ſubã, ſed quæ ſenſu quidem capiuntur, non tñ æque exactæ ſicuti quæ propria dicuntur. *ᵇ Ariſto. aũt cõia omnibus ait, ſicut ẽt Them. à principio cap. dixit, quem locum Simp. examinãs ait: Qui fieri poteſt ut cõia omnibus dicantur, ſiquidem magnitudo & figura ſolo uiſu & tactu apprehenduntur? fortaſſis igitur omnibus, dixit, pro pluribus. Sed num, an & magnitudinem quidem clare auditus cognoſcit utpote qui magnum & paruum quod cũ ſonitu defertur indicat? olfactus præterea, guſtusq́; per plures uel minores partem magnitudinem, hic quidem odientis, ille uero rei dulcis capit? Sed equidem & figuræ forſitan, quãuis non admodum exquiſita translatione uel ſenſus uel rei ſenſilis, eſſe poſſunt & hi ſenſus capaces.*

De viſu, & de incidẽtibus ſubiectiſque viſui, & de perſpicuitate. Cap. XXII.

66 ATque de iis iam agamus membratim à viſu pri-
mum orſi. Aſpectus propriũ ſenſile ſubiectæ res
viſiles ſunt. Eſt.n. aſpectus viſus: & viſus rñdet, ac
refertur ad viſile. Viſile aũt dixerim primo ipm colorẽ.
An vero alia quoq; res à colore dici viſilis poſsit, ſequẽ
tibus docebo. Sunt.n. quædam lucibilia, quę cũ in luce
videri non poſsint, cuius cõtrarium in coloribus eſt, tñ
ſplendent & reſulgẽt in tenebris: atq; hæc vno noĩe in-
dicare nõ eſt, ſed vt ſumus polliciti, huic quoq; loco ꝓ-
greſſu ſatisfaciemus. Nũc illud conſtitutum ſit viſile co
lorem eſſe, color aũt per nãm ſuperficiem corporũ inſi
det. Superficies igitur ipſa per ſe viſilis eſt, non ꝙ in de-
finitione eius contineatur viſile, aut vice obuerſa in defi
nitionem viſilis ſuperficies recidat (quorum modorũ
alterũ intelligi neceſſe eſt in iis, quę ineſſe per ſe dicunṫ)
ſed per ſe viſilis ſuperficies eo dicitur, ꝙ colores corpo
rum oĩum recipit, iiſq́; tanq̃ ſtragulum ſubiicitur, neq;
vlla ſuperficies ſine colore aut reperiri, aut ĩtelligi ª põt
in corpore. Ergo quia cã ᵇ quare ſuperficies vṙ & cerniṫ,
in ipſa ſuperficie eſt, hinc oritur vt ſuperficies per ſe vi
ſilis eſſe dicatur. Plane quãquã ſubto idem eſt & color
& viſile, tñ conſiderationis & rõnibus diſcriminibus dif
ferunt. Nam viſile obnoxium viſui eſt, ad quem refer-
tur: color impromiſcua & abſoluta res eſt. Item viſile vi
ſu abiuncto non cõſiſtet niſi potentia, at color ẽt nunq̃
conſpectus ſemper eſt color. Color porro definiṫ, vt ſit 67
motus actu perſpicui, quod Diaphanes vocãt. Atq; hęc
nã coloris eſt, vtpote qui ſine inectu luminis videri nõ
poſsit, qui quem ſp in lumine videatur. Quamobrem
neceſſariũ vṙ vti prius de lumine diſſeramus. Si.n. ita
compertum eſt, vt color ſine lumine viſilis eſſe nõ poſ
ſit, nihil agitur niſi prius de nã luminis cõmentemur. Sed
quia prius eſt perſpicuum, quã actu perluceat, quippe
cum actus & perfectio eius ipm lumẽ ſit, de rõne per-
ſpicui loco principe eſt agẽdum. Illud igitur perſpicuũ ᶜ 68
dicimus, quod quanq̃ viſile eſt, non tñ à ſe, vt ita dicam,
eſt viſile, ſed opera coloris externi. Perſpicua ſunt aer,
& aqua, & lapides nonnulli, qui argumento hoc perlu-
cidi appellantur. Item vitrum & cornua, & præter hęc
quædam quoq; alia corpora, ſed præcipue cęlum. Atq;
hoc inter oĩa perſpicua primatum obtinet, ab eo aer, à
quo ſecũdum aquæ, deinceps ordine ſuo reliqua, quæ di
numerauimus ſupra. Nullum horum per eſſentiam ſuũ
perſpicuũ eſt. v.g. Aqua nõ eſt perſpicua in eo ꝙ aqua,
neq; aer in eo ꝙ aer, ſed in eo ꝙ natura quadam cõi par
ticipant, q̃ in illis corporibus inſita cãm habet, cur ſint,
& cur dicantur eſſe perlucida. Hæc oĩa efficiuntur viſi-
lia non de ſuo colore, ſed de alieno quẽ imbibunt: alio-
quin ſi eſſe colorata poſſent, tranſpici prҿterea aut perlu
cere non poſſent, qñ illa tunc maxime perſpicua ſunt
quũ nullo colore ſunt offecta. Videnṫ ergo cernũturq́;
ſi modo & videri & cerni poſſunt, per alienos colores,
vt dixi, quorũ acceſſu ĩmutantur, mouẽturq́;: non qui-
dem ita vt alterari aut tranſire in illos conuertiq́; videã
tur, ſed alio genere. Neq; vero colores recipiuntur in
aerem, quemadmodũ cælatura anuli & ſigillum in cerã.
Nam cera nõ in profundo, ſed in ſuperficie fingitur: aer
vero colores intra ſe totũ initus ebibit, eosq́; trãſmittit
ad oculum, adeo interim & contrarios ſimul defert.
Quod fieri nequaquam poſſet, ſi conuerti aut alterari
coloribus diceretur. Non tñ ſemper colores ad oculum
tranſmeant, ſed tunc quũ illa per quę iter coloribus eſt,
actu perſpicua ſunt, quod quidem præſentia luminis cõ
tingit, corpus aũt cœleſte ſp actu perlucet. Vbi vero po
tentia lumen eſt, ibi quoq; haberi tenebrę poſſunt: nihil
.n. aliud tenebroſum eſt, q̃ quod potẽtia perſpicuum ſit.

ª Non põt, ait Them. nulla ſuperficies abſq; colore intelligi: quod aĩaduerte, quia uidetur rõnem geometriæ auferre.
ᵇ Ariſto. ita ait: Secundum ſe aũt non rõne, ſed qm̃ in ſeipſo habet cauſam aſſendi uiſibile. ubi Simp. hoc ait dixiſſe Ariſto. ad differentiam diaphani, quod non ob aliquid ei inſitum uidetur, ſed ob aduentitium lumen. *ᶜ Perſpicuum, ait hic Simp. lumine uidetur, uerum non ipſum modo perſpicuum, ſed coloratum ẽt uidetur lumine, quamuis nõnulla inter hæc differẽtia intercedat. Perſpicuum.n. qua perſpicuum eſt, tantũmodo quia illuminatum eſt, uidetur, ſed coloratum etiam ut coloratũ eſt: et ea ẽt de cã per ſe uiſile eſt, utpote quod in propria natura colorem habeat, quod in lumine uidetur. Perſpicuum uero per ſe uiſile nõ eſt, quia lumẽ aduentitium habet, quo tantummodo uidetur ea ratione qua perſpicuum eſt.*

De lumine

De lumine & natura luminis:item lumen eſſe ad qaendam modum viſile. Cap. XXIII.

69 AT lumē perfectio & actus perſpicui eſt qua perſpicuū eſt. Dixi qua perſpicuum, ceu non in eo ꝙ
aqua, neq; in eo ꝙ aer, (eſt.n. perfectio alia aeris & aquæ pſtantior) ſed quatenus perſpicua ſunt aer
& aqua, hactenus lumen eſt aeris & aquæ perfectio. At
lumen quidē quaſi color perſpicuo eſt: quaſi color inq̃,
ꝙ lumen [a] non proprie aerem colorat, vt cādor niuem,
ſed ꝙ aerem viſilem facit, quemadmodum ſua colores
corpora. Item ꝙ ea poteſtate perlucida ſunt, præſtat vt
actu perluceant. Lumen vero ipm nec ignis eſt, nec ſol,
nec aſtrum vllum, ſed illorum ſola præſentia in iis corporibus, quorum cōis ea vis eſt, qua perluceant, & à qua
potentia hæc referri ad actū poſſit. Sane hoc ſoli maxime tribuit̃ & ſyderibus cæteris deinceps & igni, & quæ
de igni, plus referant. Videtur vero ignis illuminādi vim
ſortitus non in eo ꝙ ignis, ſed in eo ꝙ rōnem quādam
& naturā cōem cum reliquis colluſtrantibus, & ſplendidis corporibus obtinet. Probant hoc beſtiolæ inſectorum, quæ nycedulæ ſiue cicindelæ vocant. Ex quan
quam nec ſunt ignis, nec ignem ferūt tñ pro modo cor
poris circunſecus illuminant aerem. Dictum eſt quid
eſſet perſpicuum, & quid lumen: id neq; ignē [b] eſſe neq;
corpus oīno, ſed neq; defluuium à corpore intelligimus
(ſtatim.n. ſi defluuiū ſit, corpus ſit oportet) ſed aut ignis
aut alterius ſplēdidi pręſentiam in perſpicuo corpore.
Non quidem talem præſentiam qualis ſolet eſſe eorum
quæ inuicem miſcentur, aut eorum quæ committuntur
copulanturq; (corporis ſunt oīa hæc) ſed talem præſen
tiam quali ea quæ agunt patientibus rebus & motum
accipiētibus, præſto ſunt imo verius qualis ea quæ perficiunt exornantq; adſunt iis rebus, quibus perfectionē
& exornationem hanc afferunt. Illud primū, qui lumen
corpus faciunt, cōcedant neceſſe eſt corpus penetrare
ac meare per corpus, & eundē locum à duobus corporibus æquabiliter obſideri, quod multis rōnibus aliqñ à
nobis improbatum eſt. Deinde non vident ſi referant,
futurum vt aer acceſſione luminis corpulentior & plenior euadat, q̃ quum in tenebris eſt, cuius contrarium
70 cernitur. Huc accedit, vt quum tenebræ nihil aliud ſint,
q̃ abſentia ſyderum in perſpicuo corpore, lumen nihil
eſſe aliud poſſit, quā illorum præſentia: oīs. vero præſen
tia eſt eius rei qua pſens ſit, addit cui præſens, quidā habitus niſuſq;: nō igitur corpus. Age ſi corpus eſt lumē,
cum nulla ventorum vi cohiberi poſſit ne decumbat in
terram: deſcenſus hic atq; motus quo infra peteſcit, naturalis eſſe non poſſet, quia tenuius & leuius igni opor
teret intelligi. Poſtremo ſi lumē corpus eſſet, cūctatione aliqua neceſſario moueretur. At videmus cōtra: ſi.n.
illatus eſt ignis, vniuerſum cōclaue agminatim puncto
tpe colluſtratur: & ſi ortiuus Sol matutino emerſu reuiſit orbē, in oēs terras lux momēto diffunditur. Nam
quod inquit Empe. ſeu quiuis alius id credidit, moueri
quidem lumen, ita vt partes terræ ortui propriores, &
quæ deinceps iniectæ ſunt, illuminētur antequā extime,
mox ſe ſplendor p vniuerſum profundat & ſpargat, ſed
pernicitate motus ſumma cōtingere, ne id pſpici aiaduertiq; poſſit, quaſi ſenſum & intētionem effugiat: res
tota fictitia eſt, & cui tū rō, tum experimenta reclamēt.
Si.n. aut intercapedo modica, aut lumē exiguū eſſet, latere id oculos ac ſenſum pręuertere rō fortaſſe probabi
lis videretur. Nunc ab oriente in occidēs, tam imenſo
itinere tam vaſti corporis motū deprehendi non poſſe,
haud ſcio an vlla res eſſe queat difficilior creditu. Cæte 71
rum quum coloris capax ſit quod expers eſt coloris, ſicut ſoni quod expers eſt ſoni & figuræ qđ expers eſt figuræ, & ſaporis quod expers eſt ſaporis: coloris aūt qui
proprius habeatur, expers ſit perſpicuum corpus rō eſt
vt ab alienis coloribus moueri & imutari dicatur. Quare ſi proprium aliquem colorem haberet, eueniret è cōtrario quā euenit, vt colores ad oculum perferri nō poſſent. Quum aūt aeri lumē ingruit, eoq; actu perſpicuus
ſit, tunc lumen pro colore aeri eſt, & quodāmodo viſile
& cā quamobrem cętera videātur. At quum aer potētia
perſpicuus eſt, tūc tenebræ in eo vicem coloris prębēt,
& inuiſiles nobis ſunt & culpam habent pariter ne alia
cōtueri poſſimus. Inuiſiles [c] vero tenebras diximus, nō
ꝙ nullum oino ſit iis cum viſu cōmertium, ſed ꝙ ægre
& pertenuiter videantur. Cognoſcit.n. vtcunq; oculus
tenebras, ſicut reliqui ſenſus ſuorum ſenſilium priuantias. Plane ſiue luminoſa, ſiue illumina pſpicuitas ſit, eadem ſemper ſubta natura eſt: quemadmodum idem eſt
ſubiectum cū quis videt & poſtea captus oculis cęcutit.

[a] *Et ſi lumen, ait Simp. quaſi color ſit perſpicuo, non eſt attamen ei color: quia non æque eſt inſitum lumen perſpicuo, ac color rebus coloratis.*

[b] *Hæc aidentur, ait idem Simplicius contra Timæam dicta, in quo dixit Plato. lumen eſſe igair ſpēm quandam: dixit præterea diurnum, lumen idq; quod ex oculis deflut, iamcem iuncta unum corpus conſtituere, quod licet ex commentarijs Iamblici in Timæum excerpere* [c] *Iudicat uiſas tenebras, dixit Simplicius, non ꝙ aliquid cernat, ſed potius eo ꝙ nihil cernat, cum tamen cernere conetur.*

Quod modis accipiatur viſile, & quemadmodum aſtra reliqua de genere hoc, tum noctu, tum interdiu videantur. Cap. XXIIII.

CErte non oīa viſilia ſpectantur in lumine, ſed quū 72
in cæteris ſuus cuiuſq; color in lumine videatur
nonnulla ſunt quæ non videntur ad lucem, ſed
è tenebris feriunt ſenſum & cient. Atq; hæc aut colores
habendi non ſunt, qñ coloris propriū eſt mouere actu
perſpicuum: aut alio genere colores exiſtimandi, quam
cæteri. Huius forma ignita oīa & noctu fulgentia ſunt,
quæ quum nullum genus cōe cōtineat, nullo quoq; cōi
noie appellantur. Nimirum quum multa hmōi habeantur, quæ ſpē & natura longiſſime diſcrepent: in vno
tamen eo cōi conueniunt, ꝙ ignium modo collucent
noctibus, & refulgent è tenebris, vt fungi, & quorundā
aīalium cornua, & piſcium capita & ſquamæ, & oculi,
& putres ac pręaridi caudices. i. cariētes ſituq; marcidi.
Horum proprius color interdiu viſitur, noctu ſplendor
ſolus & radiatio iacitur, quāquam fortaſſe neq; color
ille eſt, ſed repercuſſus quiddam ob oculos. Verum hæc
qua rōne in conſpectum cadant, alio inquit loco tractabitur, cui qō hæc ſit cognatior. i. in lib. de ſenſu & ſenſili. Cæterum Soſigenes Alexandri præceptor tertio volumine de viſu, rōnem afferre conatus eſt, quamobrem
aliqua collucere in tenebris videantur, quæ mihi probatur. [a] Flāmulenta, inquit, eſt quadātenus naturam
ætheris, & quinti elementi participant, ea cognatione
fieri, vt admotum ſibi aerem, aut perſpicuum aliud cor
pus illuminent. Quod aūt id maxime noctibus faciāt,
rōnem eſſe, qa tum maius lumen abſit alioquin euenire
interdiu, vt exiguum eorum lumen quaſi exoleſcat &
offundatur in magno. Noctu ergo cū refulgēt aerē pxi
mum & circunfuſum leuiter ſubluſtrant, non ita, vt alia

item

item poſsint videri, ſed vt ſola ſe vẽdicẽt tenebris. Atq;
hoc facit exilitas portionis eius, è qua proficiſcitur ma-
natq; lumen. Nam & ipſe quoq; ignis quamuis ſplẽdo-
rem ſuũ latius & diffuſius mittat, adeo vt aſſerat ẽt alia,
tñ ſi remotior ſit iã calligant oculi in cętera, ipſe ad con
ſpectum ſui vix ſufficit. Hac fini declaraſſe ſit ſatis Id qđ
in lumine cernitur, colorem eſſe oportere, [b] ꝙ ea nã co
loris ſit, vt moueat actu perſpicuum. Quum vero quę
videntur in tenebris aut colores eſſe poſsint, aut alia rõ-
ne intelligi colores oporteat, efficitur, vt duas eſſe dñas
viſilium & colorum neceſſe ſit. Quorum alteri in lumi
ne nõ in tenebris videanſ, alteri cõtra cõſpici poſsint in
tenebris, non poſsint in lumine. Ignis quidem cũ vtro-
que genere ambigit, nec ĩmerito, qñ & in illo quoq; na
tura ancipiti eſt, ꝙ & mouet actu perſpicuum tanq̃ co-
lor, & præterea perficit tanquam lumen. Eoq; neceſſa
rium eſt, vt & interdum & noctibus videatur. Fundit
enim ſeſe in eo lumen vndiq;, [c] & de colore lux erit.
Atq; hoc habet præcipuum color iis, qui ineſt in flãmis,
vt propinquum aerem illuſtrare poſsit lumini modo,
quæ facultas extra hũc nullis coloribus data eſt. Quin-
immo color ignis prærogatiuam hãc tulit, non qua co-
lor, neq; qua ignis, ſed qua communius illius nãæ, quã
diximus particeps eſt. Quare non eſt mirum ſi vnus is
quanquam color, tamen viliteturin tenebris.

[a] Μετέχει ἡ ταῦτα φάσκων φυσεώς τινος ἐπ' ὀλίγον τοιαύτης οἷον καὶ τὸ πέμπτον σῶμα, καὶ τὸ πῦρ. αὕτη δ' ἐστὶ τὸ δύνασθαι λάμπειν καὶ φωτίζειν τὸν περικείμενον ἀέρα, ἢ τὸ σῶμα, τὸ διαφανές, ideſt talem quadamtenus naturam participant, qualem quintum elementum, & ignis quoque: ea uero eſt ut facultatem habeant, aerem circum ambientem uel perſpicuum aliud illuminandi.

[b] Verba hæc Ariſtotelis ſunt, græce enim ait, τοῦτο γὰρ ἦν αὐτῷ χρώματι εἶναι, τὸ κινητικῷ εἶναι, hoc eſt, hoc enim eſt ipſi colori eſſe ut moueat actu &c. quo loco Simp. annotat uerũ hoc eẽ ſi color qua uiſile eſt cõſideretur, nõ qua color.

[c] Quærit hic Simp. quæ nam cã ſit, cur colores ſi prope ſint admoti, ſenſum ciere nequeunt, & rũdet in cã eſſe, quia lumine opus eſt et aſpiciẽti ut colores apprehendat, & coloribus ẽt ut uiſum mouere poſſint: neceſſe igitur eſt ut ambo lumine circũfundãtur: & ea de cã oportet ut mediũ intercedat, quod actu ſit perſpicuum, ut ab eo utrunq; perficiatur. Quapropter Ariſt. non negat abſolute, quodcunq; qđ contuemur, ſi prope admoueatur, q̃ uideri non poſſit, ſed tantũmodo quod colore eſt affectum: nam quod fulget uideri utiq; poſſet, niſi forte ſenſum ipſum fulgore immoderato extereret.

Vt viſus conſtet opus eſſe intermedio perſpicuo corpore. *Cap.* XXV.

73 PLanè colorem eſſe ea natura vt actu perſpicuũ mo
ueat, illud indicio eſſe vel firmiſsimo põt, ꝙ colo
res vehementer prope admoti, neq; viden, neq;
internoſci queunt. Mouet ergo color perſpicuũ aerem,
aer aduſq; oculum continenter pertenſus, aſpectũ mo
uet & vulnerat. Quòd ſi nullus eſſet viſus interſiti aeris,
ꝑ quẽ color veheretur ad ſenſum, ſumma tõ eſſet: quã-
obrem colores quanto propius accederent, ĩminerẽtq;
74 oculis, eo clarius & exquiſitius cernerenſ. Proinde per-
perã Democritus cenſuit, qui diceret, ſi inane eſſet hoc
oẽ per qđ cernimus ſpatiũ, fore vt acrius & probius oĩa
viderentur: quod prorſus impoẽ eſt. Nam obtutus paſ
ſo quadamtenus & affecto ſenſu cõtingit, nõ quidem à
colore q̃ cernitur, (alioquin impoſitus & adiũctus pu-
pillæ præſentiretur) ſed quod reliquum eſt, ab aere illo
& perſpicuo, quod interpatet. Quamobrem nedum
acutius, ſed nihil oĩno videri poſſet in vacuo, quia nihil
in eo intermediũ haberetur, quod primo ipſum affectũ,
tum deinde ſenſum oculorum afficeret. Idẽ in ſono, idẽ 75
in odore contingit: neuter attactu ſenſum exercet, ſed
per medium aerẽ, à quo ſubinde ſenſus impellunt. Sane
ſi quis ſibi ad machinamenta odorem aut ſtrepitum ita
proxime adigat indatq; vt peritiſsimos aurium aut na-
rũ meatus, quum pñt, attingant, nimirum aut nihil oĩ-
no, aut ægerrime ſentiet. Quamuis aũt eadem in tactu
guſtuq; rõ ſit, non tñ ęque in illis apparet: qđ quamobrẽ
76 fiat, conſtabit poſt. Ea aũt quę inter ſonum aut odorem 76
media ſunt aer & aqua, non quatenus aer & aqua ſunt,
media ſunt, ſed quemadmodum in iis perſpicuitas cõis
vtriq; natura eſt, qua colores perferuntur ad viſum. Ita
probandum eſt duas in iis qualitates cões haberi, vnam
qua ſtrepitus ad auditum, alteram qua odores ad olfa-
ctum apportant. Atq; harum priorẽ quæ pertineret ad
ſtrepitũ interpretes aliqui, non Ariſtoteles, Dieches ap-
pellant, quaſi perſonantiam dixeris. Poſteriorem q̃ odo
rum eſſet Dioſmon, ac ſi perolatiã vocaris. i. veterinas,
ſeu vehicularias odoris & ſoni. Ac videntur quidem na-
talia aquatiliaque odoris vel in aqua ſenſum habere, qđ
nidorũ lentorum ſuffitus explorat: homo vero, & aĩa-
lia oĩa quæ reſpirant, odorari non poſſunt, niſi aĩa vici-
bus & reddita & accepta. At quæ in humore degunt, ẽt
ſine anhelitu & reciprocatione ſpiritus videnſ olfacere,
quorum oĩum cãæ reſeruandę locis ſuis ſunt. Ex iis ma-
nifeſtum eſt viſum finiri ita poſſe, vt ſit facultas coloris
recipiendi citra mãm per medium actu perſpicuum.

De auditu, & ſubto, & ſono, & de ſonãtibus. *Cap.* XXVI.

POſtquam de viſu diximus, ſeries eſt vt de auditu 77
dicamus, qđ vt quam cõmodiſsime poſsit exigi,
prius eſt vt de ſono agatur. Duplex vero ſonus eſt,
vnus actu, vnus potentia: nam ſunt quæ neq; actu, neq;
potentia ſonum obtineant, vt ſpongiæ & oẽ lanitium.
Sunt alia quæ quanquam ſonum habent, tñ aliquando
potẽtia, vt ęs, & lapides, & oĩa plana, glutta, lęuigataq;.
Hæc quum quieſcunt, ſonum potẽtia continent: quum
vero inuicem colliduntſ, dedũt actu ſonum ac ſtrepitũ.
Tunc aũt ſonus deditus dř, quũ de re quæ ſonat ad aurẽ
profectus medium ſpatium cõplet. Neceſſe aũt eſt quũ 78
actu ſonus fit, haberi minimum tria, duo quæ cõcurrãt,
& tertium id in quo hic concurſus fiat. v.g. Quæ con-
currunt corpora, & dura & ſolida eſſe neceſſe eſt: in quo
id geratur, aerẽ. Neq;.n. fieri põt ictus, aut ꝑcuſsio ſine
delatione, neq; delatio item ſine aere medio. Percuſsio
vero non quæuis ſonitum ciet, neq; oĩa corpora ſtrepi
tũ elidunt, ſed complanata & lęuia, & quę aut caua ſint,
aut in latitudine diffuſa. Leuor defendit aeris facturam,
quem oportet incolumẽ & indiuiſum perferri ad audi-
tum. At quę lata ſunt, ꝙ multũ aeris amplitudines ora-
rum & marginum propellunt, ęgregie perſonant. Caua
itẽ idonea in hoc ſunt, propterea ꝙ à primo ictu per diſ-
ſultationem congeminantur plagæ. Quum.n. aeris qui
intus eſt, exagitatus exitum quærat quem obiectu late-
rũ, ob quæ dum præcipitat offendit inuenire non põt,
fit vt diu per hæc luctatus & tortus valide perſtrepat.
Quod quidẽ pręcipue in axillis æneis accidit, præſertim
ſi leuigatæ expolitæq; ſunt. At ſi ſubula ſubulã cedas,
infecti & ſurdi ictus reddenſ. Nã plumarũ leuitas, quã-
lubet vehemens plaga veniat, crepitũ nõ emittit. Porro 79

ſonus

• ſonus & in aere & in aqua ęditur, quáquam obſcuriuſculus in aqua eſt, vtpote hebeteſcens in ea obrauceſcenſq; . Verum tametſi ad ſonum plus aer conferre, ꝙ̃ aqua videatur, non tñ ſufficit ad ſonum ſolus, neq; ſolus author eſt vocis eliſæ, ſed & certis corporibus opus eſt, & certis ictibus . Corporibus quæ plana, lata, leuia ſunt, vt dictum eſt: Ictibus qui vehementer & celeriter īſtigantur, ne aer diſſutus diſciſſusq; conatum inefficacem atq; irritum faciat, & librã eludat . Quum.n.ſuopte ingenio maxime diſsipabilis & fluxiſsimus ſit, facile fruſtatur ictus, niſi rupturam pernicitas anteuortat. Quamobrem ſi tympanum tympano cũctanter & ſenſim admoueris, nullum ſtreptum attolles, ſed ſi pulſaueris. Stridet aer rõne hac quum tela vibrant, at quum virgula etiãnum, aut ſcuteola corrigia ceditur. Fitq; hoc quotiés ictus præceleri velocitate diſſolutioné eius anticipat, perinde ac ſi quis cumulum arenæ delatum celeriter diuerberet, ita vt plaga præueniat. Quum autem hoc fit, tũc aer vice duorum fungitur, & corporis quod percutitur, & medij in quo percuſsio agitur.

a *Magna eſt hic inter græcos auctores diſcordia: nã Philoponus hic quem inſecutus eſt Auer. ait: In aqua audiri quidem ſonum, nequaquam autem poſſe ædi. & rationem affert ipſe: In cauſa.n.eſt, ait, aquæ craſsitudo quæ prius deſilit, quã concurſus fiat corporum colliſorum : ob eius nãq; craſſitiem non ita æque uelox motus fieri in ea poteſt, ut pernicuas rupturam anteuortat. Themiſt. autem oppoſitum ſentit, cum quo etiam conuenire uidetur Simpli.*

De Echo. *Cap.* XXVII.

80 REdditur autem Echo ratione hac, ꝙ aer ſonare aut voce ictus quotiens a planum, leuigatum, & ſimplex corpus incurrit, nec præterea progredi poteſt offenſaculo tranſitum & ſciſſuram vetante retro diſpellitur, & diſſultat vt pila. Fieri quidem æmulas & reciprocas ſemper voces neceſſe eſt, ſed præ ſua exilitate ſenſum effugere. Semper.n.aer percuſſus occurſaculum inuenit, vnde reciprocet : alioquin ſi directũ ſemp iter voces tenerent, nemo ipſum ſe audire poſſet loquẽtem. Verum (vt dixi) latet plerunq; reflexio, quod & in lumine accidit. Nam & lumen ſemper redux eſt, infractumq; reſilit, quia ſi non ſit, in vmbra lumen eſſe non poſſet: ſed exceptis locis quibus ſplendor ſolis & radius incubaret, ſummas præterea & arctiſsimas eſſe tenebras oporteret, nec tñ ab oĩbus æqualiter reflectitur, ſed à leuigatis impenſius, qualia ſunt aqua, aurum, argentum. Eo euenit vt à cæteris quidem nulla, à nitidis vero ac ſplendidis euidentiſsima refractio & alternatio luminis fieri videatur . Quum.n. radius (verbi gratia) ſolis leui & terſo corpori immiſſus, indeq; acie repulſa in Solem refractus iacere vmbras poſsit, cæteri qui alijs corporibus immittantur, nõ conſtat an poſsint. Contingit credere nõ oẽ lumen alterum aut reciprocum fieri. Eodem modo ex omni ſtrepitu ſemper Echo ſua rñdet, etiam ſi non ſemper obloquitur, nec ſemper exaudit, ſed tunc demum quum corpus ſinuoſa & leuigata ſoliditate ictũ aeris excipit. Si.n. æquabilis & vna planicies oſtenſa corporis ſit, aer quoq; æquabiliter & continenter vnus efficitur, retroq; eadem vnitate ſeruata, incolumis & integer cõmeat & reditum capeſsit . Si vero corpus id ꝑminulum, aſperũ, inæqualeq; fuerit, tum dehiſcere & diuelli aẽrẽ neceſſe erit, quaſi non in vnam planitiẽ, ſed in plures offenderit, qñ præſertim vt conſtentur ac ſuppetant oĩa, tamen natura diſſutuli & facillime fiſsili eſt.

a *Recte hoc in loco notat Alexander, ut ait Simp. nequaquam eſſe arbitrandum, cum echo redditur, quòd aer qui primo percutitur, ille idem feratur ad corpus uſq;, quod tranſitum prohibet, idemq; redeat reuerberatus ad id quod primo percuſſit. Neq;.n. rationi ſatis conſonum eſt, ut ab huiuſmodi plaga, tam celeris fiat aeris latio: & præterea oportet ut ſicuti in his quæ proiiciuntur, adſit ſemper motor rei motæ. Verum quod deinde adnectit Alexander, ait idem Simp. cõſideratione eget, recte dicatur necne. Sed primus, dixit Alexander, aer ictus, ob celeritatem plagæ continuus permanens ac indiuiſus, eum qui ſequitur ſimili plaga figurat, qua et ipſe fuerat informatus, & hic deinde ſubſequentem, & hoc ſerie continuata efficitur, donec deuentum fuerit ad uas ſeu corpus continens: dum tamen plaga quæ hac ſucceſſione traditur, ualidior fuerit aeris concuſſione : quod oſtenſum eſt etiam in his fieri quæ proiiciuntur. At ultimus ille æther qui uaſi proximus eſt, ictus & informatus, quia à uaſe prohibetur ne ulterius plagam diſtribuat, è contra à reſiſtentia rei duræ reiicitur: ueluti repellitur pila à re dura: ac deinde iterum eũ aerem percutit & informat qui ſubſequitur, eoq; modo ſoni diſtributio & plagæ, uel eadem redit . Quibus uerbis uidetur Alexand. ſonum ponere in figura, neq; recte & dearticulate exprimere quonam pacto fiat plagæ diſtributio, nunquid primus aer ictus ſecundum percutiat ſicuti informare ait manifeſte. At quæ nam poteſt inferri plaga aeri ab aere qui continuus ſit & unus permaneat? quòd ſi diuiſionem omnino imaginemur non remanet amplius unus & infractus aer reſonans. An potius durum corpus quod aerẽ primum percuſſit, ſubſequentẽ etiam ac tertium deinde percutit? Ego igitur ait Simplicius, arbitror quòd non ſicuti præſentia lucidi in perſpicuo, colorisque in perſpicuo in actu ſtatim repreſentat futurum uiſile, ita etiam ſola duri corporis præſentia in medio ſonum efficit, ſed percutiendo agit, hoc eſt, paſsionem imprimens: plaga.n. paſsio eſt, ſonus tñ paſsio non eſt, ſed actus rerum quæ percuſſerunt qui in paſſione adeſt: & ob id paſſio præcedit, & totus aer paſſus eſt, quouſq; actus protenditur, qui unus manet & continuus & infractus. Non attamen ſecundum ſe totum principaliter, ſed ſecundum eam partẽ quæ duro corpori proxima eſt, reliquis uero quaſi compatitur magis quidem, & prius his quæ primo patienti ſunt continue, minus uero & tardius remotioribus: & ea de cauſa qui propriores ſunt citius & magis audiunt quàm remotiores: Non igitur uerberantur partes ſecundæ à primis uel figurantur, ſed compatiuntur & informantur ſimul à primo qui percuſſit & egit: & quia diuiſibilia ſunt corpora quæ patiuntur, diuiſibiliter paſsio diffunditur uniuerſoq; aeri qui paſſus eſt, adeſt etiam actus ſonorus: alio.n. modo fieri non poſſet ut is totus adeſſet ubicunq; ſonus diffuſus eſt. Cum igitur Echo redditur, non redditur ob id quia uas uerberet & ſonum faciat, ſed quod primo inſonuit, utitur eo duro, leui, & cauo, ueluti coadiutore ad reflexionem.*

De intermedio in auditu. *Cap.* XXVIII.

QVamuis autem nõ vnus aer ſit, (vt dixi) qui ſtre- 81
pitum faciat, inter omnia tñ elementa principatum tenet, Quamobrem ij qui propriam & peculiarem rõnem audiendi vacuo tribuunt, non longiſsime abſunt à vero, propterea ꝙ nihil aliud eſſe va-
cuum ꝙ̃ aerem arbitrãtur. Sonorum igitur & obſtrepe- 82
rorum eſt id, quod mouere aerem poteſt vniter & continẽter aduſque aurem . Plane auditus natura con ſini & cognata aeri eſt. Habetur.n. in auribus quidam cõge-

nitus,conflatus,qui quaſi intextus panniculę eſt,& cum
ſpiritu illo implicitus atq; inædificatus, vbi ſomes ſen
ſificus eſt,& vbi prima ſentiendi vis ſedet. Proinde aer
externus quotiēs cōmotus eſt,& interiorem illum ſuc-
ceſsit,continuatur cum eo & coaleſcit, ita vt vterq; ſit
vnus.Quemadmodum.n.aqua aquę, ita aer acri conti-
nuus fit, non attiguus. Tranſmittit ergo ſtrepitum aer
83 exterior per interiorem ad ſenſum. Atq; hæc cauſa eſt
quare aīal non audiat oībus mēbris, ſed eo duntaxat,in
quo natura portionem aeris intexuit. Ac aer quidem
ipſe inſonus eſt,quia caret principio vnde ſonus profi-
ciſcatur,ſed facile tñ diſsipatur diſiiciturq́;,atq; oī cor-
pori vltro cedit,vt qui natura deſultoria fluibūdaq́; ſit.
Quod ſi quum mouetur coertio aliqua ſit,quæ illū diſ-
fundi, diſsiliri, aut diſcindi prohibeat, vtiq; motus hic
ſonitum elidit. Aer autem iſte eliſus in auribus,quāquā
(vt dixi) cum exteriori ſe continetur,tñ magis etiānum
inſonus eſt,q̄ natura reliqui aeris exigat. Atq; hoc rōne
inſtitutum natura vr̃,vt turba oī interna,liber totum ſe
ad externa conuertat, & dr̃ias oīum vocum accipiat.
Nam aer congenitus in confinio eſt,& tanquam inter-
liminium [a] obtinet inter ſpiritum & aerem vitalem, &
aerem extrinſecus accidentemq́;,eoq́; pro vallo & mu-
nimento panniculæ vr̃ additus,ne illa tentari aut oblæ-
di poſſet aeris exterioris appulſu. Ipſam autem ſpēs ſo-
norum ideo recipit quā facillime,q̄ ſimplex,ſyncerus,
tranquilluſq́; eſt,& ad oēm impreſsionē tenet patiēsq́;.
Nec mora interuenit, ſed receptas imagines principiū
ſentiendi obiter tranſmittit. Quàm vero neceſſe ſit au-
ditioni gigni non pāīcula, ſed aere interiore icta p in-
greſſum aeris alieni, argumento vrinantium probatur,
qui tametſi in demerſu præalto exaudiunt, non tñ hu-
mor aduſq; pānicu lam penetrat,ſed ſolum ad aerem in-
teriorem quē contingit,nec attinetur. Ex quo facile di-
ſcrimen intelligitur illud quo aer & aqua ad aerē inten-
tionem accedunt:nam aer ſimul acceſsit cōtinuat ſe ei,
nec tangit,quia naturam ſui ſimilem cōpetit, è diuerſo
aqua tangit,nec continuat ſe. Verum quemadmodum
ſi aqua intro irruperit, audire non poſſumus: ita ſi aer
exterior ſupra modum impendio agitatus impulſuſq́;
aduſq; panniculam peruaſerit, vis audiendi neceſſario
læditur. Huic periculo obuiā ijt natura, quæ auriculas
aīalibus vertiginoſas,& quaſi clauiſculis & grūdis qui-
buſdam intortas fabricata eſt, vti nō ſimplex directūq́;,
ſed anfractuoſum & flexuoſum iter haberent, ne humor
aut flatus in penitiores partes facile poſſet illabi. Sane
ſicut humor in pupilla perſpicuus à perſpicuo externo
colores inuectos excipiens, ad ſenſorium reddit: ita aer
inteſtinus ab extraneo ſtrepitum, quaſi breui manu tol-
lens ſubiēsq́; ad auditum refert. Atq; illum quidem hu-
morem obductis cuticulis,& mēbra nullis additis, tanq̄
cōpreſſo munito per quæ exeat, à fluore & dilapſu coer
cuit. Nec.n.contineri aliter potuiſſet,niſi tanquā in vaſe
aliquo conſignatus & obſeruatus fuiſſet. At pannicula
cui mandatus interior ſpiritus eſt, quāquā illum quoq;
ſic cōpeſcit amplexu ne diffundatur, non tñ includit, qa
ſi includeret, cum aere extraneo contineri non poſſet.
Sed inuolucra illa & gyros in auribus, qui p cuniculos
ſinuſq́; imbricatim vndant, pro operimento aeri ſunt,
84 ne deſilire aut digredi poſsit. Quum vero pannicula ten
tatur, laboratq́;, detrimētum in auditum decūbit, quē-
admodum quum cuticula læditur pupillę, viſus conſe-
quio noxam cōtrahit. Quāquam vero internus aer im-
mobilis dicatur, non tñ oīno immobilis eſt, ſed immo-
bilis vocatur, eo q̄ neq; ipſe diffunditur, neq; alius ſu-
binde atq; alius ad eius vicem corrogatur. item pertina
citer panniculæ aſsidet, & auditui cōgenitus innexuſq́;
eſt. Per ſe vero motu quodā perplacido & infrequenti
citra turbam & ſolicitudinem agitur, vt auris de hac agi
tatiuncula perſtrepat, ac ſonus quidā qui ad aures acce
dit exauditurq́;, non eſt internus aeris motus, ſed exter
nus alienuſq́;. Naturale porro aeri cōmoueri ſemper,
etiam ſi diſcerneret, & tranquilliſsima tēperies ſit. Atq;
hoc verum eſſe probant ſcrobes illæ & ramenta in ſole,
quæ huc illuc irrequieto æſtu reciprocant. Hac rōne ſi
auribus manum admoueris, percipies ſtrepitum qui p-
pius & intimus agatur in auribus, ſicut in cornu. Inco-
lumis quoq; auditus argumentum eſt, quum aures in-
ſonant tinniuntq́;, vtpote vnde conſtet aeri congenito
naturalem vigorem & vtilitatem ineſſe.

[a] Aer qui auditui congenitus eſt, ait Simpli. non eſt is qui exterior eſt, ſed qui illi à natura eſt annexus tanquam organum. Hic autem viuus eſt & uita auditrice informatus, quēadmodum humor qui in oculis continetur uita eſpectrice.

Vnde oriatur ſonus, et quēadmodū exaudiatr̃. *Cap.* XXIX.

ILlud plane dubitari ſolet, pcuſſum corpus, an pcu- 85
tiens ſonitū reddat, an in aperto eſt ex vtroq; reddi,
ita tñ vt alterum agere, alterum ppeti intelligatur:
nam paſsio à factione quāuis ſubiecto non differat, rō-
ne & cogitatione tñ euariat. Eſt autē ſonus (breuiſsime
dixerim) aer eliſus paſſuſq́;. Aer autem duplex eſt, vnus
is qui inter corpora conflatim incuſſa diſpellitur: alter
is qui ab hoc primum profectus, mox ſucceſſu motus
continenter ad auditum pſertur. Atq; hoc eſt iam illud
quod auditur: nam exēplum quo Ariſt. vtitur, non cō-
uenit examuſsim. At.n. ſonum eſſe motū eius aeris, quē
moueri contingat, eo modo quo mouent̃ ea quę impe-
tu aliquo impulſa, & leuigatis ac ſolidis corporibus al-
liſa reſiliunt. Quę.n.ita reciprocant ab ijs vnde reijciū-
tur, abiungi neceſſe eſt. At aer qui primo inſonat non
abiungitur, ita vt ad auditū ipſe accedat, ſed proximum
ſibi & continuū aerem cōmouet. Atq; hic ſubinde aliū
excitat more quo in fluctibus cernitur, in quibus alter
alterum trudit, & pulſus obiter ſequentem impellit.

De differentiis & diſcriminibus ſoni: item exanguia & piſces vocem non mittere. *Cap.* XXX.

SOnorum diſcrimen [a] quū nituntur actu, non quū 86
potentia ſubſidunt & intus præmuntur internoſci
poteſt, quemadmodum & cæterorum ſenſilium.
Sonorū igitur principes notæ acumen & grauitas: atq;
hæc noīa à tactilibus flexa p tranſlationem ſonis adiū-
ximus. Vt.n. quod formam in mucronem exacutā ob-
tinet, pauxillo tpe vehementer tentat, qđ vero retuſam
habet ſero & ſegniter: ita & auditū exuibriſſans & acu-
ta vox icit, & ppemodum vulnerat, quaſi pungens: gra
uis obtūdit offunditq́; tanq̄ trudens. Atq; hoc rōne illa
contingit, q̄ altera multum celeriter mouet, altera pa-
rum prætarde. Ergo non idem ſunt celeritas & acumē,
neq; retuſio & grauitas, vt quibuſdam vr̃, ſed ita euenit,
vt motus faſtigiati turbinatiq́; corporis frequens & p-
celer ſit, retuſi vero atq; hebetis cūctabūdus & tardius.
Hinc etiam fit vt à corporibus politioribus latioribuſq́;
acutior ſonus ædatur, q̄ aer ab ijs velocior mouetur, &
celerius diſsilit, vnde & auditus valide & cito laceſsitur.
Cæterum propria aīantis eſt vox, inanima vocalia eſſe 87
non poſſunt. Quòd ſi fidiculas aliqū, aut fiſtulas dici-
mus vocales, tranſlatitium eſt, & abutimur noīe, quod
ſæpe

ſæpe ſit vt inſtrumētis ijs quaſi verba ſormari atq; allo-
quia videantur. Ex aĩalibus quoq; plura non habent vo-
cem, ſed quæ ſunt exanguia, ijs nulla vocis emittendæ
facultas eſt, vt inſectilis & ijs quæ integútur cruſta. Nã
ea quæ videnť canere, vt cicadæ, mēbrana ſepto tranſ-
uerſo ſubdita, ad quam ſpiritus in eo incluſus atteritur,
obſtrepunt. Sed neq; piſces vocem emittunt: atq; hoc
merito, quia vox aeris motus eſt, piſces aerem non reci
piunt, vt qui in humore exigãt. Nam piſces quos amnis
Achelous gignit, capri dicti, eruditam illam vocem
grunitumq; attritu branchiarum cient.

[a] *Ariſt. uero ait:* αἱ δὲ διαφοραὶ τῶν ψοφούντων. *hoc eſt, differentiæ ſonantium. Them. uero, quem Philoponus inſequitur exponit ſonantium, hoc eſt ſonorum. Sed Simpli. alio modo uerba illa expoſuit, nam ait:* Ex *actione. n. ut teſtis eſt Plato, & potentias ipſas & rerum eſſentias cognoſcimus: Quemadmodum igitur q, ſonatiuum ſit aliquid ex ſono cognoſcimus, pari etiam paſſu q, tale ſit ex tali ſono comprehendimus. unde cum paulopoſt inquit Ariſto. Sic neq; ſine ſono acutum & graue exponens Simpli. ait:* Non *intelligit per acutum et graue ſonos ipſos, ſed ſonatiua acute uel grauiter, & ut conueniat cum præcedentibus.*

De Voce. *Cap.* XXXI.

88 ANimal ergo vocem mittit tm̃, non oẽ, (vt dixi)
neq; ab oĩ corporis parte, nam & manus colli-
ſæ ſtrepitum attollunt: ita ſubit quærere, qua uã
parte, aut quemadmodum vox reddať. Tria ſunt ꝑ quæ
non oĩs modo ſonus, ſed vox etiã gignitur. Primũ eſt id
quod plagam infert, deinde id cui infertur, tertiũ id in
quo hæc aguntur. Aerem ſane in vtroq; haberi neceſſe
eſt, quãquam non eodem modo in vtroq;. Nam ad vo-
cem elidendam non oĩs aer requiritur, ſed ſolum ſpũs
is, quẽ alterno modo in anheſitu reddimus & ducimus.
Huius igiť duplex officium eſt, quemadmodum & lin-
guæ, quam natura ad explendam victus neceſsitatem
ac percipiendos ſapores adhibuit, quæ actio fere oĩbus
aĩantibus data eſt, & ad cõficiendam locutionẽ. Quod
genus non ad ꝑſeuerantiam vitæ, ſed ad cultum & lau-
ticiem inſtitutum vř, & vni homini conceſſum: quia. ſ.
non niſi abſolutiſsimis aĩantibus tribuendũ fuerit con-
ceptus animi ſermonis, & verborum ſignificatione cõ-
plecti. Eodẽ modo vt ad ſe oratio redeat, geminus in re
ſpirando vſus eſt neceſſarius: hic ad calorẽ qui intus ſit
refrigerandũ, alter non quidem neceſſarius, ſed ad vocẽ
89 formandã inuentus gratia melioris notæ. Inſtrumẽtum
anhelitus guttur eſt, reſpiramus attrahendo reddẽdoq;
aĩam: per vices guttur pulmonum gratia vř adiunctus,
ꝙ hanc partem aĩalia inceſsilia & ſanguinea feruidiu-
ſculam obtinent, quia cordi maxime ſit propinqua, vbi
fons eſt caloris. Euentatione igiť opus eſt pulmonibus
& cordi etiã amplius: proinde reſpiratio ad vitam con-
tinendam neceſſaria eſt. itaq; aer ꝑ gurgulionem illatus
90 adductusq; feruorẽ illum recentat refrigeratq;. Huius
ergo aeris quẽ ſpirando reddimus, percuſsio & offenſio
ad arteriam, ſi conſulto & de cõpoſito fiat, illac qua cõ-
91 meat ſpiritus vox eſt. Loca porro & opificia quæ reſpi-
rationi adminiſtrant, ſunt lingula ea, quæ ſuperne duo-
bus foramentis & fiſtulis interpoſita eſt, tum arteria quę
ad pulmones ꝑtinet. Tuſsis vero non eſt vox, quãuis ab
iiſdem locis, & per eadẽ machinamẽta ꝑueniat, quia. ſ.
nõ ex propoſito accidit. Sed neq; excreatio, neq; con-
cauæ manus quæ illiſa fit crepitus, nec plauſitatio, nec q̃
alia vox temere viceq; fortuita gutturis, aut labiarũ eli
ſa ex prõpta, proprie voces ſunt, quia ſine cogitatione
aut conſilio vox miſſa non eſt vox, Nã hoc in definitio-
ne vocis oĩno collocãdum eſt, qm̃ vox eſt ſonus qui cũ
ſignificatione aliqua emittiť. Significat autem vox oĩs,
aut naturalis affectus ęgritudinẽ aut voluptatem, cuiuſ-
modi eſt vox brutorũ, aut ea quæ hoĩes conſtitutis re-
rum noĩbus & receptis in conſuetudinem indicant. Itẽ
alia rõne tuſſedo non eſt vox: nam tuſsis eſt ictus tantũ
aeris, & ſpũs redditi: vox ꝑter hoc illud habet amplius,
ꝙ eſt ictus aeris ad arteriam eliſi. Quod quidẽ huoc in
modum oportet intelligi, aer in voce redditus & ꝑſpi-
ratus foras aerẽ in arteria cõpertum ferit, ictus ille vul-
nerat arteriã ſimili ordine, quo ſupra in auditu mõſtra-
uimus: aerem auribus incluſum aer exterior ꝑcutit, in-
terior ictus ꝑcutit pãniculam. Quàm autem aer is qui
reſpirando emittiť, neceſſarius ſit ad vocem præbendã,
illud clariſsimo argumento eſt, ꝙ ſi ſpiritum ſubſtineas
includasq;, vocem dedere efferre non poſsis. Quare cũ
vox mittẽda eſt, adductũ aerem cõtinere oportet, atq;
ita internum ꝑcutere. Et hercules qui hoc poteſt diu ꝑ-
ſtare, ꝑſeuerantiſsima & lõgiſsima voce eſt. Nemo au-
tem diutiſsime id poteſt rõne ea ꝙ feruor ille, diximus,
vernaculus inſitusq; refrigerationẽ obiter multã & iu-
gem expoſtulat. Vt igiť multa in pauca referamus: Vox
eſt animãtis ſonus, qui de inſtrumentis & meatibus &
officina ſpirandi attollitur, ortum habens hinc, ꝙ ſpiri-
tus redditus percutit ã aerem in arteria contentum, aut
ipſam arteriam, idq; ex propoſito, id eſt cũ imaginatio-
ne aliqua, aut conſilio ſignificandi indicandiq; aliquid.

Sonus & in aere & in aqua ædi poteſt, ut ſuperius eſt dictum, cum ergo uox ſonus ſit, cur tantum in aere elidi poteſt? quærit Simpli. aitq;. Quoniam uox ſignificatiua quidem eſt & ſecundum phantaſiam, quod munus eſt uitæ cuiuſdã perfectioris & phantaſiæ diſtinctæ: quo fit ut opus etiam ſit calidioribus elementis purioribusq; in quibus degatur, quare & cor habent animalia quæ uocẽ edunt et in aere degunt. Præterea etiam uox quæ inter ſonos præcipua eſt, utpote quæ à uita etiam perfectiore prodeat, conſonius ſonat etiam in aere, ut qui maxime diechés eſt.

De olfactu quem homo hebetiſſimum habeat, eoq;
odorum nomina propria haberi, ſed à ſaporibus
transferri. *Cap.* XXXII.

OLfactus & odor quid ſit, nòn eſt ęque facile de- 92
monſtrare, vt quid color, quid perſpicuũ, quid
vox, quid ſonus. Quamobrem neq; nomen vllũ
odoratus proditum eſt, ſicut audibilibus nomen hoc ſo
nus, viſibilibus color & lumẽ. Atq; hoc inde accipit, ꝙ
ſenſum hunc tardum & laceſsitum habemus. Proinde
aĩalia[a] plurima exquiſitius q̃ nos, & ſagacius olfaciunt,
vt ex terreſtribus canes, & ex auitio vultures. Ac odo-
rum[b] quidem varietates, aut cum oblectatione, aut cũ
ægritudine & faſtidio præſentimus: quod neq; in viſu,
neq; in auditu contingit, quorum vterq; ſenſus in nobis
multos, hic colores, ille ſtrepitus accipit, citra oẽm cõ-
motionem voluptatis aut doloris. Ex hoc aliqui argu-
mentum ſumunt vnum ſenſum olfactus ad menſuram
hoĩbus datum, quantus. ſ. ſufficere poſſet habentibus:
acrimoniam illam vtpote quæ ad vitam conſeruandam
non admodum ꝑtineret, tanquam ſuperfluam deſide-
rari collibitum. Hinc fieri, vt odores cognoſcerentur,
non quales eſſent in ſe, ſed quales peruenirent ad nos.
Huic ſimile & cõſentaneum illud eſt, quod aĩalia quo- 93
rum præduri oculi ſunt, colores quidem ſentiunt vtiq;

non oēs,ſed Impendio tertificos duntaxat,& voluptifi-
cos,idq́; propter obeſitatem & rigiditatē inſtrumenti.
Tametſi vero neq; noīa odorū, neq; diſcrimina, neqs
ingenia teneamus,ex ſimilitudine tñ ſaporum vocabu-
la is nomenclatura fœneratitia ducimus: nullæ.n.in ſa-
94 pore dñæ ſunt,quę guſtum hoīs lateant.Senſum hūc ho
mines & certum & exquiſitum habemus; nam guſtus
tanquam tactus quidam eſt,tactu porro cætera aīantia
ſuperamus.Quo fit, vt ſapientiſsimum inter aīalia dica-
tur homo,deprehēſa animi vi ex mollitudine carnis &
tennitate cutis, quæ in nobis præcipua ſit;atq; hæc tē-
peratura videatur maxime ad prudentiam apta,& ad ſa
pientiam & ad ſubtilitatem ingenij. qñ etiam in hoīe ſi
craſsior calloſiorúe ſit cutis, hebetudinem & tarditatē
oſtendi;ſi tenuis luculentaq́;, acumen & acrimoniam
promitti.Vtiq; ſi naturalis ſit mollities.i.quam tribuerit
incorrupta natura,non quæ artificio,aut genere aliquo
exercitamenti quæſita,cā forte illa, ꝙ in molli corpore
primus innatuſq́; ſpiritus animæ facilius funditur,& li-
bentius expeditiusq́; diſcurrit. Contra durities & craſ-
ſitudo meatus obturant oppillantq́;, & quaſi repagulo
ſunt, ne purus & liquidus tranſmittatur. Etenim oībus
ſenſibus ſua cuiq; portio ſpiritus ad functionem & mi-
niſteriū tributa eſt, quo circa fieri, vt à prima aīa quaſi
præciſi abiunctiq́; videantur. At caro non portioni ſpi-
ritus,ſed ſpiritui vniuerſo præſeruit,qui ſe per oīa mēbra
95 diffundit ac pmeat.Cæterum,vt dixi,cū odoratus pro-
priis noībus careat, mutuarijs alienisq́; vtitur: ita quē-
admodum ſapores alij dulces, alij amari habentur, ita
odores alios dicimus dulces,alios amaros vocamus.Ple
runq; aūt tum vocabula,tū res in odoratu & guſtu con
ſentiunt, vt ſint pariter odor & ſapor,hoc eſt, vt qui gu-
ſtu dulcis eſt ſapor, dulcis etiam ſit odor olſactu, quod
in melle cernitur.Plerunq; etiam contra,quæ odorata,
non eadē guſtu tenera, vt vnguenta. Pariter & auſterus
odor & pinguis & acer dici ſolet,atq; omnia hæc à gu-
ſtu ſumuntur.[c] Cur vero deguſtatis rebus ſtatim volu-
ptas ægritudoúe conſequatur,quum tamen guſtus hō-
mini ſit abſolutior & certior odoratu, neq; Ariſto. do-
cuit,neq; expoſitores attingunt.

[a] *Non ob id ſagacius cætera animalia,ait Simpl. olfacere dicuntur,quoniam exactius olfactilium ſpecies diiudicent: nā id non modo in hoc uerum in omni ſenſu impoſſibile eſt: ſed nos ſuperant quo remotius olfaciunt, & hoc idem Auer. hic.*

[b] *Non eſt hic intelligendum, ait Simp. quod ſuaue tantummodo uel moleſtum ſint olfactilia, alia.n. hæc ſemper conſequuntur: nec etiam ꝙ una cum aliis olfactilium differentiis moleſtum uel ſuaue diſcernat. Non.n. ea de cauſa ſenſorium deſpexiſſet tanquam non admodum exactum, nam contra id potius certitudinis eſſet indicium. Sed id dixit Ariſt. quia fortiora ea ſunt: nam cum olfactus organum in nobis non ſit admodum ſagax ad iudicandum, paſſione eget & ea quidem uehementi, ut ad cognitionem excitetur, quæ quidem ob uehementiā uel ſuauis ſit uel moleſta: & hoc eſt in cauſa cur ſine ſuaui uel moleſto. Senſorium.n. utpote quod tardum ſit, uehemēti eget paſſione, quæ fieri nequit abſq; hoc quod uel delectet, uel ægre feratur: & inde etiam naſcitur quod iudicium ſincerum afferre non poteſt, quia ab ipſa paſſione impeditur. Nā etiāſi ſenſus ut patiatur aliquid ſenſorium à re ſenſili egeat oīno, uehementior attamen paſſio impedit actum iudicandi.*

[c] *Carpitur Them. à Simpli. hoc in loco, qui ait quædam etiam deguſtari abſq; ulla prorſus uoluptate, uel ægritudine.*

Cognitionem ſubiecti et ſubiecto oppoſiti pertinere ad eundem ſenſum: itē quot ſignificatus ſint inodori et inuiſilis & talium. Cap. XXXIII.

ERgo quemadmodum ad auditum exaudibile & 96
inexaudibile pertinet,& ad viſum viſile & inuiſile
ita ad odoratum odorum & inodorum,quia eiuſ-
dem ſenſus ſit cognoſcere quum adeſt,& quū abeſt ꝓ-
prium ſenſile: ita tñ vt præſentiam per ſe, abſentiam &
priuationē ex accidenti percipiat. Quòd vero inodorū
eſt multifarie accipitur,quemadmodum & inuiſile dr̃ id
quod natura inhabili eſt, vt videri vſurpari oculis poſ-
ſit,vt nox & ſonus:ſecundo id cuius aſpectum ægre ca-
pimus, vt tenebræ: tertio id quod oculos noſtros con-
futat, & quo propter nimietatem lucis repercuſſum q́;
dirigere,aciem autem contra tendere difficile. Totidē
ſignificatus inodori habentur: nam & illud in odorum
eſt, quod natura ineptiore eſt, quàm vt olere poſsit: &
id quod prætenuiter & exiliter halat,& id quod adeo te
trum violentumq́; obolet, vt tollerari non poſsit. Eadē
in guſtu & guſtabili diſtinctio recipienda eſt.

De intermedio ſenſus olfactus, et quemadmodum aīalia odorentur, præſertim inſecta. Cap. XXXIIII.

SAne ad odoratum,quemadmodum ad anditum & 97
guſtum corpore aliquo intermedio opus eſt, per
quod ad ſenſum odorum differentię conuehantur.
Videntur quoq; eadem elementa odoratui præſeruire,
quæ viſui & auditui,aer & aqua:nam aquatilia quoque
odorari certum eſt. Et quemadmodum in viſu perſpi-
cuitas cōis quædam qualitas in aere & in aqua cogno-
ſcitur, ita in odoratu alia qualitas in eiſdem elementis
promiſcua continetur,quā diximus dioſmon.i.perola-
tiam ſiue perodoriam appellari.Verum hoc non admo- 98
dū mirabile eſt ſimiles ſi hac parte ſenſus eſſe illud æſti-
matione & qōne dignius videtur, quū inſecta odorari
conſtet, vt apes quę ad quoſdā odores longinquo coo-
ueniunt aduolantq́;,& fumo etiam abiguntur,indubi-
tari ſoler,qui id poſsint.Quum.n.homo & animalia ha
bentia ſanguinem omnia odorentur,recipiendo addu-
cendoq́; ſpiritum: (quod hinc probatur,quia ſi anheli-
tum contineant,nunquam neq; longius deſita, neque
prope aſcita,neq; impoſita etiā naribus ſentient.Quod
quidem poſtremum cōe omnibus eſt, vt ſi in partes ſen
ſorias adigātur ſenſilia, perſentiſcere nullus ſenſus poſ-
ſit.) Cum,inquam,odorari animalia, quæ prædita ſan-
guine ſint, niſi attrahendo ſpiritum nequeant,contro-
uerſiam habet:quemadmodū fieri poſsit, vt inſecta quæ
non reſpirant, nec ſpiritum ducunt, odorari tñ manife-
ſtiſsime videantur. Vnum.n.modum ſentiendi, & ra-
tionem haberi quocunq; ſenſu in omnibus animalibus
probabile eſt: aut igitur alium ſenſum ab odoratu, ha-
bebunt, aut reddenda ratio & cauſa diſcriminis eſt.Cer
te alium ſenſum habere non poſſunt, quo odorentur, ꝗ
odoratū.Quum.n.intellectus & perceptus odoramen- 99
torum odoratus fit,ſicut viſilium viſus,& exaudibilium
auditus, impoſsibile eſt odores ſentire inſecta, & tum
bonos tum malos internoſcere: tamen alio vti in hoc
ſenſu, ꝗ odoratu. Iam quum perimi videantur inſecta
quarundam rerum odore, ſi vehementior violētiorúe,
aut ſi putridæ fuerint,quibus vel reſpirantia ſæpennme
ro intereunt, vt ſulphure, vt calce, vt origani puluiſculo
inſperſo, vt multorum eius generis ſuffitu, incenſuq́;,
negari quidem nō poteſt & ineſſe ſenſum olfactus.Sed 100
afferendum eſt, quemadmodum olfaciunt, ſi non re-
ſpirant?

ſpirant? Videtur itaq; in ſanguineis ſenſorium odorā-
di diuerſum eſſe ab eo quod in inſectis ſit. Et hercules
vt animalium quorundā oculi genis & palpebris vtun-
tur, ceu vallo quodam viſus munimentoq; prominen-
te, eoq; niſi nictentur, aut conniueant, cernere nō poſ-
ſint. quorundam ſunt oculi præduri, & qui hoc genere
operculi & foliculi careant, proindeq; exerti incon-
niuiq; ſint, ſed ſtatim ſine diductu aliquo incidentia &
occurſantia contuentur: ita odoratus inſectis prōptus
atq; expoſitus eſt, vt viſus duros oculos habētibus, vn-
de munere co ſine naribus & olfactione funguntur: re-
ſpirantibus adopertus & conditus, qui quum halamus,
adaperitur panditurq; ampliatis venarum meatuumq;
itineribus. Hinc euenit, vt quæ reſpirant odorē in aqua
non ſentiant, qm̄ reſpirare non poſſunt. Quamobrem
quum meatus illi in humore pateſieri nequeāt, ſumma
ratio eſt vt vrinantes in eo odorari non poſsint. Ergo ſi
quis diligenti ſubtilitate id exigat, reſpiratio non eſt cā
odorandi, neq; dehiſcentia palpebrarū videndi, ſed ada
periendi meatus qui odoratum obſeruit. Conſtitutus
autem odor in arido eſt, quemadmodum ſapor in humi
do: quo circa odoramēta incenſa recalefactaq; fragrā-
tiora odoratioraq; ſunt. De ijs autem in commentarijs
de ſenſibus Ariſto. vberius diſſerit. Illuc ergo relegandi
noſcentes hæc ſunt. Plane conſtat inſtrumentum olfa-
ctus tale potētia eſſe, qualis eſt actu res odorata: quum
vero iā odorat̃ non potētia amplius, ſed actu ipſo eſſe.

De guſtu qui exteriore intermedio careat, item ſaporem in humido haberi, item quot modis inguſtabile dicatur. Cap. XXXV.

101 GVſtabile vero quidam tactile eſt, quare & gu-
ſtus perinde habetur: ac tactus quidam. Demon-
ſtrari etiam poteſt rōne, quod guſtabile eſt ſub ta
ctile videri cadere hunc in modū. Guſtabile nihil aliud
eſt q̄ ſapor, ſapor omnis in humido eſt, humidum explo
ratur & deprehenditur tactu: ergo quod guſtabile eſt
pertinere ad tactum vr̃. Quapropter quum guſtus ſit ta
ctus quidam, non eſt alieno corpore opus pro interme
dio ad guſtandum. i. per quod ſaporum differētiæ per-
ferantur ad guſtum. quemadmodum ad vidēdum per-
ſpicuo, ad audiendum olfaciendumq; aere aut aqua, p
quæ ſoni odoresq; apportentur. Singuli. n. intermedio
corpore & externo vtuntur, per quod ad ſe omnia ſen-
ſilia referantur. Neq; pars aliqua ſenſuum vicem inter-
mediū poteſt implere, ſed neceſſe eſt haberi aliud, quod
ſit abiunctum & ſeparatum à ſenſu. Nō ſic in guſtu, quia
neq; ſic etiam in tactu, ſed ſi quod intermedium in ijs
quoq; ſenſibus conſtituendum eſt, (quod certe conſti-
tuendum eſt, vt paulo inſerius indicabitur) illud à ſenſu
diuiſum aut ſecretum eſſe non poteſt, ſed annexum eſſe
& partem eius oportet, atq; hoc eſſe carnem aut aliquid
vice carnis. Propterea ſi in aqua fueris, ſentire poteris ſa
porem eum qui contineatur in aqua, vt vrinantes aſſo-
lent, qui ſalſuginem maris percipiunt non tactu ſed gu-
ſtu, neq; tn̄ aquam vt intermediam ſentiūt, ſed vt id cui
ſapor ille immixtus eſt. Etenim quum bibimus, quāquā
humor eſt ille quem bibimus, non tn̄ humorem vt in-
termedium guſtamus, ſed vt id quod aliquem ſaporem
recipiat: non quidem eodem modo quo colores pſpi-
cuum recipit, (quippe qui quāquam per id videntur, in
eo tn̄ miſceri & confundi non poſſunt: neque ab iis de-
fluuium aliquod decidit, quo perſpicuum colorari di-
catur) ſed ita vt ſaporem temperari miſceriq; cum hu-
more oporteat, è quo ſapor tāquam humori forma eua
dat. Qualitas. n. & affectio quædam humoris ſapor eſt,
non tn̄ in eo ꝙ humor ineſt, in illo ſapor. Sunt. n. aliæ
qualitates & affectiones humoris in eo ꝙ humor eſt, vt
eſſe ceſsibilem, labilem, fluibūdum & ſciſsilem. At qua-
litas ſapor eſt humoris non alia re, q̄ ꝙ in humore poſi-
tus conſtitutusq; eſt. Atq; illo tantummodo ineſſe dr̃
per ſe in humore ſapor, ꝙ vt ſapor conſiſtat neceſſe ſit
humorem accedere. Accedit autem & continetur hu- 102
mor vbi ſapor eſt, aut actu aut potentia. Sal quum po-
tentia humidum ſit, ſimul admouetur & approximat
linguæ tabeſcit liqueſcitq;, quo & linguam humectat.
Ergo intermedium corpus quod externum alienumq; 103
ſit, in hoc ſenſu deſyderatur: cætera habet cōia cum re-
liquis ſenſibus. Vt. n. color viſile eſt, ita ſapor guſtabile.
Item quemadmodum viſus perceptionem viſilis & in-
uiſilis habet, (nam tenebras oculus inuiſiles iudicat) ita
& guſtus ſenſum guſtabilis & inguſtabilis obtinet. No-
uit. n. omnis ſenſus priuationem ſenſili ſui, nec priuatio-
nem modo, ſed etiam exuperantiam & exceſſum, quā-
quam hoc poſterius non ſine offenſione oblæſioneq;
occidit. Neq;. n. affectio eſt par, quum ſilentium obno-
xium, & cum violenti ac demētes ſtrepitus afferuntur.
Silentium quum percipitur nihil laceſsit: graues & exu-
perantes ſoni officium ſenſui, & pleriq; exitiū & aboli-
tionem important. Nam exceſſus ſenſilium immodici
quaſi non ſenſiles euadūt, quia impatibiles ſunt, nec eo-
rū ſuſtineri vis poteſt: eo fit vt non modo exilis & per-
exiguus ſtrepitus exaudiri non poſsit, ſed nec præma-
gnus & inſolens. Præterea triplex inguſtabile eſt: pri-
mum id quod fatuum inſipidumq; eſt, vt lapis: alterum
id cui permultus ſapor ineſt, & guſtum offendens, vt ea
quæ impēdio acida, acria auſteraq; ſunt: tertium genus
eſt eorum quæ natura idonea ad ſaporem non ſunt, vt
vox & aer. Ad hoc exēpli & inuiſile & inexaudibile tri-
fariam dr̃. Guſtabilium itaq; initium humor eſt, vtpote
qui pro materia ſit ſapori: materia porro initium ſui ge-
neris & ipſa eſt. Guſtabile vero alterum poculentum,
id videlicet, quod quum humectum ſit, ſaporem plus
minus naturalem ſalutaremq; animantibus præfert: al-
terum impoculentum, id. ſ. quod oblædit & perniciem
guſtui adducit. Primum igitur oportet rem haberi ſuc-
culentam & guſtabilem, item quæ ſuccum & ſaporem
ſortita ſit, tum deinde poculentam & teneram ſorbitui.
Sane poculentum commune tactui & guſtui eſt: nam
omne poculentum humorem ſaporemq; habet, qua hu
midum eſt, ad tactum pertinet: qua ſaporem habet, ad
guſtum. Si igitur mediocritatem aut temperamentum
excedit, quatenus guſtabile eſt diſſoluit, collabefactat
guſtum: ſi quatenus tactile animal vniuerſum.

Quot ſint guſtabilia, et quod inſtrumentum guſtus & quale itē differentiæ ſaporum, et genera. Cap. XXXVI.

QVum igitur quod guſtabile eſt, ſedē in humore 104
poſsideat, neceſſe eſt machinamentum & opti-
mum quo vtitur anima ad guſtandum, neque
humidū actu eſſe, neq; tale vt humeſcere & diffundi poſ
ſit. Nā guſtus à guſtabili patitur qua guſtabile eſt: opor-
tet igitur ſenſorium hoc ꝙ humidum ſit, potentia mox
humefieri & molleſcere actu, modo ſeruetur atq; inco-
lume habeatur. Atq; hoc argumento illo patuerit, ꝙ 105
quū aridiuſcula nobis & ſiticuloſior lingua eſt, guſtare
non poſſumus: ſicut neq; quū premadidam & admodū
dilutā habemus. Quod genus facile in ægrotātibus cer-

nitur. Illi ꝙ offuſum linguæ humorem habẽt, tanquam
ſolum eum & primum agnoſcunt,reliquos ſapores ad-
motos ægre diiudicãtieo ſit ſæpenumero,vt ſubamara
omnia febrientibus videantur, quum linguæ ſapor is à
bile leſleúe hæſerit. Nam & ſi ferrum,aut vehementem
ſaporem ori primum admoueris, mox ſubinde aliam
addideris, differentiam non adæqne percipies, quia.ſ.
offectio prioris intellectum poſteriori non pręſtat. Sa-
porum autem genera fere vt in coloribus notãtur de-
ſcribunturq́;, ſimplices alij, vt dulcis amarusq́;, atq; ij
inter ſe cõtrarij ſunt. Conſequitur dulcẽ pinguis, ama-
rum ſalſus. In mediullio habẽtur, acer, auſterus, ſuauis,
acutus, acerbus, acidus. Atq; hæ differentiæ ſapnrum vi
dentur. Sed teſtemur breui complexione quæ hacte-
nus nobis effecta ſunt, id quod in ſenſibus, item in reli-
quis fecimus. Senſorium guſtandi tale potẽtia eſt, qua-
le guſtabile eſt id quod tale reddit actu ſenſnrium, qua-
le ipſum eſt ſenſile.

De tactu quæſtio an ſit vnus, ſolutio non eſſe vnum. Item car nem nõ eſſe ſenſorium tactus, ſed intermedium et opt- rimentum ſenſorij. Cap. XXXVII.

105 DE tactu duo ſunt quærenda, primum vnus ſit an
plures: alterum quodnam ſenſus buius ſenſoriũ
conſtituendũ ſit, vtrum caro, aut ſimile aliquid
atq; æmulum carni in his quæ carent carne: an caro nõ
ſit ipſa ſenſurium, ſed potius intermedium quoddam,
aliud vero interius ſecretarium habeatur, quod pro in-
ſtrumento & machinamento ſit tactui. Plane tactũ non
poſſe vnum ſenſum intelligi videtur illud oſtendere, ꝙ
ſenſus hic vna cõtrarietate non eſt contentus, vt ſenſus
reliqui viſus candoris & nigritiæ & mediorum, guſtus
dulcoris & amaritiæ. In tactu multæ contrariorum cõ-
iuges copulæ ſunt, atq; oẽs extremæ & citra medium,
qm̃ in ſingulis earum mediæ qnalitates aliæ collocan-
tur. Extremæ ſunt, caliditas, frigiditas, humiditas, ſicci-
tas, grauitas, leuitas, mollicies, duricies, aſperitas, læuor:
mediæ inter has plurimæ. Verũ quæſtionis huius quã-
quam non proba nec ſeria: tñ phalerata & veriſimilis
videri ſolurio poſsit, ſi dicamus in reliquis etiam ſenſi-
bus plures contrarietates cerni, vt in voce non modo
acutum graue, ſed exile magnum, ſed aſperum & leue,
ſed durum & flexibile: ſed ſuſcum & candidum reperiri:
totidem eſſe & colorum diſcrimina. Sed vt lum præfa-
tus, deſenſio hæc nou ſatisfacit. Primum magnitudo
atq; exilitas communia ſunt ſenſibus omnibus, & per ſe
etiam à ſingulis cognoſcuntur. Leuitas item & aſperi-
tas, aut tranſlatæ de tactilibus ſunt, aut ad figuram refe-
runtur, ſi modo figuram vllam voci eſſe putãdum eſt.
Quod certe putari poteſt propter aerẽ qui in voce eli-
denda percntitur. Figura vero inter ſenſilia communia
numeratur. Non idem poteſt dici de calore, de frigore,
de leuore, aſperitate, leuitate, granitate, quippe quæ oĩa
priuatim ſubiecta ſunt tactui, nec ſic vllum ex iis quod
pertinere ad reliquos ſenſus poſsit. Ergo ſtat ſcrupulus,
quodnam genus aut quæ natura ſub ſenſum hũc cadat:
etiam vtrum natura vna an plures; neq;.n.promptum
eſt aliquod nomen, quale in auditu ſonus, in viſu color,
in guſtu ſapor. Hoc igitur nobis quærendum addubitã-
dumq́; eſt, vtrum vero ſenſorium tactus ſubtus carnem
106 cutemq́; ſit, an ipſa potius caro. Certe experimentũ il-
lud quod afferri ſolet, nihil huc facit, ꝙ ſtatim atq; con-
tacta caro eſt, perſentiſcere videamur, qñ etiam ſi mẽ-
brana lanaũe aut linteolo tenuiſsimo carnem inuoluas,
nihiloſequius idẽ ſequitur, vt ſimulatq́; attigerit aliquis,
ſentias calorem & frigus, & cæteras eius gñis qualitates:
& tamen dubitari non poteſt membranam eſſe ſenſo-
rium tactus, etiam ſi cum corpore coaleſcat: quod de
Hercule fabulis proditur in tunica, quam Deianira ei
ſanguine Centauri tinctam induerit, & quæ inhæſerit
viſceribus. Nimirum nihil hoc magis ſenſus viguerit,
Imo impedimentum potius mẽbranula obducta attu-
lerit. Quamobrem caro nõ ſenſorium, ſed protegmen 107
ſiue operimentum videtur iniectum & circundatum
interioribus ſenſorijs tactus, quæ plura ſint, & ſingulis
paribus contrariorum ſua reſpondeant. Nam quemad-
modum ſi aer ita nos ambiret, vt congenitus iunctus
atq; applicitus vndiq́; haberetur, videri poſſemus vno
eodemq́; inſtrumento ſentire ſonos, colores, odores:
eoq́; vno ſenſu videre, audire, olfacere: ꝓpterea ꝙ ſen-
ſoria interſtingui & diſcerni non poſſent, ſed eodem
corpore inſtrumentoq́; ſimul & colores cerni, & ſtrepi-
tus exaudiri, & odores olfieri oporteret. Nũc ꝙ inſtru-
menta extrinſecus habentur & apertiſsimis diſcrimi-
nibus euariant ea, per quę videntur ſenſus impelli, ma-
nifeſtius eſt q̃ vt cadere cõtrouerſia poſsit, plura & vni-
uerſa eſſe machinamenta, quæ illis ſenſibus delegata
mandataq́; ſint. Ita in tactu, quia obſcurum eſt, vnũ ca-
ro an plura ſint inſtrumenta eius, dubitare quidem cõ-
tingit, vt dixi, ſed tamen nihil prohibet plura ſenſoria
eius intelligi. Carnem vero tum vniuerſam quæ in vi- 108
ſceribus contineatur, tum ea quæ extrinſecus viſitetur
opericuli & velaminis loco ſenſorijs illis obductam ha-
beri. Nec.n.aerem id eſſe, aut aquam oportuit, quia
corpus animantium, quod firmum eſſe & ſolidum ne-
ceſſe eſt, quodq́; ortus & occaſus particeps eſt, ex illis
elementis ſeorſum conciliari non poteſt. Itaque relin-
quitur, vt mixtum eſſe è terra, & reliquis elementis
oporteat, quale caro eſſe debet, aut aliqnid quod vice
carnis ad proportionem haberi natura ſtatuerit. Quòd
ſi quis animalia eſſe aerea vel ignea crederet, vtiq; in ijs
difficile fuerit, tum quinque ſenſus, tum inſtrumenta,
quibus ſinguli vterentur, agnoſcere. Sed rationem hãc
quemadmodum ducatur attende. Si ſenſus omnis per
medium aliquod in actum prodibit, prodibit & tactus.
Inter tactile vero & tactũ nihil eſſe medium præter cor-
pus poteſt. Corpus igitur hoc quo medio tactilia perci
piuntur à tactu, videtur ab aqua & aere differre, quæ cæ
teris ſenſibus media ſunt, ꝙ aer & aqua à tribus ſenſi-
bus ſunt abiuncta diremptaq́;: corpus id quod præſer-
uit tactui, ab eo ſeparatum eſſe non poteſt, ſed cobære-
re & congenitum eſſe & innexum oportet. At vero ra- 109
tio ea qua probare quiſpiam conaretur vno ſenſu ta-
ctum inclndi, propterea ꝙ caro vna ſit, per quam tacti-
lia oĩa comprehendantur à tactu euertitur argumento
linguę, quæ certa ſui parte, & tactilium & ſaporum per-
ceptionem habet. Nam ſi animal cætera quoq; carne
paſsim & guſtaret & tangeret, neceſſe eſſet vnum ſenſus
putare guſtum & tactũ: nunc duo ſunt, quia inſtrumen
torum vſus non reciprocant. Qnãuis.n.ſenſorium gu-
ſtus intellectum tactilium habeat, non tamen cõmeat,
vt tactus quoque ius habeat in ſapores.

[a] *Has contrarietates non eo modo intelligit Simplicius Plutarchum inſequens, quo Them. & Alexand. ut ſint ſenſilia communia: ſed ueluti quaſdam proprietates peculiariter ſonum concomitantes, & alia etiam ſenſilia ſimili proportione.*

Vtrum duo corpora ſolida de concurſu ſeinuicem tangãt: & in quo differat, aut non differat guſtus & tactus à reliquis ſenſibus. *Cap.* XXXVIII.

113 IN eo quoq; inſueuit ambigi, ꝙ quum oẽ corpus altitudinem habeat, atq; hæc è tribus vna dimenſio ſit quumq; ea corpora inter quæ corpus alterum iniacet, mutuo tãgere ſe non poſsint, ꝙ ea ſolum ſe ĩuicem tangunt, quorũ extrema & ora ſunt ſimul: ſuperq; manifeſtum ſit vdis corporibus ſemper humorem aliquẽ circũfundi & adhæreſcere, non vr̃ fieri poſſe, vt duo ſolida corpora de concurſu in aqua ſe tangant, alioquin aut reſiccata erunt extrema, (quod quidem in humore nõ poteſt contingere) aut ſi aquam intercedere fatearis, hiare aliquid inter margines oportebit, nec conſtabit attactus. Quare neq; hamus, cui hæſerit piſcis, neq; piſcis piſcem tangere poterit: neq; intereſt, quàm exiguum pauxillumq; ſit qđ interponitur. Eadem qõ in ijs corporibus eſt, quæ ſe extra aquã tangere inuicem creduntur, quum omnia ea interſitus aer diuellat. Sed hoc nobis obſcurius in humore eſt: propterea ꝙ aer minorem ſenſum inuehit, q̃ aqua. Cæterum [a] quãquam vera hæc videntur, tñ præteritur aliquid quod minime conniuẽdum, aut diſsimulandum Ariſto. fuit. Quum. n. aquam aut aerem tangant, quæ in aqua, aut in aere ſunt, profecto hæc non alio medio præterea aquam, aut aerẽ tangent, ſed cum his protinus cõcurrent, nihil vt poſsit magnum paruumúe intercidere. Verum [b] hoc non id erat,
114 quod initio volebamus. Illud ergo agitabatur, eſſet ne caro tactilium rerum pars ſenſoria. quemadmodũ viſibilium pupilla, an vero inſtrumẽtum haberetur interius, caro autem inter inſtrumentum & tactilia interiaceret vt media. Videtur. n. maxime poſtulare ratio, vt ſimile in tactu, atq; in reliquis ſenſibus ſtatuatur. Proinde abſurda res ſit tactum aut guſtum ſenſilia non per mediũ, ſed ipſo ſe tangere. Differre porrò à cæteris ſenſibus tactum & guſtum, (ſi modo differunt) ꝙ intermedia remotiora alijs, iunctiora his duobus propioraq; ſint. Alios per amplius ſpatium, hos per breuius allici agitariq;, eo fit, vt intermedium in his latentius videatur, nõ modo quia paruũ breueq; eſt, ſed etiam quia congenitum atq; coalitum. Neq; mirum ſit, ꝙ aĩal ipſum tangere dr̃, quum ipſum tñ nõ tangat res nec tactus eius, ſed mediũ illud per qđ tactus impellitur iciturq;. Certe pluribus modis tactus accipit̃: primum ad oẽs magnitudines ſiue corporeæ ſiue incorporeæ ſint, cõiter pertinet quando & lineæ circulos tangere, & circuli circulos dicuntur. Dicuntur & ſenſilia ſenſum tangere, quotiẽs ita imminent ſenſui, vt extrema ſint ſimul. In ipſo autem ſenſu tactus tunc demum dicuntur ſenſilia ſenſum attingere, quum percipiuntur à tactu. Quo fit, vt in cæteris ſenſibus nihil intermedium poſsit eſſe quũ tangunt: in tactu vero quia tangere, vt dixi, in eo non eſt coniungi, ſed percipere & ſentire, nihil prohibeat quin aliquid intermedium ſit. Sanè intermedium hoc incognobile imperſpectumq; nobis eſt, perinde ac ſi in aqua tactus exiſteret, in qua tametſi madeſcentibus nobis humor quoquo verſus hæſiſſet, iſq; in oĩ cõtrectatione medius haberet̃, haud facile tñ animaduerti nobis id poſſet: quod & nunc cõtingit, quum in aere ambiente nos tangimus, quãquam id præ tenuitate aeris perparũ euidens eſt. Idem ſit, ſi per linteum aut carbaſinũ, quæ nos lateret, tactilia ſentiremus. Quamobrem quemadmodũ videmur in aqua tangere, & tñ quod interpollat, aut ignoramus, aut non aduertimus, ita forte in primo tactu dicendum. Primum tactum appello ſenſorium, qđ interius occulitur, quodq; ꝑ medium illud tangit, quod nobis incognitũ inexploratumq; eſt, vel eo magis quo
propinquius & cõfinius ſenſorio continet̃. Ergo etiam 115
medium aliquod probãdum & afferendum in tactu eſt. Neq; hoc guſtus & tactus à reliquis ſenſibus diſcrepat, ſed eo potius ꝙ quum in viſu, auditu, olfactu, non id quod medium eſt alteretur, ſed per id quod mediũ eſt, organa ſentiendi, ſenſusq; alterentur. Nam alterari hoc loco quemadmodum accipiamus, de ſuperioribus patet. In tactu & medium & ſenſus ſimul alterantur, patiũturq;: frigeſcit. n. & caleſcit caro, quemadmodumq; clypeum qui ꝑcutit, ſimul & clypeum, & gerulum percutit, ita idem tactile carnem & tactum ſimul laceſsit. At perſpicuum nõ alteratur, neq;. n. albeſcit aut nigreſcit: aer quoq; incluſus & intextus in auribus, neq; acu-
tus, neq; grauis à ſtrepitu redditur: Ergo inter ſe ſenſus 116
iſti non diſtante ea re, ꝙ medio alteri vtamur, alteri nõ vtamur, ſed quod medium alio genere, viſui, auditui, olfactui adminiſtret, alio guſtui & tactui obſeruiat. Vr̃ qdem caro eo modo ad tactũ & guſtum ſe habere, [c] quo aqua & aer & viſum & auditum. Atq; hoc in hunc modum contẽplare. Si rem candidam ſuperpoſueris pupillę, aut ſi aeri connexo & congenito auribus, admoueris ſtrepitum, aut ſi meatibus narium odoramentũ indideris, nulla perceptio conſequet̃: at ſi tactilia carni adiunxeris, conſequetur. Ergo clarum eſt primũ ſenſorium contingibilium carnẽ eſſe non poſſe, quia ſi eſſet, idem ſtatuere quod in cæteri ſenſibus oporteret. Cæterũ inſtrumentum intus abditur, caro pro intermedio eſt.

[a] *Videtur Them. Ariſtote. carpere hic, & ipſe ab Auer. carpitur, cæterisq;.* [b] *Videtur Themiſt. intelligere dubitationem hanc, quòd ab Ariſt. quaſi ex incidenti & extra propoſitum ſit inducta. Verum Philopo. ait ob id Ariſt. eam aduxiſſe, ut tertio etiam ex ipſa oſtenderetur carnem potius rationem medij quam ſenſorij obtinere. ſed Simpli. eo fine ut declararet quæ nam eſſet differentia inter tactum & cæteros tres ſenſus, quandocunq; etiam ſupponeretur inter tãgens & tactile intercedere corpus extrarium medium, ut quando corpora ſolida in aqua ſe tangunt.* [c] *Non attamen credendum eſt, ait Simpli. carnem ea propter omnino ſenſu carere, ſicuti caret aqua, neq;. n. hac ratione ſunt ſimilia: ſed qua ratione & ipſa eſt id per quod ad primum ſenſiterium deuehũtur ſpecies rerum tactilium.*

Epilogus eorum quę de tactu dicta ſunt hoc eſt, tactum intermedio vti, item tactum multos ſenſus eſſe. *Cap.* XXXIX.

SEd vti Ariſtote. hac quoq; parte ſequamur imiteturq;, qui locum hunc fere ambitioſiuſcule exequutus & cõplexus vr̃, recenſebimus breui ſumma quaſi decurſu per capita, quæ hactenus de vno hoc ſenſu confecimus. Senſus oẽs aliquo intermedio ad functionem ſuam vtũtur, ergo & tactus vtetur. Nihil inter tactum & tactilia medium viſitur præter carnem. Hæc igitur vicem medij exhibet. Si per aquam, ſi per linteũ, ſi per inan, ſi per mẽbranulam tangeremus, media nos lateret: nihil igitur mirum, ſi caro quoq; quæ media eſt videtur latere, præſertim tanto coniunctior reliquis ſenſibus. Si res ſenſilis inſtrumẽto impoſita fuerit, nihil ſentimus tactu, ſi carni impoſueris tactile protinus ſentias: non eſt igitur inſtrumentum tactus caro grauitatem & leuitatem non tangendo, ſed quadam interiore vi ſentimus, ergo & cæteras contrarietates interioribus vi-

ribus ſingulæ ſingulis ſentiuntur: etiam ſi per carnẽ intellectum illorum aſſequimur. Atq; hoc ab Ariſtote. dictum non eſt. Hactenus rõnes illas & conſectaria repetiuimus, quibus probatur tactum intermedio vti: quẽadmodum vero tactus plures ſenſus ſit, ſequentes oſtẽdunt. Senſus vnus circa vnum par contrariorum obit, tactus circa plura verſatur, ergo tactus non poteſt ſenſus vnus intelligi. Vt.n. viſus auditusq́; tametſi duo ſenſus ſunt, per vnum tñ & idem medium mouẽtur, ita nihil obſtat, quin tactus poſsit in tot ſenſus ſundi, quod contrarietates habentur, & tñ plures illi ſenſus medio vno. i. carne ad ſentiendum vtantur. Præterea in eadem parte linguæ ineſt guſtus & tactus, atq; ita vno loculamento plures vno continentur ſenſus: nihil igitur vetat, quin idem poſsit vniuerſa in carne contingere, vt quũq; ſingulis eius particulis omnia tactilia ſentiuntur, tñ ſenſus percipiendis ijs multiplices habeantur. Si quod igitur animal ex aere formaretur, quãuis in eo viſus ab auditu nõ diſtaret, propterea ꝙ toto ſe & videret & audiret, tamen ex argumẽto ſenſiliũ, quæ apertiſsime diſsiderent, negari non poſſet duos in eo ſenſus eſſe, quorum alter differentias colorum, alter ſonorum & vocum varietates exciperet. Pari pacto cum animal corpulentum ſit, quamuis vnus eſſe tactus ſimplexq́; videatur, propterea quòd carne tota res contingibiles ſentiuntur, non tamen re vera vnus eſt, ſed quot paria contrariorum & copulæ.

Cõtra Alexandrum qui putauerit carnem eſſe ſenſorium tactus. Cap. XL.

IAm ſoluere ꝙ Alexander in carne ſolus vidit, non impendio arduum eſt. Si caro, inquit, non ſit ſenſorium tactus, quidnam afferri aliud poterit? qñ neceſſe oĩno ſedem ſenſoriã tactui deſcriptam & certam haberi, quemadmodum orbes ſinusque viſui adiunguntur, auriculæ auditui prominent, lingua guſtui delegatur, nares olſactui ſeruiunt? Sed meminerit Ariſtote. ſenſorium tactus cordi mandaſſe. Deinde alia via occurrit. Si cõem, ĩquit, rõnem viciſsim ſenſus ineũt, quẽadmodum quæ media & internuntia reliquis ſenſibus ſunt, ipſa non ſentiunt, ita par ſit, vt caro nõ ſentiat, quæ tactui ꝓ medio eſſe ſtatuitur. Sed ad hoc audiat Ariſtotelem dicentem animal non carne, ſed ſimul cum carne ſentire. Præterea nec ſimilitudo inter carnem & cæterorum ſenſuum media, qua ille nos vrget, in fidem recipi poteſt, ꝙ hæc innata coniunctaq́; habeantur, illa prorſus externa ſeparataq́; ſint. Eſt & in eo nõnulla diuerſitas, ꝙ eadem corporis pars à pluribus ſimul poteſt attingi, eundem colorem tueri, eundem ſtrepitum audire, decem ſimul, atq; adeo innumerabiles poſſunt, vt in cuneis theatriſq́;. Atq; hæc in dubium reuocaſſe hactenus: atque obiter diluiſſe non fuerit inutile.

Senſum tactus maxime corpulentum videri: item tactum mediocritatem eſſe et quoddam alio modo, quàm ſenſus cæteri. Cap. XLI.

117 PLane tactus ſenſuum oĩum maxime corpulentus eſt, nam & ſubiectæ huic ſenſui res naturam corporis maxime referũt, & differẽtiæ corporis ſunt, qua corpus eſt, non qua aĩatum viuumq́;. Calor.n. & frigus, item humor & ſiccitas elementis primis peculiares & propriæ qualitates ſunt de quibus accurate in libris de generatione & corruptione perſcripſimus. Senſorium porrò tactilium, & in quo primo tactus ineſt, honore præſtito vocare tactorium poſſumus, vt auditorium, viſorium, olfactorium. Scire etiã illud debemus partẽ eam, in qua prima tangendi conſtituta vis eſt, talem eſſe potentia oportere, qualia ſunt quæ tanguntur. Erit igitur tactus potentia calidus, potentia frigidus, & cætera ſimili ratione. Quapropter iure dictum eſt ſenſorium hoc valde craſſum & corpulentum eſſe. Cæterũ 118
ſuperius declaratum in cõe eſt, animalia quodãmodo & gñe pati dum ſentiunt: dictum eſt etiam id quod patitur, partim ſimile agenti eſſe, partim abſimile, ꝙ neceſſe eſt, quũ cœperit pati abſimile ſit, quũ deſierit, ſimile euadat. Ex hoc ſequitur ſenſorium tactus non ſentire, q́ æque calida, æque algida, æque læuia, æque aſpera incidãt. Nec illud interius modo, ſed ne mediũ quoq; ipſum quod eſſe diximus carnem, ſed ſolas redũdantias & defectus eſſe, quæ ſentiantur, quaſi ſenſus is mediocritas extremorũ ſit. Mediocritatem vero non eo modo acceperim, quo virtutes ſolemus mediocritates vitiorũ vocare: nam virtutes, ꝙ in meditullio vitiorum ſunt ſitæ, qđq́; ab iis pari vtrinq; intercapedine circũſiſtuntur, mediocritates appellanẗ, & ſunt. Non hoc in tactu mediocritas eſt, ſed eo ꝙ id qđ in medio eſt, ſeu quod mediũ eſt, vtrunq; extremum potentia continet.
Iã in hoc quoq; tactus à cæteris ſenſibus diſsidet, ꝙ non 119
eodem iure medietas eſt, quo illi cẽſentur. Nam & id in quo primum facultas viſibilis continentur, expers eſſe omnis coloris debet, & id in quo vis audiendi, primum ineſt, vacare omni ſtrepitu oportet. Ac actus ab omni qualitate abſolutus nunquam eſt: nam ſenſorium ĩ quo vis tangendi habetur, eſt corpus: nullum corpus eſt, cui aliqua è tactilibus qualitas annexa & adiuncta non ſit. Ita conſtat alio modo tactũ, alio cæteros ſenſus mediocritates eſſe: ac illos quidem idcirco, ꝙ nihil oĩno earũ rerum quas recepturi ſint, continent, tactum idco ꝙ remiſſas & medias qualitates ſumit, non calorem aut frigus, ſed teporem: nec mollitiem aut duritiem, ſed quod inter has ambigit. Porrò mediæ qualitates tanquam iudices extremarum habẽtur. Proinde vtram extremarũ tactus accipiat, neceſſe eſt ad eam ex mediocritate ſe referat, ab vtraq; autem patitur, non quatenus ſimilis eſt,
ſed quatenus diſsimilis. Præterea quemadmodum ad 120
viſum viſilia & inuiſilia, & vniuerſum priuationes ad ſenſus, ita ad tactum cõtingibilia & incõtingibilia pertinent. Planè incontingibile dici poteſt, non ſolum id quod tenuem & imbecillem vim obtinet ad ciendũ & laceſſendum tactum, ſed etiã id quod exceſſu infeſtius eſt & corrumpit, vt quæ vehementer calent aut algent.

Communia ſenſuum, hoc eſt, ſenſum recipere res ſenſiles citra materiam, item ſenſum non proprie pati, item exuperantia ſenſilium omnibus officere ſenſibus. Cap. XLII.

POſtquã de ſingulis ſenſibus generatim & breuiter executi ſumus. (Eſt enim locus alius ad explicationem ſenſuum vberiorem & exquiſitiorem nobis ſeruatus) reliquum eſt vt in cõe de oĩbus diſſeratur. Senſus omnis formas & ſpecies haurit citra materiam. Sicut enim cera ſine auro aut ære ſymbolum excipit, (excipit autem ſigillum & imaginem aurem, non tñ quatenus aurem) ita oculus colorem & aures ſonũ, ſimiliter guſtus & olſactus ſua ſenſilia, quamuis hoc in guſtu & odoratu incertius eſſe & inconſpectius videaẗ. 121 *In libello de ſenſu & ſenſib.*
Quum ergo ad ſenſus qualitates abiunctæ materiæ & 122
ſubiecto perueniant, neceſſe eſt ſenſus à ſenſilibus pati dicantur, atq; hæc paſsio longe abeſt ab ea, q́ inanimis & caren-

& carẽtibus ſenſu corporibus propria eſt. Patiũtur qui-
dem ſenſus,(vt dixi)ſed ita vt forma rei percieat impel
latq́; inſtrumẽtum, materia ſorinſecus ſedea tıat corpo
ra quum franguntur, ceduntur, cremantur, non niſi in-
greſſu & acceſſu materiæ patiuntur. Cædit. n. non acies
ſola aut mucro,ſed gladius.i.acies ipſa cũ ſerro:itẽ deu-
rit ignis,nõ forma ignis ſpeciesúe. Quamobrem iſthæc
propria preſſaq́; paſsio eſt,quia in mutationem & con-
uerſionem aliquam decumbit: imo vero quod ſic pati-
tur,ſimul ac paſsio finem accipit, in materiam agentis
tranſit. verbi gratia: Quod inceditur incendẽtis,quod
frangitur confringentis,quod cæditur incidentis. Sẽſus
non poſſunt materiæ ſentilium effici. Non.n.albet aut
nigrat, aut opacatur viſus, neque exacuitur aut granẽ-
ſcit auditus, ſed qđ diximus ſæpe, & ſæpe dicemus, ſpẽs
rerum & ratio concipitur. Quo fit vt paſsio hæc non in
conuerſionem mutationemúe,ſed in cognitionẽ & iu-
dicium deſinat. Nulla enim materia de forma ſibi acci-
dente bęrẽteq́; iudicium ſerre poteſt, quia materia ſuo-
pte ingenio inſipiens bruta irrationabiliſq́; eſtrario ve
ro tum de aliis iudicat, tum ratione & ſorma rationem
& formam apprehendit. Senſus autem ſpecies & ratio
ea eſt, quæ ſedem in primo ſentiendi inſtrumẽto habet,
(nam ſenſus nihil aliud eſt quàm facultas & forma pri-
mi cenſorij) quamuiſq́; ſenſus & primum ſenſoriũ ſub-
iecto non diſtant,(quemadmodum nulla forma ſubie-
cto diſtat ab eo in quod ipſa recipitur) tñ diuerſa ſenſo-
rio & ſenſui eſſentia eſt: nã ſenſorium magnitudo eſt at-
123 que corpus, ſenſus vero forma & ratio corporis. Con-
ſtat autem ex iis quæ hactenus commemorata nobis
ſunt, exuperãtiam ſenſilis efficere, atque adeo permitiẽ
afferre ſenſorio: nam ſi vis maior ingruat quàm vt ſuſtĩ
neri à ſenſu poſsit, neceſſarium eſt eius partis interitum
ſequi, quia temperamẽtum & ratio ſoluitur diſſuiturq́;.
Nihil.n.aliud temperamentum & ratio eſt, q̃ mẽſurata
quædam & modificata medietas. Oẽ vero moderatum
ab imoderato diſſoluitur, vt modulatio in fidibus atq;
cantu, ſi chordæ voceſq́; aut validius obgraueſcãt, aut
impenſius exuibriſſent, quàm intentionis & concentus
ratio poſtulat, protinus diſsidere incipit, mox & conſpã
ratio tota confunditur. Atq; hæc quemadmodum eue-
niat, ex iis quæ diximus, probe arbitror liquere.

Plantas expertes ſenſus eſſe, & ratio quamobrem ſint expertes, licet ſint compotes anima. Cap. XLIII.

124 SEd ne illud quoque ignorari exiſtimo, cur non ſen
tiant plantæ, tametſi partem aĩę ſortiantur, & mo-
menta tactilium qualitatum agnoſcant, caleſcunt,
frigeſcũt, humeſcũt, ſicceſcũt. Planè nõ video qui dubi
tari in vno eo poſsit, an videãt, audiãt, oderẽtur, an vero
tangendo ſentiant ea quæ tangunt: fortaſſe hoc contro-
uerſiam nõnullam habuerit, eoq́; apertiſsime ab iis quę
tangunt immutari videntur & perpeti, an patiũtur qui-
dem illæ, ſed non ita vt formam & rationem ſolam ac-
cipiant? Nec.n.ea natura fructices ſunt, vt ſpecies qua-
litatum materia abiunctas, ideſt nuda & mera ſimula-
chra earum concipere poſsint, quandoquidem nulla
pars plantæ, nedum tota planta naturam obtinet quali-
tatibus tẽperatam, vt animalium carnes, & quod in ali-
quibus ad proportionem carnis eſt, ſed ſemper inæqua
bilem ſubſultãtemq́;, ideſt ĩ alterum extremum propen-
ſam. Nam & animalium quæ ab hac mediocritate plus
recidunt deterius & exilius ſentiunt. Patiuntur ergo
plantæ materia agentium ſubeunte, humeſcunt enim
humore ſuccedente, ſrigeſcunt inſinuante ſe frigore.
Materiam igitur oportet intra ea quæ nutriuntur inſer-
ri, non intra ea quæ ſentiunt, quatenus ſentiunt: ſed ma
teria ſoris relinquitur, ſorma intro admittitur. Iam ſi
ſenſum haberent ſata temere eum fruſtraq́; habuiſſent,
quum nec ſalutaria & vtilia perſequi poſsint, nec vitare
contraria, quod tamen animalibus tributum eſt. Ad
plantis negatum, quia immotæ loco & affixæ radici-
bus ſunt, natura porrò nihil incaſſum aut temere viceq́;
fortuita ſuſcipit. Quòd ſi enim plantæ conuenientem
ſuccum hauriunt è terra, id non agnitione aut iudicio
aliquo faciunt, ſed natura, id quod vel in nutritione ani-
malium cernitur. In iis enim natura ipſa eſt quæ alimen
tum bonum ſciſsit, & malum repellit, idq́ue nec vigilan
tibus nec ſentientibus iis quæ aleſcunt. Igitur neque
inſtrumentum ſentiendi vllum plantis datum eſt, neque
communis illæ ſenſibus omnibus vitalis & penetrabi-
lis ſpiritus.

Non ſentire omnia quæ recipiant ſenſile: item repetitur carnem non eſſe ſuum ſenſorium tactu. Cap. XLIIII.

ILlud etiam generaliter aliquis quærat, fieri poſsit, vt 125
quod natura non videt, non audit, nõ olfacit, tamẽ
à colore, ab odore, à ſono aliquid patiatur? at hoc
ita ſoluitur. Ab exaudibili qua exaudibile eſt, pati non 126
poteſt, quòd vim exaudiendi non habet. Nam lapides
qui ſtrepitu maiore diſsiliũt &, fructices qui tonitribus
euelluntur, non videntur hoc pati à ſono qua exaudibi
lis eſt, ſed eo quòd in aere æditur: qui vehemẽtius per-
cuſſus ictuſq́;, quocunque illo impetu ingruit, cladem
importat, ſternit & quatit. Nam veſtes quotiens ſalſu-
gine: aut aſpergine alia ſitum aut aliud vitij contrahunt,
non ſapori id tanquam guſtabilis facit, ſed tanquam ea
qualitas quæ naturam corrumpẽdi putrefaciendiq́; ha-
beat. Quamuis vero afficiatur aer à ſtrepitu, afficiatur
odoribus, non tamen audit, ſed conſtrepit: nec odora-
tur, ſed deolet. Eodẽ modo aquæ ſaporibus, & aliis ſen- 127
ſilibus confunduntur, nec tamen propterea ſentiunt.
Quamuis autem corpora fluxa interminataq́; maximè
opportuna iniuriæ paſsioniq́ue ſint, non tamen plagas
quas concipiunt etiam poſſunt ſentire, quia ſenſus paſ-
ſione hac non conſiſtit, ſed forma ſola (vt dixi) ſine ma-
teria percurit, eaq́; aliquandiu etiam poſt impreſsionẽ
& abiũcto ſenſili retinetur. Semper enim id quod pro-
prie patitur, vt ſæpe commonuimus, materia agẽtis eua
di, ideſt, in materiam agentis commigrat, quia quum ca
leſit, frigeſit, ſicceſit, humeſit, motus & paſsio hæc non
in cognitionem, ſed in cõuerſionem & immutationẽ
finit. Atque hæc quoque ratio reuincit carnem inſtru-
mentum tactus eſſe non poſſe, quoniam qualitates cũ
materia recipit more quo ſolet in anima. Nemo enim
eſt cui hæc ſæpe non incaluerit, humuerit, ſrixerit: ita-
que & hęc materia qualitatum efficitur, quod in cæte-
ris inſtrumentis non contingit. Pupilla non albeſcit, aer
qui in adiutorio eſt, nec acutus nec grauis redditur: ita
caro ſenſorium eſſe tactus nõ poteſt, quum nec formã,
nec rationem nudam excipiat, ſed materiam quoque
induat gentis. Enimuero id quod iudicio cognitione-
q́ue præditum eſt, ab ea re de qua iudicat, hoc genus
pati non poteſt.

FINIS LIBRI SECVNDI.

THEMISTII DE ANIMA, LIBER TERTIVS.

Hermolao Barbaro Interprete.

Omnes quinque ſenſus animalibus perfectis tribui, nec plures haberi. *Caput.* I.

128 SVNT ſanè ſenſus quia [a] plu
rimi habeãtur,& ſupra quos
nullum adeſſe aliũ ſui gene
ris nouerimus numero quin
que, viſus, auditus, olfactus,
guſtus, tactus: ꝙ ex iis quæ
ſequuntur, facile demonſtra
tur. Tametſi.n.ſupra quæſi-
uimus, eſſent ne plures pote
ſtates & vires ĩ tactu, ꝓpter-
ea ꝙ plura eſſe ſubiecta vni ei ſenſui videbantur, non
tñ ideo valet, vt ſenſus aliquis prætermiſſus à nobis cre-
datur. Nam quãquam plura ſunt quæ tangantur, & cõ-
trarietates itidem plures, nulla tñ illarum eſt quę ambi
tum ſenſus huius effugiat. Nempe grauia & leuia, quã-
uis non protinus, nec occurſu primo, nec eo modo tan
gantur quo calida, frigida, humida, non tñ ſe ſubducũt
nec euadunt quum percipiantur à tactu: ineſt.n.quædã
vis & facultas in nobis diſcernendi librandiq́; põderis:
eo nunc quærimus: non vtrum poteſtas ea inter tacto-
rias collocanda habẽdaq́; ſit, ſed vtrum qualitas aliqua
corporum habeatur, quę à nobis comprehendi nõ poſ
ſit. Et hercules videtur nulla. Oïum.n. earum iudicium
129 habemus & ſenſum. Proinde ſi ſenſu aliquo deficere-
mur, neceſſario nobis & inſtrumentum deeſſet. Ac oẽ
quidem inſtrumentum ſentiendi corpus eſt. Corpus oẽ
vno aut pluribus elementis conſtat. ex inſtrumentis itẽ
alia in nobis ſimplicia & ſui generis ſunt, alia ambigunt.
130 Pupilla ex humore, auditus ex aere, olfactus in ancipiti
ex alterutro: nã aquatilium odoratus ex aqua, cæterorũ
ex aere, nullum quod ex igni aut terra conditum ſit. Ex
igne propterea, ꝙ oïbus inſtrumentis eſt additus, quia
ſingulis ſenſibus portio ſua caloris obtigit. Nec poteſt
aïal pte vlla ſine calore naturali ſentire. Ex terra [b] ideo:
ꝙ elemẽtum id craſsiſsimum & ad cognitionem inep-
tiſsimum videbatur. Quam ob cauſam membra ea quę
terratiora ſunt, vt oſſa, vt vngues, vt pili, bruta quoq; &
priuata ſenſu habentur. Sed tñ terra copioſior & domi-
nantior in tactu, q̃ in cæteris ſenſibus eſt. Ergo (vt dixi)
nullũ nobis ſenſorium deficit, ex iis quæ ſimplicibus cõ
ſtant. Sed ne id quod ex pluribus conſtat deſideramus,
quale caro eſt, aut quod pro carne aliquibus ex propor
tione ĩeſt, ſi modo carnem ſenſorium appellare fas eſt.
Quare ſi nullum machinamentum inſtrumentumq́ue
abeſt, nulla quoq; ſentiendi vis abeſt, quæ inſtrumento
vtatur. Præterea quum ſenſus à natura ita inſtituti com
paratiq́; ſint, vt interuentu medij corporis effigies re-
rum & motus accipiant, neceſſe eſt medium illud aut
extraneum aut coniunctum intelligi. Primũ habemus
coniunctum, quo vtuntur guſtus & tactus. Deinde &
extranea, atq; ea ſunt aer & aqua, quæ cæteris ſenſibus
ad inuectum ſenſilium famulantur ancillanturq́ue. Ac
greſsilibus quidem ad percipiẽdos colores & ſonos aer
ſatis eſt, aquatilibus aqua, ſed vtrunq; elemẽtum & pro
coloribus, & pro ſonis ſimul idoneum eſt. Item vtrun-
que ſeorſum pro ſingulis, hoc eſt, aer & aqua pro co-
loribus, & aer & aqua pro ſonis, nullum igitur interme-
dium eſt, quo carere animalia videantur. Quòd ſi præ- 131
ſto nobis oia ſunt, & ea per quæ ſimulachra rerum ve
huntur, & ea in quibus recipiuntur, nullus ſenſus poteſt
vel fingi, qui deeſſe aïalibus videatur, nõ quidem oïbus
ſed perfectis, & quæ nec læſa laceſsitaúe habeantur, nec
trunca. Nam ea quæ Zoophyta appellãtur. i. inter aïalia
& plantas ambigui & ancipitis generis, alia ex oïbus ſen
ſibus ſolo tactu vigent, nonnulla adhibẽt guſtum, quæ-
dam etiam odorantur. Quæcũq; vero ingredi poſſunt.
abſolutaq́; ſunt, quinque ſenſibus pollent. Nam talpæ
quaquam viſus [c] deeſt, oculorum effigies ineſt, ſi quis
membranam ſedi luminum prætentam detrahat. Ac vĩ
detur quidem natura in eo quoq; illi numerum ſenſuũ
explere ornareq́; voluiſſe, etiamſi cute obducta oculos
condidit opacauitq́; ꝙ vſus viuendi neceſſarius illi eſſe
non poſſet. Quãobrem ſi nihil eſt præter quatuor na- 132
turas, & quæ de iis concreta ſunt, vt corpora ea q̃ aïam
poſsident: ſi itẽ non eſt affectio, nec qualitas corporum
extra eas q̃ in cõſpectũ noſtrũ cadunt, & q̃ ſentiuntur
à nobis, nullus, ꝓculdubio ſenſus eſt, q deeſſe aïalibus
poſsit. Cæterũ videt natura, cõpertũ, vt facultates aïæ
ĩperfectiores ignobilioresq́; pfectioribus & nobiliori-
bus ſemper accederẽt: quo fit vt homini, quia in eo rõ
& intelligentia eſt, omnes ſenſus ad eſſe neceſſe ſit.

[a] *Prima quidem Ariſt. intentio, ait Simpli. in tertio libro, eſt agere de rõnabili intellectiuaq́; aïa: quæ ſcilicet in ĩmortalitatibus reperitur: Nam & in hoc opere uniuerſo eam animã contemplatur, quæ in mortalibus eſt, ea forſitan de cauſa, ut hinc ad præſtantiorem per quandam comparationem tranſmitteret: à ſenſili tñ anima in hoc tertio exordiũ accipit, quia in ſecũdo magna ex parte de ea anima egit, quæ animalibus ratione etiam carentibus communis eſt: Vt ergo tum eius doctrina cõtinua eſſet, tum etiam ut ex earum inuicem collatione facilius earum diuerſitatem intueremur, ut conſideremus inſuper quonam pacto ad ſenſum uſque deuenerit quoddam rationis ueſtigium, ueluti eſt impartibilitas & ſeparabilitas quædam, necnon ſuimet comprehenſio: præterea etiam quia intellectus practicus ſenſibus etiam utitur.*

[b] *Et ſi, ait Simplicius, terra in nobis commixta dominetur, à uita attamen quæ in nobis, uiuificatur & leuatur ut ſtatim ſenſilem capiat actionem.*

[c] *Non tamẽ crediderim, ait Simpli. talpam penitus carere ui ipſa uiſiua ac eius actu, ſed ea quæ conſpicua fit & eludẽs: uiſus ergo particeps eſt, ſed ueluti perpelles quaſdam, ſicut quando nos pro clauſis etiam palpebris non nihil lucis percipimus. Neque enim fieri poteſt ut fruſtra ſub cute natura oculos ſit fabricata, ſed per eam cutem operantur quidem, uerum obſcure admodum propter earum imbecillitatem: ueluti ea etiam quæ noctu depaſcuntur.*

Nullum ſenſum proprium eſſe, quo ſenſilia cõia cognoſcantur: item illa per ſe, & nõ per accidens ſentiri: item quẽadmodũ ſenſus circa propria ſenſilia & communia, & quæ per accidens ſunt, fallatur. *Cap.* II.

AT VERO neq; illud dici poteſt, aliquem 133
ſui generis ſenſum ad ea ſenſibilia debuiſſe
inſtitui, quæ communiter ſentiri omni-
bus ſenſibus videantur, eoque euenire vt
quum nullus huiuſmodi cõpareat, neceſ-
ſe ſit videri aliquem ſenſum animali deeſſe. Prohinc
fieri vt illa nunc quaſi per accidens ſentiantur, quia nul
lum peculiarem ſenſum natura ſtatuerit, quo motum,
quietem,

quietem, figuram, magnitudinẽ, numerum ſentiremus. In plenum oportuiſſe facultatem aliquam comparari, cui ſenſilia hæc vt nõ communia, ſed vt propria & particularia ſubiicerentur. Viſu hæc per ſe ſentiri non poſſe, ſed tanquam appẽdices coloris magnitudinem, figuram, motum, quietem, numerum ſentiri. Omnis.n.ſenſus vnum & multa cognoſcit, ergo ſi per accidẽs ſentiũtur, æquiſsimum fuiſſe adhiberi aliquem ſenſum, quo
134 principaliter ſentirentur. Verum ſoluitur: Fieri non poteſt vt ſenſilia communia per accidens ſentiantur: nam quæ per accidens ſentiuntur, mouere nõ poſſunt, neq; ſenſum afficere, neque formam ſuam imprimere. Viſus vero quãquam non proprie afficitur, tamen quadamtenus afficitur à colore, & auditus à ſtrepitu, idq; potiſſimum tũc quum ſenſorium in actione atq; opera eſt.

Duplex eſt forma rerum quæ per accidẽs ſentiendi.

Non ſic ea quæ per accidens ſentiũtur, nam duplex forma eſt quo quid per accidens ſentitur. Prima ea, vt quũ judicamus aſpectu dulce id eſſe quod cernimus: nã ſæpe accidit vt liquorem, quem flauo colore conſpicati ſumus, illico enuntiemus mel eſſe, nõ expectato de guſtu iudicio. Hoc autem efficitur ratione hac, quum aliquãdo flauitiem & dulcedinem percepiſſemus ſeorſum, hãc viſu, illam guſtu, atque ita notiones illæ ad communem ſenſum perlatę fuiſſent, in quo quãquam vnus eſt, omnes tamen notitiæ ſenſuum reponuntur alliniunturq́;, ſolet contingere, atq; adeo interim error intercidit, vt ſenſus is paſsim idem eſſe ĩ omnibus iudicet, quod in vno comperiſſet. i. vt ſemper quæ flaua conſpexerit, cõtinuo dulcia eſſe pronunciet, in quo iam tanta fiducia decernẽdi ac temeritas eſt, q̃ ſi vtriuſq; ſenſus fide ac periculo niteretur. Altera forma, qua res per accidens ſentiuntur hæc eſt: Si Cleonis filium accedentem intuar, nec ſolũ hoc affirmem, candidum eſſe hominẽ qui accedat, ſed etiam filium Cleonis: ſaue Cleonis filius nõ tãquã Cleonis filius ſentietur à me, ſed tanquam candidum, cui filium eſſe Cleonis cõtingerit. Quo fit vt viſus iudicium ſuum in colore non ſiſtat, qui tamen ſolus ad ſenſum illum pertinet, ſed fines ſuos tranſgreditur, & procedit vltra, inuadens in quæ ius non habet, & occupãs quæ notioni ſuæ ſubiecta non ſint, immo quæ neq; alterius ſenſus. Quãquam hoc non tam committit viſus, q̃ illa interior vis, quæ vna communisq́; eſt, ad quam ſe omnes referunt ſenſus. Atque hi duo modi ſunt, quibus res per accidens cadunt in ſenſum, quibus tamen filius Cleonis & dulcedo quum ſentiuntur, neq; mouere neq; afficere viſum dicuntur, tametſi viſus & Cleonis filium iudicet argumento candoris, & dulcedinem coniectet explorata flauitie: Non ſic cõia ſentiũtur: quum.n. magnitudinẽ oculus ſentit, ſtatim ſimilitudo magnitudinis ĩ oculo ſculpitur. Eodem modo & motus, & figuræ, & vnitatis. Qui ergo fieri põt, vt quæ huiuſmodi ſunt vt ſimulachrum ſuum exprimant & relinquant in ſenſus, non aliter quàm colores, q̃ ſoni aſſolent, ſentiri tamẽ per accidens videantur? Reſtat igitur vt ſerio concludamus naturam egregie & perſpicaciter vidiſſe, nec coargui poſſe, quæ nulli ſenſui priuatim contractionem communium ſenſibiliũ mandarit. Quũ vero de alienis ſenſibus mutuo iudicium ſenſibus ferunt, per accidens iudicare dicuntur: idq́; contingit ꝙ omnes ad vnum deſinunt, terminanturq́; ſenſum cõem. Ergo quũ eundem ſuccũ oculus flauum, guſtus amarum enunciet, & vterq; iudicium ſuum ad communem ſenſum referat: ſi alio tẽpore viſus ad eundem ſenſum notionem flaui coloris attulerit, protinus colori amaritudo ſciſcetur, nec argumẽtum guſtus corrogabitur. Tunc vero & falli ſæpenumero vſu venit: non quidem viſum, ſed communẽ ſenſum, quo guſtus & viſu iudicia conferuntur. Eſt.n. ſenſus communis qui committit, vt duorum ſenſuum officia confundantur: ipſe culpam habet temeritatis huius, vt qui dicere ſolus poſsit in felle amaritudinem & flauitiem ineſſe, duoq́; ea vno in corpore contineri credere: atque hæc cauſa vna quamobrem fallatur. Decipit & alio tenore, quum de colore ſolo temere aſſeuerat Cleonis filium eſſe, qui è longinquo accedere videatur. Nec.n. ex vna coloris nota dignorari Cleonis filius poteſt, ſed pluribus aliis indiciis veſtigiisq́;, quibus percipiendis vnus ſenſus ſupereſſe non poteſt. Forteq́; vis aliqua præſtantiora adhibenda intendendaq́; eſt, quæ animalibus brutis adiuncta non ſit. Hallucinabitur & circa communia ſi vni ſenſui tantũ inſtiterit, innixusq́; fuerit, vt ſi vni viſui ſe de figura concredat, quum figura viſui & tactui ſit communis.

Non poſſe vnum tantũ ſenſum eſſe ſenſiliũ oĩum. Cap. II.

EX iis clare dilucet plures q̃ quinque ſenſus eſſe nõ 135
poſſe. ſed quæret quiſpiam cõtra: Cur non vnus modo ſenſus eſſe poſsit, quo & colores & ſtrepitus & ſapores, & cætera quoq; ſenſilia comprehendantur. An ſi vno ſenſu oia comprehenderentur, internoſci nõ poſſent? nunc vero quum illa pluribus ſenſibus capiantur, manifeſte ſciũr vni ea ſenſui conuenire non poſſe? Atq; cauſa vel ſola poteſt ſufficere, ꝙ quum cõmunium difficile ſit iudicium, multa iudicia conſpirent & conſentiant neceſſe eſt. Sed & confeſſum id probatumq́; ex antelatis videtur. Si.n. ſenſus vnus eſſet, vnum eſſe inſtrumentum & ſenſorium oporteret: hoc fieri, prorſus nullo pacto poteſt: nam inſtrumentum tale potentia eſt, quale quod allicit ſenſum. Hoc autem non promiſcuum aut indiſcriminatum habetur, ſed cõſtitutum ac certum. verbi gratia: De color potẽtia color eſt, & inſonum potentia ſonus: Neque.n. quodq́; & vtcunque temeritas tulit, agere in quicque poteſt, neque ex aduerſum quicque à quoque perpetitur: quæ omnia nobis alio loco expoſita comprobataq́; ſunt.

[a] *Simpli. inſequens Plutarchum ait Ariſtote. non ſimpliciter hoc in loco quærere, cur non unum tãtum ſenſum habeamus, quo omnia ſenſibilia comprehendimus, ſed plures: huius enim rei aliæ ſunt cauſa, ſcilicet differens genus rerum ſenſilium. atque partibilis aptitudo generabilis corporis ad differentes ſenſus. Sed ait quærere hoc de communibus tantum ſenſilibus, cur non unico tantum, ſed pluribus ſenſibus poſſint comprehendi: quos etiam Ariſtote. imitatur.*

Quæſtio an eodem ſenſu quo ſentimus, percipiamus nos ſentire. Cap. IIII.

QVum vero ſentiamus nos ſentire, (verbi gratia, 136
ſentimus nos videre) ſolet quæſtio eſſe, vtrum viſu, an alio ſenſu potius iudicemus hoc. i. vtrũ viſus functionem ſuam, an alius ſenſus intelligat. Nã ſi alius & non viſus dicatur, duos haberi ſenſus oportebit eiuſdem ſubiecti, videlicet coloris, tum viſum quo principaliter colorem tuemur, tum illum aliũ quo nos tueri & videre perpendimus. Neq;.n. iudicium ferre de viſu ſenſus vllus poteſt, niſi qui cognoſcat id quod videtur & cernitur. Itẽ ſi præter viſum opus eſt alio ſenſu, qui de actione viſus enunciet, cur non ſit opus iterum alio, qui de ſecunda actione enunciationeque iudicet, atq; ita deinceps alio, quo ad dum inquiſitio in infinitũ extracta cogat quieſcere? Quòd ſiquis rõne noſtra euictus,

ctus,fateatur ſm ſenſum de actione viſus & de ſua pro-
be indicaturum, cur non iam inde ab initio hoc idem
dici de viſu poſsit, præſertim tãto faciliore ac breuiore
137 circuitu? iudicabitur igiť viſus de actione ſua. Sed illud
videtur hoc loco dubium facere: Si viſus functionem
ſuam percipit,(nihil autem percipit viſus, niſi colorem,
quia proprium ſenſile viſus eſt color) neceſſe eſt vt ſun
138 ctio viſus & actio colorata eſſe dicatur. An ſoluitur ſic-
pote? Liquido [a] conſtat ſenſum nec vno modo neque
ſimpliciter ſentire. Nam tum quoq; quum nihil cerni-
mus, iudicamus aliquid viſu: neq;.n. lucem ſemper, ſed
etiam tenebras aſpectu percipimus, non tñ ſimili rõne.
Quo igiť ſenſu ſentimus nos nihil videre, eodem quo-
que ſentimus nos videre: atq; ille iam viſus eſt. Cæterũ
id quod paulo antea inducebatur, haud temere dictum
videtur, viſum ſcilicet quodammodo coloratum eſſe,
quum inſtrumenta recipiat colorem, quãquam citra
materiam. Qua rõne illud itidem euenit, vt quãquã abe
unte aut abiuncta re ſenſili, ſentire tñ animalia ſubortis
ſenſibus ac ſuccedentibus viſis neceſſe ſit. Rationes.n.
& formę ſenſilium, quas ſibi ſenſus tanquam copias ali-
quas comparauit, obretinentur aliquandiu in nobis, &
digredientibus quoq; rebus externis moram in ſenſi-
bus trahunt. Illud vero nulla ratione probari conuenit
quum conſtet flauum nos colorem obtutu cognoſce-
re, tñ hoc ipſumq; videamus alio poſſe quam hoc ob-
tutu cognoſci. Quamobrem aſſerendũ eſt vtrunq; eo-
dẽ viſu perpendi, ſed diſpari genere. Nã flauitiẽ ſentire
dicimur, eo quo à flauitie ferimur patimurque. Sentire
nos ſentimus, eo ꝙ dictũ illum & paſsionẽ percipimus.

[a] Ex his liquido patet tam ſecundum Them. quàm græcos alios actores, non modo cõem ſenſum cognoſcere qđ ſenſus quinque exteriores, ſentiant, eorumq; operationem, uerum etiam ipſimet ſenſus exteriores: hocq; ait Simplicius propriũ eſſe humani ſenſus, ſentire ſcilicet quod ſentiant. eſt enim rationis opus in ſeipſum reflecti & inde oſtenditur in ſenſus uſque non nihil rationis deſcendiſſe. Ait præterea idem Simpli. utriuſque uirtutis eſſe cognoſcere ſeipſam communis, ſcilicet ſenſus & propry: attamen euidentius in communi reperiri, utpote quæ purior magisq; ſeparata uideatur.

Idem eſſe ſubiecto ſenſum in actu, & genus ſenſile: item vtriuſque actum in ſenſu haberi, item ſenſilia eſſe etiam cum non ſentiuntur actu. Cap. V.

139 ACtus ſenſilis rei & ſenſus ipſius quãquam idem
vnusq; eſt, diuerſa tamen in vtroq; ratio eſſentiæ
habetur, exempli gratia: Idem eſt actu ſenſile &
auditus, & actu viſile & viſus, quia fieri non poteſt; vt ſit
aliquid exaudibile actu aut viſile ſine auditu atque viſu:
ſed quod ſenſile potentia eſt, hoc abiungi etiam ſubie-
cte põt à ſenſu, quum fieri ſæpiſsime videamus, vt audi-
tum qui habet, nõ tamen exaudiat, & quod exaudiri po
teſt, non tamen exaudiatur. At quum is qui poteſt audi
re, iam audit, & id quod poteſt audiri iam audiť, tũc ſi-
mul & ſenſus & ſenſile actu ſunt. Vtrunq; vero in ſen-
ſu poſitum eſſe debet, propterea ꝙ ſemper facientis mo
uentiſq; actus in patiente recipitur, quòd nos in libris
naturalis auſcultationis planiſsimo & vberrimo aſtru-
ctu docuimus. Quare & actus rei ſenſilis in ſentiente ſit
oportet. Hinc quoque illud ſumi poteſt, non oẽ quod
mouet, moueri ſubinde oportere: ꝙ quum ſenſum mo
uere ſenſilia videantur, ipſa tñ quieta & immota ſpectẽ
tur: quod maxime in viſu deprehendere eſt, mouet.n.
oculum color immotus ipſe atque hærens. Sed & tactũ
afficit frigus alterata carne, vel inſtrumẽto eo quod in-
terius & occultius q̃ caro eſt: frigus ipſum non afficitur
contra, neque alteratur, tũc quum alterat ſenſum. Sanè 140
eſt vbi vtriuſque actiones.i. ſenſus & ſenſilis rei diuerſis
nominibus appellentur: nam corporis ſonantis actum
dicere ſonitum poſſumus, auditus recipientis auditio-
nem. Eſt ẽt vbi alterius actio innominata ſit: nam actio
viſus contuitio dicitur, actio coloris vacat quo dicatur.
Item actio guſtus põt vocari guſtatio, actio ſaporis quo
mõ vocetur non habet. Non recte igitur creditum vete 141
ribus eſt, qui de natura ſunt locuti, colorem ſine viſu, &
ſaporem ſine guſtu haberi non poſſe. Quamuis.n. actu
viſilia à contuitione ſeparare non ſit, tñ ea quæ ſola po-
tentia continentur, etiam ſi nõ actu cernantur, poſſunt
in rerum natura conſiſtere. Quum ergo bifariam dicať
viſile, iuſta obiurgationę inceſſendi ſunt illi, qui ſigna-
tum eius vnum & ſimplicem eſſe arbitrantur.

Senſus oẽs eſſe rationes quaſdam proportioneſq;. Cap. VI.

QVod ſi audibile actu, & auditus actu idem ſunt, 142
haud peſsime dicunt, qui ſenſus rõnes eſſę quaſ
dam, atq; proportiones affirmant. quod quidẽ
& ꝓbari in hũc modum poteſt. Plura ſunt ex ſenſilibus
concreta & mixta, quàm pura & ſimplicia, vt in ſonis
conſonantiæ, in ſaporibus condimenta ſcitamentaque
in coloribus commiſſuræ eorum & tranſitus. Quare &
muſica, & pictoria, & pigmentaria, & pulmentaria ſiue
ſtructoria, omnes opera ſua permixtione & confuſio-
ne extremorum abſoluunt, permixtio autem & confu-
ſio collatione proportioneque retinentur. Simul igitur
proportiones hæ actu ſenſiles fiunt, atque ita eædem
ſenſibus à quibus ſentiuntur. euadunt, neceſſario ſequi-
tur ſenſus proportiones eſſe, propterea quòd cum pro-
portionibus iidem redduntur. Iam extremi ſoni & ſapo
res compoſiti meriq;, ſiue exceſſu ſiue defectu damnẽ
tur, aut ſenſum omnino non laceſſunt, aut obleſionem
& perniciem afferunt, quia neque proportione, neque
tempetamento, neque concordia continentur.

De ſenſu communi quemadmodum vnus ſit, tum in ſe, tum per reſpectum ad tempus, in quo multa cognoſcit atque diſcernnat. Cap. VII.

QVum autem ſæpe dixerim ſenſum in ſuo quẽq; 143
ſenſorio collocatum eſſe & ita demum de inci-
dentibus & incidentiũ differentiis iudicare, hoc
ego & latius petendum, & ſubtilius exquirendum pu-
to. Sentimus hoc non modo album à nigro luteum ab
aquilo, ſed etiam album à dulci diſtare: quæro diſcerni-
culum & differentiam hanc, qua diſtat album à dulci, q́
facultas alia percipiat? Non viſus, quia viſus, dulce non
ſentit: nõ guſtus, quia guſtus albũ nõ cognoſcit. Planè 144
vero neceſſe eſt ſenſum eſſe aliquẽ, q hoc dilucidet, ꝓ-
pterea ꝙ ſenſilium differentias ſentiri perpẽdiq; nõ alia
vi, q̃ ſenſibili conuenit. Non eſt igitur mirum ſi viſum
nobis eſt ſedem tactus in carne contineri non poſſe, ſed
carnem [a] pro medio potius, quam pro inſtrumẽto ani-
malibus datam: aut ſi cui inſtrumentum eſſe id placet,
non tñ primum ſummumq;, in quo tactoria vis conſi-
ſtat. Nec ſolũ de carne hoc verum, ſed de pupilla quo-
que, & de meatibus aurium & narium cauernis ſtatuen
dum, vt in proceſſu docebimus. Ad quod quidem mõ-
ſtrandum pauca ex ſuperioribus repetamus. Quemad-
modum vna poteſtas eſt, quæ iudicat album à nigro diſ
ferre, ita & vnam eſſe neceſſe eſt, quæ dulce ab albo di-
ſtinguat. Nam ſi diuerſæ vires ſunt, quarum altera hoc,
altera illud poſsit, vtiq; nullum diſcrimen inter ſenſilia
ea con-

ea conſtituere poterũt. Alioquin ſi ego hoc, tu illud clã me & ſeorſum perceperis, poſſet contingere vt ab vtroque noſtrum diuerſa eſſe inter, ſe atque euariantia noſcerentur. Quod oĩno impoſsibile eſt, ſed vnam vim, aut vnum hoĩem eſſe neceſſe eſt, qui vtrũq; cognoſcat, ſi de vtroque decernere debeat, & dr̃iam inter album & dulce complecti. Ergo quemadmodum quis de duabus rebus enunciat, ita & duas illas res neceſſe eſt ſentiat & cognoſcat. Porrò vis ea, quæ de rebus diſcrepantibus arbitratur, non ſolum in ſe vna ſimplexq́; eſt, ſed etiam per comparationem & collationem ad tempus. Nam quum quis mel flauum & dulce, niuem candidã & algioſam ſentit, eodem tempore vtrunq; ſentit: & qñ alterũ diſsidere & diuerſum eſſe decernit, ſimul quoque idem in altero ſtatuit. Dixi qñ decernit, quod quidem verbum per accidens accipi poteſt, quia poſſum dicere Platonem philoſophum ad Dionyſium tyrannum in Siciliam traieciſſe adnauigaſſeq́;, ſed quãquam nunc dico illum adnauigaſſe, non tñ dico illum adnanigaſſe nunc. Facultas vero & poteſtas illa, quæ de albi & frigidi differentia iudicat, non modo nunc iudicat, ſed etiã iter nunc eſſe, & nunc differre illa diſtareq; iudicat. Simul ergo de vtroq; conſtituit, ita efficitur, vt non ſolũ vna ſit virtus eo ꝙ de ambobus iudiciũ ferat, ſed etiam ſit vna, ꝙ de ambobus eodem momento pronũciet. Eſt igitur ſenſuali aliqua vis, ĩ quam functiones diuerſiſsimæ omnium ſenſuum terminantur.

[a] De carne, ait Simpl. ſermonem habet hic Ariſt. non tanquam de inſtrumento tactus, ſed carnem dixiſſe uidetur pro quocunq; corpore. corpus. n. nequaquam poteſt eadem ſui parte differentia contrariaq́; ſenſilia ſuſcipere. Vltimum autẽ ſenſiterium, non inſtrumentũ appellat, ſed aĩam ipſam ſenſitiuã, inquam tandem ſenſibile terminatur: quæ etiam iudex eſt.

Quemadmodum ſenſu communis contraria cognoſcat, et quemadmodum ſit ſimilis centro. Item communem merito principem ſenſuum vocari, vt cui ſenſus cæteri ancillentur. Cap. VIII.

146 VErum dubitauerit aliquis, ſi ſtatuendum ita eſt, vt diximus, cõſequens videri, vt illud quoq; ſtatuatur vnam eandemq́; indiuiſam & ſimplicem facultatem pluribus motibus, & quidem eodem puncto & quod grauius eſt, etiam contrariis & aduerſantibus moueri. Non mõ. n. pupilla & lingua flauitiem ſeorſum hæc illa dulcedinem ad ſenſum cõem adducunt, ſed ẽt ſola pupilla cãdorem ſimul & nigritiam eodem apportat. Quod genus accidet, quoties oculos in paginas ſcriptas conĳcimus, in quibus ſimul album & nigrum contueri eſt. Hæc vero non ſolum diuerſa ſunt, ſed præter hoc ẽt pugnant & diſsident: qui fiet itaq;, vt contrariis motibus exerceri vna vis poſsit? Sanè in ſenſibus & ſenſilibus, quæ tm̃ diuerſa eſſent, non etiam contraria, quia nec actus ab ĩis profecti contrarĳ haberẽtur, vt dulcedo & flauities, conniuere id facilius poſſemus: in vno autem ſenſu & inſtrumento id defendere abſurdius videtur, q̃ vt præter eundem ſilentio ſit, qñ quidẽ contraria percipere & ſentire ſimul oporteat. Sed ecquid idoneũ nobis ſuffugiũ illud eſt? quo multas in philoſophia difficultates & nodos exoluimus, poteſtatẽ videlicet eam quæ cõis ſenſus appellitetur, & quo actiones particularium ſenſuum referantur, vnam quidẽ numero dicere, ſed quæ rõne & conſideratione in plura ſe fundat. parti igitur diuiſa eſt, qm̃ eſſentia & rõne diſtrahitur partim indiuiſa, qm̃ loco & numero vna eſt. Qua diſtinctione recepta protinus appareat, quemadmodum vna quum ſit, tñ plura & contraria ſentiat. Sed nonne flagitioſa ſolutio eſt? Nam ſi quis eandem rem potentia diuiſilem & indiuiſilem diceret, nihil impendio admirabile diceret, quum negari non poſsit idem ſimul eſſe potentia feruidum, gelidum, candidum, nigrum. At probare quicq̃ ſi- 147
mul eſſe actu contraria, hoc ego non ſolum admirabile ſed etiã impoſsibile duxerim. Prohinc neceſſe eſt differentes actus, aut tempore diuerſo, aut à diuerſis agentibus concipi. Quapropter ſi ſenſus intellectusq́; ſenſibilium & intelligibilium forma recipiunt, fieri nullo modo poteſt, vt repugantes & contrarias ſimul recipiant. Quamobrem rectius illud ac verius fuerit ſenſibilẽ vim notę ac pũcto perſimilẽ dicere ĩmo vero circuli centro, quæ lineæ oẽs à curuaminæ profectæ directęq́; terminantur procumbuntq́;. Punctus [a] ille ſimul eſt vnus & plures: vnus, quia circuli cardo vnus eſt: plures, quia plurũ & differentium linearum pro termino & collimitio capitur. Ex hac cauſa ſimul & ſecabilis & inſecabilis dicitur. Eãdem naturam obtinet facultas hæc, quam & primam ſenſualem, & principem ſenſum vocare oportet, propterea ꝙ quãquam vna multis tamen ſenſoriis confinium eſt. Quatenus itaq; vna indiuiſibilisq́; eſt, de diuerſis ſimul & vno iudicio iudicat. Quatenus vero plũrium & ſeparatarum rerũ terminis fungitur, ſit vna ſcindatur, & dehiſcat in plures, & de diuerſis negotiis diuerſa iudicia ꝓferat. Ita nihil obſtet multa & abiũcta eſſe, quæ ſentiantur, & tamen vnam vim haberi quæ ſentiãt, quippe q̃ ſimul vna ſit, & multæ. Præterea id quod ſępe commonuimus, ipſa nõ albet ſimul & nigrat, neq; friget ſimul & calet, (nam hoc perabſurdum eſſet) ſed quum ſenſus ſuis quinque officiis perfuncti, ea quæ cognouerunt intus annunciant, ipſa expers corporis, & tãquam pro tribunali ſedẽs, & ſpiritu illo curruli iuecta: vnde omnia inſtrumẽta portionem ſuam carpunt hauriuntq́;, quantum ad explendum vitæ vſum & obeundum munus ſit ſatis. Et quo, vt dixi, quinq; interpretes ſiue exploratores & nuntĳ ſenſus, tanquam apparitores & miniſtri procedunt, illa inquam virtus, eo ſuggeſtu poſita non patitur ipſas contrarias qualitates, ſed ante ſe poſitas & ad pedes genuaq́; aduolutas iacentesq́; cõtemplatur: ita demum iudicium ſuum ꝓmit, & dulce ab amaro incernitur, & album à dulci diſcriminat. Et quemadmodum vnus pluribus vellicantibus, litigantibusq́; poteſt ſimul ius dicere: ita non ſit à nulla rõne inuentum, ſenſum aliquem in nobis promiſcuũ contineri qui contrariis ſenſibus ſimul operam det. Illud eſſet abſurdum putare ſenſum eum ſimul pati contraria. Ex ĩis quæ dicta iam ſunt, conſtare arbitror, neque viſum in pupilla primum eſſe, neq; auditum in auribus, neque guſtum in lingua, ſed ſenſus oĩ in prima illa ſentiendi vi ſedem habere. Quod ſi qñque diximus, quinque nobis eſſe ſenſus oẽs, ex eo accipi volumus, quinq; inſtrumẽta haberi, & quinq; canaliculos ſenſibus ſpiritus, quos tãq̃ à fonte vno p inſtrũa illa riuatos quinq; ſenſibus natura diſtribuunt. Senſum vero ꝓprie illũ primũ itelligimus qui inſtrĩs his ceu famulitio vtitur. Iam ea q̃ extrinſecus deferuntur quinq; ſenſibus, tanq̃ diuerſoriis, & domiciliis recipi æquum fuit: at regis ac principis ſedem vnam cõſtitui oportet. Quẽadmodũ. n. q̃uis multi magiſtratibus libelliones pragmatici exceptores aſsideãt, vnus tñ eſt, qui ius habeat ſententiæ ferẽdæ: ita & hic tametſi multa inſtrumenta machinamẽtaq́; ſint, in q̃ rerũ ſimulachra receptentur, vna tñ vis arbitra eſt, quę de omnibus

bus ſciſcat, pronũciet, iudicet. Hæc illa vis eſt qua nos viſu videre, & auditu audire ſentimus. Eadẽ.n.potẽtia percipi actiones ſenſuũ neceſſe eſt, qua dr̃ias actionum percipimus, non ergo verũ eſt, quòd paulo ante viſi ſumus probare quũ diximus, viſu nos ſentire hoc qđ cernamus, & auditu quòd audiamus, hoc ſuum eſt ſenſus cõis ingenium, munusq́; cui notitiam omnium ſenſiliũ natura mandauit. Hactenus de ſenſibus dixiſſe ſit ſatis.

a *Puncto quidem, ait Simpl. aſsimilatur aĩa ſenſibus, utpote quæ cum ſit incorporea ſubſtantia & impartibilis, utatur attñ ſenſiterio quod partibile eſt, & una cum eo operatur quod & patitur & mouet̃ ab ipſis ſenſilibus, dũ diuerſis ſubiectis corporis partibus diuerſæ occurrũt affectiones: & ipſa ẽt per ſe ĩ actione iudicãdi nõ eſt penitus à corporibus ſeparata.*

De mente intellectuq́; quem veteres exiſtimauerunt, idem eſſe cum ſenſu: item quo differat intellectus à ſenſu. Cap. IX.

149 PRoximum ab bis eſt, qm̃ non ſolum ſentiẽdo, ſed etiam intelligendo cognoſcimus, quærere quod diſcrimen inter ſenſum & intellectum a conſtituere oporteat. Quo vero nobis quæſtio hæc ſcientius & inſtructius procedat, afferenda de hoc ſunt veterũ conſulta, qui de natura ſcripſere. Atque illi quidem ferme oẽs ſenſum idem eſſe cum animo & intellectu dixerũt. Quum.n.verſu quodam cecinerit Empedocles. Conſilium ad præſens homini & ſapientia conſtat. Nihil videtur tribuiſſe ſupra vim ſenſus animo quẽ prout quæque ſenſibus accidiſſet, varie & inconſtanter impelleret. Homerus quoq; quum dicat, mentem oĩbus mutationes veritatesq́; ambiẽtis nos corporis, ſequi videtur naturam animi habuiſſe corpoream, eumq́; quaſi idem eſſe cum ſenſu putaſſe. Talem animum plane mortalibus eſſe neceſſe eſt, in lucem primo qualem deus extulit ortu. Iam iis aĩam ex primordiis & elementis rerum cõcretam & conditam volunt, quo res per ſimilitudines earum inſitas cognoſcat, vñr aĩam nihil aliud, q̃ corpus credere, quippe quæ ex corporibus conſtare dica-
150 tur, quæ ipſam cognoſcit. Cęterum oportuit non id tãtum monſtraſſe, quemadmodum aĩa cognoſceret, ſed etiam quemadmodum falleretur fruſtrareturq́;, tanto præſertim frequentiore propenſioreq́; ad habendum & oberrandum vita, tum ꝙ temeritas & ignoratio maiorem æui partem nobiſcum exigunt, quam experientia & notitia: tũ vel maxime, quod ea quæ nouimus ꝓportione minima continentur, ſi collata comparataq́; iis ſiunt, quæ ignoramus. Præterea quum ſcĩa & ignorãtia contrariorum vna eſſet, (qui.n.ſciat bonum conducere, ſimul ſcierit malum fraudi eſſe: & qui in illo fallat̃, falſum ſe quoq; in altero habuerit) neceſſarium erat, vt aut ſimilitudines contrariorum generum ſimul ineſſe aĩa diceret, quandoquidem contraria noſcerentur: aut diſsimilitudines, quia deciperemur, quorum neutrũ eſſe rõne vlla poteſt. Atq; hæc fere extra propoſitum hactenus. Verum quàm nõ idem ſit ĩtellectus & ſenſus promptiſsimum illud atq; efficaciſsimum argumẽtum videtur, quòd quum aĩalia omnia ſint ſenſibus prædita, ſolus homo præter hos & mẽtem & intelligentiam obtinẽt. Præterea quis non videt alias eſſe differentias rationalis potentiæ, alias ſenſuum, ideſt quinque? Item affectus & opera quis poſsit negare, alia ſenſibus iuncta, alia intellectui & rationi tributa? Neque intereſt intelligentiã illam an rationalem virtutem, an intellectum & mentẽ appelles. Nam poſterius diligenter preſſeq́; digerimus, quid quibuſque nominibus indicetur. Nunc obſecro voces illas ꝓmiſcue pro vna re adeuntes hæc audiant, tantiſper dum de differentiis ſenſus & animi agitamus.

a *Sub intellectu phantaſiam etiam comprehẽdit, ait Simp. ea ratione quod cum intellectu hac quidem parte conuenit, quia non egent ſenſilium præſentia à quibus moueantur ſenſiteria ipſa, ueluti ſenſus, nam phantaſia ex ſeipſa quandoque exurgens, ea quæ cognoſcenda ſunt proponit.*

Intellectũ non eſſe ſenſum, neq; item imaginationẽ. Cap. X.

AC primum quidem virtutes animi videntur hæ, 152
recta opinio, ſcĩa, prudentia, quæ ad ſenſum pertinere nõ poſſunt: item vitia animi ſunt, falſa opinio, inſcitia, imprudentia, quæ nemo ſenſibus tribuere poſsit. Præterea ſenſus cum aut propriis, aut cõibus ſenſilium generibus abſoluatur, circa propria (ꝙ parte plurima dixerim) incorruptus veruſq́; eſt: cõtra intellectus quanquam in eo propria & cõia alio more ſpectantur tñ frequẽtius à propriis, quàm à cõibus fallitur, propterea quòd res quanto cõiores habentur, tanto cõſpectiores priores intellectus ſunt. Quòd ſi vſqnam dictum reperias, aĩalia quædam rõne quæ careant, animum tñ & intellectum habere, ſcito abuſionẽ in eo nominis factã. Nullum.n.præter hominem aĩal cõpos & particeps animi eſt, ſed nonnulla ſpectris & viſionibus valent, quod genus phantaſiam', & imaginationem appellant. Imaginatio autem quamuis ſit præſtantior & nobilior ſenſu, longe tñ inferior animo intellectuq́; eſt, vtpote quæ tanquam in confinio vtriuſq; ſit poſita: ita fit, vt ea vis ſenſum quidem ſequatur, ſed actionẽ animi antecedat, Proinde viſa ſenſaq́; ſimul illita animo ſunt, excitãt adiunguntq́; ſibi commotionem illam, quam hypoleſim dicunt, ac ſi ſuſpicionem, apprẽſionem, ſuſceptionem, aut exiſtimationem vocaris. Quo nomine oẽ iudicium intellectus & rõnis, item habitum oẽm & formam intelligendi complectimur, eoq́; illud tanquam genus accipitur, cuius ſpẽs ſint opinio, ſcĩa, prudentia. Atque hæ virtutes quamuis oriantur à ſenſibus, & præcedentem imaginationem requirant, nõ tñ cum illis eædem ſunt. Prorſus ſuſcipere aliquid in opinionem, ſciam, aut prudentiam alterius facultatis eſt, quam imaginationis. Nã imaginari a & viſa cõcipere ſimulac collibitum eſt poſſumus, tanteq́; in eo cuiq; copiæ ſuppetũt, vt nihil obſit, quod non poſsit ſibi affingere & ſubiicere oculis, adeoq́; facile oĩa, quæ velimus ad cõdictum accurrũt, vt tum quaſi geri agiq́; videãtur: at credere aliquid aut exiſtimare, aut iudicare de rebus quoties ĩceſsit volũtas, in noſtra manu non eſt, ſed quoties ipſa rei veritas, quæ videbatur, apertiſsima aſſentiri nos cogit. Neq;.n. fieri põt, vt quis rei, quã nihil dubitat falſam eſſe, aſſenſus ſuos accommodet. At vero bis duo quatuor eſſe neceſſarium eſt velis nolis accedere: cõtra, vt bis duo ſint quinq;, aut bis decem viginti non ſint, nemo vnquã acceſſerit, qui rõnem numeri teneat, ſicut neq; vt homo non ſit bipes, aut vt ignis non perurat. Quamuis.n.flammas gelare, & hoĩem eſſe quadrupedem dicas, nõ tñ id quod dicis ẽt ſentis Poſſumus quidem ore duntaxat & lingua, tũ verum dicere, tum ẽt dementiri: at opinari ex animo intus & corde, itẽ aſſentiri & diſſentiri nõ poſſumus, niſi quæ vel ĩuitiſsimi credere, aut aſpernari cõpellimur. Nã quæ euidentiſsima ſunt & q̃ ita eſſe vti ſunt videntur, attollũt, rapiũtq́; ẽt repugnantẽ animũ ad acceſſionem ſine aſſenſionẽ: è diuerſo quæ nullo mõ videntur eſſe, auertunt & reuocant etiam volentem accedere:

quorum

quorum vero incerta & ambigna ratio eſt, & perinde
iudicium anceps,quaſi ſuſpendunt aſſenſus & ſuſtinẽt.
Imaginari quidem in noſtra poteſtate eſt, oon modo
quę poſſunt eſſe,ſed etiam quæ nõ poſſunt:vt tricipites
& tergeminos homines,qualem fuiſſe Gerionem cõfi-
ctum ſabulis eſt:vt alatos, qualem Zetum & Calain fi-
lios Boreæ:vt Hippocentauros,vt Carybdim & Scyllã.
Quemadmodum.n.pictoribus licet,qnacunque forma
animal in tabula ponere,ita & animæ comminiſci for-
mareq;. Ad hæc cum formidalem & atrocem aliquam
cladem impendere nobis opinamur, ſtatim contrahi-
mus & demittimus animom, toto corpore perhorre-
ſcimus, contremiſcimus, impaleſcimus: cootra qnum
voluntatem aliquam inſignem aut compendium ma-
gnum ad nos ſpectare,inſtareq; credimus, fidẽtes, hila-
res, geſtibundiq; reddimur. At cum aſſingimus cum
imaginatione ſola hæc,(vt quum proponimus terremo
tus horrẽdos,truces ferarũ imiõum aſpectus) nulla nec
affectio,nec conſternatio ſequiẽ:& quẽadmodũ pictu-
ræ nõ deterrent,ita nec viſa,nec figmẽta illa,quæ ipſi ar
bitratu nr̃o cõſundimus & miſcemns. Ex iis liqnet ima
ginationẽ ab exiſtimatione & apprehẽſione diſtigui.

[a] *Non ita eſt audiendum, quod hic Ariſt. Themiſtiusq; di cũt, ait Simplicius, quod ſcilicet imaginari in noſtra ſit facul tate ut credamus quod imaginatio quælibet in noſtro ſit arbi- trio: nam imaginationes multæ nobis etiam inuitis fiunt: ſed ideo in noſtra eſſe facultate dicitur, quia quædam ſunt quæ quotieſcunque libitum fuerit, imaginari poſſumus.*

Imaginationem eſſe virtutem diuerſam à ſenſu. *Cap.* X s.

154 QVum vero multa intelligantur à nobis,de qui-
bus nihil opinamur, & quibus nec aſsiſtimus,
neq; obſiſtimus,conſequens eſſe arbitror doce
re,quidnam ĩtellectio ab imaginatione viſioneq; diffe-
rat. Non.n.propterea quòd ſine viſis & imaginibns in-
telligi nihil poteſt,putandum eſt eandem vim eſſe,quæ
intelligat,& viſa concipiat. Vt vero locus hic tractatus
eſſe accuratiſsime videatnr,initio paolo altius petito,p
more noſtro de imaginatione diſſeremus. Relinquanẽ
ſignificatns illi imaginationis, qui per translationem
modo de ſenſibus, modo etiam de mente & intellectu
afferri ſolet,de ſola ea imaginaõone loquamur,cuius in
ſimulachrum ſpectrumq;, tanquã rei ſenſę figura quæ-
dam effigies ſormatur & creatur in aĩa. Quòd ſi ita eſt,
imaginandi vis facultas vna,ant habitus ex illis vnus vi-
detur,quo veri ſumus ant ſalſi:nam qnatuor ſunt habi-
tus,quibus veri eſſe ſalſiuè poſſumus,ſenſus,opinio,ſciẽ
tia, ĩtellectus. Intellectum hoc loco accipimus ſtrictiſ-
155 ſime, & proprie pro eo qui nunquã falſa reperitur. Pri-
mum igitur oſtendo ſenſum non eſſe imaginationem.
In ſomnis imaginamur,in ſomnis non ſentimns,neqoe
actu, oeque potentia. Non potentia, qnia in ſomnium
eſt commotio ſenſorum, qnæ impreſſa & derelicta ſtus
ſunt. Nec actu multo magis, quòd fieri non poſsit vt ſo
piatur aĩal vigilante & lucubrante ſenſu. Præterea cæci
imaginantur & confingunt colores, quos tñ neq; actu,
neq; potentia ſentiũt. Deinde ſenſum oĩbus aĩalibus,na
tura vulgo conceſsit vim imaginandi nõ conceſsit, ſed
dedit fortaſſe formicis & apibus, eoq; amplius equis &
canibus, negauit vermibus. Item ſenſus propriorum ge
nerũ verns magna ex parte eſt, imaginatio ſerè oĩs men
dax & falſa: eaq; tunc potiſsimum frequẽs mnkaq; ac-
cidit, quum quieſcunt & feriantur ſenſus: qnod quidem
apertiſsimum eſt. Qnotiés.n.ſenſus circa res ſubiectas
actu verſantur imaginari non dicimur, ſed quotiens ad
opera receſſerũt. Nemo tam ſtupidns ſit, qni de Socrate
quem cominus videat, cogitet, ſed de eo quem eminus
proſpectet obtutu dubio caliganteq;. Præterea nemo
poteſt clauſis & cõpreſsis oculis cernere, cogitatio ima
ginatioq; tunc vel efficaciſsima eſt. Poſſunt & alia ſuper
hæc complura adduci, quibus luce ipſa clarius compro-
betur imaginationem à ſenſu differre.

Imaginationẽ à ſciẽtia, intellectu, opinione differre. *Cap.* X1 s.

SEd ab intellectu quoque & ſcientia imaginationẽ 156
diſtare ad hunc modum, breuiter & facilime demõ
ſtratur. Intellectus & ſciã ſemper veri habitus ſunt,
imaginatio perraro eſt vti ſallax & vana nõ ſit. Reliquũ
quæritur, an idem habẽda opinio & imaginatio ſit. Sed
hoc abunde ſnperius indicatum eſt. Quum.n.imagina-
tionem ab exiſtimatione & apprehenſione doceremus
ſeiunctam eſſe, tunc quoq; vſu cõi ab opinione ſecreui-
mus, quia ſub exiſtimatione opinio, vt ſpecies contine-
tur. Sanè opinio & imaginatio illud habent commune,
vt vera & ſalſa eſſe poſsint, quæ ſub vtrãq; vim cadunt
verũ diſſentit in eo ab imaginatione opinio, quòd hãc
conſequitur aſſenſus & fides, neque vllo pacto poteſt,
vt qui opinatur, non credat ita plane eſſe, vt opinatur.
Ruríus fieri annectitur perſuaſio, perſuaſioni ratio. Eſt *Opinio:*
enim opinio quædam cum ratione aſſenſio. Animali-
bus nonnullis [a] quãquam adeſt imaginatio, rationis ta-
men vſus nullo modo poteſt adeſſe. Item opinari ſactu
impoſsibilia in noſtra poteſtate non eſt, (quod etiã re-
tro diximus) vt alatos homines, aut tergeminos imagi
nari, certe promptiſsimum cuiq; & facillimum videtur.

[a] *Id de imaginatione terminata et diſtincta intelligendum eſt, ait Simplicius, nam confuſam quandam & imperfectam habent quæcunque ſenſu non carent.*

Contra Platonem, qui imaginationem dixit eſſe comple- xionem opinionis & ſenſus. *Cap.* X I I I.

EX iis obiter & illud conſtat, imaginationem non 157
eſſe opinionem cum ſenſu, neque per ſenſum: ne
que cõplexionẽ: item opinionis & ſenſus. Quod
dico propter Platonem, qui putat imaginationem nihil
aliud eſſe, quàm ſentire aliquid, & illud ita opinari eſſe
vt ſentiretur. Ad dictum eſt, atque adeo demonſtratũ,
imaginationem cum opinione non ſemper coniungi.
Quod facile deprehendas, ſi picturam quampiam con
templeris, in qua miranda extremaq; & mõſtruoſa ſint
depicta. Nam cogitare quidem de illis ipſis, quæ ſpecta
ueris, & imaginari tantiſper neceſſe eſt: ita opinari cer-
te eſſe vt ſunt deſcripta non poſsis. Sed & inde proba-
ueris imaginationem noo eſſe connexionem opinio-
nis & ſenſus, quia ſi illud detur quum fieri nequeat, vt
talis complexio intelligatur diuerſis ſubiectis abſolui,
hoc eſt, vt opinio circa bonitatem, ſenſus circa nigritu
dinem verſetur, etiam ſi eadẽ res ſit, in qua & bonitas &
nigritudo conńeatur, quo genere cõplexio opinionis
& ſenſus accidentaria eſſet. Reliquum eſt, vt opinio atq;
ſenſus, quorum cõplexione definienda, imaginatio ſit,
tũ vno genere & qualitate ſubiecta vti, tum parẽ vtrũq;
rõnem inire. Nec viciſsim pugnare dicãtur, ſed cum ple 158
runq; accidat vt tametſi de eadem rem & ſenſus & opi
nio babeantur, tamen opinio recta ſit atque vera, ſen-
ſus mendax & ſalſus: noo video qui poſsit defendi con
ſortium illud imaginationem eſſe. Nam quum ſenſus
iudicet Solem pedalem opinio maiorem etiam terra,
quod fœdus, quæ ſocietas inter iudicia tam contraria
fuerit?

fuerit? aut qua ratione conciliabitur, aut conſtabitur iudicium vnum ex vtroque ſalſo hoc, illo vero? cū neceſſe ſit, aut repudiata opinione, quæ vera eſt, falſum iudicium ſeuſus aſciſcere: aut ſimul cum opinioue retinere etiam iudicium ſenſus, vt pote à quo potiſsimum imaginatio oriatur & pēdeat. Certe horum vtrūq; impoſſibile eſt, quia neq; veram opinionem reſpuere aliquis poteſt re, præſertim commutata, ſed incolumi & ipſa & eo qui opinatur: neque item fieri poteſt, vt is qui recte opinatur Solem eſſe maiorē terra, credat aſpectui ſciéti pedalē. Iam hoc loco tenetur Platu apertiſsime, quū īficiari nequeat talem ſenſum, qui ab opinione diſſentiat miſceri cum ea, & copulari non poſſe: imo vero hic nedum coaleſcit opinio cū ſenſu, ſed excludit & reiicit ſenſum, & vna cum ſenſu imaginatio quoq; damnatur. Eſt.n. imaginatio quaſi quædam impreſsio & veſtigium ſenſus, non complexio opinionis & ſenſus: nam remos ſi mergas videntur infracti: primumq; id ſenſus iudicat, dein & imaginatio ſequitur, ſed opinio quæ viſis obſiſtit vtrunq; coarguit.

a *Hoc Plato in ſophiſta ſcripſit: ait attamen Simpl. non eo modo intellexiſſe mixtionem, ut ex ſenſu & opinione inuicem commixtis inſurgat imaginatio, ſed eo modo, quo media quædam miſceri dicūtur ex extremis: quæ etſi ſimplicia ipſa ſint, commixta tamen dicuntur ratione conuenientiæ, quā ad utraque extrema retinent. Eodem etiam pacto in Timæo ait animari ex impartibili, & ea etiam quæ circa corpora diuiditur ſubſtantia, conſtare dixiſſe ea ratione qua media, manente etiam rei ſimplicitate cum extremis, aliquo pacto communionem quandam habent.*

Imaginationem habere ſimilitudinem cum ītellectu, item qua ſit definitio eius, & quot modis diſtinguatur à ſenſu. Cap. XIIII.

159 SI igitur imaginatio neque ſenſus, neque exiſtimatio, neque opinio, neq; prudētia, neque ſcīa, neque intellectus proprie eſt, nulla facultas animæ relinquitur, de qua poſsit ambigi, an ſit imaginatio, niſi quæ forte de intellectu controuerſia eſt. Nam ſi intellectus oīs ſemper verus eſſet, dubitari non poſſet, an imaginatio intellectus foret: ſed ſi quis etiam ītellectus ſequi fallatur, vtique non ſit facillimum imaginationem ab intellectu diſtinguere. Quum vero plurima ſimilitudine inter ſe iungantur, primum, quod dixi imagninatio fallitur, poteſt & intellectus: deinde quemadmodum in nobis ſitum eſt de quaq; re imaginari & cogitare quum volumus, ita oīa intellectu affingere & componere poſſumus: veruntamen nihilominus differunt, ſed quibus diſcriminibus iam quærendum eſt. Primum vtriuſq; natura definienda ſeorſum videtur, ita apertiſsime diluceſcet quænam inter vtranq; diſtantia ſit. Prius tn̄ quid ſit imaginatio demonſtrandū eſt. Hactenus.n. nó quid ſit, ſed quid nó ſit executi ſumus. Quum igitur pleraq; ita moueantur, vt ipſa non moueant, (vt lapſis qui mouetur à baculo, quem manus mouet: & nauis quæ mouetur à fluctibus, quos excitant venti) nihil mirum ſi hoc idē in ſenſu quoq; noſcatur. Sēſus à ſenſilibus exterioribus cómoti laceſsitiq; primum ſimulachra ab iis miſſa recipiunt: deinde illam aīæ vim, quam imaginationem & phantaſiam vocamus, impellunt, cuius ea eſt natura; vt formas atq; imagines rerum, quas præbent & renunciant ſenſus, retineat, & cōſignet in ſe, ita vt vel digreſsi üs quæ ſenſus ciebant, tn̄ veſtigia illorum, & effigies diutius hæreant & cunctentur in nobis. Sanè nihil eſt tam facile, quàm quū remota ſenſibilia ſunt, imaginationē à ſenſu decernere, quippe ꝗ tunc ab opere ſenſus ceſſet, imaginatio non ceſſet. At quum ſenſilia ita aſsiſtunt, vt ſenſum & imaginationē ſimul pellār prouocentq; tunc difficile eſt facultates illas īternoſcere, qm̄ vtraq; circa idem genus, & eodem tp̄e abſolui & verſari videntur. An neq; tum quoq; idem genus, neq; idem tempus, neque eadem rō eſt, quibus ſenſus, & quibus imaginatio vtatur? Primum qualitas, quæ ſenſum extimulat, exterius habetur, atque imaginationem, interius. Quæ.n. accepta & comprehēſa ſenſibus ſunt, eorum ſpectris & ſimulachris imaginatio excitatur, ita ſit, vt quemadmodum ſenſile competat ad ſenſum, ita actio ſenſus imaginationi reſpódeat. Quia vero plurimum ſit, vt ſenſu & imaginatione ſimul vtamur, tunc differentia vtriuſque potentię non admodum conſpicua eſſe poteſt. Verum, vt dixi, inter ſenſum & imaginationem clariſsimum interſtitum eſt, quū ſenſus officio ſuo functus prior deponit, quod ex more plurimo agitur, imaginatione adhunc vigente perſeuranteq;: quo quidem tempore veſtigium rei ſenſilis conceptum ſoris & hauſtum à ſenſu, ſuum imaginationi ſubiectum efficitur. Quod quemadmodum fiat, de imaginatione hac capiamus. Licet exēplum fingamus anulum eſſe, qui effigiem ſuam in cera penitiſsime, id eſt intimius adigat, & ad vſque fundum expandat, deinde à cera ita prorſus intime effigiata obſignari ambientem obductumq; aerem, mox remota cera & anulo, impreſsionem & ſugillationem in aere ſolam relinqui. Reſeramus hoc in ſenſum & imaginationem. Senſile pro anulo ſit, vicem cere ſenſus obtineat, imaginatio aeri ſuccedat. Cæterū ſimilitudo hæc paſsiones animantium continet, animantibus alio genere pati contigit: nam horum paſsio, nō tam paſsio quàm actus & abſolutio eſt, & quemadmodum ſenſus à ſenſilibus rebus, ita imaginatio quæ in actu ſit, à ſenſu perficitur. Differentiam porrò vtriuſque potentiæ potiſsimum docent ea animalia, quæ quum inſtructa ſenſibus ſint, tamen imaginandi & afformandi viſa ingenio carent, vt vermes, & muſcæ, & complura generis eiuſdem, quę quanquam & ſenſilibus mouentur, non tamē retinent notiones, aut ſpecies eas, quas ſentiendo coucipiunt, ſed quicquid agunt, temere agunt, & caſu ferūtur nullis regentibus viſis, quippe quæ in iis manſitare, aut ſcrutari nó poſsit. Proinde ſenſus illorum per quam ſimilis ictui præceleri eſt quem quis ſummotenus & in tranſcurſu impegit, vnde nec cutis adliueſcat, nec vibices attollantur, in quibus exemplaria, & imagines rerū ſenſiculatarum firmius & ſtabilius hæſitant. His altera quædam facultas ſupra ſenſum data eſt, in qua tanquā in ærario atq; penu ad vſum prōptuarium formæ oīum rerum locantur: quamobrem imaginario, neque ſine ſenſu adeſſe poteſt, neque verſare agitareque alias res, quàm quæ pertinere videantur ad ſenſum. Quòd ſi interim ad intelligibilia quoque vſum ſui accommodat, hoc ei illatenus contingit, quatenus & ſenſui, à quo intellectualia ortum progreſsionemque habent. Itaque vt cera impreſsionem ſimul recipit & retentat, tantum diuerſis cauſis recipit, quia non rigens pugnanſue eſt ſed cedens lentaq;, & in omnem effigiem tenera retentat, quia præter hoc etiam firmam & ſtabilem habet compactionem: ita & anima ſenſibiles formas, à quibus mouetur & quaſi exculpitur, recipit & conſeruat: ſed recipit quia compos eſt ſentiendi ea à quibus mouetur, conſeruat quia vim habet imaginandi ea quę ſenſit.

ſenſit. Certum autem illud eſt, quoties ſenſus in ſenſile agit, i. quoties ſenſus in actu eſt, & incũbit in ſenſilem, toties quoq; in idẽ ſenſile imaginationẽ moueri. Neq; enim digreſsis rebus aut ſublatis imaginatio tueri & cuſtodire veſtigia earum poſſet, niſi cognoſceret & perciperet ea, qunrum ſibi cuſtodia eſſet cum credita.

Imaginationes quot modis, & cur ſint falſæ: item cur dicatur phantaſia, item abſolutio definitionis eius, item cur animalia maiore ex parte viſis & imaginatione dicantur.

Cap. XV.

160 SAne quæcunque animantia imaginationem & viſa participant, quibus interdum integris & incorruptis, interdum diſtortis & deprauatis vtũtur, neceſſe eſt vt ab his fere actiones ſuas [a] & mores gubernẽt. Plane oĩs imaginatio, ſiue recta ſiue cõtraria ſit, tota pendet à ſenſu cum quo ſemper incedit, ac pedem pariter ponit, vt ſeu verus rectusq; ſit, ſeu contra mendax & ſalſus, continuo ſe eidem ſectæ imaginatio addicat. Ergo quemadmodũ ſenſus propriorũ ſenſiliũ, aut ſemper verus eſt, aut rarentur ſalſus: contra in iis quæ ſubiecta ſenſilibus proprijs exiſtunt, hoc eſt, quorũ accidentia illa ſunt, facile decipi ſolet. Nam cádidum atrumúa eſſe hominem qui accedit, integre probeq; iudicamus: ſed ſi audiamus etiam Socratem dicere, ſacile eſt vt decipi & errare poſsimus. In communibus item ſenſilibus quæ appenſa & annexa ſunt proprijs, motu, magnitudine, figura, numero, falli ſolemus, quũ deo quod ad plures ſenſus pertinet, vno ſenſu iudicium præcipites ferimus: eodẽ modo imaginatio ſenſilium propriorum pręſente & agẽte ſenſu, vera incorruptaq; eſt. De ſubiectis & cõibus adiuncto pariter & abiuncto ſenſu decipitur. Nam ſi ſenſus adiunctus deerrat, neceſſario & imagines vacillant. At quum abiunctus ſenſus eſt, tunc quoque ſed impenſe ac facillime imaginatio labitur, quia rerum veſtigia non conſeruat, perinde qualia excipit. Quod quidem tunc maxime accidere moris eſt, quum e longinquo ſenſilium generum imagines ad occulum ægerrime deferuntur, ab iiſq; ceu confutatur & nubiculatur aſpectus. Si igitur iam conſtat imaginationẽ eſſe quandam potentiam animæ: ſi item ratione demonſtratum eſt, nullã eſſe de iis viribus quas ſupra recurrrimus, reſtat definitionem eius tale afferre poſsimus. Imaginatio eſt motus animæ, quẽ ſenſus in actu poſitus creat. Cæterum quoniam viſus ſenſuum omnium acerrimus præſtãtiſsimusq; eſt, inde imaginatio viſi & viſionis nomen accepit, & phantaſia dicta ex argumento lucis, ſine qua cerni & videri non poteſt. Illud vero quod paulo ante hac dixi, iterum dicam, animalium vitam actionesq; magna ex parte viſis regi, propterea quod in iis imagines diu hæſitant, & ſimillimæ perpetuis ſenſibus ſunt. In hoc tamen diſtinctio illa ſnccedit, quod alia viſis ducuntur, quia nullam vim ſuperiorem hac habeãt vt bruta: alia, ꝙ plerunq; accidit vt nobiliorem potentiam aut moribus intercipiat, aut ſonus impediat, neceſſe eſt imaginatinnem ſequantur, vt bomines. Sed quid ſit imaginatio, & quamobrem animalibus data, affatim expoſitum cenſeo.

[a] *Quod interpres latine uertit, actiones ſuas et mores gubernent, græce Them. & Ariſt. agere & pati dixerunt. ubi Simpl. exponens ait: Pati quidem tunc dicitur, cum imaginatio a ſenſibus mouetur: agere uero cũ ipſa primo mota, ſponte deinde aſſurgit & memoria mouet alia.*

De intellectu potẽtia, qui vt ſenſus à ſenſilibus, ita ipſe ab intelligibilibus patitur, nec vllã propriam formam obtinet. *Cap. XVI.*

DE parte vero animæ qua vtimur tunc, quum ali- 161
quid contemplamur, conſultamus, decernimus,
(ſiue [b] loco diſcluſa eſt, vt Plato putabat, qui ra-
tionem in capite, iram in pectore, cupiditatem ſubter
pręcordia in hepate collocauit: ſiue loco quidem à cæ-
teris viribus animæ ſeparata non eſt, ſed ratione dun-
taxat) neceſſarium videtur, vt hac parte de natura eius
tota diligenter, diſquiſiteq; exequamur: tum quæ nam
differentia inter banc & reliquas ſacultates, præſertim
imaginationem, probanda conſtituẽdaq; ſit, tum illnd
per ſe accuratiſsime, quemadmodum intellectio cõſtet
& abſoluatur. [c] Si igitur ſentire & intelligere in eo affi
nia ſunt, vt vtroque genere anima cognoſcere & iudi-
care dicatur, (quod & retro explicauimus) maxime ne-
ceſſarium eſt quẽadmodum à ſenſilibus generibus ſen
ſuum, ita & intellectum ab intelligibilibus pelli patiq;
dicere. Paſsionem [d] vero in intellectu accipere opor-
tet, vti in ſenſu accepimus: nam verius dixeris intellectũ
perfici & abſolui, quam pati, quoties de potẽtia in actũ
effertur. Porrò intellectũ de potentia ad actũ commea-
re nihil apertius, quum neque ſemper neque idem in-
telligere videamur, ſed aliud alias. Atque hoc iam ar-
gumento eſt, intellectum talem iure intellectum pote-
ſtatis vocari. Neq; enim fieri poſſet, vt de actu in actũ
quaſi migrationem & trãſitum ſecerit, niſi ſubeſſet po,
tentia, quam tam differentes actus crearentur concipe
renturq;. Primum itaque oportet impatibilem intelle- 162
ctum eſſe, quod propria paſsione deſcribimus. Deinde
neceſſe eſt, vt peculiarem quidem nullã formam obti-
neat, ſed vt omnium formarum compos capaxq; ſit: ita
vt quamuis poteſtate omnia referat, nõ tamen ſimpli-
citer abſoluteq; omnia ſit. Tertiũ adiicimus, vt ſenſus 163
ſe ad ſenſilia babet, ita ſe ad intelligibilia intellectum ha
bere: & qnemadmodum ſenſus nihil eſt actu eorũ quæ
ſentiantur, ita intellectnm nibil eſſe actu eorum quæ
intelligantur. Neceſſarium itaque eſt, quum omnia in-
telligat intellectus, vt omnia quoque potentia ſit, hoc
eſt, vt nullam ſpeciem certam aut præcipnam habeat.
Recte igitur Anaxagoras quaſi ſomniabundus de in- 164
tellectu videtur ſenſiſſe, quum illum ſimplicem, ſynce
rum, intemperatumq; diceret, & ad omnium rerũ quas
cognoſceret, natura cõmunicatuq; alienum. Ita enim [e]
fieri, vt quam ſacillime omnia intellectu comprehen-
dantur, ſi nulla ſamiliaris forma geminaq; babeatur,
quæ æditum cæteris ſormis, tãquam peregrinis & ad-
uentitiis præcludat. Quamobrem quum intellectus 165
nullam formãm (vt dixi) præſcriptam & conſignatam
priuatim poſsideat, neceſſarium [f] eſt eius natura hoc
ſolo deſcribatur, quòd idoneus, compos, tenerq; ſit
recipiendis iuxta omnibus formis. Ita intellectus is
quo ſapit & intelligit animus, non is quo aliquando
pro imaginatione per tranſlationem abutimur eorum
generum quæ cognoſcit, nihil actu contineat antequã
cognoſcat.

[a] *Siue ſeparata ſit ſiue inſeparabilis ſecundum magnitudinem, ait Ariſto. Quem locum exponẽs Simpli. dicit nõ hoc eſſe audiendum per relationem ad corpus, nam ſuperius protulit difficile eſſe etiam fingere, ſiquidem corpus eam detinerat: ſed intelligendum eſt reſpectu partiũ earum animæ, quæ ſuperius ſunt explicatæ, altricem ſcilicet & imaginariã: &*

hanc expoſitionem Them. inſequitur. Vel potius dicendum ait idem Simpli. q̄m tripliciter eſſe cum rõne cognoſcere docebit, proponit ipſum ſapere per ſe conſiderandum, ſiue ſit ſecundum magnitudinem ſeparabile à ſeipſo ſiue non, ſed tantū rõne, ut ea q̄ō ſit: Vtrum ſint in nobis tres intellectus quaſi tres ſubſtãtiæ abinuicem ſeparatæ, uel unus potius ſit intellectus & una ſubſtantia, ratione attamen differens: quæ tota interdum in ſeipſam conuertatur, aliquando aūt ad exteriora declinet, & eadē aut perfecta aut imperfecta: ueluti & ſi differentes ſubſtantiæ ſint, non attñ ſunt ſubiecto diſcluſæ. Cur. n. ſubdit Ariſt. conſiderandum quam habeat differentiā, manifeſte non ad prænarratas uitas retulit. Nam iam apertum eſt quod hypolepſis differat ab illis, ſcilicet potius ad differentias quæ in ipſo ſapere ſunt reuocat.

c *Non de quocunq; intelligere hoc audiendum eſt, ait Sim. quod. ſ. ſe habeat ut ſentire: nō enim de eo quod ſcd̄m habitum perfectum eſt, q̄n per ſe intellectus pōt operari, pōtq; præterea tunc ſeipſum intelligere: quoniam nunquam pōt ſenſus ſeipſum cognoſcere, nec etiam pōt unquam per ſe abſque ſenſilium præſentia excitari. Vnde cum tripliciter intelligere dicatur rõnalis aīæ ab infimo exorditur, utpote qd' facilius poſſit ab auditoribus intelligi. Infimus. n. eſt materialis intellectus, et qui ab eo quod omnia patiatur nomen ſortitus eſt, qui intellectilia non eſt: ſed cum ea recipit, perficitur ueluti etiā ſenſus cum ſenſilia: & hac ratione aſsimulatur ſenſui.*

d *Improprius etiam in intellectu quam in ſenſu audiendū eſt paſsionis nomen, ait Simplicius. Paſsio enim uidetur motum importare, quę magis uidetur ſenſui accommodari poſſe, ratione ſcilicet corporei inſtrumenti quo eget, quam intellectu expers eſt huius rei.*

e *Intellectus. n. is, ait Simp. ueluti materia ſubſternitur his rebus, quas intelligit, purum aūt materiale oī penitus forma caret. Et hac etiam de cauſa in corporibus etiā primam materiam negamus eſſe uel ex elñtis aliquid, uel aliud quid qd' formam habeat: nam inuicem formæ quandā habent oppōnem, ob quā ſi quid ſit quod à quauis earum eſſentiam habeat propriam, impeditur quo minus alias poſsit recipere.*

f *Intellectum aliam naturam nullam habere, ait Simpli. uerum quidem eſt, ſi eam naturam audiamus quæ intellectiua ſit, uel intelligibilis, neque intelligit. neque intelligitur, ſed tantummodo potētiam habet ad utrunque antea quam intelligat, donec ſcilicet imperfectus fuerit: tunc enim nec ipſa intelligibilia eſt neque intellectus: quia intellectus eſt intellectilium cognitio.*

Intellectum neque corpus eſſe, neq; corpore pro inſtrumento vti item ītellectum eſſe locum & conceptaculum formarum. *Cap. XVII.*

166 QVo euenit vt diſſentaneū ſit putare intellectum
cōfundi, aut adminiſceri cum corpore, qa cor
pus ſit oportet quod cū corpore adminiſcetur.
Item ſi intellectus corpus eſſet, neceſſario aliquis actus,
167 foret & formam ſui generis aliquam præferret. Cæterū
neque vtitur corpore vt inſtrumento, quēadmodum
ſenſus vtuntur, alioquin afficeretur qualitatibus & af-
fectionibus inſtrumēti, quæ ꝙ ſemꝑ hærerent, coniun
ctæq; cum actionibus eius omnibus haberentur, impe-
dimento eſſentne reliqua genera conciperet. Cuius
quidem rei exemplum in ſenſu perſpicuum eſt, quamuis
enim ſenſus non ſit corpus, quia tamen ſedibus & in-
ſtrumentis corporis vtitur, eiſdem qualitatibus quibus
inſtrumenta afficiuntur, afficitur. Atq; hoc quoque in
ſenſoriis omnibus argumēto vno probatur, ꝙ cum ve-
hemens ſenſile (verbi gratia) vehementior aliquis ſtre
pitus auditum icit, aut nimius ſplendor oculos acceſsit,
aut quid graue olens accidit naribus: remiſsi præterea
& modici ſonores, colores, odores, præſentiri nō poſ-
ſunt, quia obſeſſus obtentusq; maiore vi ſenſus, proin
deq; occupatus totus nouum hoſpitem non poteſt ad-
mittere, ſed excludit. Cōtra intellectus ſi quid excellen
tius commentatus contemplatusq; eſt, nō ideo minus
aut deterius humiliora & inferiora cognoſcit, ſed pro-
bius & melius: ita fit vt ſenſus ſine corpore abſolui &
exerceri non poſsit, intellectus ab omni corpore abſtra
ctus adiunctusq; habeatur. Recte igiť autumāt, qui di-
cunt animā eſſe locū & cōceptaculū ſpecierum, etiam
ſi minus proprie loqui de cōceptaculo & loco videnť:
nec tñ id de anima vniuerſa accipi poteſt, ſed de dua-
bus tantum poteſtatibus eius & partibus, intellectuali
videlicet & ſenſuali. Quū vero anima locus dicitur, non
iis locus ſignificatur, qui nos ambiat complectaturq;
ſed ex ea tranſlatione indicari volumus animam quo-
dam pacto euadere, & fieri illa ipſa quæ intelligit, & quæ ſentit.

Quemadmodum intellectus poſsit, & quando incipiat perfici, & ſeipſum agnoſcere. *Cap. XVIII.*

ATque hic quidem intellectus, qui potentia de- 168
finitur, & primo ortu paruulis contingit: quum
aūt progredientibus ętatibus paulum iis firmi-
tatis acceſſerit, tū via ſenſuum & viſionū ope, multaq;
adeo huius generis exercitatione vniuerſales notiones
agnoſcūt, & ſimilitudinem in diſsimilibus colligunt,
& idē in differētibus diſcretisq; contēplantur, quo tem
pore aīus intellectusq; abſolutior & perfectior reddiť.
Nec abſimilis homini gnaro & ſcienti efficitur, qui ea
quæ à mathematicis theoremata, id eſt, ſpeculamenta
appellantur, ſimulatq; perdidicit, de cætero ipſe ſua
ſponte, & citra docentem quæcunq; ei collibitum fuūt,
commentatur. Quamuis aūt intellectus hoc genere confir-
matus, adhuc quoq; poteſtatem annexam gerat, non ta
men eodem modo quo antequā aut inueniret à ſe, aut
aliūde condiſceret: ſed quum proceſsit (vt dixi) habi-
tus ei quidā quaſi aſſinitur, qui ante non aderat, qualis
eſt viſus, quo idoneus promptusq; ſit, ſimilia & diſsi-
milia peruidere, eadem & diuerſa percipere, conſenta-
nea & diſſentanea ſpeculari, atq; tunc demū ſeſe agno-
ſcere & intelligere incipit. Quum enim ᵃ nihil aliud in-
tellectus ſit, quā ipſa plane intelligibilia & ipſæ notio-
nes, neceſſe eſt ſimul idem cum iis factus eſt quæ intelli
git, vt tunc & ſeipſum intelligat. Quum igitur habitum
ſolum tenet, tunc ipſa intelligibilia ſed iacētia & depo
ſita: quum vero in actum extrahitur, tunc perinde iuræ
æquo cum ipſa re intellecta incedit: eoq; & ipſum ſeme
rito agnoſcit. Etenim ipſe illa eſt quæ intelligūtur à ſe.
ᵇ quemadmodumq; Geometria nihil aliud eſt, quā ip-
ſa illa theoremata, quæ in Geometria tractantur: ita in-
tellectus nihil aliud eſt quā ipſæ res quæ ab intellectu no-
ſcuntur. Præterea vſque eodem quieſcit ac reſidet ha-
bitus, quieſcūt & theoremata: ſimul vero excitatur ex-
pergiturq; & ad actum procedit, tunc Geometria circa
vnum aliquod theorema verſatur, & efficitur idem illi
qd' agitat. Nā ſcīa huius quod eſt duobus rectis triāgu
lum pares habere & theorema eſt, & ratio ꝑ quā pares
habere triangulum demonſtratur. Itaque intellectus
quum ocioſus eſt habitum dicitur premere notionū,
& intelligibilium generum. Quum vero notionem ali-

quam

quam verſat actu, tunc idem cum notione illa euadere dicitur: ideoq; quoties hanc intelligit, ipſum ſe quoque intelligat eſt neceſſe.

ᵃ *Viſus eſt Alex. locum hunc pertractans, uti Simpl. teſtatur, uelle intellectum ſeipſum per accidens intelligere: nā principaliter ſeipſum intelligere non poteſt, quia intelligere in pati quodammodo conſiſtit, nihil autem à ſeipſo poteſt pati: ſed ſeipſum intelligit ea rōne qua intelligibilia tenet, & idem quodammodo euadit ipſi ſpeciebus intellectis, unde principaliter quidem ſpecies illas ſeu formas. nequaquā autē ſeipſum intelligit. Simpli. autem ei aduerſatur, aitq; non modo alia, uerum ſeipſum etiam poſſe intelligere principaliter: nam qui fieri poſſet, ut uel ipſe Alex. uel nos (ait Simpli.) aliquid ſcriberemus, ſi ipſe ſeipſum ſuamq; tum intellectionem & uitam tum ſubſtantiam non intelligeret? alioquin enim intellectus non eſſet. Vnde ait quòd cum intellectus ſemel perfectus fuerit, ipſe ſeipſum & formas etiam quæ in ipſo ſunt, intelliget ſine paſſione aliqua ſed actione perfecta.*

ᵇ *Græca ſic habent.* ὥσπερ γὰρ ἡ ἐπιστήμη, τὰ ἐπιστητά ἐστι θεωρήματα οὐδὲν παρ' ἄλλο ἐστὶ γεωμετρίαν &c. *quæ ſic interpretari poſſunt. Quemadmodum enim ipſa ſcientia nihil aliud eſt quam ipſa ſcibilia theoremata: nam Geometria nihil aliud eſt &c.*

In rebus materialibus aliud eſſe res ipſas, aliud rerū eſſentiā, & quēadmodū ītellectus vtranq; ītelligat per ſimilitudinem ad lineā rectam & flexam. Cap. XIX.

169 POſtquam ᵃ & imaginationis & intellectus naturæ à nobis expoſitæ ſunt, reliquum videtur vt videamus quænam differentia inter vtranq; virtutem ſciſcenda conſtituendaq; ſit. Primum illud ſciendum, aliud eſſe aquā ipſam, aliud eſſentiam aquæ, hoc eſt, verbum ex verbo, quod ſuum ſit aquæ eſſe. Aqua.n. eſt id, quod vſurpatur ſenſu ex materia & forma concretum eſſe, aqua forma ipſa aquæ & ratio eſt per quam eſt aqua. Vnaquæque.n. res deſcriptionem ſuam non de materia, ſed de forma nanciſcitur. Pari pacto ſentiendū de artificioſis eſt, vt aliud ſint ædes ipſe, aliud eſſe ædibus ſuum: aliud ſtatua, aliud eſſe ſuum, id eſt, eſſentia ſtatuæ. Aedes ſunt figura ipſa cum lateribus, lignis, tegulis, ſcandulis: eſſentia ædium forma ipſa & ſtructura talis eſt. Item ſtatua eſt figura cum ebore, aut ligno, aut ęre: eſſentia ſtatuæ eſt forma & ſpecies ſtatuæ. Non tñ hoc perpetuum: ſunt.n. res quarum eſſentiæ idem quod ipſe res ſunt. Idem.n. & punctus eſt, & pūcto eſſe: quod quidem oībus in ſimplicibus & materia carentibus ſtatuendum eſt, ꝙ horum rō propter q̄ ſunt, & forma p quam ſunt, à natura eorū vniuerſa nō diſcrepat. Hæc ita quum ſint, ſi formam materiæ annexam & cōiunctam ſcrutaris, hoc eſt, frigidum, humidum, cū ipſa materia, vt aquam totam, cuius ratio & conſtitutio materiæ iugata aqua ipſa eſt: ſi aerem, ſi terram, ſi carnem vniuerſam, id eſt, conſortium materiæ & formæ veſtigas, ſufficit ſola vis ſenſus & multo magis eius comes, aſſeclaq; imaginatio. Si vero eſſentiam ipſam aut aquæ, aut carnis exploras, alia facultas aīæ adhibenda intendendaq; eſt, aut quæ alio ſe genere formaq; habeat: nā illud magis putandum eſt, quemadmodum cauſæ ſunt cur vna potētia ſit, quæ dulce à ruffo & flauo diſpeſcat: ita neceſſario vnā eſſe vim animi, quæ iudicet aliud eſſe ipſas res, aliud rerum eſſentiam, atque ita vtrunque vna cognoſcat, ſed quæ tamen aliter atque aliter ſe habeat, verbi gratia: Ad aquam vniuerſam quæ intellectui noſcenda ſit, viſa & imaginationem oportet adiūgere, ad eſſentiam vero ſolam eius cōſpectandam nullas ſuppetias requirit, ſed ipſe ſibi intellꝰ ſupereſſe poteſt. Quemadmodum igitur lineam attenſam & flexam dicere eadem poſſis, quamquam aliter hoc quam illo modo ſe habet: ita & intellectus pōt vnus & idē ſtatui, qui concreta & compoſita, itē qui formas & ſpecies meras percipiat. Quamobrem & aſſimilis rebus fit, quas cognoſcit compoſitus, ſi compoſitas: ſimplex, ſi ſimplices formas, id eſt, à materia ſeorſum intelligit: ita interdum lineæ directæ, interdum arcuatæ confertur. Sane Plato actiones intellectus circulis primum recto mox circinato recurrentiq; interius comparat: Ariſtoteles lineæ explicatæ, & replicatæ, ſiue porrectæ & curuatæ. Ac curuatæ quidem iccirco, quia quum intellectus materiam & formam inuictim, id eſt, quod concretū & conditum eſt, comprehendit, tum quaſi geminari, & duplificari videtur acceſſu phantaſmatum & viſorum, quorum operum vſumq; in vna ea functione deſiderat.

ᵃ *Simplicius autem hoc in loco propoſitum Ariſtote. eſſe ait, differētes exponere intellectus noſtri intellectiones, quarum altera eſt circa compoſitas & partibiles ſubſtantias, altera uero circa ſimplices & impartibiles, ut hac etiam diſcernat eſſentialem animæ ſpeculationem permanentem, quantum ipſi poſſibile eſt in ſimplicibus & impartibilibus: ſicut intellectus ille qui eſt anima præſtantior, qui quidem non à formis adformata progreditur ut ea cognoſcat, ſed in ipſa formarum intellectione, ueluti ex cauſis, et formata & quæ illis accidunt: nec non ut ſimpliciter dicam cauſata omnia, & materiam etiam eorum ſuſceptricem per cauſalem intellectionem cognoſcit.*

In mathematicis aliud eſſe rem, aliud eſſentiam rei, & quemadmodum ad intellectum noſcantur. Cap. XX.

SEd & in ijs quæ per ſequeſtrationem & præciſio- 170
nem à materia deſcribuntur, qualia ſunt mathematica, ᵃ idem diſcrimen quod in naturalibus quoq; perſpicitur. Eſt enim aliud rectū, aliud ſua recto eſſentia. Nam rectum ſine continuo eſſe non poteſt, quēadmodum nequiſſimus ſine naſo, neq; valgus ſine ſuris, propterea ꝙ continuitas rectitudini ceu ſtragula & lectiſternium ſubiicitur: at eſſe recto eſt ratio ipſa recti, & per quam illud eſt rectum: de vtroq; intellectus enunciatur, vtrunq; cognoſcit. Quum dico vtrunq;, intelligo tum id totum quod ex ſubiecto, id eſt, ex continuo & ex forma componitur, tum formam ipſam ſeparatā, nec tamē vtrunq; percipit vno reſpectu habituúe, ſed alterum tanquam ſimplex: alterum tanquam compoſitus. Quamobrem etiamſi materiam quæ ſenſilibus corporibus ſubiicitur, diuerſam putes ab ea quæ mathematicis ſubſita eſt, nihilominus differentia ea tenebitur, vt in his quoq; actiones intellectus alias ſimplices, alias compoſiuſculas & concretiuſculas haberi neceſſe ſit. At corporibus quidem noſcitandis ſine dubio opus ei eſt procuratione atq; auxilio ſenſus: non enim iudicare ſolus pōt quid aqua, quid caro ſit, niſi ope atq; opera ſenſuum adiuuetur. Triangulum vero & rectā & curuam aliquanto facilius percipit, ſibiq; in id minus fere ſufficit, qm̄ eodem genere materiam à contemplatione ſua reijcit, quo ipſæ res abiunctæ materia ſunt. Quū ergo mathematica non re ab ſe, ſed ſola ratione à materia abiungantur: neceſſe eſt intellectus quoq; contemplandis iis materiam non re vera, ſed ſola ratione & cogitatione prædicat.

[a] *Quia formula mathematicarum rerum, ait hic Simpl. in imaginatione etiam nõ habet rõnem formæ, ſed formati potius. forma.n.quælibet impartibilis atq; indiuiſibilis eſt, ſed magnitudo in dimẽſione, numeri in diuiſione cõſiſtunt: ĩõ in mathematicis etiã aliud eſt res, & aliud quod eſt ipſi rei eſſe.*

Anaxagoram imperfecte de intellectu dixiſſe, item pariter patiatur, itẽ intellm ceu nudam tabulam eſſe. Cap. XXI.

171 CAeterum Anaxa. partim recte de aĩo, partim nõ recte diſſeruit. Illud recte, ꝙ intellm ſimplicem
172 eſſe & expertẽ mãæ arbitratus eſt. Illud nõ recte ꝙ nuſquam demrãuit quemadmodum aĩus, qui tali natura præditus ferebatur, intelligeret & cognoſceret oĩa q̃nquidem id erat neceſſe oſtendere, qm̃ ſi intelligeret, ꝓculdubio illatenus pati & affici videbatur. nihil vero patitur, quod non materiam communem cũ agente participet, vnde fit vt quodq́; à quoq; paſsim indiſcreteq́; pati non poſsit, vt ſonor à linea: ſed illa tantũmodo, quorum cõis ſubiecta materia eſt. Atq; hæc Anaxagoras nulla ſuarum ſcriptionũ parte digeſcit. A nobis aũt iterum ſuggerenda ſunt ea, quę ſæpe mõſtrauimus: Si pati ſenſus proptie non dicuntur, quanto impenſius hoc ab intellectu remouẽdum reiiciẽdumq́; eſt? Equidem ſenſus vſu inſtrumentorum corporeorum abſoluitur, in quo iam neſcio quid commune habet cum agente, ideſt, cum genere ſenſili. Nam quum vteretur opera corporis, æquiſsimum etiam fuit vt moueretur à corpore. Intellectus contra, ꝙ poteſtate oĩa intellecta eſt actu nullum antequam intellectum id ſit, lõgiſsime videtur abeſſe à paſsione, præſertim quum nullam formam ptiuatim ſit adeptus. Verum quemadmodum in litteratoria tabula, in qua nihil eſt aſcriptum, ſimul literas & elementa poſueris, iuſtius ſit perſectionem q̃ paſsionẽ hoc dicere, propterea ꝙ quum ad hunc vſum comparata inſtitutaq́; ſit non hercules paſſa, ſed conſecuta finem ſuũ & exornationem videtur: ita intellectus nõ patitur quum actu intelligat, ſed conſumatur & excolitur potius quam ob cãm & minimus materiæ aſſeritur, & ſimplicisſimus eſſe comprobatur. Nam & Ariſtoteles inquit. Intellectus potentiæ prorſus nihil actu eſt, ſi autem nihil actu eſt, pati aut miſceri nullo modo põt: nam ad ſola ea quæ actu ſunt, paſsio & mixtio pertinet. Fit vero intellectus de intellectu potentiæ intellectus actu, quo res ipſas intelligit, atq; tunc ſimul & intellectus & intelligibilis eſt. Non ergo ab intelligibilibus patitur, ſed in ipſa intelligibilia quaſi trãſit. Sane intellectus potentię videtur ſolum ad aĩam hominis pertinere, vt pote qui vnus affectiones ſuas habeat & rõni ſubiectas, & ad rõnem cui conſentiant ordinatas quod non in reliquis animalibus cernitur.

Cur idem intellectus, & intelligibilis ſit: & cur aſſiduitas contemplandi laborem & ægritudinem afferat. Cap. XXII.

173 VErum illud nunc aueo ſcire, quo pacto animus ſimul & intellectus & intelligibilis ſit, vtrum id rõne eadem, an diuerſa contingat, ideſt, vt intellectus & intelligibilis habeatur, ſed ſoluitur: In iis quę carent materia, idem eſt intelligens & intellectum, quia idem eſt ſcientia ſpectantia, & id quod in ea ſpectatur & ſcitur: in iis vero formis, ad quas materia pertinet, aliud intelligibile eſt aliud id quod intelligit, ꝓpterea ꝙ ſpecies formę materiales ex ſua natura intellectæ non ſunt: ſed intellꝰs quaſi detracta & exuta materia intelligibiles facit, quum ante non actu, ſed potentia intelligibiles haberentur. Nam quanquam ineptæ nõ ſint vt poſsint intelligibili, non tñ natura ipſa illarum intelligibilis ꝑ ſe eſt. Prohinc merito euenit vt illa non intelligant, ſed intelligantũr tantũ. At intellectus potẽtiæ quemadmodum eſt potentia intellectus, ita & intelligibilis potẽtia eſt. Quamobrem [a] nõ ſemper intelligit, immo vero aſ- t74
ſiduitate nimia videt̃ ægreſcere laceſſereq́; cuius culpã habet potẽtia illa quæ ſubeſt, inhæretq́; intellꝰui. Quapropter nec ſemper intelligibilis, ſed tum ſolum quum ſibi notiones multas quaſi copias & ſuppetias ad commentãdum ſpeculandumq́; comparauit. Quod ſi alius intellꝰs habetur, cui nulla potentia innexa ſit, vtiq; illum ſemꝑ & intellm & intelligibilem eſſe neceſſe eſt, de quo iam tempus videtur vt diſputandum ſit alio orſu.

[a] *Non ſemper intelligit intellectus, ait Simpl. quia plurimo fluxu à ſubſtantia perfectrice ſuccedit, utpote qui ſiat terminus ſenſuum & imaginationis atq; ſimplicater uitæ corporalis, et ob hoc imperfectus permanet. Vel ea de cauſa quia & ſi perfectus iam ſit intellectus procedens ad externa, impeditur attamen in contemplando, tum quia actiue operatur particulatim ob partibilitatem plurimam, quæ in eius proceſſu apparet: tum uel etiam ob ipſum corpus & caſus qui extrinſecus occurrentes: unde plurima emergũt negotia, ac etiam ꝓꝑ imaginationes quæ indeterminatæ excitantur.*

De intellectu agente, qui neceſſarius ſit ad perficiendum intellectum potentiæ. Cap. XXIII.

QVæcunq; natura [b] gignuntur, potentiam initiis t75
obtinent, perfectionẽ poſterius ſerunt: neq;.n. cõtenta habilitate ſola & potẽtia ſunt. alioquin natura potentiam illam rebus temere & fortuito addidiſſet, niſi aliquis actus ex ea conſecuturus eſſet. Eadem rationẽ humana anima non ſolum eo dignitatis & nobilitatis proceſsit, vt intellectũ potẽtiæ ſortiret̃ qui ad ſe rendam intelligentiã aptus accommodatesq́; eſſet, ſed etiam vſq; eo vt accõmodationis huius finem & abſolutionẽ indipiſceret̃, cuius gratia in accõmodata, inſtituta, præparataq; videbat̃. Neceſſariũ itaq; eſt intellm potẽtiæ ꝑfici & abſolui: nihil à ſeipſo abſoluitur: ab alio igitur. Duas ergo differentias eſſe humani animi neceſſe eſt, intellectum potentiæ, & intellectum agentẽ. Hic priorem illum quaſi adortus amplexusq́;, primũ quaſi educit in lucẽ è tenebris, & in actu conſtituit: deinde habitum in eo quendã afformat, in quo vniuerſales rerũ notiones & ſciæ collocãtur. Nam quemadmodũ neq; rude ſaxum, neq; impolitum æs (quorum alterum domus potentia eſt, alterum ſtatua) aut hoc accipere formam domus poteſt, aut illud ſtatuæ, niſi ars materias illas quæ ad domum & ſtatuã comparatæ ſunt fugat, & formam artificioſam imponat, atq; ita demum conſiſtat domus & ſtatua: ita intellectum potentiæ ab altero intellectu perfici oportet, qui ꝙ ipſe perfectus eſt, & in actu ſemper nulli potentiæ affinis conſortsúe, præparationem illam intellectui ad intelligendum adiunctam ad inſtar artis excitet excolatq́; habitum, & ſciam rerũ abſoluat. Atque hic intellectus ſeparatus & impatibilis impmixtusq́; eſſet. Intellectus aũt poteſtatis quamuis eadem fere qua intellectus agens, dignitate authoritateq́; polleat, quia tamen aliquanto coniunctior addictiorq́; humanæ animæ eſt, videtur ſocietate hac nobilitatis ſuæ non nihil diſpendij detrimentiq́; facere.

[b] *Naturæ nomen, ait Simpl. hic non communiori quadã ratione pro quacunque ſubſtantia eſt accipiendum, non enim in qua-*

in qualibet ſubſtantia agere & pati inuenitur, ſed proprie, ut ſcilicet eſſe principium motus definitur: in his enim rebus quæ natura ſubſiſtunt, & in illis etiam quæ has ipſas res reſpiciunt eſt agere uel pati. Materia & efficiens proprie quidem in his quæ in generatione ſunt, ſecundum quādam autē analogiam in cœleſtibus, & in noſtra anima eum ipſa in naturam progreditur, de qua ſcilicet ſermo eſt naturali philoſopho. Sicuti cum in ſeipſa pura permanet, & ipſa ſupra naturam eſt, neq; etiam uel agit uel patitur, nec aliquid habet quod materiæ rationem habeat, neq; amplius naturali contēplationi ſubiicitur, ſed metaphyſicæ.

Intellectum agentem facere vt res materiales intelligibiles intelligantur actu. Item quomodo, & quando intellectus poteſtatis agat ope intellectus agentis. Ca. XXIIII.

QVemadmodum itaq; lumen quum oculos & colores accedit, non modo viſui, ſed coloribus etiam actum præbet: ita intellectus agens quum intellectum potentiæ agitat, non ſolum intellectui actum miniſtrat, ſed & res quæ potentia intellectæ ſunt, facit vt in eo intellectæ ſint actu. Atq; hæ ſunt formæ materiales, & notiones communes de ſingularibus ſenſibus collectæ. Has intellectus potentiæ neq; poteſt per ſe diſtinguere, neq; ex vna earum tranſitionem in cogitationem alterius facere, neq; componere, ſed illas à ſenſibus & imaginatione acceptas, & materia exutas, in memoria tanquam in promptuario theſauros ſuos cuſtodit: deinde ingruente intellectus agentis luce, & maſſam illam notionū atq; ſyluam intrāte verſanteq́;, efficitur vt vnus cum illo euadat, atq; ita libero diſcurſu poſsit componere, diuidere, circūſpicere, conſiderare, incognoſcere ſingula. Ergo qualis eſt artis ad ſuam materiam comparatio, talis eſt intellectus agentis ad intellectum potentiæ probanda.

Intellectum agentem haberi coniunctum cum intellectu potentiæ, & quare & quoties collibitum eſt ſpeculari poſsimus. Item intellectum agentem eſſe ad ſimilem Deo, & nobiliorem intellectu potentia. Cap. XXV.

ITem hic omnia facit, ille fit omnia, ex quo ſequitur vt in noſtra poteſtate ſit intelligere & ſpeculari quū volumus, quia intellectus agens non quemadmodum ars ſeorſum à ſua materia eſt, ſed totus intellectui potentiæ intextus immerſusq́; habetur. Finge excuſſorē in ære aut in ferro eſſe, non extrinſecus, nōne peruadet penetrabitq́; in materiam vniuerſam? Eodē modo intellectus agens intellectui poteſtatis aſsiſtēs, vnus cum illo traditur, propterea ꝙ vna res eſt, quæ ex materia & forma conſiſtit, & tamen permixtio hæc rationes duas habet. Nam & materiæ ratio eſt, per quē anima ſit omnia, & ratio abſolutionis & formæ, per quam facit omnia. Plane intellectus intelligendo quaſi vertit ſe in ea quæ intelligit, in quo iam & materiā videmur, id eſt, multitudinum notionum & artificem qui notiones illas arbitratu ſuo diſponat & tractet. Eſt enim intellectus agēs ceu architectus, quidā, fabricatorq́; notionum. Quapropter fere videtur proximius imitatione Deo, nā & Deus quodammodo ipſe res eſt, & ad quendam modum creator & opifex rerum. Præſtantior vero cognoſcit intellectus parte qua facit, quam parte qua patitur, nam omne quod agit, preſtantius & precioſius ſua materia eſt. Porro (quod & ſuperius dixi) idem eſt intellectus & intelligibilis, quemadmodum idem eſt ſciā ipſa actu cum eo quod ſcitur, non tamē eadem ratione, ſed quatenus intellectum poteſtatis amplectit, intelligibilis eſt, quatenus vero ipſemet agens eſt, dicitur intellectus eſſe.

Nomine priorem eſſe intellectum poteſtatis quam agentem, item agentem ſemper intelligere & ſine diſcurſu, itē æternum & immortalem eſſe, item eius ſubſtantiam merum actum intelligendi eſſe. Cap. XXVI.

IN homine [a] ergo prior ꝙ agēs intellectus potentiæ habetur: nā omnis habilitas præparatioq́; prior tempore quam actus contingit, nec tamen ſimpliciter prior, quum neq; perfecto imperfectum, neq; actu potentia prior eſſe vnquam poſsit. Subſtantia autem intellectus agentis eſt actus, non de potentia aliqua profectus erutusúe ſed ſuapte natura. Atq; hic intellectus (vt ſuperius dixi) adiūctus, impatibilis, impermixtusq́; eſt: proinde eius ingenium tale nō eſt, vt interim intelligat, interim ceſſet: nam hoc accidit intellectui agenti, qua intellectui potentiæ iungit. Quum vero ſecum ipſe eſt, quum natura eius ſola ſpectatur, quæ nihil aliud eſt quā actus merus, tum infatigabilis, immortalis, æternus, ſemper intelligens, & ſemper intellectus à ſe eſt: non alia re, aut per aliā, quemadmodum cætera quæ intelliguntur, & quæ intellectus habitu conſtituto à materia diuellit, & intelligibiles facit, ſed per ſe intelligibilis eſt, & per ſuam naturā habet, vt & intelligere poſsit à ſeſe. In intellectu quidē poteſtatis diuiſæ & ſectæ notiones ſunt, in eoq́; variæ, tum artes, tum notitiæ & ſciētiæ collocantur contra in intellectu agēte, & vt expreſsius ac verius loquamur, in intellectu qui ſimplex actus eſt, quando ſubſtātia eius actu deſcribitur, videtur alia ratio ſtatuenda longe difficilior dictu, & longe etiā diuinior. Nec .n. is ex vno genere in aliud tranſit, neq; cōponit quicquā aut diuidit, neq; diſcurſu vtitur ad res noſcendas, ſed cōpreſsione quadā. Cum .n. formas omnium rerum ſimul contineat, ſimul quoq; aggreditur, complectitur, & intelligit oīa: alioquin ſubſtantia eius definiri actu ſolo non poſsit, quod tamen Ariſtoteles maxime affirmare & perſuadere cōtendit, nam ſi alternare aut mutare cogitationes & actus intelligendi poſſet, ita vt poſſunt, & vt ſolent ſcientes, neceſſarium eſſet eadem ſubſtātia intellectus agētis manēte, nihilominus abire actus variariq́;. Ergo fateri oporteret ſubſtātiam eius ab actu differre, cui apertiſsime Ariſtoteles reclamat, atq; hoc etiā inter initia operis dixit, vbi verba illa leguntur, conſiderare, amare, odiſſe, intellectus illius affectiones nō ſunt.

[a] *Quod Them. in homine dixit, Ariſt. in uno: ait quem locū Simp. animaduertens ait hoc in his quæ generabilia ſunt ueriſsimilia eſſe, utpote quia omnis generatio ex imperfecto in perfectum tendit, & unde imperfectum tempore quidem prius eſt, quod quidem imperfectum potentia eſt, in eo ipſo quod fit: quoniam ſi cauſam eius proximam reſpiciamus, contra ſit neceſſe ut actus potentiam eius rei præcedat, quæ ab ipſa fit. Vnde recte, in uno ab Ariſtote. appoſitum eſt. Verum in his quæ ſempiterna quidem ſunt, ſed aliquando intelligūt, & nonnunquam etiam nō intelligunt nequaquam uerum eſt, quód in uno etiam & eodem id quod potentia eſt, tempore prius ſit. Nulla enim ratio eſt, cur id prius ſit quam id quod actu eſt, cum illa mutuo ſibi inuicem continue per uices ſuccedant: & hac de cauſa id ſe etiam Ariſt. ad animā reſpiciens nos dixit tempore in ipſa præcedere quod potētia eſt, ſed tantummodo quod aliquādo intelligit & aliquando non. Nā & ſi in hoīe qui compoſitus eſt tempore potentia præcedat, intellectu aūt & animæ ſubſtātia nequaquā, cū ſeparabilis ſit.*

Nominis eſſentiam eſſe intellectum agentem: ita agentem indiuiſibiliter intelligere intellectum potentiæ diuiſiliter. Cap. XXVII.

NOs igitur vtriuſq; intellectus copulatio ſumus: Si ergo ita habent omnia, quæ ex actu & potentia concihantur, vt in iis aliud ſit ipſa res, aliud eſſentia, ſequit̃ vt aliud ego ſim aliud eſſentia mea: ita vt ego ſim is, qui ex actu & poteſtate conſtituor, eſſentia mea ſit ſolus actus tm̃, quamobrem eadem quæ conſidero, hæc etiã ſcribo & literis mãdo. Scribit vero intellectus, qui ex poteſtate cõponitur: ſcribit inquã, non tamen quatenus ex poteſtate conſtat, ſed quatenus intellectus agens eſt, quia illinc quaſi omnis actio riuatur & ducitur. Quod ſi intellectus potentiæ non accipit indiuiſiliter ea, quæ intellectus agẽs indiuiſiliter tradit, nihil eſt quod miremur, quãdo huius rei exemplum illud exploratũ eſt, ꝙ affectiones corporum, candor, nigror, & eius generis cęteræ, quãquam propria ratione & ſuapte natura indiuiſiles atque inſecabiles ſunt, in materiam tamen diuiſiliter & ſecabiliter recipiuntur. Vt ergo redeamus vnde diſceſsimus, quemadmodum aliud eſt animal, aliud ſuum animali eſſe, & quemadmodum ſuum animali eſſe ab ipſa dependet animalis anima, ita aliud ego ſum, aliud mihi eſſe, & mea eſſentia. Hæc aũt ab anima prouenit, non quidem ſenſuali, quippe quæ tanq̃ materia intellectus potentiæ habeatur, neq; item ab ipſo intellectu potentiæ, vt qui pro materia intellectus agentis ſit. Reſtat igitur vt ab intellectu agente tm̃ eſſentia mea proficiſci, ac pendere dicatur. Solus.n. intellectus agens proprie & maxime cẽſendus eſt forma, immo vero forma formarum: inferiora autem cætera modo ſubiectorum loco, modo formarũ habentur. Sane ordo naturæ & proceſſus hic eſt, vt reſpectu inferiorum ſuperioribus vice formarũ vtatur, reſpectu ſuperiorum inferioribus loco materiæ. Summam vero & ſupremam formarum intellectum agentem conſtituit, quo ſimulatq; progreſſa eſt, receptui canit, in eoq; finẽ quaſi extremam manum imponit, vtpote quæ nullam formam ſuperiorem aut nobiliorem haberet, cui loco materiæ ſubiiceret intellectum agentem. Quamobrem nos propriæ animus & intellectus ſumus.

Ariſtotelem ſenſiſſe hominem eſſe intellectum agentem: item quid ſit intellectus patibilis, qui & corrumpitur & aboletur in nobis, & cur primo mortem recordemur. Ca. XXVIII.

OB hæc Ariſtoteles non de nihilo addubitat, quãobrem accidat, vt quum immortalis animus hominis ſit, qui nihil aliud eſt, quã eſſe homini, tamen nemo recordari earum rerũ queat, quas in uita didicerit, tractauerit, chariſsimas habuerit, efflictim amauerit. Huius quæſtionis diſſolutio conſentanea erit, & iis quę paulo ante, & iis quæ pridẽ inter initia diximus. Nemo igitur commeminit poſt mortem, quia tametſi intellectus agens impatibilis ſit nec ipſe occidat tñ intellectus alius in nobis continetur, qui & patibilis & particeps obitus eſt. Nam hic quali natura ſit, & quam ab intellectu potentiæ differat, poſt docebimus. Porro intellectum patibilem eſt, vbi Ariſtoteles permixtionem & cõmune appellauerit, quo ea quæ hic ſunt intelligimus & cum quo illa ipſa intelligũtur à nobis, ad quem omnia ea pertinẽt amare, odiſſe, meminiſſe. Nũc illud conſtare poteſt, Ariſtotelem nos intellectum agentem putaſſe. Quid enim aliud innuit, quum ita quærit & ſoluit? Ideo, inquit, non recordamur, quia intellectus agẽs impatibilis eſt, intellectus vero qui patibilis dicit̃, aboletur. Alioquin obuia & vulgata omnibus quæſtio eſt, præſertim vero haud diſsimulanter adeunda noſcitandaq; iis, quibus immortalis aĩus ſtatuitur, quamobrem ſcilicet rerum quas in vita cognouimus, mortuis nobis ſtatim omnis memoria deleatur: cur nemo inimicitias, nemo amicitias à morte meminerit: iam cur nemo innumerabilibus ſeculis ex iis, quos deſiderauimus neceſſariis ſuis & iuratiſsimis cõparuit viſitatusq; ſit. Quocirca locum hunc Ariſtoteles, & parte hac, & primo volumine digniſsimum explicatione, diſcuſsioneq; cẽſuit, plane tum hic, tum ibi rationes fere eaſdem communit, quod vt quã cõſpectiſsimum ſit, quãquam modo apertius loquitur. Verba illa in primo libro poſita ſubiiciemus nunc: Intelligere, inquit amare, odiſſe, affectiones continentis nõ illius ſunt, quatenus ipſe eſt: quapropter continente corrupto neq; meminit, neq; amat, quia nõ erant illius hæc, ſed communis, id eſt permixtionis, qđ iam periit. Intellectus autem forte diuinius quiddã eſt & impatibile. Hactenus ſunt quæ in primo operis huius libro Ariſtoteles dicit. Hic vero habentur verba hæc: In plenum non intelligit tempore, neq; modo intelligit, modo ceſſat, ſeparatũ vtiq; eſt, quicquid hoc eſt, & ſolum hoc immortale & ſempiternum habet. Non recordamur idcirco ob occaſum, quia hic impatibilis eſt. Intellectus vero qui patibilis dicitur, aboletur, & ſine hoc nihil intelligit. Conferamus ergo verba hæc cum ſuperioribus. dicit hic: non intelligit tempore hoc refertur ad illud: Intelligere & cognoſcere effectiones illius non ſunt. Eſt enim aliud quod intelligit, & ad quod pertinet non ſemper intelligere, ſed tempora & aliquando. Item quod hic dicit: Separatum vero eſt, quicquid hoc eſt, & ſolum hoc immortale & ſempiternum habet, reſpicit verba illa: Intellectus autem forte diuinus quidam eſt & impatibile, item illud: Non recordamur idcirco, quia hic impatibilis eſt, intellectus vero patibilis aboletur, & ſine hoc nihil intelligit rñdet ad illud. Quapropter continẽte corrupto, neq; meminit, neq; amat, quia nõ erãt illius hæc, ſed communis quod perierit.

Simpli. locum hunc pertractans hoc modo de intellectu patibili dubitat: Si & ipſe intellectus eſt, cum immaterialis ſit, quonam pacto aboletur? nã ſine materia eſt omnis intellectus. Cui dubitationi reſpondet & ait. Quòd patibilis intellectus materialis eſt & potentia, & totum hoc ipſum patibilis, & imperfectus totum hoc, donec patibilis fuerit, & propter hoc etiam corruptibilis, quatenus ſcilicet patibilis eſt: immaterialis autem & actu intellectus & intelligibilis eſt, quatenus agentem contãgit: perfecte autem immaterialis et intellectus perfectus eum in agentem recurrit ſeu reſpicit, ita ut interitus patibilis intellectus non ſit redditus in non ens, ſed eius reductio in eſſe perfectius. Dubitatio autem quã attingit Ariſt. cum dicit. Non recordamur quæ generationem præceſſerũt. ſoluitur, & eius ſolutio animæ peculiaris eſt non intellectui præſtantiori, quæ in hunc modum ſe habet. Quia intellectus quidem agens impatibilis eſt, & ob id immortalis: patibilis uero aboletur, qua patibilis eſt, ut dictum eſt, & inquantum in eſſe, permanẽs retrahitur, ſed abſq; patibili ut patibile eſt, abſq; his ſ. q. procedat ad corporeas uitas, nihil intelligit intellectus, qui impatibilis eſt. Nihil dico ex his quæ ſunt memorabilia, de quibus nunc ſermo eſt, utpote quæ ut alibi oſtẽſum eſt, omnia ſunt imaginaria, & ea ratione in intellectione rerũ memorabilium omnino egemus ratione tẽdente ad imaginationem

tionem uſq. . Abſque hoc.n.quo impatibilis intellectus poterit memoralium aliquid intelligere?unde nō eſt audiendum, qd'nihil ſimpliciter ſine impatibili impatibilis intellectus poſſit intelligere, nam quomodo ſeparabilis erit uel immixtus? quomodo ſubſtantia erit actus?

De eodem, ex quibus verbis animaduerti poſsit, quid Ariſtote. de intellectu agente ſenſerit. Cap. XXIX.

QVare ſatis per ſe reuicti, & confutati videtur iij, qui Ariſt. quaſi accuſare audent, ceu hoc loco dubitauerit, nō hoc quod modo nos diximus, expoſuimusq́;, ſed illud, quamobrem non recordamur earum rerum, quas intelľs agens ſecum verſauit intellexitq́;, antequam conſtitutionem hominis accedat. Nōne audiunt Ariſto. clara atq; adeo exerta voce clamantem extincto communi intelľm agentem nec intelligere poſſe nec meminiſſe, quia hæc affectiones illius non erant, ſed eius communis quod interiit? Quapropter & cum denuo hic dicat. Nō recordamur idcirco, quia hic impatibilis eſt, ac patibilis abolitioni obnoxius eſt inuere videtur hominem eſſe intelľm illum agentem & impatibilem. Corrumpitur, inquit, & intercidit cōio, vnde quāquam immortales ſumus, tñ meminiſſe non poſſumus eorum, quæ ſimul cum intellectu mortali didimus. Comparanda itaq; ſunt ea, quæ tum hic, tum ibi dicuntur, & nedum cōſnia, ſed conſentientiſsima quoq; ſibi reperientur. Alioquin ſi diligenter excuſſeris, perſpicuo docebunt quænā ſuper ea re opinio Ariſto. fuerit adiungenda iis. Verba illa ſunt, quæ altero quæ ab hoc lib. leguntur, vt quæ huic interp̄tationi nr̄æ de proximo aſtipulentur de intelľu, inquit, & vi ea, quæ cōtemplatur & cogitat nondum liquet, ſed vr̄ diuerſum id animæ genus eſſe ſolumq́; hoc abſtrahi & ſeparari contingere, tanquam.ſ. ſempiternum à caduco. Erat vero æquiſsimum, vt ea quæ in primo lib. leuiter & dubitanter attigerat, accuratius hoc loco ſumma operis parte diſcuteret. Ac ibi quidem quæſitum non hoc quamobrem patibilis & corruptibilis intelľs non recordetur actionum, quæ ad imortalem & impatibilem pertinent dubitare, (erat.n. id conſpectius, q̄ vt in eo aliquis dubitare poſſet, quum nihil ſtultius ſit, q̄ rōnem quærere, cur id quod occidere poteſt non recordetur actiones eius, qd' nunquam occidit) ſed contra rationabiliter in dubium vocatur, cur is intellectus, qui neque pati, neque commori poteſt, non recordetur actionum earū, quas cum intelľu abolito communi opera exercuit. Soluit hoc ibi Ariſto. ad hunc modum, vt etiam ſupradixi. Quo circa, inquit, continēte corrupto, neq; meminiſſe, neq; amare pōt, propterea q̄ affectiones illius non erant, ſed eius cōis quod interiit, obſoleuitq́;. Hic quoq; ad eandē q̄ōnem ſic reſpondet. Non recordamur, inquit, quia hic impatibilis eſt, ac patibilis internitioni addictus obſtrictusq́; eſt, & ſine hoc nihil intelligit.

De eodem verba Theophraſti, & de cōiunctione vtriuſq; intellectus, & cur non ſemper intelligitur, cur obliuiſcitur, cur fallitur. Cap. XXX.

EOdem modo & Theophraſtus videtur de intellectu agente indubitaſſe, in iis libris quibus locos tractat ab Ariſto. ante tractatos: Si inquit, illi potentia vt habitus eſt, aut cōgenitus ſit oportet, aut poſterius acceſsit. Si congenitus, ſemper ergo & iam inde ab initio protinus moueret: ſi poſterius acceſsit, quo inſtrumēto; aut quo genere abſolutio hæc facta eſſe dicetur? Videtur ergo tanquam ingenitus, ſi incorruptus. inhærens vero aut aſsiſtens quum ſit, cur non ſemper mouet? aut vnde obliuio & deceptio naſcitur, num de permixtione.

Contra eos qui dicūt intellectum agentem eſſe deum, aut propoſitiones primas: item intellectum agentem eſſe ſpēm aīæ ceu partem. Cap. XXXI.

AGe vero illos hoc loco potiſsimum taxemus reprehendamusq́;, qui ſecundum Ariſtotelem putant intellectū agentem, aut Deum eſſe, aut propoſitiones, & quæ de propoſitionibus oriuntur. Sane ij qui propōnes credunt, ſurdiſsimis eſſe auribus vident̄, quum vocem Ariſtotelis tam cōtentā illuſtremq́; exaudire non poſsint: Intellectus, inquit, hominis diuinus & impatibilis eſt, cuius ſubſtantia idem prorſus eſt, quod actus isq́; immortalis, & ſempiternus, & ſeparatus eſt ſolus. Qui vero hæc de Deo ſuſpicantur dicta, nonne ipſi quoq; inceſſendi coarguendiq; tarditatis ſunt, qui verba Philoſophi, aut nō intelligere, aut certe negligere videantur? Quum enim ſtatuiſſet Ariſtoteles in omni natura, alterum pro materia haberi, alterū pro forma mouente perficienteq́;: Neceſſe, inquit, eſt eaſdem differentias in anima reperiri, talem aliquem intellectum adeſſe, qui pars animæ rationalis præſtātiſsima ſit. Atq; hoc quoq; ex illis verbis clariſsime innoteſcit, quorum paulotenus ante mentionem fecimus: De intellectu, inqt, & vi ea quæ commentatur contemplaturq́; nihil adhuc liquet, ſed videtur diuerſum animę genus eſſe, ſolumq́; id abiungi & ſeparari contingere, tanquā perpetuum à morticinio caducoq́;. Nam & id quod philoſophus hic dicit, ſolum hoc & immortale & ſempiternum haberi, non eſt huiuſmodi, vt referri poſsit ad Deum, quum is non modo Deum immortalem ſtatuerit, ſed & poteſtates eas, quæ motum naturæ cœleſtis intemperant, quas in Metaphyſicis prodidit vel numero. Quamobrem cum ex omnibus viribus animæ immortalitatem huic vni tribuerit toto, opere, recte hoc loco dictū exiſtimo. ſolum hoc immortale & ſempiternum haberi. Ex eiſdē verbis illud ſubinde colligi confirmariq́; cupio, Ariſtotelem opinatum fuiſſe intellectum agentem, aut aliqd noſtri eſſe, aut plane nos ipſos. In totum, ſi dicat ſolum hoc noſtri ſempiternum & immortalem eſſe, ſibi conſentit: ſi vero ſimpliciter hoc affirmet, diſſentit, quū ipſe multis locis concedat complura eſſe alia, quæ natura immortali ſint prædita.

Non modo Auer. uerū etiam Philop. hoc attribuūt Alex. q̄ intellectus agens ſecundum Ariſto. in hoc loco Deus eſt: rationes etiam recitat Philop. quibus motus Alex. hoc crediderit. prima quia ab Ariſt. appellatur omnia faciēs, ſolus autem deus omnium efficiens eſt: ſecunda quia eius actio & eius ſubſtantia in idem conueniunt: tertia quia ſemper eſt actum.

Queſtio an intellectus agens vnus in omnibus hominibus ſit, et cur ſolus homo & intelligat et intelligatur ab aliis. Cap. XXXII.

HActenus fuit hæc ſoluere non impendio arduū, illud vero lōge ſpiſsius & ſcrutinio etiā dignius, vtrum vnus intellectus agēs ſit, an multi. Ac primum quidem ſi lucem, cui collatus cōparatusq́; eſt, reſpicias, obtinebit vnum eſſe, quādo & ſol vniuerſis vnus idē lucis ſplendoriſq́; largiatur, proindeq́; vnus author & principium luminis ſit, vnde omnium animaliū oculi colluſtrātur. Quemadmodum autem luminis huius mundo publici incorruptio īmortalitasq́; aſpectus ſingulorum

gulorum aīalium non pertingit, ita intelſs agentis æternitas nihil pertinere ad ſingulos homines videtur. Iam vero ſi multi intellectus agentes inuehendi eſſent, & ad ſingulos intellectus potentiæ ſinguli agentes accōmodandi aſſociandiq́; viderentur, quo nam modo viciſsim differrent? Nam ſingularia quæ eadem ſpē habentur, interſtinctione materiæ diſcernuntur. Intellectus autem agentes ſi plures forent eadem ſpē continerentur, tum quia omnium eorum ſubſtantia definiretur actu, tū q̄a eadem genera conſtitui oporteret, quæ promiſcue ab omnibus vſurparenſ, cognoſcerenturq́;. Si.n.non eadem omnibus ſint futura, ſed diuerſa, qualiſnā obſecro iſthęc ſortitio & diſtributio fuerit? Quo itẽm pacto intellectus potētię omnia intelliget niſi intellectus agēs, qui illum ad actum producit, etiam intelligat omnia? An primum quidem intelſm illuminantem credi vnum oportet? Illuminatos vero & ſubinde illuminantes multos? Quemadmodum quāquam ſol eſt vnus, tñ lux quæ de ſole prodit & mittitur, quaſi abiungitur ab eo & diuellitur: atq; ita in multos obtutus diſtrahitur, diſtribuiturq́;. Quamobtem Ariſto. intellectum non ſoli, ſed lumini comparauit: Plato aūt ſoli, quia intellectū & aīum hoīs deo eſſe quam ſimillimū volebat. Quod ſi cui extrema opinio incredenda videatur, oēs homines, qui ex actu & potentia conditi dicimur, ad vnicum intellectū agentem referri, vnde conſiſtimus ſumusq́; homines, nihil eſt quamobrē auerſari abſterreriúe debeat. Vnde enim communes illæ animi prænotiones, conceptionesq́; oībus haberentur? Vnde ingenita illa impreſſaq́; oīum mentibus primorū notitia conſtitiſſet natura duce, nulla rōne, nulla doctrina? Vnde poſtremo intelligere mutuo & intelligi viciſsim poſſemus, niſi vnus ſingularisq́; intellectus fuiſſet, quem cōem oēs homines haberemus? Quo circa veriſsime illud apud Platonem legitur. Niſi, inquit, hominibus communia eſſent multa, ſed proprium quid, aut præcipuum & impromiſcuum contineretur in ſingulis, non eſſet admodum facile oſtēdere & ſignificare alteri voluntatem ſuam. Huic ſententiæ argumento & illud eſt, ꝙ niſi ita dicatur, diſciplinæ transfundi in diſcipulum non poſſent. Quum enim eadem ſint, quæ tradendis iis, & qui docet, & qui addiſcit conſiderat, (quia neq; hic docere, neq; ille addiſcere vnquam poſſent, niſi ab vtroq; eadem commentatio tractaretur) perſpicuum eſt eundem eſſe intellectū præceptoris & diſcipuli oportere: qn̄quidem eſſentia intellectus idem eſſe quod actus ipſe deſcribitur. Atq; hæc fortaſſe cauſa eſt, quamobrem ad ſolos hoīes pertineat docere & diſcere, viciſsim alloquiorum & ſermonum intellectum habere. Hoc genus animalibus non pōt cōtingere, quia in iis conſtitutio aīarum & præparatio cōtumax ineptaq́; eſt, vt intellectum potentię poſſunt recipere, qui ab intellectu agente perficiatur.

> *Nam ſingularia in eadē ſpē interſtinctione materia diſcernuntur.*

Melius quæri vtrum omnes homines & omnes intellectus ſint vnus, quam vtrum omnes animæ ſint vna, & quod intellectus, docentis & adiſcentis eſt vnus. *Cap.* XXXSII.

AT vero (quod & veteribus & recētioribus quæſitum ſcio) vtrum aīæ omnes vna tantum anima ſit, bono periculo præteriri ac parte poteſt: illud magis ad rem videtur, vtrum omnes homines vnus ſit homo. Vt.n. vna ſit anima omnium, quę abiuncta ſeparataq́; habeatur, poteſtates certe ac vires eius multas ꝓbari neceſſe eſſet, atq; adeo inter ſe clariſsimo diſcrimine diſcrepantes, Nam & nutricem à ſenſuali, & ſenſualem ab appetitu differre quis negauerit? De homine autem & intellectu contemplatiuo conſequens & neceſſaria quæſtio eſt, præſertim is qui ſubſtantiam eius nihil aliud eſſe quā actum affirmāt. Aut enim eandem rē nō intelligunt præceptor quum docet, & diſcipulus quum docetur, (quod falſum eſſe nemo eſt qui neſciat) aut ſi eādem intelligunt, idem ambobus actus eſt, eoq́; ſubſtantia eadem.

Vtrū intellectus potentiæ immortalis & impatibilis ſit. *Cap.* XXXSIII.

SEd illud quæritur, vtrum quemadmodum incorruptionem luminis, quo oculi colluſtrantur, non participat virtus viſibilis: ita immortalitatem intellectus agentis non participet intellectus potentiæ, qui ab intellectu agente ita illuminaſ vt aſpectus à luce. An ſenſus quāuis longe ſit impatibilior, quam ſenſorium, quāuisq́; patiente ſenſorio ipſe non patiatur. Si enim ſenex oculo probo valenteq́; vteretur, videret æque ac iuuenis: non tamen prorſus impatibilis eſt, ſed paſsionē ſenſorij oblæſionēq́; ad quendam modū agnoſcit. Intellectus vero ſeparatus & expers omnino diſpendij huius eſt. Atq; hoc de retro dictis pōt oſtendi, vbi Ariſtoteles nondum de intellectu agente, ſed ſolum de intellectu potentiæ loquebatur. Non eſſe, inquit, ſimilem impatibilitatem intellectus & ſenſus internuncia & ſenſoria ſenſuum demonſtrant: ſenſus enim poſt validū ſenſile, vt poſt dementem ſtrepitum, poſt immodicū ſplendorē, poſt ſerum odorem, ſentire admota incidentiaq́; nō poteſt, ſi imbecilliora & cicuriora prioribus fuerint. Intellectum contra, ſi ab eccellente aliquo intelligibili tranſtuleris, nihilominus inferiora & humiliora cognoſcet, niſi forte magis exquiſite: nam ſenſus ſine corpore haberi non poteſt, intellectus vero abiūctus ſeparatusq́; eſt. Hæc verba priuatim de intellectu potētiæ intelligenda ſunt, quia migratio hæc & tranſitio de genere in genus, ad intellectum potentiæ pertinet tantum. item paulo ſupra. Quapropter, inquit, neq; permixtū eſſe corpori ratio eſt, neq; inſtrumento aliquo vti, quēadmodū ſenſus videntur. paulo quoq; ſupra. Impatibilem, inquit, dici intellectum oportet, ita tamen vt formas rerum ac ſpecies poſsit recipere. Ex quibus omnibus aperte datur intelligi, Ariſtotelem tum de ſenſu & ſenſoriis, tum de intellectu ita exiſtimaſſe, vt ſenſus minus quidē obnoxius paſsioni eſſet, quā inſtrumēta, nō tñ in totū immunis ſeparatusq́;. Intellectus autē vt quū citra corporeum inſtrumentum functiones ſuas abſolueret: omnino impatibilis adiunctusq́; diceretur.

Intellectum patibilem differre ab intellectu potentiæ. *Cap.* XXXV.

VErum ſcire illud quoq; auebunt legentes hæc, ſi intellectus potentiæ initio fineq́; vēdicatur, immortalisq́; eſt: quidnā aut quale ſit id quod ab Ariſto. intellectus patibilis & occiduus vocatur. Hoc nos polliciti olim ſumus oſtendere, quod quidem facillime conſequemur, ſi Ariſtotelem ipſum in cōmunionem ſciuerimus. Age ſi videamus nunc æſtimemusq́; iterum ea verba, quæ primo volumine nō procul ab initiis ſpectantur. Fortaſſe vt ignis attritu ſilicis crebro, ita frequenti tractatu verborum philoſophi elicietur aliqñ elideturq́; veritas. Intelligere, inquit, amare, odiſſe, affectiones non ſunt illius quatenus ipſe eſt, ſed huius quod illum continet. Quapropter continente corrupto, neq; meminiſſe poteſt, neq; amare, propterea ꝙ affectiones illius non erant, ſed communis, quod abolitum eſt. Vi-

detur

detur hoc loco Ariſtoteles, quum dicit commune, par
tibilem & corruptibilem intellectum accipere: nam in-
telľm potentiæ nulla dubitatio eſt, quin impatibilem &
ſeparatum putauerit, & qui formas rerum poſſet cóci-
pere, & qui nihil eſſer actu ſed potentia: itẽ qui cũ cor-
pore miſceri non poſſet, & cui nullus vſus corpore in-
ſtrumenti eſſet: præterea cuius impatibilitas diſtaret ab
ea, quæ pertineret ad ſenſum. Quare ſi pugnãtia dicere
Ariſt. nefas eſt credere, neceſſe eſt intelľm cõem alium
eſſe ab intellectu potentiæ. Hic igitur caducus, patibilis,
indiuiduus, & inſeparabilis, permixtusq́; corpori eſt: il-
le cõtra æternus, impatibilis, ſeparatus, & ab omni cor
poris mixtione, confuſioneq́; alienus. Oĩa hæc Ariſto-
teles dilucidiſsime hoc opere videretur executus.

Quid differat intellectus agens ab intellectu potentiæ, vter prior, vter præſtantior. Cap. XXXVI.

PRæcurrit vero ac procedit intellectus potentiæ
intellectum agẽtem eo modo, quo ſplendor lucẽ,
aut quo flores fructũ. Nec.n. quicquam oĩum eſt,
quod poſsit in primordio ſui pfici, ſed ſuperinchoatio
quædam, & rudimentum præmittitur, antequam finis
& abſolutio ceu faſtigiũ rebus accedat. Quapropter oĩa
quæ ſunt, quæq; aguntur acerrime, lenioribus princi-
pijs natura prætexuit, ſemperq́; quod minoris eſt, eodẽ
in genere priorem ortum habet, quã quod pluris. Sepa
ratus ergo, impmixtus, & impatibilis eſt intellectus po
tentiæ, quod nos ſuperius Ariſtotelem dixiſſe, cópro-
baſſeq́; demonſtrauimus. Non tamen eodẽ modo ſepa
ratus, quo intellectus agens. Sed attende obſecro, quæ
de intellectu agẽte, & intellectu poteſtatis per compa
rationem is dixit: Et eſt, inquit, intellectus alter, qui oĩa
poſsit fieri, alter qui omnia facere tanquã habitus qui-
dam, perinde atq; lux: nã & lux quodã pacto facit, vt co
lore potẽtia conſiſtãt actu colore. Atq; hic intellectus
ſeparatus, impatibilis impermixtusq́; habẽt, cuius ſub-
ſtantia eſt actus. Semper.n. præſtantius eſt id quod fa-
cit, quam id quod patitur, & principiũ quam materiæ.
Atq; hæc ita accipienda arbitror, ac ſi quis ſolem dice-
ret magis ſeparatũ eſſe, quã lucem. Ex quo perſpicuũ
videtur Ariſtotelem vtrunq; intellectũ ſeparatũ putaſ-
ſe, ſed agentem magis, & ſeparatũ & impatibilẽ, & im-
permixtum. Eſt & in eo diſcrimen, ꝙ intellectũ poten-
tiæ priorem in nobis tempore commonſtrauit, natura
perfectione & dignitate intellectũ agentem: imo vero
neq; illud ſimpliciter verũ eſt, intellectũ potentiæ prio
rem tẽpore haberi agente, etiã ſi in hoc vel in illo prius
tempore adſit, quã intellectus agẽs. Quod quidẽ exem
plo illo indicatur, quod neq; ſatellites, qui regẽ præeũt
neq; ſplẽdor, qui præuenit ſolẽm: neq; flores, qui ante-
cedunt fructus ſimpliciter priores dicuntur iis.

Separatus quidem hic intellectus eſt, aut Simpli. nõ modo reſpectu corporeæ uitæ, uerũ & reſpectu rationalis uitæ actiuæ, ſ. et contẽplatiuæ, quæ diſcurſu cõſtat in abſceſſu ab ipſis.

Platonem quoq; poſuiſſe in homine intellectũ, alium mortalem, alium immortalem. Cap. XXXVII.

POrro intellectum cõem mortalem dicit, per quẽ
homo eſt, qui ex anima & corpore cõſiſtit, in quo
iracundiæ & libidines ſedent, quas etiã Plato mor
tales facit. Quod ex verbis illis conſtat, quæ in Timęo le
guntur. Dij, inquit, quũ animã immortali initio prædi
tã accepiſſent circũligauere obducereq́; ei corpus flui-
dum, & mortale, adiecto genere quodam mortalis aĩæ,
in qua perturbationes affectusq́; animi vehementes &
neceſſarios condiderunt. Primũ voluptatem, quæ maxi
ma eſſet malorum eſca & ilex: tũ dolorẽ, cuius vi æſtuq́;
homines ab officio reuocantur: mox audaciã atq; me-
tum, duos conciliarios imprudentes ac temerarios: po-
ſtremo iracundiã infrenem, & ſpem inanem, quarũ alte
ra iudicium animi tolleret, in cõſideratione libidineq́;
furendi, altera conſtantiam frangeret procliuitate & fa
cilitate credendi. Ita ſenſu irrationali & qui omnia per- *Amor oĩa perrumpit & vin cit.*
rumpit & vincit, amori confundentes miſcentesq́; ge-
nus animæ occiduũ cõflauerunt. Cæterum veriti ne di
uinæ animę immortalitas coinquinaretur vicina mor
talitas, quãta licuit intercapedine optimatem aĩam ab
ea, quæ ſequioris conditionis erat, diſpeſcuerunt, diſclu
ſeruntq́; caput à pectore diſterminãtes diſiungentesq́;
collo. Quamobrem vt ſedes puritatis diuinitatisq; à re
gione impuritatis diſperata eſſet, in pręcordiis, atq; ea
parte quę pectus dicitur, morticiniũ animæ genus con
ſtituerunt. In calce quoq; operis repetendo ea, quæ de
anima ſcripſerat. Hæc ſunt, inquit, quæ de anima dici
potuerunt, & quantum in ea eſſet tum immortalitatis,
tum immortalitatis. Præterea rationes fere exquiſitio-
res omnes, & validiora argumenta, quæ à Platone in
Dialogo de immortalitate animæ ſunt perſcripta, vi-
dentur ſe ad intellectum primum, nó ad cõem referre.
Primum illa ratio huc tendebat, quæ de aĩæ motu indi
gete ducebatur, id eſt, ex eo quod ipſum ſe animus mo
ueret. Nam & nos fere idẽ videbimur dicere quod Pla-
to, qui intellectum definit, ipſum ſe mouentem, ſi loco
actus, quo nos ſolo deſcribimus, accipere motum veli
mus. Eodem vergebat ratio ea, quæ diſciplinas & noti-
ficias rerum nihil aliud eſſe, quam memorias & remi-
niſcentias oſtendere conabatur. Similiter & illa hoc vo
lebat, quæ animam hominis cum Deo quandam habe-
re ſimilitudinem comprobabat. Demum ſi diligenter
attenderis, cęteras quoq; rationes, quæ paulo firmiores
grauioresq́; habeantur, conuenire omnes, & cõgruere
huic intellectui cõperies, quemadmodum & illæ quas
ipſemet Ariſtote. in Eudemo cõplexus eſt. Ex iis abun- *Ariſt. in Eudei*
de arbitror manifeſtum factum Platonem ex iis parti-
bus quæ pertinerent ad aĩam, ſolum intellectũ immor
talem putaſſe. Contra tum omnes affectus, tum rationẽ
in affectibus conſtitutam mortalem, quã Ariſtoteles pa
tibilem intellectum appellat. Qualiter autem hoc intel
ligi velim, proxime declarabo.

De eodem intellectum mortali, item quõ affectus humani cũ ratione iungantur. Cap. XXXVIII.

HVmani affectus omnino expertes rationis non
ſunt, quum & parere interim rationi, & duci mo
nitis cõſentireq́; videantur. Affectus vero reli-
quorum animantium, aut penitus vacui rationis ſunt,
aut ſi quod veſtigium rationis præferunt, per obſcurũ
id & tenuiſsimum prẹferũt. At humanis affectibus iun
cta innexaq́; ratio eſt: nam audacia, metus, & ſpes, ſta-
tim oſtendunt ſe rationalis animæ ditioni ſubeſſe quia
futurum & conſequens tempus videntur reſpicere, qđ
bruta non poſſunt. Quamobrem quum nullum animal
præter hominem confidat, metuat, ſperet, ſed delectetẽ
tantum, aut doleat, (quod genus non niſi præſentibus
& inſtantibus rebus contingit, quæ voluptatis, & quæ
doloris inuehunt ſenſum, qui motus nullum conſortiũ
aut fœdus cũ ratione intellectuq́; obtinent) in homine
vno omnes affectus vſq; adeo participes rationis poſ-
ſunt effici, vt ſimul mediocritatem ſeu modũ accipiũt,
habeantur & euadant virtutes. Quæ res inditio eſt non
naturam

naturam affectuum, ſed ſuperãtiam & exceſſum, & qđ longius deceſſerit à naturæ conſtantia alienam eſſe à rõne. Quo circa recte finiunt Stoici, qui affectus dicũt commotiones animi eſſe à præſcriptione iudicij & rõnis auerſas. Ita fit vt idem ſit intellectus patibilis & affectus rõnalis, hoc eſt affectio & perturbatio animæ humanę, quę propter habitationem animi & intellectus in corpore particeps rõnis efficitur, & rõni ſubiecta. Neq; enim collocari aliter & habitare in corpore intellectus poſſet niſi affectibus mediis necteretur obligareturq;, alioquin, vt diuinus Plato inquit, impurum cum puro ſociari & conciliari non poſſet: Dij (inquit) quum aĩam ĩmortali origine prędicam accepiſſent, obduxere ei corpus mortale, quod vti fieri poſſet, vtiq; ĩmortalis forma in corpore mortali clauderetur, texuerunt genus animę alterum fragile ac mortale. Nam vinculũ id quo ĩmortalis natura conglutinabatur mortali, ipſum quoq; haberi mortale oportuit, proinde corrupta mortali natura ſimul quoq; vinculum eius intercidit.

Quid Theophraſtus de tribus intellectibus ſenſerit.

Cap. XXXIX.

Plane facturum hoc loco me operæ precium arbitror, ſi verba Theophraſti de intellectu poteſtatis & agente prætexuero. De intellu itaq; ptãtis hæc dicit. Quum intellectus (inquit) homini extrinſecus accedat, quumq; tanq̃ appoſitus inuectusq; ſit, quæritur quemadmodum congenitus nobis dicatur: demũ quænam cõfirmatio naturaúe eius ſit. Certe id quod dicitur nihil actu eſſe intellm ad ptãtem oĩa recte hactenus dicitur quatenus, & iu ſenſus non tñ vſque eo ad vitium reſecanda res eſt, neq; tã nihil actu probandus, vt neq; ipſemet ſit. Calumnia hæc eſſet & oratio contentioni cauilloq; proxima, ſed ita intelligendum vt in animo talis quędam ſui generis potentia ſit pro ſubiecto formarum ac gremio, qualis in rebus materialibus facultas illa eſt, quæ conſtitutioni earũ & concretioni inſternitur. Porro quod dicitur mentem extrinſecus accedere, non ita ſtatuẽdum eſt, vt qui vere appoſitus inuectusq; habeatur, ſed vt qui ſtatim ab ortu quaſi comprehendere nos complectiq; ſoleat. Item quo nam pacto res efficiuntur intellectę, & qualiſnam videtur paſsio ea, neceſſe.n. eſt afficiatur animus & quaſi patiaẜ, ſi prodire ac peruenire ad geſtionẽ debet eadem rõne qua ſenſus, ſed quũ ſit incorporeus qui fieri poteſt vt patiatur aut immutetur à corpore? Vtrum item ab illo, au ab ipſo principiũ eſſe putandum eſt? Plane ipſum pati videri poteſt ab illo ortum habere (nihil enim ipſum à ſe patitur) at vero cauſam pręſtare oĩum actionum, hoc eſt, vt intelligatur vel non intelligatur res, quemadmodũ & in ſenſu perſpicitur, vtiq; ab ipſo intellectu proficiſci videtur. Illud hercules perabſurdum forte ſit, intellectum qui naturã refert materiæ, nihil eſſe ipſum exiſtere, ſed tñ omnia complecti & continere potentia, & reliqua quæ longũ eſſet perſequi. Quamuis autem Theophraſtus qõnes has compendioſo ac feſtinanti ſermone quaſi deguſtet, verba quidem pauca, (ſed fœta) tamen rerum multarum & magnarum inculcat. Plena hæc difficultatum ſunt, plena ſolutionum, quas obiter quaſi aliud agẽs ſubiungit, plena poſtremo contentionis & diſceptationis oĩo eſt. Atq; hæc ille in quinta parte naturalium qõnum ſcripſit, hoc eſt ſecundo libro de anima. Ex quibus liquet Theophraſtum de intellectu potẽtiæ eadem fare in dubĩonem vocaſſe, quæ de intellectu quoque agente quæruntur, vtrum de foris accedat, vtrum congenitus habeatur. Definitum præterea eſt, quemadmodum de foris accedere, & quemadmodum congenitus haberi probetur. Iam ſicut intellectum agentem, ita intellectũ potentiæ impatibilem aſſerit, & abiunctum à corpore: Impatibilis (inquit) eſt intellẜ, aut ſe patibilis eſt alio more patibilis eſt, quam cætera quæ pati dicuntur. Namſi pati intellectus putandus eſt, non ita putandus eſt, vt patiendo ſe moueat, (motus enim omnis in abſolutus imperfectusq; eſt) ſed ita putandus eſt pati, vt ad actum & perfectionem paſſione illa perueniat. Vlterius etiam progreſſus inquit: Senſus non eſt ſine corpore, intellectus habetur abiunctus. Item eo loco quo retractat ea quæ de intellectu agente definierat. Ariſtoteles: illud (inquit) conſiderandum, quod vel in omni natura inuenias, duobus momentis ſingula contineri, quorum alterum pro materia & potẽtia ſit, alterum vero pro cauſa & actore ſumatur: ſemper vero pręſtãtius eſſe quod agit, quam quod patitur, & principium nobilius eſſe q̃ materiam oportet. Atq; hæc quidem ille quãquam confirmat, tñ reuocat in controuerſiam qualesnam duæ illæ ſint naturæ, quibus ratio hominis atque mens conſtat. Item priuatim quale nam id ſit, quod intellectui agenti ſubiicitur: mixtum.n. quodammodo & quaſi concretum videri animũ nobis, ex intellectu agẽte & intellectu potentię. Si igitur ſociatus congenitusq; eſt qui mouet, ſtatim ergo & ſemper mouet: ſi vero poſterius accedit, quo nam inſtrumento, aut qua ratione abſolutio hæc & generatio facta eſſe defenditur? Ac videtur quidem carere genitu, ſi incorruptus ĩmortaliſq; eſt. Quum vero ſemper iuxtim aſſiſtens & proximus ſit, cur nõ ſemper mouet? aut vnde nobis obliuio & hallucinatio accidit? an culpam habet permiſtio? Ex iis omnibus manifeſtum puto eſſe non præter rationem ſentire, qui dicant Ariſtotelem & Theophraſtum exiſtimaſſe aliud eſſe intellectum patibilẽ & corruptibilẽ quem illi cõem vocant, & corpore non abiunctum: aliud totũ id qđ ex intellectu agẽte, & intellu potentiæ cõponiẜ, quod & ſeparatũ à corpore & incorruptibilem & ingenitũ ſtatuunt. Atq; ita fieri, vt partim duæ naturæ ſint partim vna. Nam & id quod ex duabus facultatibus, forma & materiæ cõditur, vnum eſſe intelligimus. Cæterũ quærere, quid quiſq; de anima ſenſerit, & loci & curæ alterius eſt, Atque nam fuerit opinio Ariſt. quæ Theophraſti, & quæ etiam non Platonis facile arbitror colligi poſſe ex verbis iis: quæ ſupra de libris eorum prompſimus prætexuimusq;.

Primam actionem intellectus eſſe circa ſimplices terminos verſari, deinde circa compoſitionem, in qua iam ſit veritas aut falſitas. *Cap.* XL.

Ergo intellectus potẽtiæ ſimulac intellectũ agentẽ ceu propriã ſibi formã præhendit. Primũ intelligit ſimplicia indiuiſiliaq;, quæ in decẽ generibus cõtinentur, in quibus veritas aut falſitas nulla verſatur: deinde vltra progreſſus cõponit illa, cõnectitq;, verbi gratia: Socrates inambulat, in quo iã veritas aut falſitas põt conſiſtere. Componit inquam hæc non vt aceruũ temerario congeſtu aut interiectu conſtituat, ſed vt quæ multa ſparſaq; ſunt, ad vnitatem & coalitũ reuocet: atq; ita cœtum ſimplicium vocũ comprehenſione & intellectione vna cohibeat, vt illud: Xenocrates diſputat. Hic autem cõplexus & compoſitio notionũ videtur ſimilis ei, quã Empedocles in cõſtitutione mẽbrorum cecinit factam à cõcordia primum. Quẽadmodum apud illum non omnis compoſitio membrorum

conſtituit

Quomodo intellectus potentia nihil actu eſt.

De hoc lege librum primum de aſcult. natural. in Digreſſione de materia prima.

cōſtituit animal, ita apud nos non omnis cōpoſitio notionum cōſtituit veritatē, ſed aliqua etiā cōpoſitio eſt, de qua mendacium exiſtit: vt ſi commenſuratio cōmittatur diametro, erit mendaciū & falſitas, ſi incōmenſuratio, veritas. Deinde quemadmodum illic ex ſimplicibus membris animal ſimplex conficitur, ita hic ex ſimplicibus terminis ſimplex propoſitio naſcitur.

a De cæteris omnibus animæ uiribus agens Ariſto. tam naturalibus quam ſenſitiuis, ait Simpli. hic, ab eorū obiectis doctrinæ ſumpſit exordium, ac deinde de actionibus diſputauit antequam de earum eſſentia loqueretur, ut. ſ. ab his quæ nobis ſunt notiora, ad ea quæ magis latēt progrederetur. In intellectiua autem uirtute contra, primo intelligendum quiſnā ſit et qualis ſpeculatus eſt, anteaquā de intelligibilibus loqueretur, utpote quia cognobilior eſt: & deinde intelligibilia, ut ex utriſq; eliciamus eius actionem erga intelligibilia. Vt igitur in paſſibili intellectu, poſteaquā eius ſubſtantiam edocuit, quæ ab ipſo cognobilia ſunt exponit: quæ duo ſunt, forma. ſ. et formatū: ac duplicē deinde circa ipſam actionem: pari etiā paſſu nūc pueſtigata intellectus agentis ſubſtantiā, quæ ſint ipſo cognobilia, & qualis ſit etiā erga ipſa eius actio docere aggreditur.

Non modo in rebus, ſed in temporibus quoq; veritatem aut falſitatem adeſſe: item tempus non à ſenſu ſed ab intellectu cognoſci. Cap. XLI.

22 IN iis a quoq; ſimul intelligitur, ratio tpis, quū res vel tanquam præteritæ genitæq; vel tanq̄ futuræ & gignendæ noſcuntur. Et hercules præteriti & conſequentis temporis agnitio propria intellectus eſt, & eius facultatis, quæ ſuperior viſis & imaginatione habetur. Nā ſenſus & imaginatio expertes notitiæ temporū ſunt, præſertim præteriti ac futuri. Nec. n. creari pōt in anima aut viſum, aut ſenſum aliquod rei, quæ aut iam interciderit obſolueritq́;, aut nondū ſit orta, ſed quicquid icit imaginationem aut ſenſum tanquā inſtans præſensq́; icit: ita temporis ſenſus duntaxat ad animū mētemq́; pertinet. Circa tempus quoq; veritas & falſitas innoteſcit, nam hæc oratio. Crœſus fuit, vera eſt: illa Crœſus eſt, falſa. Porro interim ita componimus, vt qd' adeſt rei, adeſſe dicamus, nix candida eſt: interim ita vt quod adeſt rei, adeſſe dicamus, nix candida eſt: interim ita vt quod adeſt, negemus adeſſe, nix non eſt candida. In quo quum talis cōpoſitio ſit, vt dicamus illud huic nō adeſſe quod adeſt, iuſtius ſit nō compoſitionē complexionemúe, ſed diuiſionem ſectionēq́; ſiue etiam diſtractionem & præciſionem vocare. Nam & negatio diuulſioni & diuiſioni ſimillima eſt, & dedicatio ſiue affirmatio connexioni compoſitioniq́;. Niſi forte nomen diuiſionis vtriq; generi congruat, q eas res quas imaginatio à ſenſu confuſas inordinataſq́; accipit, intellectus diſponit, interſtinguit & diuidit, ſeorſum de Socrate enunciās ſeorſum de inambulante conſiderās: demū ſeparatim efferens quæ ſeparata non ſunt, quāq̄ retro quoq; ſimul ita diſcreuit, mox ad vnitatē & concilium reuocat. Nam vna oratio, ſiue vna conceptio eſt, philoſophatur aut deambulat. Socrates, & veritas itē ac falſitas in oratione, quatenus vna eſt, continetur. Vtrūq; igitur pontificū ſolus intellectus obtinet, & q multas notiones in vnū poteſt conducere & cohibiliter nectere, & q noticiam temporis cum rerū cognitione coniungit: quorum neutrum neq; imaginationi, neque ſenſibus datum.

a In ſempiternis, ait Simpl. ſola egemus copula ſubiecti cum prædicato: in his vero quæ in generatione verſantur, & interitu, tempore etiam opus eſt, ob id quia non ſemper ſunt, ſed quandoq; ſunt, & quandoq; non.

Quotuplex ſit indiuiſile: item intellectionem & tempus pariter indiuiſilia & diuiſilia eſſe: item intellectum per ſe in non tempore intelligere, ſed ex accidenti in tempore, & quid ſit ex accidendi diuiſile. Cap. XLII.

SImplex vero & indiuiduum bipartito accipitur: nā aut indiuiduū ita eſt, vt neq; potentiam neq; actū admittat, quo genere ſunt formæ immateriales, & punctus: aut ita vt potentiam tantum, non etiā actū agnoſcant, qualis linea eſt, & præterea omnis magnitudo. Ergo intellectus & tempus id, quod ad intellectionem rerum ſimul adiungitur, pariliter diuidua & indiuidua ſunt. Quum formæ immateriales comprehēduntur, vtrunq; indiuiduū eſt & intellectus & tempus. Quū vero res potentia ſectiles, & actu inſectiles noſcitātur, tunc intellectus inſecabilis actu eſt, & intelligit inſecabili tempore. Nam longitudinem ceu genus vnum ſimul vniuerſam intelligit, non partem vnam dimidio temporis, dimidio alterā, alioquin non eſſet longitudo vna, ſed duæ: ita intellectus non longitudinem ſed longitudines intelligeret. Quod ſi longitudinem vnam in longitudines duas diuelleret, diuelleretur & tempus. Eſt & genus aliud indiuiſilium, non quantitate ſed ſpē, qualis homo vel Socrates eſt: ambo. n. indiuiſilia ſpē ac forma dicuntur. Nā neque notio hominis diſtrahi aut ſecare, præterea in alias ſpēs pōt, ſed ſi qua pōt ſecari, fortaſſe tm̄ poteſt in ſingularia, nec multo minus Socratis notio. Hæc igitur quæ indiuiſilia ſpecie ſunt, intelligit indiuiduo tpe & indiuidua intellectione. Non. n. partē hanc Socratis dimidio tpis illam dimidio altero apprehendimus. Neq; item more illo intelliguntur res, quo efferuntur à nobis verba. Nam hoc mirabile intellectu eſt, audimus in tempore, intelligimus non in tempore, ſed momento, quod aut omnino tempus non eſt, aut ſi eſt, partibus caret: non ſolū vero intelligit inſectili tempore, ſed etiā intellectione inſectili, non ita vt ſingulis ſyllabis hæret, & partem vocabuli partem intellectionis abſoluat, ſed ita, vt quāquā diuiduum vocabulū eſt, indiuidua tamen comprehēſio & intellectio ſit. Quòd ſi quis contendat intellectionem eſſe diuiduā, facile concedemus, mō intelligat diuiduā eſſe per accidēs. Nō. n. ſuapte natura diuidua eſt, ſed culpa vocabuli quod cū mora & productione vocis effertur. Proinde quū vox omnis nō illico, cunctimq́;, ſed tractim & particulatim ædatur, contingit credere intelligentiam quoq; non momento vniuerſimq́; ſed cunctanter & membratim abſolui. Quo ſit vt ea res quæ p ſe inſectibilis eſt, (q̄q̄ difficile dictu videtur) quaſi deſcendat in rem diuiſilem ad eam, qua ſe ingeniū ſuum accōmodet. Rurſum pleraque per accidens indiuiſilia ſunt, id eſt non ſuapte natu, ſed propter id, per quod intelligunt hoc modo confinium & colliminū tpis. In quo animus intelligit, per accidens indiuiduum & inſectile eſt, quia accidit tēpori cuius eſt extremum, & p quod ab intellectu cognoſcitur. Niſi enim annus, menſis, dies, hora determinaret iunctum præſensq́; tempus, momētum hoc indiuiduū intelligi nullo modo poſſet. Huius rei ratio illa eſt, q in omnibus iis quæ ſecantur in partes, ineſt aliquid quod minimum & inſecabile eſt: & in omnibus iis quæ condita cōcretaq́; ſunt, habetur aliquid ſimplex incompoſitumq́;.

ſitumq́;. Quod quidem quicquid qualecunq; eſt, neq; ſeparari poteſt à rebus quibus ineſt, neq; ſeorſum ſubſiſtere, quamuis inſit. Sed neq; ſignificantia nominis poteſt abiungi à nomine, neq; ſine eo item pronunciari: ſorte vero neq; intelligi quidem à quoquam vlla res poteſt, niſi ſecum ipſe vocabulum intus affingat, ad quod ſe identidem referat, quoties cogitaturus aliquid eſt. Et ſi vero hæc ita ſe habent, ea tamen intellectus vis eſt, vt voces & dictiones quæ ſuopte ingenio ſecabiles & diuiduæ ſunt, indiuiduas & inſecabiles vtique per accidens faciat.

Omne continuum indiuiſibiliter intelligi, ſed & quantitatum diſcretam quadantenus. Cap. XLIII.

23 PLane indiuiſionem eãdem habent tempus, longitudo, & omne continuum, & id quod facere pôt vt longitudo ſit vna, idem poteſt facere vt vnum ſit & tempus & omne continuũ. Nam vnitas ſm quam dicimus ſtadium eſſe vnum, & diem vnum, & menſem vnum, eadem ineſſe & longitudini & tpi videtur. Ea
24 vnitas indiuidua eſt, & tñ ineſt diuiduis rebus. Eſt ſimplex & incompoſita, & in duplicibus & compoſitis continetur: alioquin oĩs quãtitas eſſet diſcreta, ideoq́; nihil aliud eſſe quam numerus multitudoq́; videretur. Núc & illud fortiter affirmauerim, multitudinem quoq; ipſam & numerum vnitate aliqua cohiberi & cõprehendi contingere, ita non mõ continue quantitati, ſed etiã diſcretæ vnitas competet: nam binarius, ternio, denarius, multitudines ſunt vnitatis acceſſu coercitæ.

Quemadmodum intelligantur puncta, & momenta, & priuationes. Cap. XLIIII.

POrro punctus & momentum quum ſimplicia & indiuidua vocantur, non eodem iure quo cætera appellationem illam ferunt. Eſt.n. aliquid qđ per ſe, & ſuapte natura indiuiduum eſt & incompoſitum: at punctus & momentum non hoc mõ indiuidua ſunt, ſed ex defectu & priuatione continui. Atq; ita intel'ſ cognoſcit illa definitq́; nõ priuato adortu, aut directo in ea incubitu, (quia nullam formam à ſe obtinent cui poſſit incumbere) ſed ſequeſtrando & præcidendo dimenſum & magnitudinem, atq; illa ipſa quorum limites extremi puncta & momenta ſunt. Certe hoc genere conueniunt intellectus & ſenſus: nam quemadmodum aliqua per ſe.i. quæ facie ſua pellunt, aliqua negatione priuationeq́; ſentiuntur, per ſe, vt candor, lumen, vox, ſonus priuatione vt nigror, opacitas, ſilentiũ: ita ſunt quædam quæ ſua natura, quædam quæ aliena, qua careant ad intellectum ſui vtãtur bonum à ſe intelligitur, malum nõ à ſe, ſed ꝙ priuum inopsq́; boni eſt. Huiuſmodi videtur ſcitum illud apud Platonem de materia. Cognitio (inquit) & viſio quæ de materia habetur, nota atq; extranea eſt: actus autẽ notus tam in intellectu, quam in ſenſu. Is proprie eſt qui non de vultu & facie aliqua eius rei quam contemplamur, elicitur, ſed de forma illa qua priuatur.

Potentiam & imperfectionem eſſe rationem, qua intelligantur priuationes & malum. Item neque Deum, neque intellectum agentem intelligere priuationes, ſed ſeipſos, ideoque veritates eſſe. Cap. XLV.

25 ERgo quemadmodũ ſi ſenſus non eſſet ea natura vt poſſet modo agere mõ nõ agere, ſed ea vt ſemper ageret, nũquam accideret, vt aut oculus tenebras, aut aures ſilentium ſentirent: ita ſi intellectus non ita inſtitutus eſſet, vt aliquãdo ceſſare ab opera poſſet, neq; mala intelligeret, neq; informia, neque numero ſuo & perfectione carentia. Talis igitur intellectus potentię eſt, vt contraria contrariis quodammodo intelligat: agendo enim intelliguntur formæ potentia.i. non agendo nec intelligendo formas intelligunť informia: contraria autem ſunt potentia & actus. Prohinc ſi quis intellectus eſt ab omni potentia exolutus liberq́; is neque malũ neq; priuationem intelligit, qualis exterior intellectus videť.i. agẽs, & eo amplius cauſa rerum princeps, i. deus. Eſt.n. intellectus agens à materia abiũctior quã intellectus potentiæ: quamobrem is ſemper intelligit id quod maxime eſt, & quod maxime forma exiſtit, & quod longiſsime ab omni priuatione informitateq́; abeſt. Talis ipſemet eſt, ſeipſum ergo intelligit: atq; hic eſt cuius ſubſtantiam merito actũ vocauimus, & qui proprie ſeparatus eſt, & qui neq; illum quidem innexum potentiæ continet: nec eo tamẽ imperfectior videri debet, quam is qui contraria & priuationes intelligit (non enim numero rerũ quæ ſciuntur pſectio aut præſtantia corrogatur, ſed pondere) nec qui plurima intelligit, idem etiam pluris eſt, ſed qui meliora nobilioraq́; nouerit. At vero intellectus & intelligibile in eo diſtincta non ſunt, quemadmodum in intellectu potentiæ, ſed intelligibilis eſt qua intellectus, retroq́; intellectus qua intelligibilis. Item veritas alio modo in intellectu hoc ſpectatur, alio in intellectu potẽtiæ. Intellectus enim agens veritas ipſe eſt, quia non eo verus efficitur ꝙ alia, ſed ꝙ ſeipſum intelligit. Sed intellectus noſter, vt qui ſimilitudinem illius prætenuẽ referat, veritatem ſimplicem non attingit, ſed eam quæ obuerſa & oppoſita falſitati atque mẽdacio ſit: quia neceſſe eſt ſi in affirmatione veritas fuerit, in negatione haberi & contineri mendacium. Quo fit vt veritati noſtræ mixtum ſemper mendacium ſit, vt quoties de veritate inſtituitur mentio, ſimul quoque de mẽdacio cogitemus, & quaſi admoneamur.

Intellectus ab oppoſitis eſt exclutus, neque malũ neque priuationẽ intelligit.

Intellectus agens ſemp intelligit id quod maxime eſt, & quod maxime forma exiſtit.

Quando & quemadmodum intellectus intelligendo fallatur. Cap. XLVI.

PLane intellectus quum quid ſimplicium tractat, vt quum formam eius aut definitionẽ & rationem eſſentiæ ſpeculatur, nunquam mentitur, etiam ſi totã rem non amplectitur: nã & oculus quoad de albedine ſola iudicat, falli non pôt. Quod ſi aſpectus id quod album iudicat, auſit Cleonem quoque aut Platonem dicere, iam ſuos limites tranſilit, & vltra præſcriptum quaſi periclitatur, eoq́; ſenſus ſæpenumero & facillime collabuntur. Eodem modo intellectus paucies & raro errabilis, aut nõ ratus eſt, quãdiu in ipſa finitione & eſſentia rerũ ſiſtit, vt boni, pulchri, honeſti: at quũ procedit vltra, & cõdictiones annectit, (vt ſi nõ modo bonum, ſed hoc bonum enunciet) tunc exterius aliena tribuit & confundit. Atque hic mendacium frequens & plurimis error inciditur. Vt ergo caueri hoc poſſit, ſola eſſentia & forma ſpectanda eſt, & quod materia & eius appendiculis vacet. Eſt enim genus hoc rerũ peculiare mentis ac ſuum. 26

Quod in ſenſu voluptas & dolor eſt, hoc in intellectu eſſe bonum & malum. item quomodo & quando tam ſenſus quam intellectus perſequatur aliquid aut fugiat. Cap. XLVII.

QVanquam vero longe ſuperior & excellentior intellectus eſt ſenſu, tamen multa in vtroq; paria & ſimilia viſitantur. Nam quemadmodum 27
actio ſenſus neque alteratio neque paſsio eſt, neq; autem 28

tem motus omnino vllus, quum motus omnis progreſſio rei ſit, quæ acceſsionem & conſumationem deſyderet, actio ſenſus abſoluta ſemper perfectaq́; habeatur: quamobrem aut motus eſſe nõ poteſt, aut ſi motus eſt, aliud genus inuehitur motus: ita cognitio animi habitũ obtinentis, neq; motus, neq; alteratio, neq; paſsio dici debet. Nam quemadmodum quum ſcius aliquis promit ea quæ ſcit, non ideo mouetur, ſed agit, & actus iſte nõ eſt motus, quia & perfectæ rei eſt actus, & ipſe perfectus eſt: idem in intellectu probandum, actus.n. intellectus potentiæ generatio & perfectio quædam videtur. Eſt igitur hoc (vt dixi) in ſenſu & intellectu aſsimile: item illud appetere & fugere, de quo (ſed paulo altius) ordiar: Senſus aliquando ſolum hoc adnunciat flauum, aliquando adiicit dulce id eſſe quod ſit flauum, quãdiu flauum ſolum enunciat, neq; ſugit neq; pſequitur: ſimul vero adiicit dulce, quale mel eſt: aut amarum, quale eſt fel, tunc aut perſequitur aut fugit. Idem in intellectu comperias, quamdiu ſolam definitionem & eſſentiam ſanitatis intelligit, neq; fugit, neque perſequitur: ſimul vero nectit ſanitatem cũ bono, tũc perſequitur. Quapropter quantum voluptas penſat in ſenſu, tantum bonitas in intellectu, & quod valet in ſenſu dolor, hoc poteſt in intellectu malitia. Porro notitiam boni & mali ſenſus habere non poteſt, ſed dolorifici & voluptifici. Diſcretio aũt boni & mali intellectui adiuncta eſt, qui (vt ſupradixi) intelligendis rebus deſcriptionem temporis adhibet. Ac ſenſus quidem pro eodem habet voluptatem & bonum, dolorem itẽ & malum. Trahitur ergo ſenſus ad voluptatem, & refugit à dolore: hanc ſciſcit appetitq́;, illum reprobat ac repellit. Contra intellectus ſæpe tranſcendit iudicium ſenſus & appetitiones eius coercet, proindeq́; aliud indicat bonum eſſe, aliud voluptarium, & quod titillet: item aliud malum, aliud quod dolorem inurat. Quum igitur animæ intellectuali allinantur quædam imagines, quæ viſa & phantaſmata appellauimus, bonum item & malum hoc pollcat in mente, quod in ſenſu voluptas & dolor, quoties parte hac animi phantaſma, aut viſum cum bonitate aut malitia nectimus, totiens perſecutio aut fuga ſuccedit: perſecutio ſimillima affirmationi eſt, ſuga negationi: & quemadmodum non põt ſenſus ſine ſenſilibus pelli, ita neq; intellectus is qui animæ congenitus eſt ſine viſis & phantaſmatibus cieri: nẽpe quum aut petit id quod animus aut aſpernatur præceſsiſſe imaginationẽ oportet. Quod ſi quis eſt intellectus qui nihil indigus ſit, ita vt neceſſe habeat appetere, neq; inualidus imbecilliſq́; ita vt ei præ metu fugiendum ſit, huic nullus viſus phantaſmatum imaginationiſq́; eſt.

Expeditis, ait Simplicius, his omnibus quæ de ſpeculatiuo intellectu erant pertractanda, ſumpto exordio ab imperfecto intellectu, donec ſcilicet potentia tantummodo eſt: deinde ad eum progreſſus eſt qui habitu perfectus eſt, & tandem ea docuit, quæ de ſubſtantiali intellectu qui ſua ſubſtantia actus eſt, erant inueſtiganda, adeo ut nihil, ut ita dixerim, intactum & indeterminatum reliquerit. Nunc ad eum intellectum tranſit Ariſto. quem practicum appellat qui & imaginatione utitur, & circa bonum uel malum verſatur inquirere: ſicuti in priori intellectus ratione à ſenſibus ueluti à notioribus ad intellectum tranſmiſit, eodem fere pacto nunc ſenſu utitur ueluti exemplari non quidem ut ſimpliciter cognoſcitiua, uirtus eſt, ſed ut apprehenſiua eſt rei quæ delectet aut contriſtet. Hac enim parte intellectui practico aſsimilatur, qui non ſolum cognoſcit, uerum & quod bonum malumue eſt inueſtigatur.

Quid differat ſenſus à ſecunda concupiſcentia, & intellectus à voluntate: item eandem eſſe potentiam quæ perſecutionem dictet & fugam. Cap. XLVIII.

PLane appetitio ſenſus, concupiſcentia & deſyde- 29
rium dicitur: appetitio intellectus, voluntas: & ad concupiſcentiam illecebra & voluptas, ad voluptatem bonitas pertinet: ac ſubiecto quidem idem eſt ſenſus & appetitio eius, ſed rõne cogitationeq́; diſcrepant. Eodem modo intellectus & volũtas ſubiecto idẽ ſunt, ſed diuortio eſſentiæ & definitionis euariant. Sed nec diuerſa vis eſt, qua pſequimur ab ea qua fugimus: ita neq; viciſsim à ſe, neq; ab intellectu ſenſuúe diſcernuntur, ſed vna potentia eſt, quæ perſecutionem dictat & fugam: vna quæ vult & non vult: nam & hæc quæ videntur auerſiones eſſe atq; fugæ, appetitiones quædã ſunt. Quum enim quis fugit, hoc ipſo deſyderat, ꝙ appetit fugere: & quum non vult, hoc ipſo vult ꝙ cupit vitare quæ reprobat.

Intellectum mouere tam præſente quam abſente ſenſu, item intellectum actiuum non ſpeculatiuum mouere. Cap. XLIX.

QVod autem ſæpe commemoratum nobis eſt, 30
denuo repetendum videtur. Quemadmodum
ſenſus formas rerum in ſimulachris ſenſilibus
ſeruat, ita [a] intellectus in phãtaſmatibus continet, & in
phantaſmatibus item intelligit. Euenit autem vt intellectus 31
æqualiter moueat & excitet appetitum, tam abiuncto ſenſu ꝗ iuncto. Sola.n. opinatio ea qua aliquid de quo cogitamus bonum eſſe aut malum credimus, facit vt dignum id perſecutione cautioneúe ſit. Quamobrem ſiue ſubiecta res oculis habeatur, quam nobis infeſtam fugiendamq́; ſuſpicamur, ſiue non habeatur, ſed ſola cogitatione opinioneq́; noxia iudicetur, cõtinuo animus fugam arripit, & tanquam deteſtabilẽ cauet. Atq; hoc intellectus eius officium eſt, quem practicum.i. actiuum & adminiſtratiuum appellant: hic.n. appetitum percit alliciátq́;: at qui conſpectiuus contemplatiuuſq́; dicitur, nihil mouet, ſed ipſo rei intellectu & æſtimatione contentus eſt. Prorſus quemadmodũ voluptas & dolor ſe habent ad ſenſum, & quemadmodum bonum & malum ad ipſum intellectum actiuum, ita ſe habet ad ſpectatiuum veritas & mendaciũ. Veritas eſt vice boni, mendacium malo ad proportionẽ reſpondet. Intereſt ꝙ veritas & mendacium impromiſcuæ & abſolutæ res ſunt, bonum & voluptas ad aliquid referuntur. Eſt.n. bonum alicui bonum, & voluptas alicui voluptas.

a Non eſſe intelligendum quod ab Ariſto. dictum eſt intellectum non ſine phantaſmatibus intelligere, de intellectu ſpectatiuo, quaſi nuſquam poſsit ſine phantaſmate intelligere, ſicut uidentur uelle peripatetici: tum ea quæ ſuperius ſunt expoſita oſtendunt, cum docuit Ariſ. ſpectatiuarum cognitionum ſupremam ſeparari, & eſſe hoc ſolum quod eſt, & eſſe idem ipſi rei, & ſubſtantia eſſe actum impatibilem & ũmixtum: tum uel etiam ea quæ hoc in loco ab Ariſt. proferuntur, dum non intellectum, ſed dianoeticen appellat. dum etiã eam uerſari circa uerum uel falſum, & bonum & malum prædicat. Nam ab intellectu cõtemplatiuo non modo eo qui ſubſtantialis intellectus eſt, falſum excluditur & malum ſimiliter, uerum ab eo etiam qui ſecundum habitum iam per-

*ſectus eſt. Sed in intellectu practico ex neceſsitate & malum
quandoq;, & ei oppoſitum bonum quandoq; reperitur, pro-
pter eius conuerſionem ad ea quæ generationi ſubſunt & par
ticularia ſunt.*

*Mathematica intelligi citra materiam abſque men-
dacio. Cap. L.*

35 POrro aliter intelliguntur ea quæ per ſe intelligibi-
lia ſunt, aliter ea quæ de abiunctione materiæ no-
men accipiuntur, lineam dico & planitiem, & id
genus cætera quæ in Geometria tractantur. Quãquam
enim bæc pro marginibus ac terminis corporibus natu
ralibus ſunt, intelliguntur tñ à corporibus naturalibus
ſeparata. exempli gratia: Si ſimitatem à naſo præcidere
intellectus poſſet, aut ab ea carne, in qua ſimitas eſt in-
telligeret ſeorſum à naſo, quod conſiſtere ſine naſo non
põt. Verum hoc in ſimitate fieri nullo pacto quit, pro-
pterea quod in definitione ſimitatis continetur & com
prehenditur naſus: eſt enim ſimitas naſi cauitas. At de-
uexum & curuum, linea recta & flexa, triangulũ & qua-
drãgulum intelligi ſeparatim à corporibus põt, etiamſi
ſeparatim non ſubſiſtunt. Huius rei ea cã eſt, qđ mathe
maticæ res, ꝗuis à corporibus naturalibus ſecretæ non
ſint tñ in ratione & definitione ſua materiam non teſtã
tur. Quare intellectus ea quæ actu ſeparata non ſunt,
apud ſe tanquam apud ſequeſtrem videtur deponere,
ad ſolam quantitatem ſpectandam: in quo opere neque
vſus corporis naturalis eſt neque affectionum hęrentiũ
corpori in eo qđ naturale eſt, quales ſunt caliditas, fri-
giditas, humiditas, ſiccitas, ſed in contemplationem ſo
lum ſpacia ipſa mera inaniaq;, & confinia corporũ ad-
hibentur. Ex conſit, vt Geometria & Arithmetica ex
oĩ cœtu diſciplinarum, quæ ad Mathesim pertinẽt, ab-
eſſe à materia naturali longiſsime videantur, vtpote in
quibus demõſtationes probationesq; ſine aliqua materię
mentione procedat, quamobrem neq; ſuppetias de ſen-
ſu deſiderant, quia neq; materiam vllam requirunt. At
in cæteris Aſtronomia, Muſica, Perſpectiua, quãquam
& hæ conantur remouere materiam atq; ſenſum, non
tñ æqui id poſſunt, ſed à ſenſu proficiſcuntur, & in ſen-
ſum etiam deſinunt. In hunc modum abſtracta huius
generis intelliguntur.

*Vtrum & quemadmodum ſubſtantiæ ſeparatæ intelligan-
tur ab intellectu potentiæ. Cap. L I.*

36 NVnc illud quærendum, vtrum res ſimpliciter ſe-
paratas, & prorſus materiæ ſordibus vacuas &
abſolutas intelligere animus poſsit, qui in corpo
re eſt & à magnitudine non abiunctus. Quamuisq; alius
locus ſit ad hoc demonſtrandum docendumq; ſerua-
tus, tamen & nunc quoque attingendum id puto. Vide-
batur ſane conſentaneum, ſicut diuinus ille ſeparatusq;
animus, qui intellectus agens vocatur, nullam intelligit,
naturalium formarum propterea quod potentia liber
eſt & imperfectione, qua priuationes ſolent cognoſci:
atque hoc non ignobilitatis, ſed nobilitatis potius & pręſtantiæ argumentum eſt: (nãque nec mori non põt aut
occidere, nec tñ eo vilior iis eſt, quæ poſſunt occidere)
ergo quemadmodum intelľs agens nihil intelligit mate
riale quod ſit, veriſimile ac fere conſequens videbatur,
vt intelľs materialis nihil intelligeret earum rerum, quæ
prorſus à materia ſeparatę eſſent. tñ contra eſt. Videtur
enim intelľs materialis etiam facultate hac præditus, ꝑ-
culdubio, vt res penitus abiunctas materia poſsit com-
prehendere. Nam qui naturas materiales intelligit in-
cernendo & amoliendo materiã, longe facilius intelli-
gat neceſſe eſt, quæ per ſe abſtracta diſpendium huius
operæ nobis remittũt: non. n. eo inferior intellectus po
tentiæ eſt intellũ agẽte, ꝙ genera immaterialia hic non
attingat, ſed eo ꝙ hic ſem ꝑ attingit, nec ſemper intelli
git, ille ſemper attingit: & ſemper intelligit. Et hæc olim
nobis ſæpius & diligentius ſcrutãda recuperãdaq; ſunt.

*Repetitio eorum quæ hactenus dicta de anima ſunt, quem-
admodum ſit omnes res, & quemadmodum anima di
catur eſſe forma formarum. Cap. L I I.*

NVnc ea quæ vſq; huc de anima diximus, capitu 37
latim recenſeri placet. Anima quadãtenus om-
nia eſt: omnia porro, aut ſenſilia, aut intelligibi-
lia ſunt. Scientia quæ actu ſit, nihil eſt aliud quã ipſe res
ſcitæ: & ſenſus ſimiliter qui ſit in actu, nihil eſt aliud quã
ipſa ſenſilia. Quæ vero ſit huius ratio, quãquã ſuperius 38
affatim docuimus, tamen eſt quamobrem modo addi
aliquid velimus. Res quædam potentia ſunt, quædam
actu habent: anima igitur illa res & formas, quas acci-
pit partim actu, partim potentia cõtinet. Quotiens ſen
ſus aut intellectus in habitu eſt, non item in opera, tum
potentia euadit illa quæ continet: quum vero in operã
procedit & cõmentatur, tũ refert actu illa quę cõmen-
tatur. Etenim res quanta eſt forma ipſa eſt, materia ve-
ro non eſſentiat, ſed generationis potius & ipſius, vt ita
dixerim, fieri author & cauſa eſt. Diffluunt obiter cor-
pora & diſpendium aſsidue faciunt, quod quidem ope
ra & maleficio materiæ accidit: ſi qua ſtãt quieſcuntúe,
totum id debetur formæ acceptũ referri. Recte igit̃ di-
ctum videtur animam, eſſe omnia, quando nulla res eſt,
cuius formã, aut ſenſu, aut mente non vſurpet. Inde ſu-
mitur, vt anima cum omnia oĩbus formis eadẽ fiat, nõ
tamen cũ materia earũ ꝙ molle: nec. n. lapis in aĩa eſt,
neq; ignis, neq; terra. Ita relinquitur, vt aĩam effici for
mas rerũ dũtaxat dicamus. Neq; vero illud obſtat, ꝙ ſi
ita ſit, ratio rationi & forma formæ miſceri connectiq;
videatur, quandoquidem ad inſtar manus habetur: ma
nus enim inſtrumentum ſuper omnia inſtrumenta eſt,
vti per quam inſtrumentorum omnium vſus conſtet.
Eodem modo animã dicere formã formarum par eſt,
quia reliquæ formæ per animã cognoſcuntur. Non ſo
lum vero recte dicitur animam eſſe omnia, propterea
ꝙ formas oĩum cognitione cõplectitur, ſed etiã pro-
pterea ꝙ materiæ formas exhibet, & vultus imponit.
Ipſa enim animo eſt quæ materiã rudẽ ſignificatione
& impreſsione formarum inſignit: nã & viuacitas oĩs
& vigor qui plurimus in materia cernitur, ab anima vi
detur ortum habere. Atq; hoc in animalibus quidem
conſpicuum incontrouerſumq; eſt, ſed in plantis & ele
mentis obſcurius.

*Nihil ſciri aut intelligi poſſe niſi via ſenſuum: item quemad-
modum viſa & phantaſmata intelligendo fingantur,
formenturq;. Cap. L I I I.*

POrro iis quibus videtur nulla res eſſe à magnitu- 39
dine, & à ſenſu remota, conſequens eſt vt formas
intelligibiles in ſenſibus eſſe, contineriq; fateant̃.
Talia ſunt ea, quæ abſtractu conſtant, & mathematica
nũcupant̃. Itẽ ea quæ ſenſiliũ habitus aut affectiones di
cũtur, atq; hæc poſteriora penitiſsime indita, immerſa
& obligata materiæ ſunt: oĩa igitur pendent à materia
ſenſili. Cuius rei firmiſsimum argumentum eſt, ꝙ quĩ
iam inde ab ortu cœcus ſurdusq; fuerit, nõ poteſt Geo
metriam condiſcere, quia circulum triãgulum, quadrã

tale

tale animo cõcipere, aut præſentire cõpos non eſt, ſed feruidum, algidum, dulce, amarũ, odorulentum, obolidum: atq; hæc quoq; ideo quia ſentiuntur. Intellectus quoq; vnitatis & binarij poſtremo uumero omnis de ſenſilibus venit. Quamobrem quotiens hoc genus rerum ſpeculatur meditaturq́; animus, neceſſario ſibi viſa quædã & ſimilitudines cõſingit, ad quæ dũ cogitat, ſubinde ſe conuertit. Sunt enim viſa & phãtaſmata ſenſilibus rebus pſimilia, præter quã ꝙ materiã abdicant.

Aliud eſſe ipſa viſa ſeu phantaſmata ad propoſitiones, quæ de phantaſmatibus componuntur. Cap. L s s i i.

SAne ea quæ in compoſitione & cõplexu loqueudi ſerieq́; uoſcũtur, apertiſsime à ſpectris & phãtaſmatibus differunt. Nam diei & lucis phantaſmata ſemper eadem iu aïa ſunt: nexus & cõplexionis eorũ multiplex ratio formaq́; eſt, vt ſi dies eſt, lux eſt: vel dies eſt, & lux eſt: vel dies eſt, lux uon eſt: vel eſto dies, & eſto lux: quæ quidem conſtructiones coniunctioneſq́; cum inter ſe viciſsim euariant, tum etiam à phantaſmatibus diſcrepant. Item in compoſitione veritas & mendaciũ verſantur iu viſis & imaginibus non verſautur.

Differentiam eſſe inter phantaſma rerum & notionem ſiue conceptum. Cap. L v.

SEd quæro primæ ac ſimplices uotiones, qua re à viſis & phantaſmatibus diſtet: an ꝙ notiones phautaſmata quidem uon ſunt, ſed conſiſtere tamẽ ſiue phantaſmatibus nequeunt? Fieri etiam certe non põt, vt idem ſit notio Socratis & ſpectrum eius ſiue phãtaſma, ſed phantaſma eſt impreſsio & veſtigium ſenſus, & quaſi vibex è verbere inuſtus. Inuſtionem & paſsionem in ſenſu, nõ proprie accipi volumus, ſed eo modo quo ſupra expoſitum plurimis locis demonſtratumq́; eſt. At notio eſt actus & operatio animi in ſubiecto phautaſmate. Hunc in modũ intellectus multifariam phantaſmatibus vtitur: propoſitioues. n. quas de phãtaſmatibus conficit, per caſus articuloſq́; alterno implexo & ſerie ac diſpoſitione multiformi couuariant.

De anima motrice ſecus locum: item queſtio vtrum plures partes habeantur animæ, quam tres illæ, quas Plato exiſtimauit. Cap. L v i.

QVoniam vero animalium anima ſummas vires
40 quibus deſcribitur, duas haber, iudicandi vnã,
hoc eſt, intelligẽdi diſſentiendiq́;: alteram mouendi, hoc eſt, locum è loco mutandi, ad ea quæ de intellectu ac ſenſu dicuntur, abundanter expoſitum eſt: proximum videtur, vt quidnam id ſit quod animal mouet: deinceps aggrediamur exquirere, vtrum certa pars aïæ, quæ à ceteris partibus abiuncta magnitudine & ſubiecto, i. diſcluſa loco & diſtricta regiou aliter habeatur aut quæ ratione tm̃ cogitationeq́; ſequeſtretur, an potius aïa vniuerſa, & ſi certa pars mouet, vtrũ alia ab iis ſit, quæ vulgatæ iactatæq́; ſunt, rõnabilis, irritabilis, concupiſcibilis, au ex ijs aliqua. Nam vel iu hoc multa qõ eſt, vtrum aïa partibus conſtet, quæ locis & intercapedinibus diſtent, an viribus & poteſtatibus, quæ in eodẽ ſubiecto rõne definitioneq́; diſcernatur, quẽadmodum in pomo cãdor, odor, & dulcor. Quòd ſi plures in aïa partes finxeris ſuccedit illa dubitatio, quiſuam earum uumerus ſit, & vtrum tres tantũmodo, vt aliqui arbitrantur, an plures. Et Hercules ſi quis ad ea diſcrimina animaduertat, quibus ratio animoſitas, & cupiditas mutuo differunt, in partes innumerabiles aïam cõſcindet. Videnť. n. aliæ nẽ particulæ, quæ proculdubio amplius quã illæ tres diſtẽt: nã vis uutricula, quę & aïalibus & ſatis ac ſtirpibus ineſt cõïs, aliquanto plus à tribus iis differt, quã ipſæ inter ſe tres. Eodem modo & pars ſenſaria quippe qua neq; rationabilẽ, neq; penitus irrationabilem poſsis putare. Nam quatenus ſenſilium generũ differentias iudicat, & occaſio quædam & tanquam gradus efficitur ad animum rationẽq́; promouendam, videri põt illatenus rationis & intelligentiæ particeps: quatenus vero adiuncta eſt animalibus brutis & rõne vacãtibus, vtiq; nomine hoc irrationabilis & bruta exiſtimari põt. Præterea non ſenſus demum, ſed etiam virtus imaginaria videtur à partibus iis diuerſa & differens ratione. Quòd ſi tres tantum partes animę haberentur, neceſſe eſſet imaginariam, aut irrationabilem, aut in cupiditatem, aut in excandeſcentiam reducere. Ad hæc ap 42
petendi vim, quæ ratione, potentia, munere, interſtitio inſigni à reliquis ſeiungautur, vnam è tribus partibus cenſeri contingeret: alioquin ſubabſurda atq; obtuſa res eſt ꝑcidere, ac diuellere appetitum, quod faciũt qui partitionem illam Platonis trimembrem probant, quãdoquidem uon modo in parte irrationabili cupiditas & iracundia continetur, quorum vtrunq; appetitus eſt, ſed etiam in rationabili volutas, quæ item appetitus mentis iudicatur. Quamobrem facultas hæc diſtrahenda non erat, ſed tanquam ſui generis potẽtia incolumis ſeruanda, & ſeorſum cum cæteris partibus in uumerũ redigenda.

Intellectus nomine, ait hic Simplicius, comprehenditur uniuerſa rationis uita, ita ut & forſitan phantaſia, non quidem omnis, ſed tantum quæ in hominibus reperitur: de qua Theophr. in propriis phyſicis quærit, utrum ponendum ſit cauſam rationalem eſſe uel irrationalem.

Vim altricem eſſe cauſam animalibus inceſſus & motus Cap. L v s i.

SEd redeamus vnde abſceſsimus, agitemuſq́; iã pe 43
de collato, quidnam illud ſit, quod mouet animal per locũ: nã auctio & minutio vnde ſint conſtat. Diximus enim prouenire motus eos à procreabili & altrice potentia. Spiratio vero & reſpiratio, ſomus item & & vigilia, quibus cauſis oriantur alio loco monſtrabiť:
ſunt. n. & hęc quibus animal alteraſcit mouetur q́;. Nũc 44
quod propoſuimus tractãdum, quidnam ſit cauſæ, quãobrem animalia moueantur, ingrediantur q́;. Sane vegetalis anima hoc non facit ipſa, nam motus localis inceſſuſq́; ad finem aliquẽ agitur: item cum imaginatione, perſecutione, vel ſuga, vtiq; in iis quæ vltro ſpõteq́;, non vi coacta ſe mouẽt: at ratio nutriens prorſus imaginatione vacat, & qđ cõſequens eſt appetitione. Omnis enim appetitio à ſenſu imaginationeq́; naſciť, quãuiſq́; animalia quotiens cibum & alimoniam appetuut, localem motum inſtituant, vt ea quorum indigent pſequenter & capiãt, non tamen ex eo accipi debet, nutricem virtutẽ idẽ eſſe quod appetitum. Cuius rei ſigno, i. & quidem certiſsimo, ꝙ in ſtirpibus alumna vis cerniť appetitus uou cernitur, eoq́; fit, vt in iis neq; ſenſus, neque imaginatio poſsit exiſtere. Quòd ſi in anima vegetante vis eſſet, quæ ſecundũ locum moueret, fuiſſet neceſſe, vt natura plantis aliquo inſtrumentum dediſſet, quo talem motum exigerent. Nihil enim operibus naturæ fruſtra viceq́; fortuita iungitur.

Vim ſenſualem non eſſe cauſam motus animalium localis. Cap. L v i i s.

SEd neque vis ſenſualis eſt id quod ita mouet, quũ 45
pleraq; animalia ſint, quæ ſenſum obtinent, uec ta-

men mouentur ob locum, proinde hæc ſi vim mouentem habuiſſent, temere habuiſſent. Natura vero vtrunq; adæque deteſtari & abominari videtur, neu quid luperfluo adüciat, & neu ex neceſſariis aliquid relinquat. Læſa laceſsita, orbata & mutilia ſemper excipio: animalia autem illa quæ vitam ſtabilem & ſellulariam exigunt, nec mouentur loco, non ideo manca defectaúe ſunt. Quod quidem facile probatnr argumento, quia proletaria ſunt & ſimile ſibi progenerãt, præterea & auctantur & minuuntur.

Intellectum mentemúe non eſſe cauſam motus animalium localis Cap. L I X.

46 CAeterum neq; rõnalis portio.i.intellectns poteſt id eſſe quod moueat. Quum enim duplex intellectus ſit, contemplatiuus hic, actiuus ille, primum contemplatiuus non põt mouere, quia de rebus agendis gerendisúe uihil intelligit, quæ fugienda, quęque perſequenda ſint non cognoſcit: motus aũt is, quo de quærimus: aut perſequẽdo, ant ſugiendo abſoluitur. Deinde uec actiuus id poteſt: quamuis enim agendis rebus adminiſtrandisq́; præſit, non tamen author aut opiſex eius motus eſt, quia læpe accidit, vt id quod dignum intelligit fuga, nou fugiat (verbi gratia) terræ motum, aut trucem & immanem belluam. Vt.n. contremiſcat cor, & inhorreſcant pili, vox hęreat faucibus, eſt tamen quando in timore hoc uon arripitur ſuga, ſed veſtigio immoto & habitu rigente conſiſtitur. Solet item cõtingere, vt quum aliquid illectat voluptatq́; animum, etiã ſi qua particula corporis commoueri, ſubſcalpiq́; videatur, interim tamen quieſcas, & eodẽ in loco permaueas. Huius rei ratio illa eſt, ꝙ animus terrifica & mulcebria non ſolum conſiderat, quum inſtant, ſuturaúe ſunt, præſertim humanus, ſed aliquando etiam quo ſunt præterita. Moueri vero ad ea q̃ ſint præterita & exoleta, qui poſſnmns? Ita concluditur intelligentiam non eſſe cauſam animalium inceſſus: immo frequenter vſu venit, vt ratio quidem fugam perſecutionemúe imperet, nec tñ conſilio rationis ſtemus, ſed ea ſub iugum miſſa concupiſcentiam ac libidiuem ſequamur, quod incontinentes faciunt. Ergo neque intellectus, neq; ſcientia ingreſſum animalibus miniſtrat. Idem ſere in alio genere videris, medicus aliquando non cnrat, eques non ſemper equitat, & tamen vterq; artem ſuam callet, ille medicinalem, hic equeſtrem, quaſi motum geſtionemq́; alia ratio, non ars aut ſcientia faciat.

Animam in qua iraſcentia & cupiditas continetur, non eſſe cauſam motus localis. Cap. L X.

47 PRæterea neq; cupiditas, neq; iracundia cauſam habent motus localis: nam continentes quáquã obiraſcantur, aut concupiunt, tamen rõne perluaſi, confirmatiq́; reuocanſ ad frugem & vitio abſtinent.

Intellectum actiuũ & appetitum iunctim cauſam eſſe animalium motus. Item quæ differentia ſit, inter intellectum actiuum & ſpectatiuum Cap̄. L X I

48 REliquum eſt duo hæc eſſe quę moueant intellectum & appetitum. Hoc loco nomine intelltus imaginationem quoq; cõprehẽſam velim. Nam homines parte plurima imaginatione potius, quam diſciplina aut iudicio reguntur. cætera vero animãtia imaginatione ſola exigunt, ꝙ bruta ſunt, & carent prudentia: quare fit vt in iis vicem intelligẽtiæ imaginatio prębeat.
49 Eqnidem quotiens intellectum dicemus cãm eſſe progreſsionis & motus, de actuoſo illo ſiue actiuo & administratiuo accipiendum præſamur, qui gratia alicuius finis conſiderat & conſultat. Diſtat hic à ſpeculatiuo diſcrimine hoc, (quod & iactatũ vulgatumq́; eſt) ꝙ ſi ſpeculatiuo finis eſt inſpectio ſola, actiuo præter inſpectionem appetitio & ꝓſecutio operis, plane intentio & propoſitum (ita enim appellauerim quod ſcopos dicitur, id autẽ eſt quo ſtudium mẽtis tenet, collimatq́; & cui conſpectio & appetitio quaſi inhiat.) principium actiui intellectus eſt. Quum enim de quoquam agendo gerẽdoúe cogitamus, oĩa ad finem illum referimus, vltimũq́; in id ad quod nouiſsimo peruenitur conſideratione, & in quo ſiſtunt qui deliberant, quemadmodũ conſequi intentionem & propoſitum queant, principiũ actionis & operæ eſt. Item è contrario finis & terminus actionis principium eſt inſectionis, & id vnde cœpit diſceptatio. Sũma igitur ratio eſt è duobus iis, appetitu & noritia actiua conciliari cauſam vnã progreſsionis animalium & inceſſus. Quapropter vtrunq; appetiti finis gratia eſt. Nam & cognitio actiua quando mouet, concupitæ rei gratia mouet, ideoq́; ſine appetitu mouere non poteſt: quandoqnidem appetita res, & appetitio inuicem referuntur atque reſpondent.

Vnum & idem genus eſſe quod intelligitur & appetitur, de quo oritur localis motus. Cap. L X I I.

ERgo vnum eſt id quod appetitur, & vnum quod 50
mouet ex appetitu, neque enim vt duæ cauſæ intellectus & appetitus mouenr, quia nulla ſpecies generi ſuo opponitur vt altera. In intellectu autem appetitus vt ſpecies continetur: voluntas enim appetitus intellectualis eſt. Quod ſi duæ res eſſent intellectus & appetitus, quarũ vtraque ſeorſum moueret, haberetur alia quædam vis cõmunis, cuius participatu intellectus & appetitus animal mouerent & ingredi facerent. Verbi gratia: Tam bipes, quam quadrupes incedunt, nõ qua bipes hoc, illud quadrupes eſt, ſed qnia in cõmuni conueniunt, quod eſt pedes habere. Nunc hoc neceſſarium non eſt, quia intellectus ſine appetitu mouere non poteſt, (dictum eſt enim voluntatem appetitum eſſe mentis) contra appetitus poteſt ſine intellectu, quum conſtet iracundiam, & cupidinẽ appetitus eſſe, quibus plerunque homines ducuutur ratione domita, ant retro poſita. Quod, vt dixi, incõtinentes euidenter oſtendũt, qui quum quod & melius & lalutarius eſt videãt, prohibentq́;, tamen in deterius, ac fœdius vergunt. Rectus igitur intellectus omnis eſt, appetitus nõ omnis rectus: neque autem omnis imaginatio, quanquã imaginationem in loco intellectum vocauimus.

De appetibili: item de quo appetibili intelligamus, & de quo non. Cap. L X I I I.

QVamobrem ſemper mouet appetibilis res. Ap- 51
petibilis res eſt, aut quæ re ab ſe bona ſit, aut quæ bona videatur, intellectum mouet id qđ vere bonum eſt, cupidinem & iracundiam id quod bonum videtur. Etenim voluptas tunc bonũ videtur, quũ libido ad aliquid illecta, inflammataq́; rapitur: cæterũ non eſt. Bonum ciet appetitum: nam & ſummum bonum, aut ſi quod ſimpliciter & ꝑpetuo bonũ eſt, (quale fortaſſe id omnibus rebus cõmuniter cupitũ & deſideratum habetur) nõ mouet aut pellit, niſi alia ratione, q̃ qua nunc agitur, de quo nobis alia inſtitutione dicetur. Nunc nõ id quod in vniuerſum appetibile eſt quærimur, ſed id quod cauſam ſingularem ac præcipuam obtinet, quamobrem animal progrediatũr, quale bonũ particulare eſt, & quale naturam eam habet, vt modo ſit,

ſit,modo non ſit,non quod ſemper abſoluteq́; & om-
nibus bonum,ſed quod & aliquando, & ad aliqnid, &
alicui bonum ſit.

Appetitum inter potentias animæ connumerandum eſſe: itē quemadmodum vnus appetitus ſit, & actus tres: item contrarios appetitus in homine reperiri, & cur reperiantur. Cap. LXIIII.

52 PLanum arbitror factum potentiam animæ, quam
appetitū, ſiue petitionē vocamus, cauſam eſſe in-
greſsionis & motus. Quare & hæc poteſtas refe-
renda in ordinem eſt cæterarum partiū animæ,ad exem
plum altriculæ, ſenſoriæ, contemplatiuæ, deliberatiuæ.
His,vt dixi,adiicienda vis appetentis eſt, de qua ſupra
ſermonem habuimus.Plus enim hæc differunt inter ſe,
quam ira & concupiſcentia aut potentiæ, à quibus affe
ctiones hæ prodeunt:quo fit:vt non triplex animus ſit,
vt quidam finxerunt, ſed longe numeroſior fuſiorq́;.
Sed reuertamur ad penſum.Vna igitur poteſtas eſt,quæ
aīal ob locum mouet, quam ſæpenumero appetitionē
appellitauimus:atque hoc verum,ſiue ratio præſit,ſiue
libido aut iracundia.Quemadmodū.n.nihil obſtat,quo
minus potentiam ſentiēdi vnam dicamus, quamuis ſen
ſus quinque cōtineat:ita nihil vetat vnam vim eſſe quæ
appetit,quamuis ſe in tres actus diffundat. Hinc euenit
parte plurima vt appetitus in nobis pugnantes & con-
trarios ſentiamus,quotiens ratio cupiditatibus aut ira-
53 cundiæ obuiam it.Atque hoc in iis tm̄ aīalibus pōt con
tingere:quæ intellectum & notitiā temporis habent,po
tiſsimumq́; in homine. Nam homo ꝑ ſe tempus ſentit,
cætera ex accidenti vtpote quæ non ipſius tēporis ſen-
ſum proprie habeant,ſed motionis & paſsionis eius, q̄
tempore aliquo acceperunt. Conſequentis porro tem-
poris nullus is ſenſus ineſt,propterea qđ nihil pati pñt
ab iis,quæ ſit futura,niſi forte formicas apesq́;, & cæte
ra id genus,ꝙ alimenta in hyemem reponunt, proſpi-
cere in futurū putemus. Sed, vt dixi,ſolus homo præui-
det de longinquo,& ſpectat retro,quia ſolus mente in-
tellectuq́; ꝑditus eſt, quo prius & poſterius numeret.
Nihil.n.aliud tempus eſt,q̄ digeſtio prioris & poſterio-
ris in numerum: vnde interpres Ariſtotelis Alexander
motus eſt credere,tempus ab homine creari, quaſi ni-
hil aliud tempus eſſet,quam hominis nuda cogitatio, &
mera expunctio,ſupputatioq́;,& cui nulla in re confir-
matio,& ſoliditas,aut euidentia reſponderet:quæ tamē
neque vera ſunt,neque cōſentanea iis, quæ Ariſtoteles
volumine quarto auſcultatoriæ inſtitutionis prodidit.
Sed,vt dixi,quotiēs ratio cupiditati aduerſa eſt, totiēs
appetitus contrarij attolluntur, quorum alter, quia re-
ſpicit futurum, & conſequens tempus obſiſtit ac reniī
vitio:alter,quia præſens letabile attendit, nec ſpectat à
tergo,quod imminet,dat ſceleri manus & præceps agi
tur.Eſt enim hoc ingenium voluptatis eius, quæ ſenſus
titillat,vt quū præſens eſt,ſi de futuro nō cogites, ſum-
mum bonum abſolutumq́; videatur.

Plures numero appetitus haberi, item plura appetibilia, item ad motum animalium localem neceſſaria eſſe quatuor. Cap. LXV.

54 ESt igitur vna ea quæ mouet,hoc eſt,appetitus:eſt
etiam vnum id, quod præcedit laceſsitq́;,i.appe
tibile,atq; hoc à ſe mouet,nec mouetur, quāuis
imaginatione ab animalibus intellectuúe capiatur.Sed
ad numerum plura ſunt ea quæ mouent,hoc eſt,appe-
titus plures,& plura appetibilia numero ſunt. Itaq; tria
ſunt,ſine quibus moueri animalia ſecundum locum nō
poſſunt,immo vero quatuor,eſt id quod mouet,eſt id
quo mouet,eſt id quod mouetur.Dixi quatuor, quia id
quo mouet,in duo genera ſcinditur,alterum eſt ita mo
uens,vt ſit tamen immobile,vt bonum agendum: alte-
rum eſt ita mouens, vt nihilominus obiter moueatur,
vt appetitus.Mouet.n.animalia hæc vir,ſed ipſa iden-
tidem mouetur à bono.Nam motus ſecundum locum
nihil aliud eſt,q̄ appetitus promptus euidēſq́;. Quoniā
vero motus huius primordium ortusq́; non ad appeti-
tum,ſed ad bonum agendum refertur, euenit quod di-
cimus,vt appetitum mouere,& moueri neceſſe ſit. Sūt
igitur duo hæc,vt dixi,quæ mouent: tertium quod tan
tum mouetur,ipſum animal eſt,quod ingrediatur & va
gatur: quartum id quo appetitus mouet, machinamen
tum inſtrumentumq́; eſt, quod ancillatur præſeruitq́;
motui,atq; hoc corporeum ſit oportet. De quo quāuis
in commentariis,in quibus de operibus animæ corpo
ri communibus agitur,diligentiſsime diſputandum ſit,
non tamen ab re fuerit hoc quoque loco ſummatim,
ac breuiter attigiſſe.

Quod & quale inſtrumentum ſit, quod motui animalium locali preſeruiat. Cap. LXVI.

ILlam ergo machinam,qua vtitur appetitus ad mo- 55
tum, in ea parte corporis ſtatui neceſſe eſt, in qua
vſum principij atque exitus præſtet eodē ſubiecto,
ſed ratione non eādem.Talis eſt locus circiter cor: eſt
enim initium ſex differentiarum ſecundum quas moue
ri aīalia cernimus, vltro, citro, dextrorſum, leuorſum,
ſurſum, deorſum. Plane ad greſſum duobus immotis
& ſtabilibus principiis opus eſt, vno exteriore & con-
ſpicuo,cui animal innitēs & quaſi incubans moueatur:
altero interno & condito, circa quod tum dextra,tum
leua corporis vicibus remiſſa & abducta reciprocent:
Quod in tuberculis,vertebriſq́; ad commiſſuras ſuffra
gium,& tranſitus oſsium in acetabulis cernitur:nā cir-
ca fibulam ſtantem,& immobilem copulæ, & gibberi
ceu coxēdices commeant alterno relatu. Oīs enim ani
malium motus pulſu tractuq́; agitur, nam inceſſus eo-
rum ſiniſtris dextriſq́; partibus modo porrectis, modo
conductis abſoluitur:hoc vero nihil aliud eſt, quā pul-
ſus & tractus.Quemadmodum igitur in ipſo meditul-
lio globi cardinem collocamus, vnde curuatura volu-
bilitatis ſuæ Initium capiat, ita in animali neceſſe eſt ali
quid medio loco fixum atque immobile contineri, ſe-
cus quod & à quo motus partium oriantur.

Imaginationem eſſe vbi ſit appetitus: itē imaginationem rationalem ad ſolum hominem pertinere: item aliquid eſſe ceu menſuram, per quam intellectus iudicat, & ſeligit melius quod eſt. Cap. LXVII.

PLane(vt diximus)animal qua appetens eſt,ipſum 56
ſe mouet.Appetens vero eſſe non poteſt citra ima
ginationem. Imaginatio oīs aut ad ſenſum perti-
net aut ad rationem.Ea quæ ad ſenſum pertinet, com-
munis eſt animantibus omnibus:ea quæ ad rationem
ſpectat,ſolius hominis propria eſt:nā æſtimatio & col-
latio phātaſmatum in ſolo hoīe perſpicitur, hoc eſt, ſo
lus homo ſelectionem habet eorū quæ cogitat,nec po
teſt munus hoc alterius facultatis eſſe quam rationalis.
Quum vero duobus propoſitis vtrum ſeligendum ſit 57
quærimus,neceſſe eſt vt vna aliqua menſura vtrunque
penſemus,propterea ꝙ id quod præſtātius ſit volumus
noſſe:quemadmodumq́; quum quis doceri vult è dua-
bus quātitatibus vtra ſit maior,vtiī certa & conſtituta
menſura, puta palmo vel cubito, ita in phantaſmatis
adhibere

adhibere præſcriptum quid oportet, verbi gratia: Læta bile aut vtile loco menſuræ, ad quam ſe referant, qui inuenire & capere quod conducibilius è duobus ſit, copantur. Non.n.ſimul occurrit atq; incidit aliquid quod allubeſcat, continuo vt pecudes trahimur, ſed nectimus & conſerimus inuicē multa, ſi hoc, hoc: ſi illud rurſum hoc: & ex pluribus concluſione inducta vnum reponimus. Quamobrem appetitus brutorum, vt quem imaginatio bruta & ſimplex extimulet, opinione & iudicio deficitur, quia rōcinari & cōmentari non poſſunt: hominis vero appetitus ambigit, nam & cum opinione & ſine opinione poteſt contingere. Quare in nobis non oīs appetitus eſt voluntas, ſed contra omnis voluntas appetitus eſt. Porro in homine interim mouet appetitus irrationalis rōnalem interim è diuerſo. Mouet vero ſemper appetitus vehementior & validior debiliorē languidioremq; non ita vt debilior ſuum motum deſerat, ſed ita vt à validiore attollatur rapiaturq; id quod de [a] globis cœleſtibus docent aſtronomi. Nam ſphæra quæ ambitū cœli vltimum coercet, & quæ aplanes, ideſt inerrabilis rataq; appellatur, quāquam orbes planetarū pernicitate conuerſionis & velocitate præcellat, nō tamen proprium eorum & naturalem curſum intercipit, quem leuum & contrarium mundo agunt, ſed ſeruato iis motu indigena ſecum auſert tranſuerſos in dextram. Sanè in mundo ſemper is motus vincit, qui natura eminentior & nobilior eſt, qualis qui extimo cęlo debetur. In homine vero accidit, quando id quod natura ſuperius & præſtantius eſt, à ſuperiori & inſeriori vincatur, quod quidem (vt ſæpe memoraui) incōtinentes [b] perpeti videntur. Atq; tunc motus tres ſpectantur in hoīe, dno qui duas appetitiones pertineāt tertius q ab vtraq; appetitione raptu illo conficitur.

[a] Quod de ſphæra ait Ariſto. Them. & expoſitores cæte r ide cœleſtibus orbibus intelligūt. Simp. uero de pila qua duo ludunt: ille.n. uincit qui fortius p lam percuſſerit, ita ca pars uin cit cuius appetitus fuerit fortior.

b Incontinentiam attamē appellari, ait hic Simp. cauſam, rationem oēm in qua pugna eſt communi uocabulo ab Ariſt. ſiue id quod præſtantius eſt uincat ſiue uincatur.

Animalibus imperfectis imperfectam imaginationem & appetionem adeſſe, per quas mouentur. Cap. LXVIII.

SEd quū animalia etiam imperfecta moueri ſm locum contingat, vt muſcas, vt vermes, & ſimalia iis pluſcula, quæ omnino carent appetitu, horum motus ad quam cauſam reſerimus? Aut ſi hæc appetunt, qui ſine imaginatione poſſunt hoc facere? Diximus enim ſupra huic generi animantium imaginādi vim tributam nō fuiſſe. Quamobrem dubitari poteſt quum his quoq; ſigna quędam voluptatis & doloris appareant, quumq; vbi voluptas eſt, ibi & cupiditas ſit, vbi aūt cupiditas, ibi & appetitū & imaginationē eſſe oporteat, cur nos retro negauerimus imaginationē iis adeſſe? An quēadmodū motus horū indiſtictus interminatusq; eſt, ita & imaginationē indiſtinctā & interminatā dari iis oportet, vt imaginationē qdē hře videant, ſed inexplanatā & perinde cōfuſam, vt ſenſum quē inabſolutū, imp̄fectū, indefinitūq; poſsidēt? Et hoc in tm̄ quæſiſſe & ſoluiſſe, ſat ſit.

Quemadmodum vniuerſalis & particularis propoſitio moueat. Cap. LXIX.

58 CAeterum quum duplex exiſtimatio ſiue apprehenſio habeatur, vniuerſalium hæc, altera ſingularium: prior huiuſmodi eſt, omni philoſopho honeſte viuendum: poſterior hęc, philoſophus ſum: quæro vtra illarum impetret motum, particularis an generalis, an vtraq;? Dicendū vtranque, ſed ita vt hæc quieſcēdo ſtandoq; moueat, illa imminendo inſtandoq; actioni. Ratio ea, q̄ concluſio ſecundum particularem nectit̄ hoc modo: Mihi igitur honeſte viuendum: atq; ita ſtatim ſequitur motus, niſi quid obuiaret ſufflaminetúe.

Animam altricem ineſſe omnibus viuis: item tactum eſſe in aliquibus, vbi reliqui ſenſus non ſint, non è contrario. Itē terroſa à cognitione & ſenſu altera eſſe. Item quæ ex vno elemento conſtant, vacua eſſe conſtant.

Cap. LXX.

ANimā nutrientem neceſſe eſt omne animal ha- 59
beat, quod generaſcit, & occidit: atq; hæc potētia ſtatim ab ortu iuncta, quandiu protrahitur vita edurat ſeruaturq;. Omne.n. quod gignitur, ſimulac genitum eſt, creationē minutionēq; patit̄: hoc autē ſine nutricatione & altione haud fit. Itaq; nutricē animam in omnibus quæ augeantur & minuantur eſſe neceſſe eſt, ſenſualem non eſt neceſſe: quod nobis radices & plantæ declarant, quibus quum nullus ſenſus adſit, ta
men nulli dubium eſt aleſcere eas augeri, diminui. Et 60
vt altiore orſu de hoc agatur, ſenſus omnes neceſſario tactus anteit: nā cæteri ſenſus opem tactus requirunt. tactus ſine cæteris ſenſibus ſibi ſufficit. Plane quod ex ſimplici corpore exiſtit, aut finitimo & propinquo ſimplicibus, ſenſum tactus habere nō poteſt. Tactus enim in mediocritate qualitatum tactilium conſiſtit. Quæ vero carent tactu, reliquos itidem ſentit deſyderant, quapropter natura ſenſum plantis negauit, quia corpora earum q̄ proxima ſimplicibus ſunt. craſsiora erant quam vt poſſent ſublimitatem ſentiēdi admittere. Nec item formæ in iis recipi ſine materia poterant, tum ob temperaturam earum immoderatam, tum ob plurimā portionem terrenam: quod elementū inter omnia ineptiſsimū & alieniſsimum à ſenſu & cognitione eſt. Cuius rei periculum intra nos gerimus, (vt ſæpe dixi) nā in nobis quę partes terratiores ſunt, eaſdem inſenſibiles brutaſque continemus. Quòd ſi animatum ſit, quod ex ſimplici elemento conſtet, eadem ratione ſenſu omni vacat.

Quamobrem perfectis animalibus neceſſarij ſenſus ſint: & quamobrem cœleſtibus animalibus non ſit neceſſarij, neque plantis. Cap. LXXI.

AC ſenſus quidem neceſſarius non tantū animatis, ſed animalibus eſt: neque tamen cūctis, ſed animalibus quæ gradiantur perfectaq; ſint: neque hoc adhuc ſatis, ſed addendum eſt genitis & caducis. Hæc igitur quæ ſenſu participant, quia nec victus iis ex obuio eſt, nec elementis aluntur, vt ſata & quæ gignunt, ac viuiſcunt, è terra à longe petant cibos neceſſe eſt, quibus vitam tueantur. Hoc quo pacto ſine oculis, ſine auditu & cætero ſenſu cōtingeret, niſi eminus præſenſicularentur perſequi ſalutaria, vitare noxia qui poſſent? Profecto neq; puncto quidē tēporis ſupereſſe iis vita, niſi præminiſtrarent ſenſus, & tanquam de ſpecula longe ante renuntiarent, & quæ appetere atque adire: & quæ declinare cauereq; oporteret. Quamobrem temere ac ludibrio natura tot & tantas animalium formas feciſſet, niſi ſuppetiss & præſidia cōparaſſet, quibus quodq; ad finem ſuum peruenire poſſet. Finis vero ſuus cuiq; & conueniens intelligitur procreare animal quale ipſum quod procreat, eſt. Plantis quidem &

animantibus

animantibus quæ ſede vaga nō ſunt, ſuus finis fere ad-
iunctus innumeratoq́; eſt, nec lōge petitur, ſed tanquā
è ſinu promiſ, quaſi copias habeant intorſum ad om-
ne munus & functionē paratas. Nā & nutriunſ, & gene
rāt & generanſ, nullo extrinſecus quæſito, ſed plane ſe-
ipſis & opibus ſuis vſa. Nec enim pabuli captādi gratia
neceſſe habent vagari, ſed annexum & coniunctum fe-
rentes citra omnem motum naturæ ſuæ neceſſitatē ex-
plent. At animalia quibus incedendi facultas adeſt, &
quæ alimoniam procul venantur, ſenſu carere non po-
terant, qui prior etiam quam mens ac cæteræ animi po
tentiæ haberetur. Quāuis enim nulla pars animi præ-
ſtantior mente ſit, tamen ali ac viuere nō eſt opus men
61 tis, ſed guſtus & tactus. Hæc videtur ratio, quamobrem
natura aīalibus his ſenſum conceſſerit: nā aīalibus qui-
buſdā quæ moueſ in loco, & quæ ingenita & immor-
talia ſeculis oībus ſunt, ratio ſentiēdi neceſſaria eſſe non
poteſt, cauſa eadem quam modo reddidimus. Quia vi
delicet natura nihil fortuito fruſtraúe, præſertim in tan
tis rebus committit, ſed omnia aut gratia alicuius agit,
aut vt progreſsiones & appendiculas eorum, quæ gra-
tia alicuius molitur, quales ſunt pili ſubaxilares, & in
quibuſdam corporis partibus verrucæ. Animalibus ve-
ro quæ neque orta interitura vnquam ſunt, nullus habe
ri ſenſuum poteſt, neque principaliter, neque vt pro-
greſsionum. Ac primum alimento iis non eſt opus,
de quo fere ne controuerſia quidem eſt: deinde nec ſen
ſu. Si enim ſenſum haberent, propter alterum duorum
habere viderentur, aut quia vberius & commodius id
animæ eorum eſſet: aut quia melius & locupletius cor-
pori: neutrum horum poſſumus tueri. Nam neque aīa
melius coniunctione ſenſus intelligit, immo deterius,
quum is impedimento potius atq; oneri ſit futurus, ne
que poteſt oſtēdi, quemadmodum corpus cœleſte ac-
ceſsione ſenſuum ornatius & opulentius redderetur.
Ex iis conſtat animantem naturā vtraque ſui parte ex-
62 trema ſine ſenſu exigere. Extremas partes naturam cœ
li & plantas accipimus, quanquā alia ratione cœlo, alia
plantis ſenſus negari. Plantis, quia præ ignobilitate &
craſſamēto naturæ partem hanc nec promereri nec ca
pere potuerunt: Cœlo, quia eminentiore ordine digna-
tioneq́; habebatur, quàm vt ad hunc vſum deſcende-
ret. Iam in eo ſenſus vtrique generi ſuperuacaneus vi-
debatur, ꝙ neutrum paſtione foras accerſita conquiſi
taúe indigebat plantæ, quia proxima (vt dixi) atque ob-
uiam ſortirentur. Cœlum, quia nullo modo paſci ne-
ceſſe haberet. Cætera animalium turba quæ intra hos li
mites continetur, ſiue perfectorum ſiue imperfectorū
ſit, quia ortum & interitum agnoſcit, præterq́; loca &
ſedes mutat, carere ſenſu non poteſt, cuius procura-
tione copias ad victum & ad vitam ſibi ſuppediret. Ho
rum vero corpora ex ſimplici elemēto nō conſtant, ſed
mixtione primorū contrariorū æquabili, ita vt tempe-
ramētum exeat ad ſenſum tactus idoneum atq; molle.

Quamobrem tactus animali neceſſarius ſit, & quia plantæ nec tactu vtantur non guſtu, & quia ſenſus cæteri per exterius internuntium ſentiant. Cap. LXXII.

63 RVrſum alio capite: tactus maxime neceſſarij ani
malibus videntur: nam quum animal animatū
ſit corpus, & neceſſe ei ſit proxima corpora con
tingere, nimirum oportuit muniri tactus ſolertia, quo
ſalubria & cōducibilia diſcernere ab iis poſſet, quæ aut
perniciem, aut detrimentum afferrent: alioquin ſerua-
re vitam non ſit. Neque enim opinor ad ſalutem ani-
mantium tuendam tactus is ſufficit, quo ſe tangunt in-
anima, ſed is qui iudicat, cognoſcit eaq́; tāgit. Plane cer
tum eſt reliquos ſenſus per quiddam extremum abſol-
ui, tactum per carnem, aut per id quod ad carnem pro-
portione æmula referatur. Quamobrem niſi dignoſce
ret ea quæ prodeſſent ab iis, quæ officerent, qui poſſet
aut hæc adipiſci aut illa effugere? quod diſcerniculum
ſimulac aīali eripitur, ſaluari & conſeruari non poteſt.
Tangunt quoq; alimentū ſuum ſtirpes, ſed tactus is ſi-
millimus tactui animalium eſt. Adhærent enim plantæ
ſtatu immutabili, neque mouentur loco: proinde nec
vtuntur guſtu: nam nequicquam incaſſumq́; vteretur, ſi
nihilominus vitare infeſtos ſapores non poſſent. Ea cau
ſa eſt, quamobrem facile cōmori atq; occidere ſoleant,
quia, ſi iniurias tactilium generū, quibus ſemper expoſi
tæ opportunæq́; ſunt, repellere ac cauere non poſſunt.
Animalia vero priuſquam cibum deuorent, periclitan- 64
tur guſtu, ob id tactus illis maxime neceſſarius fuit. Eſt
enim guſtus ceu quidam tactus, quia guſtus alimenti
ſenſus eſt omne alimentum corpus contingibile eſt, nā
corpus corpori cibo & paſtui eſt. Sonus autem color,
& odor, neque alunt, neque augent, neque diminuunt:
ſunt enim animali tactus & guſtus pernéceſſarij. Clarū
eſt etiam nullum eſſe animal, cui deſit tactus, ſiue perfe
ctum ſiue imperfectum id ſit. Nam ea quæ cum genere
plantarum & animalium ambigūt, hoc eſt, quæ viden
tur inter animalia & plantas mediam quandam ſui ge-
neris ſpeciem obtinere, eatenus animalia habētur, qua-
tenus tactu pollent: reliqui ſenſus non propter eorum
vſum, ſed quaſi ad locupletiorem notam videnſ perfe-
ctis animalibus donati. Nam vt tueri ſequeant, ac muni
re contra mala quæ ingruant, antequam acedant & aſ-
ſiſtant ad caput, neceſſe eſt de lōginquo præſentire poſ-
ſint atque proſpicere. Itaque inſenſa pernicioraq́; vi-
debuntur, auxilio fugæ amolientur à ſe: quæ vero ſalu-
taria & commoda comparebunt, perſecutione conti-
nuationeq́; nanciſcentur. Huic officio & ſpeculæ viſus, 65
auditus, & olfactus: perfecti: nam ſenſus rerum per me-
dium aliquid inuehitur, à medio mouetur cieturq́; aīal.
Hoc autem nō mouet vltra, ſed quemadmodum in re
bus, inter quas diſtributus aliquis motus huiuſmodi eſt,
vt pellantur ab alijs, & ſubinde alias pellant, neceſſe eſt
prima res pellat, nec pellatur poſtrema è diuerſo pella-
tur, nec pellat: intermediæ quæ modo plures, modo pau
ciores ſunt, & pellantur & pellant: ita in ſenſu animaliū
ſit. Et perinde in omni alteratione, præterquam ꝙ alte
ratio immobili & quieſcente illo quod alterat, longe pe
netret in ſubiectum morigerum atque molle: vt ſi annu
lum in ceram alte miſcueris, vſque illuc mouebitur, &
ſigillum recipiet in profundum. At lapis ꝙ prærigidius
eſt, nullo modo mouebitur etiamſi ex ſummis viribus
incubueris: aqua vero longe lateq́; peruadetur, ita vt
cœlatura impreſsioq́; per eā facile compareat: aer quo-
que plurimum ſolet moueri, & quoſcunque mores pa-
ti, modo ad permaneat, & integer atque incolumis ſit.
Quamobrem rectius nos de ratione aſpectus, quā qui
reflexionem cauſantur. Sunt enim qui radios è veris no
ſtri mediis oculi ꝓfectos egreſſoſq́;, ſpiſsitudine offen
ſa reſultare paribus angulis ad facies ſuas reduces, atq;
viſum contingere arbitrentur. Vero ſimillius enim eſt,
vt aer affici à figura & à coloribus dicatur, quoad vnus
infractuſq́; maneat, qualis in leui cōplanatoq́; eſt, tum
deinde ita affectus offectuſq́; viſum imitus icere, non
aliter quam ſi ad finem ceræ preſſura ſuccederet.

Nullum

Nullum animal ortus occaſusque particeps ex vno elemento conſtitui: item quemadmodum cœleſtia animalia cognoſcant res ſenſiles ſine ſenſu. Cap. LXXIII.

66 SEd [a] redeamus ad id vnde hic nobis ſermo ortus
eſt: animalium quæ gignuntur corpora non ſunt
ſimpla. Simplum voco quod ex aliquo trium horum
conſtet, igni, aere, aqua: nam diuina & cęleſtia hæc
loco præfata laude mittimus. Simplum igitur eſſe non
poteſt animalium corpus, quia ſenſus tactus ex vno ele
mento non conſiſtit, ſed mixtione confuſioneq́; oĩum.
Nam fundamẽta cæterorum ſenſuum quæ diximus ex
ſimplicibus elementis coalita, viſum, auditum, olfactũ,
ex aqua vel aere, quãquam tangũt, non tñ ſentiunt tan-
gendo, ſed intermedium quidem corpus tangunt, qđ
ad talem vſum miniſteriumq́; ſenſibus iungitur: nec id
ſentiunt quod tangunt, ſed ſenſilia quæ formes & ima-
gines ſuas in medium contulerunt. Non idem in ſenſu
tactus, ſed is neceſſario tangit tactilia, & tangendo ſen-
tit ea quæ tangit vnde id nominis huic [b] ſenſui impoſi-
tum. Ex hac rõne ſequitur & neceſſarium eſt fateri, vt
ſi tactum eſſe omnibus oportet, nec poteſt ex aliquo
trium ſimplicium confici, nullum ſit animalis corpus,
quod ex vllo trium illorum exiſtat, Dices fortaſſe, con
ſtabit è terra. Ad primum eadem ratio in terra eſt quæ
in cæteris elementis, deinde tactus ĩ mediocritate om-
nium contrarietatum contingibilium poſitus eſt, frigi-
ditatis, caliditatis, ſiccitatis, humiditatis, quæ ſimplicibꝰ
principiis cõtinentur. ex oĩbus enim quaſi temperatus
modificatusq́; eſt, quorum ſenſus erat futurus, alioquin
terra à ſe elntorum oĩum erat brutiſsima & ingenio ſen
tiendi aduerſa, cuius rei iudicium illud frequenter ſug-
geſsimus, ꝙ partes illę in nobis priuę ſenſu habẽtur, quę
ſortis glebulentioris & terroſioris ſint, quæ ratio in plan
tis quoque eſt. Nullum igitur animalis corpus ſimplum
videtur, quod quidem de genito & mortali accipiendũ
eſt, cui ſenſum tactus neceſſarium eſſe ad vitam oſten
dimus: nam diuinis animalibus in vanum additus fuiſ-
ſet, quia vindicata interitu ſunt, & ſpatio vniformi fe-
runtur inceſſabili & ſempiterno meatu. Sed neq; guſtus
iis ineſt, neq; viſus, neq; auditus, neq; odoratus, quia il-
lic neq; ſapor, neq; aer, neq; color ſit. Si.n. colores aut
ſapores cognoſcerent, certe alicuius gratia cognoſcere
viderentur, at finis hic nuſquam comparet. Cæterum
aliud genus animalis putare id oportet longe opimatius
& exuperantius, ac forte cognoſcens quidem ſenſilia,
ſed alia rõne quam ſenſu, id eſt illa quã cauſæ generãtes
effecta & euenta ſua cognoſcunt. Ac nos quidem haud
diſsimulanter cœleſtia [c] hæc aĩalia eſſe dicimus, & no-
biliora, quam vt ſenſum requirant. Sed ſua cuiq; exi-
ſtimatio ſit, & iis quæ ignea eſſe, & iis qui paſci hæc vo-
lunt: quãquam ſcire cupio, quemadmodum ali poſsint
ſine guſtu, aut guſtare ſine tactu, aut tangere ſi conſtãt
ſimplici elemento.

[a] Ob id cœleſtia hoc loco mittenda, ait Simplicius, quia uel ſenſus non habent, uel ſi habuerint, de his nõ eſt ſermo in præſenti opere: ubi de uita mortalis animalis agitur.

[b] Prima eius nomiais impoſitio, ait Simplicius, fuit ut ea ſignificaret, quorum extrema ſunt unum: & inde ad ſenſum tactus tranſlata quia medio exteriori non eget.

[c] Cœleſtia corpora aĩalia ſũt nobiliora q̃ ut ſenſũ reqrãt.

Tactum attingere animalis vitam eſſentiamq́;, cæteros ſenſus ad cultum & ornatum adiunctos: item quæ tactum corrumpunt vniuerſo animali abolitionem afferre. Cap. LXXIIII.

EST igit tactus vnus neceſſario nobis tributus quo 67
fit vt animalia ſimulatq́; hoc ſenſu deficiũtur, vita
deficiant. Nam neq; aĩal conſiſtere poteſt ſine ta
ctu, neq; tactus item ſine animali eſſe, ſed & primus ſen
ſus eſt tactus, ineſtq́, in animali, qua animal eſt. Proinde
ſuperlationes reliquorum ſenſilium non extinguũt aĩal
totum, ſed ſenſum tñmodo, vt ĩmodicus ſplendor aſpe
ctum, vehemens ſtrepitus auditum, grauis odor olfa-
ctum. Quod ſi exanimatos quoſdam ſolo tonitrus fra-
gore accepimus, id neq; fragori, neq; tonitruo aſcriben
dum eſt, ſed aeri, qui concuſſus plaga ingenti quocunq;
decumbit, vulnerat atq; interficit. Nec color item aĩal
conſternat, ſed metus quem color aliquis horrificus in-
cuſſerit. Pari modo nec odor corrumpit, ſed quod mo-
uet ab odore. Nec ſapor itidẽ vt ſapor interimit, ſed eo
ꝙ partes quaſdã capitales principaleſq́; tãgit, & tangen
do inficiendoq́; vitalitati exitium parit. At ſuperantiæ 68
generum contingibilum non ex accidenti, ſed à ſe abo
litionem & perniciem afferunt. Nam calor, algor, duri-
ties, & ſimilia iis cætera ſi validiora incurrant, conſenti-
re cogũt vniuerſum animal, & ægritudini accumbere,
demumq́; intermori. Nec hercule imerito. Quum.n. in
quoq; ſenſu demens & præualidum ſenſile inſtrumen-
tum ſenſus ſui corrumpat, inſtrumentum aũt tactus nõ
certa parte corporis ſedem habuerit, ſed per carnem
vniuerſam & per totum animal fuſum ſparſumq́; ſit, ma
xima rõ eſt, vt corpore corrupto vniuerſum animal cor
rumpatur. Diximus autem ſupra ſolo tactu potuiſſe vi-
tam conſtare, cęteros ſenſus nõ ad eſſentiam, ſed ad or-
natum ferè & meliorem notã eſſentiæ inditos, Quam-
obrẽ ſublatis reliquis ſenſibus auferetur ornatus & opu
lentia, ſed ſtabit animal: ſublato tactu ipſam neceſſe eſt
animalis conſtitutionem & eſſentiam tolli. Primum vi-
ſus animali iunctus non vt ſit animal, ſed vt vitam in hu
more, aut in aere exigat, aut in perlucido aliquo corpo-
re. Deinde additus guſtus, vt iucundum alimentum ab
iniucundo ſecernat, hoc vt fugiat, illud vt ſciſcat. Nam
vt veſceretur animal, ſola vix altrix quocunque ſucco
eſculentoque ſatisfacere potuiſſet, quod in plantis iam
cernitur. Tum auditus præſtitus, vt ipſi ab alio indice-
tur quid. Poſtremo lingua adhibita ad gemina opera,
& ad perceptus ſaporum, & ad vocis officium.

Themiſtii in libros de Anima Paraphraſeos, Finis.

LIBER TERTIVS

ARISTOTELIS STAGIRITAE DE ANIMA.

THEMISTII EVPHRADAE IN EVNDEM PARAPHRASIS:

A' LVDOVICO NOGAROLA COMITE IN LATINVM CONVERSA,

QVIBVS NONNVLLA ADDITA SVNT SCHOLIA.

IVLIO FELTRIO QVERCENTI VRBINI CARD. ET PERVSIAE LEGATO.

LVDOVICI NOGAROLAE COM. IN TERTIAM THEMISTII DE ANIMA PARAPHRASIM.

MARCVS MVSVRVS *Antiſtes ampliß. cuius præclara doctrina & ſingularis in erudiendis iuuenibus induſtria latiſſime patuit, priuſquam Reſp. Veneta cum Gallis primo, Mox cum Germanis calamitoſum illud gereret Bellum, in Academia Patauina maxime floruit. Vt enim adhuc puer ex Creta inſula Laurentij Medici ſtudio Florentiam deuectus eſt, græcas & latinas literas diſcere primum cœpit, quas ſtatim cum miro earum teneretur deſiderio, ſic auide arripuit, vt breui alios docere facile poſſet. In quo quidem munere ipſe poſtea ſeſe ſtudioſiſſime exercens, plurimum gloriæ & laudis eſt conſecutus. Nam cum ad eum ex omni ferè terrarum orbe magno concurſu. Iuuenes confluerent, tantam in illis exornandis & augendis curam adhibuit & diligentiam, vt veri doctiſſimi ex eius officina penè innumerabiles prodierint. Hunc ergo cum ego & Montanus amicus & ciuis meus Patauij admodũ adoleſcentes audiremus, memini de ſummis & noſtræ & ſuperioris memoriæ viris ſermonem frequenter habere ſolitum, in quo quidem alios interdum laudabat, alios reprehendebat, ſemper tamẽ Hermolaum Barbarum diuinis efferebat laudibus, quod Themiſtij Paraphraſes in Ariſtotelis libros tam apte & commode conuertiſſet, vt Theodorum Gazam, & Argyropilum Biſantium in optimo interpretandi genere verſatus longe ſuperaſſet. cuius etiam auctoritati & eloquentiæ ipſe adeo tribuebat, vt in græcis Poetis & Oratoribus publice exponendis nulla vnquam alia quam Hermolai lingua vti vellet. Hæc cum à græco illo homine non ſine magna tanti viri laude fieri viderem, vehementer latebar. Nam Hermolai Barbari iam mortui memoriam pie ſanctéq; colebam ac venerabar, tum quod in Rempub. Venetam, quæ quidem præſtantium atque excellentium hominũ parens ſemper & altrix fuit & habita eſt, plurimum decorarit & illuſtrauerit, tum etiam quod optime de mea patria, meritus ſit, quippe qui C. Plinij ſecundi ciuis mei, quem tamen Veronenſem non agnouit, libros naturalis hiſtoriæ ab infinitis mendis & erroribus liberauerit.*

Verum poſtea quam progrediente ætate Themiſtium diligentius euoluere atque eius verba græca cum Hermolai interpretatione conferre mihi licuit, facile perſpexi eundem in eo transferendo, qui etiam admodum corruptus ac deprauatus eſſet, ſatis licenter per ætatem luſiſſe. Siquidem cum ille Ariſtotelis Paraphraſes græco eodemq; puro & ſimplici vtatur ſermone, eundem tamen Hermolaus ita latine loquentem facit, vt ſpreto penitus & reiecto Cicerone Plinium, Apuleium, Capellam effingere atque imitari tantummodo videatur. quapropter non magnum me facturum facinus putaui, ſi tertiam de Anima Paraphraſim vt ille iam ſuo, ita ego nunc meo arbitratu in latinum conuerterem, non vt de gloria illius viri & fama quippiam detraherem, ſed vt itidẽ ſtudioſæ iuuentuti, quæ græcè linguæ rudis ignaraq; ſit, pro mea virili prodeſſem. Hunc autem laborem meum qualiſcunque ſit, nomini tuo dicare conſtitui præſul ornatiß. quo apud te, quantum te obſeruem et colam eo quo poſſem modo teſtatum relinquerem. Quem tamen nolim ſuſpicere eo me animo ad te miſiſſe, vt tu hæc noſtra legens iuuenili iſta ætate erudiare, (non. n. tam audax & impudens ſim, præſertim cum non ignorem te tantos iam per te ipſum in dies facere in literis progreſſus imitatione Guidi Vbaldi inuictiß. Ducis fratris tui, non minus rerum cognitione, quam militari virtute illuſtris & clari, vt ſperare facile poſſimus. breui fore, vt hæc noſtra tempora nihil tam obſtupeſcant & admirentur, quam magnum ingenium tuum, magnumq; in omni ſcientiarum genere ſtudium) ſed potius vt mea faueas induſtria. Quod ſane etiam ſi te facturum tum pro tua humanitate, tum pro veteri Illuſtriß. familiæ tuæ inſtituto, quæ ſtudioſos ſemper fouere & complecti conſueuerit, magnopere confido, tamen vt facias (cum id tua dignitas & amplitudo poſtulet) & etiam atque etiam rogo.

LIBER III.

ARISTOTELIS PARTICVLA PRIMA DE ANIMA.

De ea animę parte, qua anima cognoſcit & ſapit, (ſiue ea ſeparabilis exiſtat, ſiue cogitatione non magnitudine ſeparabilis) quod habeat diſcrimen, & quo nam modo efficiatur ipſum intelligere, videndum eſt.

THEMISTII PARAPHRASIS.

De ea animæ parte, qua vtimur ad contemplandum & agendum, (ſiue ea loco ſit ſeparabilis (vt exiſtimauit Plato) qui rõnem in capite, iram in corde, in Epate cupiditatem collocauit, ſiue ab aliis animæ viribus cogitatione tm̃, non loco ſeiuncta ſeparataq́; ſit) conſiderandum eſt, quæ nam cum inter hanc & illas animæ facultates, tum inter imaginationem potiſsimum ſit diſtinctio, quoue modo actio ipſius mentis efficiatur.

NOGAROLAE SCHOLIA.

ᾧ χρώμεθα πρὸς θεωρίαν καὶ πρᾶξιν poteram ego hūc locum fortaſſe ornatius transferre, ſed magis obſcure, Nec à Ciceronis more in hmõi mẽtis actionibus exprimendis receſſiſſem. (ita.n. ſcribit ille in Academicis, cumq́; artium aliud eiuſmodi genus ſit, ut tantummodo aĩo rem cernat, aliud ut moliatur aliquid & faciat) ac ſic dicere. De ea aĩe parte, qua nos rem tantum cernimus, & aliquid molimur & agimus. Sed cum eundem uiderem τὸ νοεῖν καὶ τὸ φρονεῖν Ariſtot. ſententia homini tribuere, quorum illud ad contemplationem, hoc ad actionem debet referri, ut uides ita conuerti, & quidẽ perſpicue, ea à Cicerone mutuatus uerba, que poſita ſunt libro ſecundo de finibus. Sic hominem ad duas res (ut Ariſto. ait) ad intelligendum & agendum natũ, ubi uerbum intelligere uim contemplandi tantum ſignificat.

Quod Ariſt. dixerat κατὰ μέγεθος χωριστοῦ ὄντος quod eſt ſiue magnitudine ſeparabilis, expoſuit magis clare Them. κατὰ τόπον dicens, profecto non male, nec ab Ariſto. diſſentiens. Nam magnitudo ſiue quantitas propria habetur rõ, cur res corporeæ in loco contineantur. Verum Ioãnes Grammaticus magnitudinis uocabulo ſubſtantiam intelligit, tum hoc in loco, tum ẽt particula huius tertij X L I. ubi uerbum illud μέγεθος ita declarat ὃ ἔστιν μεγέθει, καὶ μὴ παρεχθὲν, εἰς τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς μέγεθος καλεῖ, ἀπὸ χωρίσεως γὰρ καὶ ἀεὶ τί τοῦ ὑποκειμένου μέγεθος ἐστιν. Verũ q̃ & quot ſint rerum diſtinctiones, & quibus uerbis grece ab Ariſto. à Cicerone latine expreſſe fuerint, alias fortaſſe.

Sed illud animaduertere neceſſe eſt, Platonem in Timæo multis uerbis oñdiſſe, tres in nobis alijs atq; alijs diſcluſas locis ineſſe animas, quorũ uim primo Tuſcul. breuiter Cicero complexus eſt. Eius (inquit) doctor Plato triplicem finxit aĩam cuius principatum, ideſt rõnem in capite, ſicut in arte poſuit &, duas partes ſeparare uoluit. Iram & cupiditatem, quas locis diſcluſit, iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia collocauit. Hæc quidem etiam ſi ſcripta ſunt in Timæo quarto tñ de Rep. unam tantum in nobis. uigere aĩam exiſtimare uidetur, cuius tres ſunt partes rõ, ira & cupiditas, quas etiam appellat ſpecies non loco, ſed proprietate diſtinctas. Has aũt diuerſas uires idcirco aĩe attribuit Plato, quod aĩa cum una & eadem ſit, eadem tñ ui contraria agere in eodem nequeat. Quam quidem rem antea obſeruauimus, ut falſo reprehenſum à peripateticis Plato. oſtenderet. Præterea idem Plato libro I X. eiuſdem rationem iram & cupiditatem non tres in nobis animas, ſed tres eſſe aĩæ partes ſeu facultates aſſeruit Verba Platonis à Cicerone in latinum conuerſa legere poteris (cum uoles) primo uolumine de diuina. Plura quoq; in eandem ſententiam inuenies in Ioannis grammatici commentarijs in X L. huius tertij particulam.

φαντασίαν Cicero in Academicis uiſum conuertit, eamq́; nihil aliud eſſe quam oblatam extrinſecus impulſionẽ, è qua iuncti ſunt ſenſus ſententia Xenocratis exiſtimat. quæ quidẽ an cum Ariſto. definitione conueniat, qui φαντασίαν εἶναι κίνησιν ὑπὸ τῆς αἰσθήσεως τῆς κατ᾽ ἐνέργειαν γιγνομένην aſſerit iudicent alij. Nunc qđ ad uiſum attinet, ego φάντασμα potius eo uocabulo quam φαντασίαν nuncuparem, non aeſunt ẽt qui φαντασίαν uiſionem transferant, quos non probo, non.n. uiſionem apud M. Tullium aliquam aĩe ſignificare facultatem uſquam reperi. quare imaginationem una cum alijs proferre conſtitui, quouſque melius occurrat.

ARISTOTELIS PART. II.

Si igitur ipſum intelligere ſe habet vt ſentire aut pati quoddam erit à re quæ ratione intelligitur aut aliquid huiuſmodi diuerſum.

THEMISTII PARAPHRASIS.

At qui ſi mentis intelligentia actioni ſenſus proportione rñdeat, animus.n. vtraq; vi (vt antea diximus intelligit) & cognoſcit mens profecto ſic ab iis quæ rõne cõprehenduntur, vt ſenſus ab illis quę ſub ſenſum cadunt, patietur afficieturque. Verum & in mente pari modo accipienda eſt perpeſsio. Nam mens magis proprie dr̃ abſolui & perfici, cum è poteſtate in actum perducitur. Sed hanc ipſam transferri eo ſatis perſpicuum eſt quod nos neq; ſemper neq; eadem ſed alias res atq; alias alio tpe intelligimus. Hoc.n. indicium eſt mentem hanc poteſtate cõſiſtere, quod ex alio in alium atq; aliũ actum tranſire non poſſet, niſi ſubiecta & ſubſtrata eſſet poteſtas, quæ diuerſos actus reddere.

NOGAROLAE SCHOLIA.

Propoſitis duabus q̃onibus eam Ariſtot. primo declarat, quam explicare ſecundo loco pollicitus eſt, atque ait. Si igitur mentis actio quæ eſt intelligere, & ſenſus quod dicitur ſentire, ſimiles ſunt & proportione conueniunt, profecto mentis actio aut erit à re quæ aĩo cernitur, facta perpeſsio, aut aliqua talis alterius generis primam exponit (ut arbitratur Themiſtius) particula I X.

Cum in Ariſtotele & in Them. τὸν νοῦν inuenio, nunquã intellectum uertere ſoleo, propterea quod eo uocabulo nulli bi uſus fuerit Cicero, ſed aut mentem aut intelligentiam quãuis intelligentia quoq; pro mentis actione ſumatur, & intelligentiam in guſtatu & odoratu ineſſe dicat Cicero ita ſcribens in Academicis nihil neceſſe eſt de guſtatu et odoratu loqui, in quibus intelligentia & ſi uitioſa, eſt quædam tñ intellectus uocabulum Plinius & Quintilianus frequenter uſurpant.

Τὸ νοητὸν cui Plato ſępius opponit, τὸ ὁρατὸν, Ariſt. uero τὸ αἰσθητὸν ſemper intelligibile transfertur. mihi placet, quod animo cernitur, & rõne intelligitur. Nam ita in libello de uniuerſitate conuertere Ciceronem uideo.

τὸ αἰσθητὸν pari modo dicitur uulgo ſenſibile, ſeu ſenſile.

Ego uero cum occurrit hoc uerbū ſemper quod mouet ſenſum, quod ſubiectum eſt ſenſibus, quod ſub ſenſum cadere poteſt, quod percipitur, uel accipitur ſenſu trāſferre ſoleo, nam ita loquitur Cicero, tametſi etiā ſenſum neutro genere id appellet in academicis. quod ſenſu perceptum eſt.

πάθος non paſſionem, ſed perpeſsionē aut affectionem ſæpe conuerto, neq; deterreor quod in Tuſculanis qō. Cicero ſemel tantum perpeſsionem dolorum protulerit, πάθος quoq; motum concitati animi, & perturbationem Cicero nuncupat.

ARISTOTELIS PARTI. III.

Quapropter eam impatibilem eſſe oportet, quæ tñ ſpēi ſit capax, & poſsit eſſe talis, ſed nō hæc, ac pari mō ſe habeat, atq; vt vis ſentiendi iis quę ſenſum mouēt ita mens illis rebusq; rōne intelliguntur, compararetur.

THEMISTII PARAPHRA.

Quo circa neceſſe eſt vt mens ea perpeſsione, quæ proprie dr̄, ſit impatibilis, nullamq; peculiarem & ſuam habeat formam, ſed nata aptaq; ſit ad oēm formam ſuſcipiendam, ptāte quidem talis, ſed non hæc, atq; ita mens quæ aīo cernuntur, reſpiciat, vt ſenſus illa quę ſub ſenſum cadunt, præterea quemadmodum ſenſus nihil eſt actu eorum, quæ ſenſui ſubiecta ſunt, ſic neq; mens aliquid totum actu habetur quæ poſſunt intelligi.

NOGAROLAE SCHOLIA.

τὸ πάσχειν δὲ αὖ καὶ ἐνταῦθα ἀκουστέον τὸ τελειωτικόν quod eſt, quo in loco ipſum pati ſeu affici eodem mō intelligendum eſt, ut perpeſsio quæ perfectionis eſt, non ea quæ à contrarijs qualitatibus infertur cum interitu, ſenſui et menti pariter tribuatur: quamuis etiam huius & illius uirtutis diuerſa ſit impatibilitas ut ipſe ſtatim probabit. Verum prima perpeſsio metaphorica eſt, ſecūda uera, & propria. Quare cum utrāq; enim ſenſum & mentem ſimiliter pati protuliſſet, de mente concluſit δεῖ τοίνυν ἀπαθῆ εἶναι τοῦ κυρίως λεγομένου πάθους hoc eſt, oportet igitur mentem eſſe impatibilem ea perpeſsione quæ proprie dicitur. Hæc aūt à contrarijs qualitatibus cōmitti ſolet, de qua quidem infra copioſius. XIIII. partic.

ARISTOTELIS PARTI. IIII.

Cum itaq; cuncta intelligat, vt nulla ſit admiſta natura, neceſſe eſt, id quod dixit Anaxagoras, vt ſuperet, hoc aūt eſt, vt intelligat, nam extraneum quod apparet prope poſitum, prohibet & obſtruit.

THEMISTII PARAPHRA.

Quapropter cum oīa intelligat, vt oīa fieri poſsit, neceſſe eſt, id aūt eſt vt nullam propriam habeat ſpēm, neq; formam. Nō male igitur ſomniabat Anaxagoras, qui mentem fecit ab omni admiſtione ſolutam & liberam, cui etiam ab omnibus, quæ intelligit diuerſam ac diſsimile tribuit naturam. Nam adhunc modum facillime cognoſcit, ſi nulla propria & peculiaris forma vna prope videaẗ conſiſtere. ſiquidem ſi qua forma ſit inſita atq; innata, ea quo minus reliquæ intelligantur, tanquam externę & aduentitiæ, prohibebit, & obſtruet.

NOGAROLAE SCHOLIA.

ὠνειροπόλει ſomniabat, cur hoc uerbo de Anaxa. loquēs uſus ſit Them. quod quidem uitij magis eſt quam laudis, conſiderent alij. Ego quid fidenter dicerem excogitare non potui, niſi forte interpretarer ὠνειροπόλει cōiectura īformabat.

De Anaxa. mente ita Plato ſcribit in Cratylo εἶναι δὲ τὸ δίκαιον, ὃ λέγει Ἀναξαγόρας νοῦν εἶναι τοῦτο, αὐτοκράτορα γὰρ ὄντα αὐτὸν καὶ οὐδενὶ μεμιγμένον πάντα φησὶν αὐτὸν κοσμεῖν τὰ πράγματα διὰ πάντα ἰόντα. quæ quidē uerba haud multum Ariſt. Anaxagoram exponenti accōmodari poſſunt.

ARISTOTELIS PARTI. V.

Quapropter neq; vlla eſt ipſius mentis natura, niſi hæc, quia poſsit. Ea igitur quæ animæ appellatur mens. (Mentem autem dico, qua cogitat & opinatur anima) nulla res eſt antea quàm intelligat.

THEMISTII PARAPHRA.

Ex quo ſequitur vt nullam eſſe huius mentis propriā naturam & formam oporteat, niſi hanc, qua ipſa poſsit & valeat alienas naturas & formas cōprehēdere, nullam certam & definitam continere, cum ad hoc munus nata ſit, vt omnes in ſeipſa recipiat, quæ igitur mens animæ nuncupatur, (Mentem eam dico, qua quidem tū cogitat, tum intelligit anima, non illam, cuius plerunque abutimur nomine, cum imaginationem ſignificamus) ea pfecto nihil eſt actu eorū quæ ſunt, prius q̄ ītelligat.

NOGAROLAE SCHOLIA.

λέγω δὲ νοῦν ᾧ διανοεῖται καὶ ὑπολαμβάνει ἡ ψυχή Them. In paraphraſi, cum duas mentis actiones ex Ariſtot. commemorat, iiſdem quibus Ariſto. utitur uerbis ex quo ſit, ut legenti Them. apparere non poſsit, quo nam modo ſint intelligenda. Auerro. aūt τὸ διανοεῖται πρὸς τὸ νοεῖν ὑπολαμβάνει δὲ πρὸς τὸ φρονεῖν referendum putet, ut primum contemplandi, alterum agendi munus ſignificet. Ioannes uero grammaticus breuiter & obſcure exponens hunc locum ita ſcribit. νοῦν δὲ ὧδε πάντα κοινότερον εἶπε. διὰ μὲν γὰρ τοῦ διανοεῖσθαι τὴν διάνοιαν εἰσάγει, διὰ δὲ τοῦ ὑπολαμβάνειν τὴν δόξαν. quod eſt, Mentem hoc in loco communiori accipit uocabulo. Nam cum profert διανοεῖσθαι, eam animæ facultatem intelligit διάνοιαν græce, cogitatione latine nuncupatā, quæ ratione utitur, & à re nota ad ignotam progreditur: cū uero ὑπολαμβάνειν, δόξαν ſeu opinationem inducit, quæ rationem concludit, & efficit. De his duabus animæ uiribus idem Ioannes in huiuſce commentationis proemio.

ARISTOTELIS PARTI. VI.

Quare nec ratio poſtulat, vt ipſa mens corpori admiſta ſit, nam qualis efficeretur calida aut frigida, aut eidem aliquod affixum eſſet inſtrumētum, quemadmodum virtuti quę ſentit. At qui nullum nunc ineſſe videmus. Ac ſane non male arbitrantur, qui animam eſſe ſpecierum locum aſſerūt, quamuis non vniuerſam, ſed eam duntaxat, quæ intelligentiam habet & poteſtate non actu ſpecies eſt.

ARISTOTELIS PARTI. VII.

Verum diſsimilem eſſe ſenſus & mentis impatibilitatem ex inſtrumētis ſenſus, & ſenſu ipſo perſpicuum eſt. Nam ſenſus poſtea quàm aliquod magnum ſenſit, qđ ſenſum moueat. ſentire non poteſt, vt auditus ſonum poſtea quam vehemētem ſonum percipit, aſpectus colores, nec olfactus odores, cum eoſdem amplificatos prius acceperint. At mens cum quippiam excellens, qđ animo cerni poſsit, intelligit, infima non minus intelligit, īmo vero magis, ſenſus.n. non caret corpore, Mens vero ſeparabilis eſt.

THEMISTII PARAPHR.

Quare conſentaneum eſt, ipſam corpori admiſtam non eſſe, nam tunc efficitur admiſtio, cum corpori corpus admiſcetur. At quę ſunt corpora, vt actu conſiſtāt, & propriam habeant formam, neceſſarium eſt. Verum neq; mens (quod ſane ſenſus facit) corporeo vtitur inſtrumento, nam ſi ita ſit, qualitatis inſtrumēti fieret particeps, quæ eius actionibus coniuncta ſemper eſt, ac quo minus alias reciperet ſpēs, obſiſteret, impediretq;.

Quod

Quod quidem maxime conſtat ex ipſa ſenſus facultate, quę tametſi corpus nõ eſt, corporei tñ inſtrumẽti vſum habet. Quare & affectione eiuſdem frui põt. Atq; hoc in ipſis ſenſus inſtrumentis perſpicuum eſt, quæ cum ab iis quæ ſub ſenſum cadunt, amplificatis, vt auditus à magno ſono, aſpectus à ſummo coloris ſplẽdore, odoratus à graui odore vehemẽtius pulſant, eadẽ illa remiſſa atq; obtuſa nequeant percipere, quin potius violentioris illius plagę veſtigium remanet, quod exiliorem atq; imbeciliorem excutit, ac repellit. At mens cõtra ſe habet, nam cum aliquod magnum ex iis, quæ rõne comprehenduntur, percipit. non minus infima & deteriora intelligit, imo vero etiam magis. Sic itaq; ſenſus ſine corpore non conſiſtit, Mens vero ab omni corporis cõcretione ſeiũcta ſeparataq; eſt. Ac ſane ij præclare loquuntur, qui animam eſſe dicunt ſpecierum locũ, quamuis loci abutantur vocabulo, verum non tota, ſed duæ tm̃ animæ facultates loca merito dici poſſunt, quarum altera intelligimus, altera ſentimus. Nec vero locus ita ſumi debet, vt qui complexu ſuo coerceat, atque contineat, ſed qui illæ res modo quodam effici poſsit, quas ſenſu percipit, & quas cognoſcit.

NOGAROLAE SCHOLIA.

Themiſtij ratio ab Ariſt. rõne, qua mentẽ non eſſe corpori admiſtam probat diuerſa eſſe uidetur. Nam Ariſto. ita ſcribit. διὸ οὐδὲ μεμῖχθαι εὔλογον αὐτὸν τῷ σώματι, ποιός γάρ τις ἂν γίγνοιτο θερμὸς ἢ ψυχρός, mens inquit corpori non poteſt admiſceri, nam qualis efficeretur calida, aut frigida. Themi. uero ita rõnem format. ſi mens corpori admiſceretur, ea proculdubio eſſet corpus, cũ nihil poſsit admiſceri, niſi corpus exiſtat. At qui oẽ corpus actu cõſiſtit, & propriam cõtinet formã, quorum neutrum menti conuenire ſatis apparet.

ἀλλ' οὐδὲ ὀργάνῳ αὖ χρῆται τῷ σώματι, ὥσπερ ἡ αἴσθησις. *Verum neq; mens (quod ſane ſenſus facit) corporeo utitur inſtrumẽto. Them. hæc ſunt uerba, quibus perſpicue ab Ariſt. diſſentit, nam ita philoſophus ſcriptum reliquit. ἢ καὶ ὄργανον αὖ εἴη ὥσπερ τῷ αἰσθητικῷ, νῦν δὲ οὐδὲν ἐστιν. i. aut Mentis quoque tributum eſſe inſtrumentum, quemadmodum ſenſui. Atqui nullum nunc eſt datum. quod ergo ueluti medium Ariſto. ſumit, quo mentem probet non eſſe corpori admiſtam, nec uirtutem, quæ in corpore uigeat (id aũt eſt nullo inſtrumento eſſe præditum) illud Them. rõne concluſit atq; effecit. Oſtẽdit. n. ipſe nullum menti datum eſſe inſtrumentum, alioquin ea qualitatum inſtrumenti fieret particeps quod quidem abſurdum eſt. Verum dum hæc nunc ſcribo, mihi uenit in mentẽ Petri illius Põponatij Mantuani preceptoris mei, quẽ cum olim Bononiæ audirẽ, aĩæ humanæ mortalitatẽ mirifice fuerat amplexatus. ut illam eſſe ueram Ariſto. opinionem putaret. Solebam ego tunc cum illo contendere Them. ueluti probrum obijciens, quod philoſophi ordinem informanda rõne mutaſſet, ac preuertiſſet. imo uero (aiebat ille) Themi. unus ex oĩbus Ariſto. propriam uidit ſententiam, qui in ſeptem primis huius libri particulis nihil oſtendere aliud conatus ſit, quam mentem eſſe uim animi inſtrumento carentem non id, mentem eſſe facultatem, quæ in corpore non uigeat: propterea quod inſtrumenti uſum non habeat, conſtare. n. (ut ipſe dicebat) nõ oẽm uirtutem in corpore poſitam inſtrumento uti talemq; eſſe gignendi uim, quæ tametſi in ſemine quod eſt corpus, concluſa ſit, nullum tñ prorſus habeat inſtrumentum. Verum cum poſtea diligentius euoluiſſem libros Ariſto. de ortu animalium, facile perſpexi aut illos non legiſſe Pomponatium aut ſi legerit, oſcitanter legiſſe, Nam Ariſto ibi de ſemine diſputans, id & naturæ & uirtutis illius eſſe inſtrumentum aſſerit. ſic. n. ait libro primo ὁμοίως δὲ καὶ ἡ φύσις ἐν τῷ ἄρρενι τῶν σπέρμα προϊεμένων χρῆται τῷ σπέρματι ὡς ὀργάνῳ quo in loco Ioannes grammaticus οὕτως οὖν (inquit) οὐδὲ τὸ σπέρμα (ὄργανον γάρ) μέρος τοῦ καταμηνίου ἐμμίγνυται. Et libro ſecundo Philoſophus, πάντων μὲν γὰρ ἐν τῷ σπέρματι ἐνυπάρχει, ὅπερ ποιεῖ γόνιμα εἶναι τὰ σπέρματα, τὸ καλούμενον θερμόν, τοῦτο δὲ οὐ πῦρ, οὐδὲ τοιαύτη δύναμίς ἐστιν ἀλλὰ τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον ἐν τῷ σπέρματι καὶ ἐν τῷ ἀφρώδει πνεῦμα, καὶ ἡ ἐν τῷ πνεύματι φύσις ἀνάλογον οὖσα τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ. Hæc Ariſtot. cuius quidem uerba ut melius intelligi poſsint, ſcire nos oportet ſemen, quod à mare excernitur, ſubſtantiam eſſe craſſam & albam craſſeſcit. n. calore interiore eius animalis, à quo prodit: Album uero, quia ſpuma eſt, quæ ex aqua & ſpiritu conſtat. Hoc idẽ poteſtate eſt animatum, in quo ſpiritus uiget, in ſpiritu calor quidam gignendi uim habens, qui efficit ut fecunda ſint ſemina. Hic non ignis, non ignea uis, quippe qui animalia non gignat, ſed natura quædam quæ in eo ſpiritu eſt, proportione reſpondens elemento ſtellarum. Hæc igitur natura, ſeu uis creatrix, quæ in ſpiritu reſidet, ſemine quod ex corpus album & ſpumoſum, ueluti inſtrumento utitur. Quam quidem rem cum explicare uellet Ariſtoteles, ita ſcripſit, ut Theodorus conuertit ſemen uero cum excrementum ſit eodẽq; moueatur motu, quo augetur corpus, digeſtione ultimi alimenti, ubi uterum ſubijt, conſtituit & mouet excrementum fœminæ eodem motu quo ipſum mouetur. Ex quibus colligitur ſemen mouere mulieris menſtruum, ſed moueri à uirtute, quæ gignit. cum ſit eius inſtrumentum. Hoc idem poſtea clarius affirmauit Auer. cuius uerba apponam huic loco ex ſecundo libro de ortu animalium, ſed habebitur neceſsitas huius opinionis, & eius ueritas per notitiam propoſitionũ ab Ariſto. declaratarum de ſemine genitali. Nam ut ex ſuperioribus dictis apparet: ſemen eſt inſtrumentum, tale aũt ut organum tres habet proprietates quarum duæ ſunt cões rebus naturalibus & artificialibus, prima eſt, quod inſtrumentum non eſt pars rei factæ, ſiue ſit materia, ſiue forma, neq; eſt pars materiæ. Secunda quod organum ſeparatum eſt, poſt conſtituti perfectionem. Tertia quę eſt propria rebus naturalibus eſt, quod inſtrumẽtum tangit oẽs partes, rei confectæ intus & extra eodem modo. Arte uero tantum exteriora tangũtur ab organo. ſi ergo obſeruaueris has res eſſentiales inhærentes ipſi organo, ut tale eſt, apparebit quod ſemẽ eſt organum uirtutis informatiue per partem aeream ipſius.*

καὶ τοῦτο φανερὸν ἐπὶ τῶν αἰσθητηρίων. *Hæc uerba duobus modis exponi poſſunt, uno modo ut referantur ad concluſionem paulo ante poſitam, ea autem eſt, mentem corporei inſtrumenti uſum non habere, quam tamen concluſionem (ut modo dixi) non probat Ariſto. ſed ob id potius, quod mens nullum attributum habeat inſtrumentum, eam deducit non eſſe uirtutem quæ in corpore inuat & uigeat. Quare quod ſumptum eſt ab Ariſtot. ueluti probationis medium id apud Themiſtium concluſio eſt. Alio modo ut ſuppleatur, quod in Them. libro deficit, & ab Ariſto. concluditur Mentem aliter eſſe impatibilem, aliter ſenſum ſic. n. ſuã proponit cõcluſionẽ. ὅτι δ' οὐχ ὁμοία ἡ ἀπάθεια τοῦ αἰσθητικοῦ καὶ τοῦ νοητικοῦ φανερὸν ἐπὶ τῶν αἰσθητηρίων quæ quidem uerba ſic poſtea recitabuntur à Themiſtio. Quare hanc expoſitionem potius ſequendam arbitror ἀπάθεια impatibilitas à me uocata eſt, ſu-*

tis quidem licenter, cum nullum locupletem habeam authorem, qui eo uerbo uſus ſit. quare fortaſſe melius ſi ἀπαθείας perpeſsionis uacuitatem conuertam.

καὶ εὖ δὴ οἱ λέγοντες τὴν ψυχὴν τόπον εἶναι εἰδῶν, *uide quæ dicat Simpli. in lib. quarto de phyſico auditu, ubi loci nomen materiæ & animæ non propriæ, ſed tranſlatæ attribui aſſerit, idq́; dum Platonem à peripateticis defendit.*

Aristotelis part. viii.

Cum autem ſic efficitur vnaquęque res vt peritus homo & ſciens mens actu efficitur, quod ſane contingit, cum ipſa per ſe poteſt agere, atque illa quidem ſimiliter & modo quodam poteſtate conſiſtit, non tamē æque vt erat antea, quam diſceret aut inueniret atq; eo tempore poteſt ſeipſam intelligere.

Themistii paraphr.

Hæc igitur mens, quæ poteſtate conſtituitur, in paruulis etiam viget. At cum in iis quæ ſenſum mouent, & in eorū viſis ſe exercuit, vniuerſas inde, ac cōes rerū notiones venari, ſimilia ex diſsimilibus ex diuerſis eadem pōt colligere, quo fit, vt ipſa perfectior abſolutiorq́; reddatur, cū hoīe ſciente & perito proportione conueniens, quæ comprehenſis ſciē præceptis per ſe ipſam pōt agere, nam eorum ſingula prompta habet & parata nec vllam doctrinam, nec exercitationem extrinſecus deſiderat. Atq; hęc quidem mens eo t pe poteſtate etiam ſtatuit, non tñ ſimiliter, vt antea quam diſceret aut inueniret. Nam menti naſcitur, veluti quidam aſpectus, qui prius non inerat, ſiīa & diſsimilia, eadē & diuerſa, conſequentia & pugnantia cernendi vim hñs. atq; hæc ſane tunc valet ſe ipſam intelligere, cum nihil aliud ſit mēs q̄ ipſæ notiones & animi ſenſa, quę quidem effecta eadē cum iis quæ percipit, tunc etiā ſeipſam intelligit. Quare cum habitu ſola prædita eſt, notiones quidē ſuas hēt, verum vt ſepoſitas ac reconditas. quū vero aliquid agit cum re quam intelligit, efficitur eadem, ac tunc merito ſe ipſam cognoſcit, ipſa. n. eſt res illæ quas percipit. Nam quemadmodum ſcientia, ea præceptu eſſe exiſtimatur, quæ ſciā comprehenduntur, cum nihil aliud ſit Geometria q̄ pręcepta geometrica. Sic & mens nihil eſt aliud, quam notiones, cuius habitus quamdiu ceſſat & otium agit, tandiu præcepta oriantur ac quieſcunt. At dum mouetur habitus & quippiā agit. ipſe quoq; ſuam actionē exercet, & in aliquo ſuo pręcepto oīno verſatur in quo contemplādo ac perſpiciendo idem cum eo efficitur atq; euadit. Nam ſciā trianguli qui binos cōtineat angulos, præceptum eſt & rō, qua triangulum binos habere angulos probamur. Pari mō ſe habet & mens cum feriatur, ac quieſcit, ſuarum notionum tenere habitum dr. cum vero aliquid agit, & in vna notione verſatur, tū cū ea quam intelligit, eadem redditur, atq; in illa comprehendendu ſe ipſam cognoſcit & percipit.

Nogarolae scholia.

Ariſto. in hac octaua particula eū tractauit antea de mente, quæ ptāte cōſtituitur, nunc de eadem diſputat, ut actu cōpletur, & ait. Mentem actu dici cū intelligēdo, ſic unaquęque res efficitur, ut homini perito et ſcienti ſimilis habeatur, quod ſane contingit eo tpe, quo ipſa pōt agere. Verū quamuis ptāte etiam ſit, cum in ea ſitum ſit agere quando uelit, non tñ ita eſt in ptāte, ut erat antea, q̄ addiſceret aut inueniret. Ac tunc ipſa cum unaquæque res effecta eſt, ſe ipſam intelligit.

Themiſtius uero tametſi eadē fere quæ Ariſto. dicit, tamē nōnulla alia adiungit, aliis utens uerbis, ac diſſimilem in explicanda rōne ſeruat ordinem: ponit. n. illud, quod Ariſtoteles reticuit, mentem quæ ptāte definitur, in pueris exiſtere id qđ antea dixerat Alexand. ac poſt eum Ioan. Gramma. qui ita ſcribit in tertio de Anima lib. adducens Alexan. opinionem. ἰστέον γὰρ ὅτι ὁ νοῦς τρία τινὰ σημαίνει παρὰ ἀριστοτέλει ταῦτα δὲ τὰ τρία ἄλλως μὲν λέγει ἀλέξανδρος ἀφροδισιεὺς, ἄλλως δὲ πλούταρχος, ὁ μὲν ἀλέξανδρος πρῶτον σημαινόμενον λέγει τὸν νοῦν τὸν δυνάμει, ὥσπερ ἐστὶν ὁ τῶν παίδων, ἐν γὰρ τοῖς παισὶν ὁ δυνάμει νοῦς ἐστιν. *Et paulo poſt dum ſuam profitetur ſententiā.* ἰστέον τοίνυν ὅτι δοξάζομεν ἡμεῖς μέντοι τὸν εἶδος εἶναι· ἔστι γὰρ νοῦς παίδων εἶδος δυνάμει δεκτικὸν εἰδῶν *quæ duo loca ſic conuerti illud cognitione dignum eſt. mentem tria quædam apud Ariſto. ſignificare, quæ quidem tria aliter Alexan. Aphrodi. aliter Plutarchus exponit. Alexan. n. mentem primo ptātis mentem, quæ puerorum eſt, (nam ea continetur in pueris) affirmat oſtendere. oportet item ſcire nos opinari mentem ſemper eſſe formam, cum mens poteſtatis puerorum ſit forma, formarum capax.*

Verum hæc Themiſtii propoſitio, (ut Alexand. et Ioānem Gramma. nunc omittam) quo nam modo ſit intelligenda, mihi ſatis dubium eſt. præſertim cum tam effectrix mētas quā ptātis pueris à primo conceptu aſſiſtere, uel eoſdem informare ſtatim incipiat, quod ſane probatu non eſt difficile, nam utraq; mēs ſiue una eademq; ſit res cogitatione diſtincta, ut ſentire uidetur Them. ſeu duæ putantur uirtutes, re quidem ipſa ſeparatæ, ſed in una oīum hoīum aīa coniunctæ, quarum altera ueram agendi, alteram patiendi uim habeat, eodem temporis momento pueris aduenīat neceſſe eſt. Quare & hæc & illa pueris pariter contingere dici debet. Hanc dubitationem infra conatur Themiſtius diſſoluere.

Themistii paraphra.

Expoſita igitur natura mentis & imaginationis, quę quidem facultas eſt ſentiendi vim obtinens, quid inter hanc & illam inter ſit, deinceps tractandum eſt.

Aristotelis part. ix.

Cum vero aliud ſit magnitudo, & aliud magnitudini eſſe, & aliud aqua, aliud aquæ eſſe ita & ī multis aliis, quanquam non in oībus. Nam in quibuſdam carni & carnē eſſe idem eſt: aut alia vi, aut aliter ſe habēte diiudicat Mens, nam Caro non eſt ſine materia, ſed veluti ſimum hoc in hoc.

Particvla x.

Atq; ipſa quidem vi ſentiendi calorem ac frigus diſcernit, & quorum rō quædam eſt Caro, alia añt aut ſeparabili, aut quæ ſe habeat veluti circumflexa ad ſe ipſam, cum extenſa eſt, nam carni eſſe etiam diiudicat.

Themistii paraphra.

Cum igitur aliud ſit aqua, aliud aquæ eſſe, nam aqua id eſſe cenſetur, quod ex materia & forma concretum eſt. Aquæ vero eſſe id, qđ eſt forma aquæ, & quo aqua conſtituitur. vnaquæque. n. res formæ rōne, non materiæ ſolet deſignari. Atq; in rebus artificioſis ſimilis rō eſt in quibus aliud eſt domus, aliud domui eſſe, aliud ſtatua aliud ſtatuæ eſſe. Domus. n. figura eſt vna cum lapidibus, lignis, & tabulis comprehenſa. Domui vero eſſe forma & coagmentatio talis ſimiliter ſtatua figura eſt cum lapide aut ære, ſtatuæ eſſe ſtatuæ ſpēs. At non in oībus pari modo ſe habet. Nam quædam ſunt, in quibus hæc duo non diſtinguuntur, vt punctum & puncto eſſe, aut ſi quid tale eſt prorſus carens materia, ſimplex item & ſolitarium. Nam in his rō & quod quid erat eſſe, & forma, qua res conſtituitur, cū vniuerſa natura re ipſa con-

ſa conueniunt. Ergo cum hæc ita ſint, ſi formam vt materiæ coniũctam exploremus frigus dico & humorem cum ſua materia, hoc eſt, cum aquam vniuerſam quærimus, horum & rõ & cõpoſitio cum materia, erit aqua. ſi inquam vniuerſam, aquam aut carnem vniuerſam inueſtigemus ſentiendi vis ad hoc munus ſatis eſt, ac multo magis imaginatio, quæ ei & compar eſt & ſutia. At ſi quid aquæ eſſe, & quid carni eſſe ſit, ſcrutamur, exquirimusq́; alia in nobis ſit virtus, quæ indicet, aut quæ alio mõ ſe habeat, neceſſe eſt. nam quẽadmodum oportet vt vna ſit vis animæ, quæ dulce & flauum nota quadam internoſcat, ita viciſsim vnam & eandem inueniri virtutem opus eſt, quæ aliud eſſe aquã, aliud aquæ eſſe diiudicet, atq; vtrunq; recipiat, quæque alio mõ affecta ſit, & cum materiam ſimul ꝙ forma, & cum formã ſolam ſeorſum contemplatur, & perſpicit. nam vt aquam intelligat, nuntio imaginationis indiget, vt vero ipſm eſſe aquæ, ſua vi contenta eſt. Quemadmodum igitur lineã extenſam inflexamq́; & infractam eandem eſſe poſsis dicere, quæ tamen alio atq; alio mõ ſeſe habent. Hoc idẽ de mente aſſerere poſſumus, & cum corpus vt concretum, & cũ ſolam formam & ſpẽm concipit, quippe quæ rebus ipſis quas contemplatur, reddatur aſsimilis, nam interdum veluti concreta, qñq; vt ſimplex efficitur, qđ ſane accidit, cũ mõ rem concretam, mõ ſolam cognoſcit ſpẽm. Euenit etiã vt nonnunquam lineę rectę, aliqñ curuæ ſimilis ſit. Nam Plato actiones mentis circulis, quorum alter volubilis, alter rectus eſt, lineæ vero extẽſæ & infractæ Ariſto. Aſsimilat. Nam Mens cum vna ſit duplex efficitur, idq́; eo tempore, cum materiam & formam ſimul conſiderat.

Nogarolae scholia.

Propoſitum Ariſto. in his duobus particulis eſt (ut opinatur Them.) inter mentem & imaginationem diſcrimen ponere, quam ſententiam ſequitur Auer. Ioannes autem Grammaticus ab illis longe diſentit, quipper qui Ariſtot. exiſtimet nos admonere quo nam modo ea mentis efficiatur actio, quæ τὸ νοεῖν à græcis dicitur.

ἀπέτεινε μὲν τῇ κυκλικῇ ἀφομοιώσει τῆς ἐνεργείας τοῦ νοῦ τῇ κινήσει: καὶ τῷ ὀρθῷ hoc in Timæo facit Plato, ubi de aïæ Mundi cõpoſitione, uiribus et actionibus diſputat, eius uerba hæc ſunt. λόγος δὲ ὁ κατὰ ταὐτὸν ἀληθὴς γιγνόμενος περί τε θάτερον ὂν καὶ περὶ τὸ ταὐτὸν ἐν τῷ κινουμένῳ ὑφ' αὑτοῦ φερόμενος ἄνευ φθόγγου καὶ ἠχῆς, ὅταν μὲν περὶ τὸ αἰσθητὸν γίγνηται καὶ ὁ τοῦ θατέρου, κύκλος ὀρθὸς ἰὼν, εἰς πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν διαγγείλῃ, δόξαι καὶ πίστεις γίγνονται, βέβαιοι καὶ ἀληθεῖς, ὅταν δὲ περὶ τὸ λογιστικὸν ᾖ καὶ ὁ τοῦ ταὐτοῦ κύκλος εὔτροχος ὢν αὐτὰ μηνύσῃ, νοῦς ἐπιστήμη τε ἐξ ἀνάγκης ἀποτελεῖται. hoc eſt, rõ autem quæ in altero, & in eodem uerſatur, uera eſt, & in eodem quod mouetur, mouetur ipſa per ſeſe ſine uoce & ſine ullo ſono, cum eam partem attingit, quæ ſenſus cieri poteſt, & alterius generis orbis rectus commeat, & omni animæ denuntiat, tum opiniones aſſenſionesq́; firmæ ueræq́; gignuntur. Cum aũt circa rem illam uertitur, quæ intelligentia continetur & eiuſdem generis orbis uolubilis iſthæc nunciat, mens neceſſario ſcientia perficitur. Sic Plato interprete Cicerone latine loquitur: An uero Plato, & Ariſtoteles dum alter lineis, alter orbibus mentis actiones aſſimilent, inter ſe conueniãt, conſiderent alij: τὸ τί ἦν εἶναι quid & quale ſit ſi mihi liceat, conuerterem.

Aristotelis part. XI.

Rurſum in iis quæ abſtracta ſunt, rectum ſe habet vt Simum. cum continuato. n. eſt. ipſum vero quod quid erat eſſe, ſi rectum & recto eſſe diuerſa ſunt, alia facultate. Eſto enim dualitas, alia igitur aut aliter affecta ui iudicat; atq; omnino vt res à materia ſeparabiles ſunt, ita & mens eas perſpicit.

Themistii paraphrasis.

Verum ex iis quæ abſtracta dicũtur, nonnulla aquę, aliqua ipſi aquæ eſſe aſsimilantur. Nam & in his quoq; rectum & recto eſſe diuerſa ſunt, atq; ipſum rectũ vna cum cohærente continuataq́; natura concipitur. continuatum. n. ſubiicitur recto ſubſterniturq́;. At recto eſſe recti ratio, & forma eſt. Ergo in iis quæ in abſtractione conſiſtunt, vtrunq; mens videtur iudicare, id videlicet, quod ex ſubiecto formaq́; concretum eſt, & ipſam formam, quam vis cum illud agit, non eodem mõ affecta ſit, ſed in his intelligendis modo vt ſimplex, mõ vt cõcreta redditur. Nam etiam ſi alia eſt materia, quæ corporibus ſenſum mouentibus, alia quæ abſtractis ſubſternitur, tamen in mentis contemplationibus id diſcrimen ponendum eſt, vt eaſdem interdum ſimpliciores, quandoque compoſitiores ſtatuamus. Ex quo quidem accidit, vt quum mens conſiderat corpora, ope illius facultatis egeat, quæ ſentiendi vim habet: non. n. per ſe ipſam poteſt, quidnam aqua aut quid caro ſit diſcernere, ſi à ſenſu omnino libera ſolutaq́; ſit, & ſi triangulum & rectum intelligere debeat, ſe ipſa magis contenta eſt. Nam vt res à materia ſeparabiles ſunt ita & mentis contemplatio. quemadmodum igitur res illæ cogitatione duntaxat abſtrahi queũt, (quamuis per ſe ipſas nõ ſubſiſtant) ſic & mens enititur eaſdem ſola cogitatione ſeiungere & ſeparare.

Nogarolae scholia.

Videtur ſane in Them. magna rerum & uerborum diſcrepantia. particula. n. decima ita ſcribit. ἀλλ' ἐπὶ πάντων ὁμοίως ἐπ' ἐνίων γὰρ ταὐτόν ἐστιν, οἷον στιγμή, καὶ στιγμῇ εἶναι ἐπὶ τῶν ἁπλῶν πάντως, καὶ ἁπλῶν, ἐφ' ὧν τὸ τί ἦν εἶναι, καὶ τὸ εἶδος καθ' ὅ ἐστι, ταὐτόν ἐστιν ὕλῃ τῇ φύσει τοῦ πράγματος. hoc eſt, at non in omnibus eadem ratio eſt, nam quædam ſunt res, in quibus hæc duo non diſtinguuntur, ut punctum & puncto eſſe, aut ſi quid eſt prorſus carens materia, ſimplex item & ſolitarium, nam in ijs & rã quid & quale explicãs & forma, qua conſtituuntur, cum ipſa rei natura re ipſa conueniunt, ex quibus quidem uerbis ſatis patet, etiam ſi fortaſſe exempli cauſa poſitum ſit, punctum & puncto eſſe idẽ exiſtere. Paulo tamen poſt loquens de rebus Mathematicis, ſic Ariſtotelem exponit. ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἐξ ἀφαιρέσεως λεγομένων, τὰ μὲν ἐοικότα τῷ ὕδατι, τὰ δὲ ἐοικότα τῷ ὕδατι εἶναι ἄλλο γὰρ ἐν τούτοις τὸ εὐθὺ καὶ τὸ εὐθεῖ εἶναι, qđ eſt. Verum ex ijs quæ abſtracta dicuntur, nonnulla aquæ, aliqua ipſi aquæ eſſe aſsimilantur, nã in ijs rectum & recto eſſe ſunt diuerſa. Sed cum punctum ſit res abſtracta & mathematica (id. n. ipſum in principio ſui operis definit Euclides, punctum quidem & puncto eſſe non idem, ſed diuerſa, à ſe ipſo diſſentiens Themiſtius fateatur, neceſſe eſt.

τὰ δὲ ἐξ ἀφαιρέσεως ἢ τὰ ἐν ἀφαιρέσει (utroque. n. modo dicitur) abſtracta latine nuncupantur, quorum duplex eſt genus, Alterum ab omni materiæ concretione ſolutũ prorſus & liberũ qualis eſt. Deus & reliquæ diuinæ mentes intelligẽtia prædıtæ quæ ſempiterno motu cœleſtes cient orbes. Alterum quod cum ſit in materia, ab ea tamen cogitatione ſeparatur.

Huiuſmodi

Huiuſmodi ſunt res mathematicæ, quas tantum τὰ ἐξ ἀφαιρέσεως philoſophus appellauit quod tum ex hoc loco perſpicuum eſt, tũ etiam ex primo huius commentationis uolumine. τῶν δὲ μὴ χωριστῶν μὲν ᾗ δὲ μὴ τοιούτου σώματος πάθη καὶ ἐξ ἀφαιρέσεως ὁ μαθηματικός, & *paulopoſt in hoc tertio.* τὰ *δὲ, inquit,* ἐν ἀφαιρέσει λεγόμενα νοεῖ: ὥσπερ ἂν εἰ τὸ σιμὸν οὐ κεχωρισμένον, ᾗ δὲ κοῖλον εἴ τις ἐνόει ἐνεργείᾳ ἄνευ τῆς σαρκὸς ἂν ἐνόει. οὕτω τὰ μαθηματικὰ οὐ κεχωρισμένα νοεῖ, ὅταν νοεῖ. *tertio item de cœlo* διὰ τὸ τὰ μὲν ἐξ ἀφαιρέσεως λέγεσθαι τὰ μαθηματικὰ, τὰ δὲ φυσικὰ ἐκ προσθέσεως. *lege quæ ibi dicat Simplicius. Res autem, quæ uere abſtractæ ſunt, non* τὰ ἐξ ἀφαιρέσεως ἢ ἐν τῇ ἀφαιρέσει *dicuntur, uerũ* τὰ κεχωρισμένα *quod ex primo huius ſatis apparet, ubi ait Philoſophus,* ᾗ δὲ κεχωρισμένα ὁ πρῶτος φιλόσοφος.

καὶ γὰρ ἄλλη μὲν ὕλη τοῖς αἰσθητικοῖς ὑπόκειται σώμασιν, ἄλλη δὲ τοῖς ἐξ ἀφαιρέσεως λεγομένοις. *Hæc uerba ideo protulit Them. ut eandẽ non eſſe in rebus naturalibus* & *Mathematicis materiã nobis oſtenderet. Eſt. n. apud Ariſt. triplex materiæ genus, unum rerum naturalium, quæ poſitæ ſunt infra lunam,* αἰσθητὴν *græce nuncupatum. Alterum* νοητὴν *dictum, quod in Mathematicis rebus continetur. tertium reperitur in corporibus cœleſtibus, modo* ὕλην τοπικὴν, *modo* ὕλην κατὰ τόπον κινητὴν *à Philoſopho uocitata, qui de ijs tribus materijs ita ſcribit. VIII lib.* τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ *de prima* & *ſec͞da* ἔστι δὲ τῆς ὕλης ἡ μὲν νοητὴ, ἡ δὲ αἰσθητή: *idẽ* ὅσα δὲ μὴ ἔχει ὕλην μήτε νοητὴν μήτε αἰσθητήν, εὐθὺς ὅπερ ἕν τι εἶναί ἐστι. *De tertia* οὐ γὰρ ἀνάγκη εἴ τι ἔχει ὕλην τοπικὴν, τοῦτο καὶ γεννητὸν καὶ φθαρτὸν ἔχειν, *ideſt, non. n. ſi quid materiam loco debitam habet, id quoq; ortui* & *diſſipationi obnoxiam habeat neceſſe eſt. De eadem ibi.* ἐπὶ δὲ τῶν φυσικῶν, ἀϊδίων δὲ οὐσιῶν ἄλλος λόγος ἴσως γὰρ ἔνια οὐκ ἔχει ὕλην ἢ οὐ τοιαύτην ἀλλὰ μόνον κατὰ τόπον κινητὴν, *quæ autem ſit rerum mathematicarum materia quæ à græcis* νοητὴ, *à latinis rõne comprehenſibilis uocatur, quãquam barbare intelligibilis dicitur, unus quem uiderim, explicat Diuus Thomas prima parte ſummæ quæſtione. 85. artic. 1. qui materiam intelligibilem docet eſſe ſubſtantiam, ut quantitati ſubijcitur.*

ARISTOTELIS PART. XII.

Quærat aliquis, ſi mens ſimplex & impatibilis ſit, nihilq; habeat cõe, vt Anaxa. aſſerit, quo tandem mõ intelliget, ſi ipm intelligere pati quoddã ſit: ſi. n. aliqd cõe ambobus ineſt, hoc quidẽ agere, illud vero pati vr̃ eſſe.

ARISTOTELIS PARTI. XIII.

Iam vero ſi & ipſa animo cerni põt, aut. n. aliis etiam rebus inerit mens, niſi ipſa alterius rõne ſit comprehenſibilis. At qui vnum ſpecie eſt, quod animo comprehenditur, aut admiſtum quid continebit, quod ipſam reddat comprehenſibilem, quemadmodum & reliqua.

ARISTOTELIS PARTI. XIIII.

An ipſum pati rõne cuiuſdã cõis antea diuiſum eſt, qm̃ mens poteſtate quodam modo eſt ipſa comprehenſibilia nihil tamẽ actu prius q̃ intelligat. oportet aũt, vt in ea ſic fiat, quemadmodum in tabula, in qua nihil actu ſcriptum eſt. Hoc antem menti contingit.

PARTICVLA. XV.

Atque ipſa quidem comprehenſibilis eſt, veluti ea quæ ratione comprehendi poſſunt, nam in rebus, quę materiæ expertes ſunt, vis quæ intelligit, & id quod intelligitur, idem ſunt. Si quidem ſcientia quæ in contemplatione verſatur, & id quod ſciri poteſt, re ipſa conueniunt.

PARTICVLA. XVI.

Verum quam ob cãm Mens ipſa non ſemper intelligat, videndum eſt, ſed earum rerum quę materiam continent, vnaquæque poteſtate tm̃ comprehenſibilis eſt, quare illis non inerit mens. nam talium mens facultas eſt, materia carens, quæ efficietur comprehenſibilis.

THEMISTII PARAPHRA.

Anaxagoras quidem partim recte, partim perperam de mente diſſeruit. Nam recte quidem opinatus eſt, cũ eam nulli materię concretioni admiſtam fecit. Non recte vero cum nos docere contempſit, quo nam pacto Mens quę talis eſt naturæ, intelligat oı̃ı. Si mentis actio ſit quædam perpeſsio, cum nihil oı̃no patiatur, qđ materiæ ſit expers, quin potius & rei quæ agit, et rei quę patitur, eadem & cõis ſubiiciatur materia, neceſſe eſt. ex quo fit vt nec qđ vis à quolibet pati poſsit, vt à ſono linea, ſed eadem duntaxat, quorum materia eadẽ cõisq; eſt, atq; hoc ipſum ſane eſt quod non diſtinxit Anaxa. Verum ea nunc rurſus à nobis cõmemoranda ſunt quę iã ſæpius explicuimus. Si. n. ſenſui perpeſsio proprie non tribuitur, quanto magis menti? ſenſus quidem certe corporeis vtitur inſtrumẽtis, ac cum iis rebus quę agũt, hoc eſt quę mouent ſenſum, cõe quoddam habet ſubm atq; ſubſtractum, quippe qui cũ corporis vſum habeat, à corporibus quoq; pulſetur, moueaturq́;. Mens contra cũ (vt diximus) ea oı̃a ſi ptãte, quæ rõne comprehenduntur, actu vero nihil antea q̃ intelligat, à perpeſsione longiori ſpatio remouetur ac ſeiungitur. Hæc aũt nullã certam ac definitam ſortita eſt naturam. Sed vt in tabula in qua nihil eſt actu deſcriptum, cum literas ſcripſeris, eas non tabulæ perpeſsionem, ſed perfectionẽ abſolutionẽq; vere dicere poteris, cũ illas res acceperit, ad quas quidem facta inſtitutaq; ſit. ita & menti vſu venit quæ nihil patitur dum notiones format & conficit, ſed penitus abſoluif perficiturq́;. ex quo fit vt ipſa nulli rei admixta, ſimplexq́; ſit. Nam mentem quæ ptãte deſcribitur, nullam oı̃no rem actu eſſe Ariſto. aſſerit ac cum nihil actu exiſtat, nec pati nec miſceri poſſe. cum perpeſsio atq; admiſtio eam ſpectet naturam, quę aliquid actu conſiſtit. Verum mẽs quę actu eſt, ex illa quæ ptãte definitur effici ſolet, idq́; eo tpe, cum notiones gignuntur, atq; ipſa ſit & mens & comprehenſibilis euadit. Quapropter nec ab iis patitur, quæ rõne comprehenduntur. Sed ipſa potius illa res efficitur. Hęc ſane ptãis mens in anima humana tm̃ concluſa eſt, cum hæc vna ſuas habeat perturbationes, quæ rationi pareãt & obſequantur. qđ idem in cęteris aı̃antibus minime cernitur. Vtrum ambigi põt, quo nam tãdem mõ ipſa ſit & mẽs & res ſit rõne comprehenſibilis. Verum eadem rõne, an alia mens & alia reddatur comprehenſibilis. An in iis quæ carent materia, vis intelligẽs & id quod intelligit, idem oı̃no eſt. Nam ſc͞ia quæ in cõtemplatione verſat, & res quæ hoc modo ſcitur, re ipſa conueniunt. At cum formæ in materia receptæ intelliguntur, res quæ comprehenditur, & virtus quæ comprehendit ſunt diuerſę, quippe quæ (materiatas dico formas) natura ſua non ſint comprehẽſibiles, ſed eas ipſa mẽs efficit tales. quas à materia abſcindit, & abſtrahit ptãte non actu comprehenſibiles. Nam quum ipſæ natæ aptæq́; ſint vt intelligantur. per ſe tm̃ earum natura aı̃o cerni non poſsit, merito factum eſt, vt formæ huius gñis intelligantur quidem, ſed non intelligant. Verum hæc ptãtis mens vt poteſtate conſtituta eſt, ita & ptãte comprehenſibilis eſt. Quapropter non ſemper intelligit, nam ſi continenter intelligat,

intelligat, labore feſſu languefcat, ac debilitetur neceſſe eſt. Nam hoc illi ineſt, eo quod poteſtate conſiſtat. Ex quo ſequitur, vt neq; ſemper ſit comprehenſibilis, ſed eo tantum tempore, quo notiones collegerit. Si vero aliqua exiſtat mens, quæ poteſtate penitus careat, Hæc perpetuo tum mens tũ cõprehenſibilis habenda eſt. De qua quidem facto iam alio dicendi initio diſputabimus.

NOGAROLAE SCHOLIA.

In particula. 14. uaria inuenitur lectio, in codicibus.n. nonnullis ita ſcriptum reperi ἢ τὸ μὲν πάσχειν κατά τι κοινόν τι ὑπάρχει πρότερον. quam lectionem ſecutus eſt Argyropilus. in alijs uero ἢ μὲν τὸ πάσχειν κατά κοινόν τι, διὸ εἴρηται πρότερον ὅτι δυνάμει, quam probat Eraſmus.

ἀλλ' ἐπεὶ πῶς ἅμα τοῦς καὶ τοῦτος quod eſt, uerum ambigi poteſt, quo tandem modo & mens & comprehenſibilis rõne ſit. Hanc dubitationem paucis proponit Themiſtius, quod ſane pluribus Ariſtoteles facit. ita enim querit ἔτι δὲ εἰ νοητὸς καὶ αὐτὸς, ἢ γὰρ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁ νοῦς ὑπάρξει, εἰ μὴ κατ' ἄλλο αὐτὸς νοητὸς, ἓν δέ τι τὸ νοητὸν εἴδει, ἢ μεμιγμένον τι ἕξει, ὃ ποιεῖ νοητὸν αὐτὸν ὥσπερ τὰ ἄλλα qui locus ſic eſt exponendus. præterea ſi mens ſe ipſam intelligat (ut dictum eſt antea) ipſa etiam erit comprehenſibilis, quod ſi nobis dabitur, duo ſequentur abſurda, quorum alterum erit, quod alijs rebus quæ intelliguntur, inerit mens, niſi ipſa ſit alia ratione comprehenſibilis. At comprehenſibile ſpẽ unum eſt. Omnis igitur res quæ ſunt comprehenſibiles, mentem habent. Alterum quod miſta & compoſita erit mens ex parte uidelicet ea quæ intelligat, & ex illa quæ intelligatur, quæ admiſtio efficiat, ut ipſa ſit comprehenſibilis, quemadmodum & aliæ mentes, quæ materia penitus carent, ἐπιστήμη θεωρητικὴ καὶ τὸ ἐπιστητὸν τὸ αὐτὸ hoc eſt ſcientia quæ in contemplatione conſiſtat, & id quod ſciri poteſt idem ſunt: quid ſcientia ſpeculatiua ſignificet hoc in loco, ſiue qua res animo cernitur, nullus eſt qui declaret melius quam Ioannes grammaticus, qui ita exponit τὸ γὰρ κυρίως ὂν νοητὸν ὁ εἶπεν ἐπιστητὸν, καὶ ὁ κυρίως νοῦς ὅτι εἶπεν ἐπιστήμην θεωρητικὴν, quod eſt nomine ſcientiæ ſpeculatiuæ mentem quæ proprie mens eſt, intellexit.

ARISTOTELIS PART. XVII.

Verum cum in om ni naturę inſtitutione eſt aliquid, quod exiſtit cuique generi materia, atq; hoc quõ omnia illa poteſtate eſt, aliud vero cã & efficiens, eo quod efficiat omnia, veluti ars cum materia cõuenit, ſic has duas differentias animæ datas eſſe neceſſe eſt.

PARTICVLA. XVIII.

Atq; altera quidem mens huius generis eſt, vt efficiatur omnia, altera vt cuncta efficiat, quemadmodum habitus veluti lumen, nam lumẽ modo quodam facit, vt qui colores poteſtate ſunt, actu colores exiſtant.

PARTICVLA. XIX.

Atque hæc quidem mens ſeparabilis, & nõ admiſta, & cum actu ſit, rõne ſuæ eſſentiæ impatibilis eſt. num quod efficit & agit, eo quod patitur, & principium quã materia melius eſt. verum ſcientia quæ actu conſiſtit, cum re ipſa eadem eſt.

PARTICVLA. XX.

Atque poteſtate cõſtituitur, temporis ordine in vno prior eſt, quamuis omnino neq; tempore. Verum non euenit, vt quandoque intelligat, interdum non intelligat, ſeparata aũt hæc vis ſola, quæ eſt, atq; eadem tãtum mortalis & perpetua. Num recordamur vero, quoniam hæc eſt impatibilis, patibilis autem mens diſsipationi & interitui obnoxia eſt, & ſine hæc nihil intelligit.

THEMISTII PARAPHR.

Cum vnaquæque res, quæ efficitur à natura, tum integreſſam & anticipatam potentiam, tum conſequentem habeat perfectionem, nec in habilitate naturali & propenſione conſiſtat, moreturq;, alioquin eam fruſtra dediſſe natura videretur, ſatis perſpicuum eſt animam humanam non vſque adeo proceſsiſſe, vt mẽtem poteſtatis tantum acquireret, atq; ad intelligendũ apta propenſaq; eſſet, ſed eo vſque etiam, quo huius propenſionis finem neceſſario conſequeretur, cuius gratia hæc mens facta à natura, parataq; ſit, oportet igitur vt poteſtatis mens abſoluatur, perficiaturq;. Quam perfectionem nulla res à ſe ipſa, ſed ab alia recipit. Quapropter has in anima differentias contineri neceſſe eſt, quarum altera poteſtatis mens, altera affectrix nuncupatur. Hæc ſane perfecta eſt non poteſtate & propenſione, verum actu conſtituta, quæ ſi menti poteſtatis coniuncta copulataq; ſit atq; eandem in actum perduxerit, ipſam habitus mentem conficit, in qua quidem communes animi notiones & ſcientiæ repoſitæ ſunt. Nam vt lapides & ipſum æs, quorum hoc poteſtate ſtatua, illi domus ſunt, domus & ſtatuæ nequeũt formam ſuſcipere niſi ars ipſa materijs quæ ad id habiles aptæq; ſunt acceſſerit, quæ illis primo vim ſuam tribuat, ac mox artificioſam ſpeciem imprimat, atque ita domum tandem componat, & ſtatuam faciat. Sic mentem poteſtate deſcriptam ab alia quadam mente perfici neceſſe eſt, quæ perfecta iam ſit actu, non poteſtate conſiſtens, quæque arti non diſsimilis mentem poteſtatis moueat propenſionem animæ ad intelligendum perficiat, atq; ipſum habitum conſtituat & paret. Atq; hæc ſane mens ſeparabilis, impatibilis, atq; ab omni admiſtione libera eſt quã vero poteſtatis mentem dicimus quãquam eiſdem, quibus effectricem laudibus maxime efferimus, ea tamẽ animæ non vniuerſę, verum humanæ duntaxat magis cognata affiniſq; eſt.

NOGAROLAE SCHOLIA.

Ex hoc Themiſtij loco facile colligi poteſt, quid nam is de mente quæ in habitu ſit, ſenſerit. Cenſuit enim mentem effectricem menti poteſtatis coniunctam et copulatam, quæ eandem in actum perduxerit, mentem habitu præditam conſtituere, in qua cõmunes animi notiones & ſcientiæ locatæ ſint. Ex quo quidem apparet falſo Auer. Themiſtio attribuiſſe qđ mentem in habitu nihil aliud eſſe quã mentem effectricem cũ mente poteſtatis coniunctam putauerit. Non enim duas illas tantum mentes, ſed communes etiam animi notiones & ſcias ad conſtituendam in habitu mentem requiri aſſeruit Themiſtius cuius hæc ſunt uerba.

ἀλλὰ τοῦτον ἔτι προσδεῖται, ὃς ἐκείνῳ συμβαλεῖται τῷ δυνάμει, καὶ προάγων αὐτὸν εἰς ἐνέργειαν, ὅτι καθ' ἕξιν νοῦν ἀποτελέσεται, ἐν ᾧ τὰ καθόλου νοήματα καὶ αἱ ἐπιστῆμαι.

THEMISTII PARAPHR.

Atque vt lumen cum aſpectui & coloribus qui poteſtate conſiſtunt, ſeſe offert & obiicit, aſpectum & colores actu efficit. ſic ipſa mens effectrix, cum mentẽ poteſtatis ſibi conciliat & adhibet non eam actu mentem tantum reddit, verum & res quæ animo comprehendi poſſunt, vt actu comprehendantur, parat & efficit. Hæ ſane ſunt formæ illæ quæ materiæ adiunctæ ſunt, ac cõmunes è ſingulis rebus ſenſum mouentibus collectæ notiones, quas tamen poteſtatis mens nec diſcernere,

nec ex

nec ex aliis in alias progredi, nec eaſdẽ componere aut diuidere vllo modo poteſt, ſed veluti notionũ Theſaurus aut potius vt materia formas à ſenſu & imaginatione ſumptus quas memoria teneat, recondit ac reponit. At cum illi ſuperuenit effectrix & hanc notionum materiam complectitur, cum eadem in vnum coit, ac tam robuſta efficitur & valẽs, vt trãſire ex aliis in alias, easq; componere & diuidere & conſiderare poſsit. Quod igitur ars ad materiam, id mens effectrix ad eam quæ poteſtate deſcribitur, proportione reddit.

NOGAROLAE SCHOLIA.

Hac in parte Themiſtius tres ipſius animi actiones enumerat, quarum prima Simplicium rerum dicitur comprehenſio, ſecunda compoſitio & diuiſio, tertia ex alia re & in aliam rationis progreſſio. Sic enim ſcribit. ἃ πάσας μὲν οὐχ οἷόν τε ἐστι διανοεῖσθαι, οὐδὲ ἐξ ἑτέρου εἰς ἕτερα μεταβαίνειν, οὐδὲ συντιθέναι καὶ διαιρεῖν *& paulopoſt* καὶ μεταβαίνειν οἷός τε γίνεται καὶ συντιθέναι καὶ διαιρεῖν καὶ περισκοπεῖν *ad primam,* συντιθέναι καὶ διαιρεῖν *ad ſecundã,* μετιέναι καὶ μεταβαίνειν ἐξ ἄλλων εἰς ἄλλα *ad tertiam pertinent. Quare duo Themiſtius uerba mutanda putauerim, ut* μεταβαίνειν *in ultimo loco,* τὸ δὲ περισκοπεῖν *in primo ponenda ſint.*

THEMISTII PARAPHR.

Atq; ad hunc modum altera mens efficitur omnia, altera cuncta efficit, quapropter in nobis ſitum eſt, vt intelligamus, cum volumus. Non enim quemadmodum ars à ſua materia, verbi gratia æraria ab ære, lignaria à ligno ſeiuncta ſeparataq; eſt, ita effectrix mens à poteſtatis mente ſeorſum conſiſtit, quin potius illa non aliter in poteſtatis mentem ſubit & penetrat, quam ſi faber lignarius ligna, æs ærarius nõ extrinſecus moderetur, ſed per cũctas eius partes poſsit permeare. pari modo effectrix mens menti poteſtatis adueniens vnum cum ea efficitur (nam vnum dico, quod ex materia & forma concretum eſt, ac duas continet rõnes, vnam materiæ qua efficitur omnia, alteram artificij, qua facit omnia. nam ipſa modo quodam dum intelligentia agit, in res ipſas conuertitur, in qua aliquid apparet vt materia cũ in ea notionum multitudo reſideat, aliquid tanquam artifex, ſiquidem in eius poteſtate eſt cum libuit, notiones cõcipere, & formare. nam ipſa notionum creatrix habetur & princeps. Quapropter ſimilitudine ad Deum proxime videtur accedere, quippe qui modo quodã res ipſæ ſit, & modo quodam rerũ opifex & molitor exiſtat. Verũ mens q̃a agit, q̃ quia patitur, pręſtantior excellentiorq; eſt. Nam efficiens omnium rerum principium habetur quam materia nobilius, atq; (quod dixi ſæpius) & mens & mente comprehenſibilis redditur, quemadmodum & ſcientia quę actu conſiſtit, ipſamet eſt res, quæ ſciri poteſt, quamuis non eadem rõne, ſed quia poteſtatis mentem complectitur, intelligentia comprehenſibilis eſt, ob id vero quod actu definitur, mens eſſe ſtatuitur.

NOGAROLAE SCHOLIA.

Ex hoc capite elicit Auer. Themiſtium exiſtimaſſe mẽtem effectricem & poteſtatis re cõuenire, cogitatione autem diuerſas eſſe, nec ullam ueram ab effectrice actionem proficiſci, ſed quadam ſimilitudine translatam. Verba Auer. libuit apponere quamuis inculta & horrida, ut ipſum ita ut dixi, de Themiſtio ſentire ſatis appareat. Sciendum (inquit) hanc opinionem agens & factum & patiens omne idem & eſt dictum ab alijs tribus diſpoſitionibus per diuerſitatẽ quæ accidit ei. Nos autẽ opinamur, quod non mouit ipſum ad ponendum intell'm agentem niſi hoc, quod intellecta ſpeculatiua ſunt generata ſecundum modum quem diximus: conſidera ergo l. o: quoniam eſt differentia inter iſtas tres opiniones. ſ. Plat. Themi. & opinionem noſtram, & ſecundum expoſitionem Them. non indiget genus in iſtis intellectibus niſi ad ponendum intell'm materialem tantum, aut intellectum materialem & agentem ſecundum modum ſimilitudinis, ubi enim non eſt uera generatio, non eſt agens hæc Auer. Verum Themiſtius hanc ſuam fuiſſe ſententiam, ipſemet his profitetur uerbis. οὕτω γὰρ καὶ κατ᾽ ἐνέργειαν νοῦς τῷ δυνάμει νῷ προσγενόμενος εἷς γίνεται μετ᾽ αὐτοῦ· ἓν γὰρ τὸ ἐξ ὕλης καὶ εἴδους, καὶ αὖ ἔχει τοὺς δύο λόγους, τὸν μὲν τῆς ὕλης· καὶ τὸν τῆς δημιουργίας τῇ μὲν ἅπαντα γινόμενος, τῇ δὲ ἅπαντα ποιῶν.

διὸ καὶ θεῷ μάλιστα ἔοικε, *Themiſtius cum aperte dixerit mentem hominis effectricem Deo, maxime eſſe ſimilem, Auer. tamen aliam eidem uidetur opinionem aſcribere. Dicit. n. putaſſe Themiſtium hominem non mentem illam Deo aſsimilari, cuius hæc ſunt uerba. Homo igitur ſecundum hunc modum ſicuti dicit Themiſtius aſſimilatur Deo in hoc, quod eſt omnia entia quoquo modo, & faciens ea quoquomodo. Sed nulla eſt controuerſia, Nam idem Paraphraſtes mentem effectricem eſſe hominem ſtatim oſtendet.*

THEMISTII PARAPHR.

Ex quo efficitur, vt mens poteſtatia in homine ſit prior quam effectrix, nam habilitas omnis atq; propenſio actui ordine temporis ſolet antecedere, ſimpliciter autem eundem ſequi, cum quod imperfectum inchoatumq; eſt perfecto & abſoluto, & poteſtas actu priora eſſe nunquam poſsint. Verum mentis & effectricis eſſentia cum actu ſuo eadem eſt, non enim & poteſtatẽ progreditur, ſed eadem natura quę cum ſuo actu eiuſdem ſit generis, ſtatuenda eſt. Atque hæc quidem mens (vt antea retuli) ſeparabilis, impatibilis, & nulli rei prorſus admiſta eſt, quæ nec ita ſe habet, vt quandoque intelligat, interdum nõ intelligat. Hoc enim illi euenit cum mentem poteſtatis ſibi ſubiicit, atq; ſubſternit. cũ vero ipſa per ſeipſam exiſtit, hoc eſt (nam ita ſe habet) ſimplex & ſolitaria, quæ quidem omni quiete & labore actu vacua, immortalis ſempiternaq; eſt: eadem penitus & mens & mente comprehenſibilis redditur, non tamen alia atque alia rõne neq; per aliam, quemadmodum res cæterę intelligentia comprehenſibiles ſeſe habent, quas quidem mens habitu prædita à materia abſtrahit & comprehenſibiles efficit. Verum ipſa & per ſe ipſam comprehenſibilis eſt, atq; à ſua & propria habet natura, vt intelligi & intelligere pariter poſsit. Poteſtatis vero mens diuiſas ac diſiunctas in ſe notiones continet, in qua etiam artes & ſcientiæ poſitæ ſunt. Contra mens effectrix vel potius ipſe actus (nam eius ſubſtãtia atq; actus idem ſunt) alio ſeſe habet modo, qui explicatu difficilior diuiniorq; eſt, nõ. n. ex alio gñe in aliud tranſit genus, nõ componit quicquam nec diuidit, nec in rebus intelligẽdis rõne progreditur, quin potius oẽs generatim in ſe formas cõplectitur, & ad vniuerſas ſeſe ſimul intendit atque appellit. Nam hoc vno tantum modo (vt opinatur Ariſtoteles) mentis ſubſtantiam eſſe eandem cum ſuo actu intelligi debet, nam ſi ex alio genere progrediatur in aliud (vt ſcientes & periti ſolent) ſubſtantiam quidem mentis permanere, actionem aũt variari neceſſe eſt. Hoc ſane qui dicit, mentis ſubſtantiam ab actu ſuo diſcrepare fateri cogitur: quod tamen

aperte

aperte negat Ariſto. cuius etiam in primo huius commentationis volumine hæc poſita ſunt verba, cogitare amare, odio habere mentis illius affectiones ſunt.

Nos igitur aut mens poteſtatis ſumus aut effectrix. Ex quo ſequitur, vt ſi in omnibus, quę poteſtate & actu conſtãt hoc eſſe, & huic eſſe diuerſa ſunt, aliud ſit ego & aliud mihi eſſe. Nam ego ea ſum mens, quæ ex ptãte & actu concreta eſt, id vero quod eſt mihi eſſe, ex actu tñ originem ducit. quapropter quæ cogito & ſcribo, eadẽ ſcribit illa mens, quæ ex poteſtate & actu cõpoſita eſt, ꝗuis non ſcribat, quia ptãte, ſed quia actu conſtituta eſt, cum inde in riui morem oĩs actio proficiſcatur & prodeat. quod ſi poteſtatis mens ea non põt indiuidue ſuſcipere, quæ mens effectrix indiuidue præſtat minime mirum videri debet, cum corporum qualitates vt candor & nigror quamuis propria rõne ſint indiuidue, eas tñ materia diuidue recipit. Ergo quemadmodum aliud eſt animal, aliud aĩali eſſe, & animali eſſe ab aĩalis anima deducitur, ita quoq; aliud eſt ego, aliud mihi eſſe, qđ ſane mihi eſſe ab ipſa anima non tñ ab omni dependet, non. n. ab ea, quæ ſentiendi vim habet quippe quæ imaginationis ſit materia. Neq; item ab imaginatione, neq; à poteſtatis mente, cum illa mentis, ptãtis hæc vero effectricis materiæ exiſtant. Reliquum eſt, vt hoc quod eſt mihi eſſe à mente effectrice tantum proficiſci cenſeamus, nam hæc vna omnibus modis forma eſt, imo magis formarum forma. cæteræ vero & materiæ ſiľ quæ ſubſternitur, & formæ rõnem obtinent. Atque hoc ſane modo in rerum deſcriptione procedit natura, vt ſi viliores & deteriores reſpiciat, nobilioribus tanquã formis, ſi nobiliores, ignobilioribus vtatur veluti materiis. Mentem autem effectricẽ ſupremam oĩum & ſummam formam conſtituit, ad ꝗ natura cum peruenit, vlterius progredi deſinat, vt quę nullã excellentiorẽ ac præſtantiorem habeat formam, cui mentem effectricem poſſit ſubſternere. Nos igitur ſumus effectrix mens.

NOGAROLAE SCHOLIA.

ἡμεῖς ἄρ' ὁ ποιητικὸς νοῦς, quod eſt nos igitur ſumus effectrix Mens. Hæc autem Themiſtij propoſitio Platonis decretis, non Ariſtotelis conſentanea eſt, exiſtimat enim ille hominem eſſe animã, non id, quod ex animo conſtat & corpore: ut arbitrantur Peripatetici. Nam ita Plato concludit in primo Alcybiade. ἐπειδὴ δὲ οὔτε τὸ σῶμα, οὔτε ξυναμφότερόν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, λείπεται οἶμαι ἢ μηδὲν αὐτὸ εἶναι, ἢ εἴπερ τί ἐστι, μηδὲν ἄλλο τὸν ἄνθρωπον συμβαίνειν ἢ ψυχήν, ideſt, cum autẽ homo corpus non ſit, nec aliquid ex utroque concretum, reſtat (ut arbitror) aut hominem nihil eſſe, aut ſi quid eſt, nihil aliud eſſe quam animam.

THEMISTII DIGRESSIO.

Atque hanc dubitationem ſibi ipſi non temere proponit Ariſtoteles, quid nam ſit, quam ob rem poſt mortem earum rerum non reminiſcimur, nec recordamur, quarũ nos in vita cognitionem accepimus, cuius quidẽ diſſolutio hæc eſt & iis quæ modo, & illis quæ antea de mente docuit, admodum conſentiens: idcirco nos non meminiſſe nec recordari, quod etiam ſi mens effectrix eſt impatibilis, ea tñ quæ dicitur patibilis, extinguitur & interit. Sed quam patibilem & interituram nuncupet mentẽ philoſophus, progredientes explicabimus, non enim cum huius meminit, poteſtatis mentem intelligit, verum aliud mentis genus, quod cõe vocauit in primo volumine. Hæc autem eſt ea animæ vis, quæ huius vitæ actiones comprehendit & cogitat, cuius etiam amare, odiſſe, & recordari officium & munus eſſe Ariſtoteles aſſerit. Nunc illud nobis magis ratũ firmumq́; ſit nos effectricem eſſe mentem Ariſto. cenſuiſſe. Nam ita dubitat & ambiguitatem diſſoluit. Nõ reminiſcimur aũt quamuis hæc mens ſit impatibilis, quæ. n. patibilis eſt, ĩterit & morte deletur. Siquidem hæc qõ cõmunis, conſentaneaq́; eſt opinioni illorum oĩum qui menti immortalitatem tribuunt. Quid igitur cãæ eſt, cur earum rerum, quas in vita geſſimus, memoriam poſt exceſſum non ſeruamus? atq; inimicis amicisúe paria referimus? neq; iis quibus cum ſumma fuimus neceſſitudine ac familiaritate coniũcti, præſentiam noſtram declaramus? Quapropter vt antea, ita & nunc tractandum hũc eundem locum merito cenſuit, atq; eaſdem poſuit cãs quibus mens noſtra recordari ac reminiſci minime poſſit. Nam ipſe hanc commẽtationem exorſus hac de re diſſeruit, de qua etiã nunc planius diſputat, iiſdẽ ferè vtrobiq; vtens verbis. Nã illic ita ait, cogitare aũt & diligere & odio habere non ſunt illius affectus, ſed huiuſce qđ habet illud ea ratione, qua illud habet. Ex quo efficit̃, vt poſt eius interitum nec recordetur nec amet, cum illius non eſſet, ſed cõis, quod morte deletum eſt. At vero mens aliquod fortaſſe genus magis diuinum, & impatibile. Hoc aũt in loco oĩno inquit, nec in tempore, ſed nec modo intelligit, modo non intelligit, hæc aũt vis ſeparata eſt, quæ eſt, atq; eadem ſola immortalis & perpetua. non reminiſcimur vero quoniam etiamſi hæc eſt impatibilis, illa tamen quæ habetur patibilis, occidit & cũ corpore ſiľ extinguitur ſine qua nihil intelligit. hæc enim verba ne in tẽpore intelligit oĩno cum illis idẽ ſignificant. non cogitat, ſed cogitare alterius eſt facultatis munus, ad quam etiam pertinet non ſemper intelligere, ſed in tempore, id vero ſeparata aũt eſt hęc vis, quæ eſt. atque eadem immortalis tantum & perpetua, par eſt atq; idem valet, quod illud. Mens vero aliqua fortaſſe facultas diuinior & impatibilis. præterea & quod dicit hoc in loco, non reminiſcimur autem, quoniam etiã ſi hæc mens eſt impatibilis, ea tñ quæ dicitur patibilis, diſſipatur, & interit, conſonat cum eo, quod antea dixerat. quapropter & hæc cum corrumpitur, non recordatur, nec diligit, cũ illius non ſint affectiones, ſed communis virtutis quæ abolita eſt.

NOGAROLAE SCHOLIA.

οὐ γὰρ ἔξωθεν τῆς ὕλης ἡ τέχνη, ὥσπερ χαλκευτικὴ τοῦ χαλκοῦ καὶ τεκτονικὴ τοῦ ξύλου. Hæc uerba ita legũtur uulgo ĩ oĩbus Them. codicibus, quæ ego ſic legẽda eſſe arbitror, οὐ γὰρ ἔξωθεν τῆς ὕλης ὥσπερ ἡ τέχνη χαλκευτική. Nam et idem habuiſſe ſcriptum in ſuo libro Hermolaum ſatis apparet, quibus uerbis oſtendit Themiſtius oẽm artem eſſe extra materiam in qua uerſatur: quod antea docuerat Ariſtoteles primo lib. de ortu animalium τῶν δὲ inquit, τοιούτων ἐνίων μὲν ἐν αὐτοῖς ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεώς ἐστιν οἷον ἐν τοῖς νῦν εἰρημένοις μέρος γάρ τι ἡ διαβολὴ τῆς ὅλης ταραχῆς ἐνίων δὲ ἔξω οἷον τέχναι τῶν δημιουργουμένων, καὶ ὁ λύχνος τῆς καιομένης οἰκίας. quo ſane in loco cauſæ effectrices diſtinguuntur, quorum aliquæ in ſe ipſis mouendi & agendi principium habent, atque hæ quidem in ſuis continentur effectionibus, nam calumnia ex qua nata eſt omnis perturbatio, pars eſt illius & eidem ineſt. Nonnullarum principia ſunt extra ſua opera, ut artes, quæ ſeiunctæ & ſeparata ſunt à ſuis opificiis, & lucerna à domo quam incendit. ſenſus ergo artem eſſe extra materiam ſuam. i. ſemotam et ſeparatam. Nã hoc eſt oĩum

artium

artium peculiare & proprium ut apta nataq; ſint ita eas res agere, quæ ab ijs qui artes tenent, re ipſa diſtinguantur. quãuis accidat quandoq; (ex euentu tamẽ & fortuito) at qui medicinam habeat, ſibi quoq; ipſi medeantur, & ſanitatem inducant. Quamobrem motus Ariſt. illis philoſophi, quæ ſecũdo de phyſico auditu poſita ſunt. λέγω δὲ τὸ μὲν κατὰ συμβεβηκὸς, ὅτι γένοιτ' ἂν αὐτὸς αὑτῷ τις αἴτιος ὑγιείας ὢν ἰατρός. ἀλλ' ὅμως οὐ καθὸ ὑγιάζεται, τὴν ἰατρικὴν ἔχει, ἀλλὰ συμβέβηκε τὸν αὐτὸν ἰατρὸν εἶναι καὶ ὑγιαζόμενον· διὸ καὶ χωρίζεται ποτ' ἀπ' ἀλλήλων. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον τῶν ποιουμένων, οὐδὲν γὰρ αὐτῶν ἔχει τὴν ἀρχὴν ἐν ἑαυτῷ τῆς ποιήσεως, ἀλλὰ τὰ μὲν ἐν ἄλλοις καὶ ἔξωθεν οἷον οἰκία καὶ τῶν ἄλλων τῶν χειροκμήτων ἕκαστον τὰ δ' ἐν αὑτοῖς. Duo eſſe affirmat artiũ gñа. ita.n.ait, artes igitur ſicuti diximus) ſunt duobus modis. aut ars cuius principium eſt extrinſecũ neceſſario, ut ædificatoria & aliæ artes, quarum ſubiectum in quod agunt, eſt aliud à ſubiecto in quo inueniuntur. aut ars, in qua per accñs poteſt cõtingere, quod principium ſit intrinſecũ ut medicina. Quam quidem artium diſtinctionem M. Tullium ignoraſſe ſatis apparet ex libro. 5. de finibus, ubi ſic ſcribit. Negabat igitur ullam eſſe artem, quæ ipſa à ſe proficiſceretur. Et.n. ſemper illud extra eſt, quod arte comprehẽditur. Nihil opus eſt exemplis hoc facere longius. Eſt enim perſpicuum nullam artem in ſe uerſari, ſed aliud eſſe artem ipſam, aliud quod propoſitum ſit arti, quoniã ut medicina ualetudinis, ita nauigationis gubernatior, ſic uiuendi ars eſt prudentia, neceſſe eſt eam quoque ab alia re eſſe conſtitutam & profectã. Nam Cicero eas tãtum nouit artes, quæ extra artificẽ in quo ſunt, agunt, Medicinam uero quando eum curat, qui ipſam tenet, artem ſaltatoriam & muſicam quarum altera in ſaltatore, in cantore altera continetur, minime nouit. Niſi dixerimus Ciceronem de illis tantam artibus locutũ eſſe, quæ proprie ſunt artes, quarum præter actiones opera etiam remanẽt Ariſto. in lib. ſuo (ut uulgo patet) ſic ſcriptum reliquit, οὐ μνημονεύει δὲ & ad mentem effectricem retulit, Themiſtius uero numerum & perſonam mutauit, ab Ariſto. tamen ſententia parũ recedens & dixit, οὐ μνημονεύομεν eo quod (ut ipſe antea docuit, & poſtea rurſus docebit) nos ſumus effectrix mẽs.

Cur mens patibilis quoddam dicatur commune, ſeu communis quædam uis, quæ græce διάνοια, cogitatio latinæ nuncupatur, eam eſſe cauſam dixerim, quod omnibus animalibus ſit communis. & eadem quidem genita & interitura, tametſi in bellius æſtimatiue nomen ſortita eſt. de qua quidem animi facultate, quæ interiorem ſenſum pertinet, complura Galenus & Auerroes.

THEMISTIS DIGRASSSO.

Quapropter illi oẽs falſi deceptiq; ſunt, qui philoſophum videtur incuſare, ipſum arbitrati proponere qõnem ac diſſoluere. Quæ uam igitur eſt rõ, cur earum rerum non meminimus, quas mens effectrix per ſe ipſam agit, idq; antea, quam nos conſtituat ac perficiat? Reſpondet enim cum cõis facultas extiucta eſt, fieri non poſſe, vt mens effectrix quippiã cogitet aut reminiſcatur, cogitare enim non eſt huius mentis actio, ſed cõis illius facultatis, quæ interiit. Ex quo fit, cum rurſus dicit non reminiſcimur autẽ, qm̃ & ſi hæc mens eſt impatibilis, ea tamen quæ patibilis eſt, interit & diſsipatur, vt nos mentem eſſe effectricẽ conſtituat. Sed illa (inquit) communis vis corrumpitur, & propterea quamuis nos ſimus ĩmortales, nullam certe earum rerum ſeruare memoriam poſſumus, quas vua cum mortali mente geſſimus. conſerenda ſunt igitur vtriuſq; loci verba, quæ quidem non inter ſe pugnantia, ſed apta admodum & conuenientia deprehendemus, quæque accurate nos etiam doceant, quam philoſophus ſententiam ſequatur & probet. nam & illud quod alibi dixit, iis quæ modo diſputat, maxime conſentaneum eſt: De ea aũt mente quæ in contemplatione verſatur, nihil adhuc perſpicuum eſt, nam aliud videtur eſſe animæ genus; cui etiã ſoli id euenit, vt ſeparetur à mortalis & caduco id quod perpetuum eſt. conſequens enim erat, vt quas in primo libro dubitationes leuiter attigerat, & mediocriter diſſoluerat, eas in hoc tertio accuratius explicaret. Nec vero quæſiuit eo in loco, quamobrem mẽs mortalis & patibilis illarum actionum non recordetur, quas impatibilis & perpetua mens exercet. Cum hoc digne quæri non poſsit, nam inſulſum admodum eſſet ac fatuum, qõnem huiuſmodi in medium afferre, quę nam videlicet ſit cã, cur mens morti obnoxia mentis non interituræ actiones non recordetur. illud non temere in dubitationem reuocatur, quamobrem mens illa quæ nec patitur nec interit earum rerum, quas effecerit cum mortali mente, obliuiſcatur. quam qõnem ibidem diſſoluit his verbis, quo fit, vt hac corrupta non recordetur neq; amet. hæ nãque non ſunt illius mentis affectiones, ſed cõis facultatis, quæ abolita eſt. Hoc in loco idẽ facit, cum ait, non reminiſcimur aũt, quoniam quamuis hæc mens eſt impatibilis, ea tamen quæ habetur patibilis, poteſt diſsipari, ſine qua nihil intelligit, nec recordatur. Theophraſtus quidem in illis cõmentationibus in quibus Ariſtot. decreta exquirit & ſcrutatur, de mente effectrice qõnem ſic inſtituit. Nam ſi facultas (inquit) illa adſit veluti habitus ſi congenita, ſemper & ꝓtinus inſit, neceſſe eſt, ſi vero poſterius aduenıat, quo cũ adueniat, aut quonam modo habebit ortum? Apparet igitur ingenitam eſſe ſiquidem interita nunquam eſt quapropter cum inhæreat, cur non ſemper inhæreat, ambigitur, aut cur errore capiatur, aut obliuione? An id accidit admiſtionis vitio?

THEMISTII DSGRESSSO.

Verum ex iiſdem verbis eorũ inſcitiam admirari merito poſſumus, qui Ariſtotelem opinatum exiſtimant mentem effectricem aut primum Deum, ẽſſe, aut propoſitiones & ſcientias ex propoſitionibus exortas, quas poſterius comparamus. Qui hanc mentem eſſe propoſitiones putant, auribus oĩno capti ſunt, nec philoſophum plane vociferantem exaudiunt, hanc eandẽ eſſe diuinam & impatibilẽ, cuius actio cum ſua vi & natura eadem ſit, atque ipſam ſolam immortalem æternam & ſeparabilem. At vero qui primum Deum mẽtis effectricis vocabulo ab Ariſt. appellatum ſuſpicantur, cur nam eius verba quæ hoc in loco poſita ſunt, contemnunt ac deſpiciunt? Nam præfatus ipſe in omni natura alterum reperiri vt materiam, alterum vt formam, quæ moueat ac perficiat, Neceſſarium eſſe concluſit, vt hæ duæ differentiæ in aĩa exiſtant, atq; vt alia huius generis ſit mẽs, quæ efficiatur oĩa, alia, quæ cuucta efficiat & agas. Nã talem in anima mentem quæ quidem aĩæ humanę præſtantiſsima ſit pars iucludi voluit. Hoc idem ſatis ex illis verbis perſpicuum eſt, quę nos paulo ante retulimus. De ea (inquit) mente, quæ in contemplatioue verſatur, nondũ ſatis conſtat, cui ſoli accidit vt ſeiuugi & ſeparari poſsit veluti à mortali & caduco id qđ perpetuum eſt. Nam & cum dicit hoc in loco, hæc vis tñ imortalis & perpetua, uon ita dicit, quaſi ad primum Deum referendum ceu-

dum cenſeat, ſiquidem ipſe non Deum modo, verũ etiã oẽs alias ferè mentes, quæ cœleſtes orbes conuertunt, ĩmortales fecit, quas etiam numero comprehendere in Metaphyſicis nõ veritus eſt. Quamuis ſi idem hanc vnã ex oibus animæ humanę viribus eſſe ĩmortalẽ ſtatuat, recte dixerit, hoc genus immortale tantum eſſe & nunquam interiturum. Quapropter ex iiſdem verbis Ariſt. ſententia poteſt affirmari mentem effectricem, aut aliquid noſtri eſſe, aut omnino nos ipſos. Nam ſi hoc tm̃ immortale eſſe dicat, & aliquam noſtri partem intelligat, conſentit ſecum, ſibiq; conſtat. Si vero ſimpl'r idem proferat, ſecum pugnat & à ſe ipſo diſſentit, quippe qui compluribus etiam aliis naturis ĩmortalitatem tribuat.

NOGAROLAE SCHOLIA.

Nonnullos extitiſſe, qui mentem effectricem eſſe propoſitiones (intellige primes) putauerint, hoc in loco Themiſt. aſſerit, quod poſtea confirmauit Auer. cõm. 36. huius tertij uoluminis, cuius hæc ſunt uerba. Iam.n.declaratum eſt egens eſſe unum & æternum, ut intendebant quidam antiquorũ & opinati ſunt, quod primas propõnes intẽdebat Ariſto. per intellectum agentem. Verum quorum nam philoſophorum hæc fuerit ſententia, quamuis diu & multum quæſierim, inuenire tñ nunquam potui. Alexan. uero mentem effectricem putaſſe Deum primum eſſe quem nunc refellere conatur Themi. nemo eſt, q dubitet uel in naturali philoſophie mediocriter uerſatus. Sed quæſo animaduertat diligens lector Themiſtiũ non ſimpliciter & nullo eddito Deum protuliſſe, ſed primum adiunxiſſe, quod ſane fecit Platonis diſciplinam ſecutus, qui magnam deorum congregat turbam, nam iuniores deos nominat in Timæo, corpora cœleſtia, & pręcipue orbem extimum, ſolem & lunam, quin etiam & mundum uniuerſum Deos nuncupat. Quapropter ut Deum ſummum omniũ rerum parentem atque effectorem, opinatum Alexandrum effectricem eſſe mentem oſtenderet, Themiſtius, primo addito Deum protulit.

Illud quoq; cognitione dignum eſt nõnullos antiquorum cenſuiſſe, non primas tantum propõnes, quæ è latinis prima principia, à græcis peripateticis eppellantur ἀξιώματα *effectricem eſſe mentem, uerum etiã ſcientias ex illis propoſitionibus eductes et comparatas, quẽ quidem rẽ etiam ſi in ſuo græco codice Themiſtius aſſeret, idem tamen latine loquens cum ſit male conuerſus, non aſſerit. Ita enim ipſe græce.* ἐκ δὲ τῶν αὐτῶν ῥήσεων θαυμάσαι κἀκεῖνο ἄξιον, ὅ σοι δὴ ποιητικὸν τοῦτον νοῦν, ὁ τὸν πρῶτον θεὸν ᾤοντο εἶναι κατὰ ἀριστοτέλην, ἢ τὰς προτάσεις καὶ τὰς ἐξ αὐτῶν ἐπιστήμας, αἳ ὕστερον ἡμῖν παραγίνονται.

Verbe ille Themiſtij οὐ γὰρ τοῦτο πάντως μόνον ἀθάνατον καὶ ἀΐδιον, ἀλλὰ καὶ σχεδὸν ἁπάσας τὰς κινούσας τὰ θεῖα σώματα δυνάμεις, ἃς καὶ ὑπ' ἀριθμὸν ἄγει ἐν τῇ συντάξει τῇ μετὰ τὰ φυσικὰ πραγματείᾳ, *maxime ſunt conſideranda, præſertim extrema eorum pars (nam de prima nihil in præſentie mihi curæ eſt) quam Hermolaus ita tranſtulit, quas in metaphyſicis prodidit uel numero. Hæc autem interpretatio quantum abhorreat à conſuetudine latini ſermonis, perſpicue patet. Nam illud* ὑπ' ἀριθμὸν ἄγειν *conuertere potius debebat, ad numerum referre, ſeu redigere, quamuis in meo arbitratu tranſtulerim numero comprehendere. ſentẽtia ergo eſt philoſophum in libris, qui poſt naturales cõmentationes legendi ſunt, non ueritum fuiſſe illas mentes ad numerum referre, ubi numerum cœleſtium corporum intelligere neceſſe eſt. Nam quot Ariſto. ex Aſtrologorum diſciplina ſphæras deprehendit, totidem numero eſſe mentes quæ cœlos mouẽt, concluſit. Sic.n.ipſe. 12. diuinæ commentationis lib.* ὁ δὲ ἁπασῶν ἀριθμὸς πάντη φερουσῶν καὶ ἀνελιττουσῶν τούτων πεντήκοντά τε καὶ πέντε, εἰ δὲ τῇ σελήνῃ καὶ τῷ ἡλίῳ μὴ προσθείη τις ἃς εἴπομεν κινήσεις, αἱ πᾶσαι σφαῖραι ἔσονται ἑπτά τε καὶ τεσσαράκοντα, τὸ μὲν οὖν πλῆθος τῶν σφαιρῶν ἔστω τοσοῦτον, ὥστε καὶ τὰς οὐσίας καὶ τὰς ἀρχὰς τὰς ἀκινήτους καὶ τὰς αἰσθητὰς τοσαύτας εὔλογον ὑπολαβεῖν. *præclare igitur dixit Themiſtius* ὑπ' ἀριθμὸν ἄγειν.

THEMISTII DIGRESSIO.

Verum iſthæc diſſoluere nõ admodum difficile eſt, illud operæpretium diligẽter exquirere & inueſtigare. Sitne hæc effectrix mens vna tm̃ numero, an plures. Nã ſi lumen conſideres; cui quidem ipſa comparatur, vna numero proculdubio erit, vnum.n. & eſt & cernitur lumẽ: imo vero & magis ipſe ſol miniſter luminis qui oẽs aſpectus aiantium è ptãte in actum perducit, ſolus apparet. Quapropter vt cõis luminis immortalitas ſingulis aſpectibus nihil confert, ita mentis effectricis perpetuitas ad ſingulos hoies pertinere non videtur. Si vero plures exiſtant, & ſingulę ſingulis ptãtis mentibus congruant, vnde nam inter eas diſtinctio? cum quæ ſpẽ eadem ſunt, nõniſi materiæ rõne ſecentur, diuidanturq;. At qui mẽtes effectrices eadem ſpẽ ſint, neceſſe eſt ſiquidem omnes ſubſtãtiam re ipſa cum actione ſua conuenientem habẽt, & res eaſdem intelligunt. Nam ſi ipſas dixeris non eaſdem res, ſed diuerſas percipere, qui nam delectus, aut quæ ſortitio? præterea qui fieri põt, vt poteſtatis mens omnia intelligat, ſi effectrix mens quę principatum obtinet, atq; illam in actum perducit, non intelligit oia? An mens quæ primo illuminat, vna eſt, quę vero illuſtrant & illuſtrantur, plures ſunt, quemadmodum & lumen. Nam etiam ſi vnus numero & ſolus fulget ſol, lumẽ certe modo quodam in aſpectus diuidi ac diſtribui fatendum eſt. Nam & propter hanc cauſam Ariſto. mentem effectricem lumini, non ſoli, Plato vero ſoli comparauit, qui eandem ipſi bono proportione reſpondentem facit. Quod ſi nos qui ex poteſtatis mente & effectrice conſtamus, oẽs ad effectricem ſolam reducimur, à qua ẽt conſtituimur, minime mirum videri debet. vnde.n. nobis impreſſæ cões animi notiones? vnde nam illa ſimilis vocum Simplicium, & primorum pronuntiatorum intelligentia nullo docente profecta eſt? quandoquidem alter alteri noſtræ mentis ſenſa cõicare minime poſſemus, niſi vna & eadem in nobis vigeret mens, cuius nos oẽs eſſemus participes. Atq; illud Plato. veriſsimum eſt, niſi quædam mens hoĩbus ingenita ſit, quæ nonnullis aliud quid exiſtat, aliis vero quicquam aliud, quod idem ſit, ſed aliquis noſtrum aliter quã alij, affectus ſit, non eſſe facile alteri indicare qua perturbatione animi commoueatur. Hoc idem in ſcientiis accidit, in quibus tradendis pręceptor & diſcipulus eadem intelligant, opus eſt, nam niſi doctoris & diſcipuli eadem ſit notio, nec docere nec diſcere vnquam liceret. At ſi ſit eadẽ (vt omnino affirmare neceſſe eſt,) eandem quoque in præceptore, & diſcipulo in eſſe mẽtem fatendum eſt cum mẽtis vis atq; natura cum ſua actione eadem pænitus ſit. Quapropter vni fortaſſe homini datum eſſe videtur, vt docere pariter poſsit & addiſcere, atq; omnino animi ſenſu viciſsim communicare. Hoc autem minime cernitur in belluis. Non.n. earum animis tanta prouiſio & præparatio adhibita eſt, vt ipſæ

ſeparabilis admiſtioniſq; & perpeſsionis expers ſit, nõ tñ æque ac mens effectrix ſeiuncta ſeparataq; eſt. Nã videas rurſus quæſo, quid nam de effectrice dicat Phus, vtq; illã ipſi comparet. Atq; altera quidẽ talis eſt mẽs, vt effici oĩa, altera vt cuncta poſsit efficere, & ita ſe habeat vt habitus quidã veluti lumen. Nam lumen modo quodam efficit, vt colores qui eſſe poſsint, ſe ipſa colores exiſtant. Atq; hæc ſane effectrix mens ſeparabilis eſt & impatibilis, & nulli rei prorſus admiſta cum eius ſub a actu ſit, nam ſemper id quod agit eo, qđ patitur, & principium q̃ materia melius eſt. Hoc aũt par eſt atque idem valet, ac ſi dixerimus ſolẽ ſuo ſplendore magis ſeparabilem. Quare ſatis perſpicuum eſt, Ariſto. quãuis ambas mentes ſeparabiles ſtatuat, effectricem tñ magis ſeparabilem, magis impatibilem atq; oĩ admiſtione magis vacuam arbitrari. Ea quoq; vtriuſq; mentis diſsimilitudo eſt, qđ mens quæ pôt, tpis ordine, effectrix vero nã & perfectione ptior nobis ingenita ſit. quamuis & illud magis verum. Non tempore ſimpliciter ptãtis mentem, ſed rõne ſingulorum hoĩum, quos cõſtituit, prius accedere. quo etiam modo nec regi præcurſor, nec lumen ſplendori, nec fructibus flores ſimplr antecedunt. Cõem aũt mentem qua quidem homo ex aĩa conſtans & corpore cõſtituitur, diſſolubilem & interituram eſſe affirmat. in hac iræ & cupiditates exiſtũt, quas etiã perturbationes eſſe mortales exiſtimat Plato quod ſane ex iis verbis ſatis patet, quæ ſunt poſita in Timæo. Dij ſumpto ĩmortali aĩæ initio, mox mortali corpore ipſam induerunt, atq; eidem aliam quãdam mortalẽ animæ formam adiunxerunt, quæ quidem graues in ſe ac neceſſarias affectiones continet, voluptatem in primis maximam malorum eſcam. Dolores deinde, qui bona in fugam conuertunt. Audaciam & metum amentes conſiliatios. Iram quæ placari vix poſsit ſpem quæ facile ducit: quas cũ ſenſui rõnis experti & Amori, qui oĩa aggreditur & tentat, admiſcuiſſent, mortale aĩæ cõſtituerũt genus, ac propter hæc oĩa veriti, ne pars diuina (niſi quantum ſumma vrgeret neceſsitas) pollueretur, mortalem anguſtiam & terminum capitis & pectoris, ſeorſum ab illa collo interiecto & medio poſuerunt. Ergo in præcordiis atq; in ea corporis parte quæ pectus vocatur, mortale aĩæ genus concluſerunt. tandem ipſe cũ quæ de anima diſputaſſet, ſummatim collegiſſet. Atq; hæc inquit habuimus, quæ de aĩæ mortalitate & ĩmortalitate diceremus. Rõnes vero ferè plurimæ & grauiſſimæ, quas inueſtigauit de aĩæ ĩmortalitate, ad mentem debent referri, quarũ vna ex eo ducitur, qđ aĩa ſe ipſam moueat. Demrãtum eſt. n. ſolam mentem proprio motu cieri & ſuo: quamuis cũ motum dicit, eius actio intelligenda ſit. Altera quæ diſciplinas eſſe memorias & recordationes accipit. Tertia quæ mentem eſſe Deo ſimilem ſtatuit. Poſtremo etiam reliquæ rõnes, quæ maiorem oĩbus aliis fidem faciunt, menti facile accommodari poſſunt: quemadmodum & illæ quæ ab Ariſtot. in Eudemo conſtructæ ſunt: ex quibus perſpicuũ eſt Platonem ſolam mentem, quæ ipſius animæ facultas quędam eſt, ĩmortalẽ cenſuiſſe. Affectiones contra ac perturbationes caducas & mortales eſſe vna cum illa ratione quæ perturbationibus commouetur, quam mentem patibilem Ariſtoteles nuncupat.

NOGAROLAE SCHOLIA.

De aĩæ ĩmortalitate pluribus in locis diſputat, Pla. in Phædro et in Phædone, in Menone, ĩ prĩo de Rep. et 12. de legibus. *ὥσπερ καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἀριστοτέλους ἐξειργασμένων ἐν τῷ εὐδήμῳ. i. quemadmodum & illæ rõnes, quæ ab Ariſt. in Eudemo confectæ ſunt Ariſtotelem habuiſſe ſocium ſeu familiarem noĩe Eudemum, patria Cyprium teſtatur Cicero de diuina. lib. primo. Quid ſingulari uir ingenio Ariſt. & pene diuino ipſe ne errat, an alios uult errare? cum ſcribit Eudemum Cyprium familiarem ſuum iter in Macedoniã facientem Pharas ueniſſe, quæ erat urbs in Theſſalia tum admodũ nobilis, ab Alexan. autem tyranno crudeli dominatu premebatur. in eo aũt oppido ita grauiter ægrum Eudemum fuiſſe, ut oẽs medici diffiderent: & uiſum eſſe in quiete egregia forma iuuenem, dicere, fore ut breui conualeſceret, paucisq; diebus interiturum Alexandrum Tyrannum, ipſum autẽ Eudemum quinquennio poſt domum eſſe rediturum. Atq; ita quidem prima ſtatim ſcribit cõſecuta, & conualuiſſe Eudemum, & ab uxoris fratribus interfectum tyrannum. Quinto autem anno exeũte quum eſſet ſpes ex illo ſomnio in Cyprum illum ex Sicilia rediturum, præliãtem eum ad Syracuſas occidiſſe hæc Cicero. cuius Eudemi noĩe librum quendam de moribus in VIII. diſtributum uolumina inſcripſit Ariſto. ἠθικὰ εὐδήμια qui nunc habetur uulgo. Ad hunc item eum ipſe moreretur Ariſto. compoſuiſſe de animo dialogum, Plutarchus, aſſerit in uita Dionis, cuius hæc ſunt uerba. συνέπρεπον δὲ καὶ τῶν πολιτικῶν πολλοὶ καὶ τῶν φιλοσόφων, ὅ τε κύπριος εὔδημος, εἰς ὃν ἀριστοτέλης ἀποθανόντα τὸν περὶ ψυχῆς διάλογον ἐποίησεν. Huius eiuſdem dialogi meminit idem Plutarchus in conſolatoria ad Apollonium, ubi ita ſcribit. τοῦτο δέ φησιν ἀριστοτέλης καὶ τὸν σειληνὸν συλληφθέντα τῷ μίδᾳ ἀποφήνασθαι. βέλτιον δὲ αὐτὰς τὰς τοῦ φιλοσόφου λέξεις παραθέσθαι, φησὶ δὲ ἐν εὐδήμῳ, ἢ περὶ ψυχῆς ταυτί. Verum hũc dialogum noĩe ſocij & familiaris Eudemi Eudemum nuncupatum à philoſopho facile ſuſpicor, eumq; eſſe, quem hoc in loco adducit Themiſtius. quamuis conuenire cũ Cicerone Plutarchus hac in re non uideatur. qui. n. hic dicere potuit ad morientem miſiſſe Dialogum? Si (ut ex Ariſt. affirmat Cicero) præliãns Eudemus ad Syracuſas occubuerit? An morientem Eude. intelligi debet, nõ quod dum ille ageret animam, Ariſtoteles miſerit, (nam id eſſet intempeſtiue factum) Sed quod ad ipſum Pheris grauiter ægrotantẽ, à medicis deſperatum ac derelictum, ut quaſi mori uideretur, miſerit dialogum, quem poſtea quam ipſe conualuit, legere cõmode potuerit. Aut quod ad eundem apud Syracuſas quidem uulneratum, ſed nõ ſtatim mortuum perferri curauerit. in hoc aũt dialogo, qui (ut modo dixi) negligẽtia hoĩum amiſſus eſt, aĩæ humanæ immortalitatem Ariſt. oſtendiſſe oĩno cenſendum eſt, tum quod hoc ipſum dicat Themiſtius, tum etiam quod ex eodem Ariſt. dialogo Plutarchus in conſolatoria, ea adducat uerba, quibus mortuos eſſe beatos & felices aſſeritur. Hoc aũt de iis, quorum animus una cum corpore interierit, minime dici poteſt, ea autem ita ſe habeat.*

διόπερ ὦ κράτιστε πάντων καὶ μακαριστότατε καὶ πρὸς τὸ μακαρίους καὶ εὐδαίμονας εἶναι τοὺς τε τελευτηκότας νομίζομεν. adde quod ipſe ad morientem ſcribens, inepte feciſſet, ſi illum (ut credi par eſt) à mortis metu liberare cupiens, una cum corpore extingui animam demõſtraſſet. in Eudemo igitur. i. in dialogo ita ad Eudemum inſcripto, non efflantem animam, ſed periculoſe ægrotantem interpretari oportet. Quibus expoſitis ſatis apparet Magno Alberto minime eſſe credendum, qui in commentariolo de libris licitis & illicitis affirmat libellum ad Alexandrum compoſuiſſe Ariſtotelem

omnium peſſimum, quem nonnulli appellant animæ, mortem. non. n. tantam in eo philoſopho inconſtantiam & leuitatem fuiſſe debemus ſuſpicari, ut cum primum Alexandro animã hominis eſſe mortalem oſtenderit, Eudemo poſtea mortem nihil aliud eſſe quam aĩ à corpore diſceſſum ſuadere conatus ſit. Niſi forte dixeris Ariſtotelem in conſolando. Eudemo rationi temporis inſeruire. At iſtud facere tantum philoſophum minime decuit præſertim in ea diſputatione, quæ omnem rem cauſamq́; contineat.

φθαρτὸν δὲ λέγει τὸν κοινόν, καθ᾽ ὃν ὁ ἄνθρωπος ὁ συγκείμενος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος. *cõem autem mentem qua quidem homo ex anima conſtans & corpore conſtituitur, diſſolubilem & interituram eſſe dicit. His Themiſt. uerbis perſpicue patet extremam & ultimam hoĩs formam, qua homo eſt, eſſe uim illam materiatam & diſsipabilem, quæ cogitatio ſeu cogitatiua & mens patibilis nuncupatur. de qua tamẽ re non parua inter philoſophos recentes diſſenſio eſt.*

THEMISTII DIGRESSIO.

At.n. perturbationes animę humanę non ſunt rõnis omnino expertes, quippe quæ rõni pareant & obediant inſtituantur & monitis ducantur, beſtiarum autem affectus aut rõne prorſus carent, aut ſi quod in eis apparet rationis veſtigium, id omne & tenue obſcurumq́; eſt. At quæ in anima humana perturbationes reſident, coniunctæ rationi copulatęq́; ſunt. Nam audacia timor & ſpes affectiones ſtatim eius animæ videntur eſſe, quæ ratione prędita eſt: propterea quod futurum tempus proſpiciat, quod belluæ minime faciunt, quippe quæ præſentia voluptatis lætari, doloris angi tm̃ ſoleant. atque hæ quidem belluę nullum oĩno in ſeipſis ſenſum habẽt, nec rõnis nec intelligẽtiæ. Humanæ vero perturbationes adeo ſunt rõnis compotes, vt ſi mediocritate quadã moderentur, virtutes effici facile poſsint. Hoc aũt perſpicue indicat earum naturam non eſſe rõnis expertem, ſed moderatione vacuam. Ac non male quidem Zenonis diſcipuli, qui humanas perturbationes rõnis peruerſitates & aberrantia à rõne iudicia eſſe ſtatuunt. Hoc ſane perinde eſt ac ſi dixeris mentem patibilem & perturbationem rõnis participem, hoc eſt perturbationem aĩ humani quæ quidem ob id quod mens in corpore domicilium habeat, rõnis efficiuntur cõpotes & rõni obedientes. Non. n. fieri aliter poteſt, vt mens corpus inhabitet, niſi perturbationibus mediis & interiectis connectatur apteturq́;. Nam (vt ait Diuus Plato) purũ ab impuro cõtangi nefas eſt. Dij (inquit) cũ imortale aĩæ initium accepiſſent, ei mox mortale corpus fabricarunt, quod ſane vt fieri poſſet, atque vt ĩmortale principium collocaretur in corpore, aliud inquit attexuerunt aĩæ genus mortale & caducum. Vinculum. n. quod rem immortalẽ aſtringit cum mortali, ipſum quoq; eſſe mortale neceſſe eſt. Nam cum res mortalis interit vinculum quoque rei immortalis, quod cum ea mortalem connectit, ſimul interit ac diſſoluitur.

NOGAROLAE SCHOLIA.

καὶ οὐ κακῶς οἱ ἀπὸ Ζήνωνος τὰ πάθη τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς τοῦ λόγου διαστροφὰς τιθέμενοι καὶ λόγου κρίσεις ἡμαρτημένας *quod eſt, ut ego conuerti, ac non male quidem Zenonis diſcipuli, qui humanas perturbationes rationis peruerſitates et aberrantia à ratione iudicia eſſe ſtatuunt. Cicero perturbationes animi humani quid nam ſint, ex Zenonis ſententia alijs uerbis explicuit. ita. n ſcribit Tuſcul. quæſtio. Libro quarto ſit igitur hic fons. utamur tamen in his perturbationibus deſcribẽdis Stoicorum definitionibus & partitionibus, qui mihi uidentur in hac quæſtione uerſari acutiſsime.*

Eſt igitur Zenonis hæc definitio, ut perturbatio ſit, quod πάθος *ille dicit, auerſa à recta ratione contra naturam animi commotio.*

THEMISTII DIGRESSIO.

Verum lõge melius fore arbitror, ſi Theophraſti verba de mente ea q̃ poteſt, ac de effectrice apponã huic loco. Et de illa quidem hæc dicit. Mens quonammodo cum extrinſecus accedat, ac veluti aductitia adiecta ſit congenita tamen exiſtat, & quæ nã ſit eius natura, quærendum eſt. nam ipſam actu nihil eſſe, poſſe autem oĩa, quemadmodum & ſenſum recte dicitur. non. n. ita intelligi oportet, vt ipſa nihil omnino ſit, (nam qui hoc diceret, contentionem excitaret,) ſed vt potentiam quandam, quę ſubiicitur qualis eſt in rebus materiam continentibus. Verum quod dicitur mentem extrinſecus accedere, nõ ita ſtatuẽdum eſt quaſi externa aduentitiaq́; ſit, ſed veluti nos à primo ortu complectatur & foueat. Sed qui nam mens efficitur illæ res, quæ rõne comprehenduntur: & hoc ipſum pati quid nam eſt? Nam menti accidat perpeſsio neceſſe eſt, ſi ipſa in actum perduci debeat, ſicut & ſenſui. Sed cum eadem vacet corpore, qui fieri poteſt, vt à corpore patiatur muteturq́; ac ſit ne motus principium ab illa, an à ſeipſa patiatur. nam ab illo affici videri poſsit, cum nihil à ſeipſo patiatur. At qđ ipſa initium ſit oĩum & in eadem ſitum ſit intelligere & non intelligere, vt in ſenſibus à mente proficiſcitur, quamuis fortaſſe & illud abſurdum videri poſsit. Mentem materiæ naturam habere, quæ nihil actu ſit, ſed poteſtate exiſtat oĩa. & reliqua quæ longum eſſet apponere, (quãquam q̃ ipſe dixerit, nõ pluribus verbis, ſed admodum paucis & breuibus expoſuerit, ſiquidem re vera complures difficultates, multas infitiationes & diſſolutiones ĩnumeras plene cõtinent. Hæc aũt poſita ſunt in quinto naturalium, qui eſt ſecundus de anima liber.

Ex quibus quidem oĩbus perſpicuum eſt eadem ferè de mente quæ poteſt, Ariſtotelem & Theophraſtum quærere, vtrum. ſ. extrinſecus adueniat, an cõgenita ſit, qui etiã quo pacto extrinſecus accedat, & quonam mõ congenita ſit, conantur exponere. Hanc aũt & impatibilem & ſeparabilem aſſerunt, vt mentem effectricem, qui actu conſiſtit. impatibilis (inquit) eſt mens, niſi ſit aliter ĩpatibilis, atq; ita ab ea patibilis, vt nulla rõne mobilis intelligi debeat. (motus. n. inchoatus ĩperſectusq́; eſt) verum vt actum acquirit progrediens etiam addit, ſenſus ipſos non eſſe ſine corpore, mentem vero ſeparatam & abiunctam. præterea Theophraſtus cũ quæ de mente effectrice Ariſto. tractauerant, attigiſſet, illud (inquit) videndũ eſt, quod in vniuerſa natura dicimus duo inueniri, alterum vt materiã & poteſtate cõſiſtẽs, alterum vt cauſam, atq; efficiens, ac ſemper quod agit, quod patitur, & principium quam materia, præſtantiora eſſe. Hæc ſane etiam ſi laudat Theophraſtus & probat, in dubium tamen reuocat, quænam ſint hæ duæ naturæ, & rurſum quid menti effectrici ſubſternatur, aut coaptetur. Nam ex effectrice, & ea quæ poteſt, mixta eſt modo quodam noſtra mens. quare ſi congenita eſt, vt ſtatim ac perpetuo moueat neceſſe eſt. Si vero poſterius adueniat, quæri etiam oportet, quo cum veniat, & vnde eius origo ducatur, Ortu igitur videtur carere, quandoquidem nullus ad eam venit interitus, quare cum inſita innataque ſit, cur non ſemper mouet? aut

vnde

vnde obliuio & error & falſitas oritur? an ipſa admiſtio in cauſa eſt? Ex iis omnibus ſatis patet nos non male ſuſpicari Ariſtotelem & Theophraſtum cenſuiſſe aliam eſſe mentem patibilem & interituram, quam vocant communem & à corpore inſeparabilem, cui quidem corpori, cum hæc mens admiſta ſit, propterea nos capi obliuione, & falli Theophraſtus aſſerit, aliam vero quaſi ex ea mente cui potentia adiuncta eſt, & effectrice compoſitam, quam & à corpore ſeparabilem eſſe ſtatuunt: nunquam interituram, nec vllo ortu generatam ita has mentes modo quodam duas naturas, quodam modo vnã faciunt, cum id vnum exiſtat, quod ex materia & forma concretum eſt. Verum (quod modo dixi) velle philoſophorum ſententias explicare alterius otij diligẽtiæq́; eſt. At vero quid Ariſt. & Theophraſtus ac fortaſſe multo magis Plato de hac mẽte perſpectum habuerint & cognitum, maxime ex iis verbis quæ colligimus, accipi poteſt. Quare & hæc exponere fortaſſe facile in promptuq́; eſt.

ARISTOTELIS PART. XXI.

Indiuiduorum intelligentia in iis verſatur, in quibus non eſt falſum. At in quibus verum falſumq́; eſt notionum quędam habetur complexio, veluti vnum eorum, quæ ſunt vt dixit Empedocles.

Multorum capita exiliunt ceruice ſine vlla.

Quæ poſt iungit amor.

Ita & hæ quæ ſunt ſeparatæ, connectuntur, vt Aſymmetros & diametros.

THEMISTII PARAPHRASIS.

Hæc igitur poteſtatis mens cum propriam accepit formam mẽtis effectricis illuſtrata lumine, ſimplices primo & indiuiduas notiones in Categoriis explicatas intelligit, in quibus nondum verum falſumq́; verſatur: Mox ipſa progrediens eaſdem inter ſe componit, ac cõnectit, vt Socrates & ambulat, in quibus verũ falſumq́; eſt: quamuis non componat, quaſi aceruum conſtruẽs, ſed non aliter q̃ ſi quæ multa ſunt vnum efficiat, & magnam ſimplicium notionum copiam in vnam deducat notitiam. illud enim huiuſmodi eſt. Socrates ambulat: Quæ notionum compoſitio illi membrorum compoſitioni, quam finxit Empedocles, aſsimilari poteſt. Hæc autem animalium membra cum ſint diſperſa & diſsipata, cogit & connectit amicitia. Atque vt ille minime cenſet, ex omni membrorum ſtructura animal conſtitui, ita nec Ariſtoteles omnem notionem compoſitionem putat eſſe veram, ſed veram aliam, aliam non item, verbi gratia, ſi lineam mediam ad latus habere menſuram protuleris, mentieris, ſin non habere, verum dices. Deinde vt apud Empedoclem ex membris ſimplicibus ſimplex animal componitur, ita & apud Ariſtotelem ex ſimplicibus notionibus ſimplex ſtruitur oratio.

NOGAROLAE SCHOLIA.

καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς ἔφη,
ᾗ πολλῶν μὲν κόρσαι ἀναύχενες ἐβλάστησαν

Hoc idem Empedoclis carmen adducit Ariſtoteles primo libro de ortu animalium.

οἷον καὶ τὸ ἀσύμμετρον καὶ ἡ διάμετρος. hoc utitur exemplo philoſophus ad ueritatem oſtendendam, cum ſit omnino uerum nullam mediæ lineæ ad latus eſſe menſuram, ſicut ad falſitatem eius oppoſito, ut primo poſterio. patet, ubi ita ad uerbum ſcriptum eſt ἀληθῆ μὲν δεῖ εἶναι, ὅτι οὐκ ἔστι τὸ μὴ ὂν ἐπίστασθαι, οἷον ὅτι ἡ διάμετρος σύμμετρος. Eſt aũt διάμετρος ut XIV. particula problema definit Ariſtoteles. μόνη τῶν δίχα διαιρουσῶν τὰ εὐθύγραμμα ἡ ἐκ γωνίας εἰς γωνίαν ἀγομένη γραμμή, quod eſt (ut Theodorus interpretatur) linea de angulo ducta in angulum ſola ex omnibus, quæ figuras rectis conſtantes lineis bipartito ſecant.

ARISTOTELIS PART. XXII.

Si vero eorum quæ fuerunt, eruntq́; tẽpus ad vnum intelligit & componit. Nam falſitas in compoſitione ſemper conſiſtit. Nam ſi album eſſe nõ album dixerit, quod eſt non albũ compoſuit, verum contingit etiam diuiſionem omnia dicere. Sed tamen veritas & falſitas non in eo tantum conſiſtit Cleon eſt albus, verum & in his Cleon fuit, aut erit albus. facultas vero, quæ quodlibet vnum efficit, ea eſt mens.

THEMISTII PARAPHR.

Tempus vero vna cum multis rebus intelligit, idq́; cum de iis vel vt præſentes, vel vt inſtantes, futura que ſunt, cogitat. Atq; hoc ſane proprium eſt mẽtis munus, aut illius virtutis, quæ imaginatione præſtantior excellentiorq́; eſt, res ipſas vna cum tempore præterito aut futuro percipere. Nã ſenſus & imaginatio omnino tempus comprehendere nequeunt, & illud potiſsimum qđ iam abierit, aut venturum ſit. cum nullum in anima viſum, nec ſenſus quemadmodum nec ſpecies illius hominis in eſſe poſsit, qui iam philoſophiam profeſſus ſit aut cucurrerit. Sed vnaquæque res tanquam nunc adſit præſensq́; ſit, ſenſum & imaginationẽ mouet. Tempus autem ſimul intelligere ad mentem attinet, in quo etiam verum apparet & falſum. Nam hæc propoſitio Cræſus Lydus fuit, vera eſt, illa vero Cræſus eſt lydus, falſa. Atque hæc quidem mens quod rei ineſt, quemadmodum ineſt, componit, cum dicit, nix eſt alba. frequenter etiam id quod ineſt, quaſi non inſit enuntiat, veluti cum format propoſitionem illam, nix non eſt alba. Nã tum componit atq; efficit, vt candor niui non inſit. Si quis vero exiſtat, qui huiuſmodi propoſitiones diuiſionem non compoſitionem vocet, non aget perperam, nam diuiſioni negatio, affirmatio compõni aſsimilis eſt. quãuis oẽs fortaſſe diuiſionis noĩe poſsint appellari. Siquidem eas res quas imaginatio à ſenſu confuſas accepit, mens ſecat & diuidit. illa .n. Socrates ambulat vt vnũ cogitat & informat. Mẽs vero Socrates ſeorſum, ambulat ſeorſum diuidit, ac ſeparatim enuntiat, quæ ſeparata non ſunt: quãquam rurſum quæ ſeiunxit, ea vnum efficit. Nam vna oratio, atq; vna notio hæc eſt, Socrates philoſophatur, in qua quidem oratione tanquam vna ſit, veritas falſitasq́; verſat. Hæc igitur duo ſunt propria mentis munera: & quod plures notiones poſsit in vnã veluti vnam colligere, & quod res ipſas vna cum tempore intelligere ac comprehendere: quorum neutrum nec ſenſui nec imaginationi tributum eſt.

NOGAROLAE SCHOLIA.

πολλοῖς δὲ πρὸς τοῖς τὸν χρόνον his Them. uotis uerbis Ioannes Montes Docca Hiſpalenſis præceptor meus dũ Patauij philoſophiam publice profiteretur, in omnibus Ariſto. græcis codicibus mendum ineſſe putabat, nam cum in hac XXII particula uulgo ſcriptum ſit, εἰ δὲ τῶν γενομένων ἢ ἐσομένων τὸν χρόνον προσεννοῶν καὶ συντιθείς tria illa uerba προσεννοῶν ueluti biantia & à propoſito aliena conſtringi & unum effici uerbum προσεννοῶν iubebat, ut eſſet ſenſus, cum uero mens eorum quæ fuerunt, futuraque ſunt tempus ſimul intelligit ac componit. πρὸς enim prępoſitio ſi

alicui addatur uerbo, & cum eodem connectatur, idem quod ſimul ac cum & una ſignificat, quod ſane οἱ τῷ περὶ σημεία verſatis apparet. quod eſt (ut in lib. de interpretatione declarat Ammonius) τὸ περὶ τῷ πρώτῳ δηλουμένῳ καθ' αὑτὸ δύναται λέγειν καὶ ἄλλο τι συμφαίνειν. i. cum eo quod primũ oſtenditur, aliquid aliud ſignificare item & in uerbo προσανιάσθαι, quo uſus eſt Ariſto. in libello de memoria et recordatione, & in alijs compluribus perſpicuum eſt.

ARISTOTELIS PART. XXIII.

Cum biſariam dicatur indiuiduũ aut poteſtate, aut actu nihil prohibet, cum longitudinem intelligit. (Eſt enim ea actu indiuidua) indiuiduum intelligere & in tpe indiuiduo. Nam tempus quemadmodum longitudo, diuiduum indiuiduumq; eſt. Non igitur licet dicere, in vtroq; dimidio quid intelligat, nam non eſt niſi ſit diuiſa, niſi poteſtate ſeparatim autem cum vtrunq; dimidium intelligit, ſimul etiam tempus diuidit, ſed tũc veluti longitudines, ſi vero vt ex ambobus & in tempore, quod vtriſq; eſt.

THEMISTII PARAPHR.

Simplex & indiniduum dupliciter dicitur, vno modo cum neq; poteſtate neque actu diuiduum eſt, quales ſunt formę illę, quæ carent materia & ipſum punctum: altero cum poteſtate quidem diuiduum eſt, actu vero indiuiduum, vt linea & omnis magnitudo. Mens igitur & tempus quo ipſa vtitur ad res intelligendas, diuidua pariter, indiuiduaq; ſunt: nam cũ formas percipit à materiæ cõcretione prorſus abſtractas, ambo penitus ſunt indiuidua & tempus & mens. At vero cum quæ poteſtate diuidua, actu aũt indiuidua ſunt, intelligit, ipſa quoq; actu indiuidua in indiuiduo intelligit, nõ hanc eius partem i hoc temporit dimidio dimidiam, & in alio aliam. Nam ita duas longitudines, non vnam perciperet. Si vero longitudinem in longitudines diuideret, vt tempus quoque in partes ſecaret, neceſſe eſſet.

ARISTOTALIS PARTI. XXIIII.

Quod vero forma non quantitate eſt indiuidnum, id mens tempore indiuiduo, & indiuidua animæ percipit intelligentia, fortuito tamen, non quia illa ſint diuidua quo intelligit & quo tempore, ſed quia ſunt indiuidua. Nam etiam ſi in iis aliquod ineſt indiuiduum, ſed fortaſſe non ſeparabile, quod quidem tempus vnum & magnitudinem vnam efficit, atque hoc ſane in omni continnato & tempore & longitudine ſimiliter continetur.

THEMISTII PARAPHR.

Quod vero ſpecie non quantitate eſt indiniduum vt homo & Socrates, ambo enim ſpẽ ſunt indiuidua, nã hominis notio nequaquam ſpecie diuidua eſt, quod ſi in ſingulos diuiditur, id tamen Socratis notioni minus accidit. Ergo hæc quæ ſpecie & forma ſunt indiuidua, indiuiduo tempore & indiuidua comprehendit intelligentia, nõ enim vnam Socratis medietatem in alio temporis dimidio, in alio aliam percipit, nec cum ſimplex profertur dictio vt homo, notionis compoſitio ad verbi curſum extenditur accommodaturq;. Et.n. hoc iam eſt admirabile mẽtis munus, vt in tempore exaudiat, in non tempore intelligat, ſed in temporis puncto ac momento, quod ſane aut oĩno tempus non eſt, ant tempus indiuiduum Hæc eadem quoq; indiuidua comprehenſione intelligit, nec ita (vt mudo dixi) ad nomen ſe extẽdit, vt pro ratione partium nominis & oĩum ſyllabarum notionis quoq; partes concipiat. Sed potius etiam ſi nomen ſit diuidnum, notio certe indiuidua eſt. Quod ſi quis notionem contendat eſſe diuiduum verum profecto dixerit, ſi eam fortuito & ex euentu non quia diuidua ſit, diuiduam eſſe affirmet, ſed quia nomen & vox, per quam exprimitur notio atq; comprehenditur, diuidua ſunt, ad quã quidem vocem quæ dinidua eſt, notio indiuidua modo quodam qui dictu difficilis eſt, aptatur accommodaturq;. Verum pleraq; ſunt, quæ temere & fortuito ſunt indiuidua, non quia ipſa talia ſint, ſed potius quoniam illa, per quæ cognoſcuntur, ſunt indiuidua. nam ita etiam fit, vt extremũ temporis in quo intelligit mens, ex euentu diuiduum dicamus, propterea quod momentum tempori accidat, cuius eſt finis & per quod cognoſcitur. Nam niſi præſens annus, menſit, dies & hora latitudinis momẽtum explerẽt ac perficerent, hoc momentum quod eſt indiuiduum, nullo modo poſſemus percipere cuius quidem rei ea eſt cauſa, quod quæ ſecantur diuiduntur q;, aliquod indiuiduũ, quæ compoſita concretaq; ſunt, quippiam ſimplex & ſolitarium in ſe ipſis omnia contineant, quod fortaſſe nec ab illis ſeparari, nec per ſe ſubſiſtere vlla poteſt ratione, ſed continent tamen. nam nec ſignificatio à voce quæ ſignificat, ſeiungi, nec ſine voce efferri valet. Iã vero nec quiſquam fortaſſe aliquid ſecum intelligat, & cogitet, niſi verbis quibuſdam ſe ipſum admoneat. Sed tamen hoc eſt illud quod efficit, vt verba quæ ſuas habent partes, propriis priuentur partibus, & cum diuidua ſint, reddantur induidua.

NOGAROLAE SCHOLIA.

ἀλλ' ἡ Ζήναμα καὶ φωνάδιας καὶ πεσφίρι τε, αὐτὸ καὶ σαεῖ καὶ, uerba ſunt græca Themiſtij uulgo ſic ſcripta, quorum extremã, quę duo ſunt, τοεῖ καὶ, unum feci, τοεῖ τε legendum ſtatuens.

THEMISTII PARAPHRASIS.

Simili modo indiuidui rõ tam in tempore, quàm in longitudine ac generatim in omni continuata re cernitur, quæ ſane vt longitudo ſit vna atq; vt vnum ſit tẽpus, efficit. Quod enim continuatum eſt atq; cohærẽs, id etiam ſit vnum oportet. Quapropter ſtadium vnum diem vnum, & menſem vnum eſſe dicimus. Hoc aũt nihil eſt aliud, quã indiuiduum in longitudine & tempore, in rebus aũt compoſitis id quod compoſitione caret, contineri. nam niſi ita ſit, omnis profecto diſcreta eſſet quantitas, & quãtitas, omnis multitudo. Atqui multitudo nunc vno continetur, nec ſolum continuata inuenitur quantitas. Verum etiam diſcreta. nam binarius numerus, ternarius ac denarius multitudines ſunt, vnius complexu cohærentes.

NOGAROLAE SCHOLIA.

In categoriis capite de quanto philoſophus modum declarat, quo continuata quantitas à diſcreta diſtinguitur, quodnã item ſit illud punctum ſiue indiuiduum, quod tempus eſſe unũ & magnitudinem unam efficit.

ARISTOTELIS PARTI. XXV.

Punctum autem & omnis diuiſio, & quod ita eſt indiuiduum, oſtẽditur vt priuatio & ſimilis rõ in aliis eſt, verbi gratia, quo pacto malum aut nigrum cognoſcit, nam contrario modo quodam comprehendit, verum vt vis quæ cognoſcit, poteſtate ſit, atq; vna in ſeipſa exiſtat, ne-

ſtat, neceſſe eſt, quod ſi aliqua eſt cauſa, quæ nulli ſit cõtraria, ipſa ſeipſam cognoſcit, & actu eſt & ſeparabilis.

THEMISTII PARAPHRA.

At cum punctum & temporis momẽtum indiuidua eſſe dicimus, ea aliter indiuidua atq; incõpoſita oportet intelligere, quam illud rerum genus, quod natura & per ſe ipſum eſt indiuiduum. nam punctum & temporis momentum priuatione continuationis ſunt iudiuidua. quapropter has res mens ipſa adhunc modum cognoſcit ac definit. non. n. in eaſdem aciem ſuam appellit ac dirigit, cum propria careant forma, ſed ſpatium & magnitudinem, quorum illa extrema ſunt, abſtrahit ac ſeiungit. Nam menti & ſenſui commune eſt vt nonnulla, eorumq; vim ac naturam appulſu cõprehendant, alia priuatione abſtractioneq; percipiant. Siquidem vt ſenſus oculorum, appulſu candorem & lumen, priuatione nigrorem & tenebras percipit, ac quemadmodum auditus appulſu vocem, ſilentium priuatione, ita & mens bonum appulſu, priuatione malum intelligit. Atque illud platonicum vigebit de materia, eam eſſe adulterina cogitatione comprehenſibilem actio enim illegitima tam mentis quàm ſenſus ea vere cenſenda eſt, quæ quidem non cum formæ innitimur, ſed cum ab ea recedimus fieri conſueuit.

NOGAROLAE SCHOLIA.

Ex hãc Themiſtij Paraphraſis parte perſpicue ſumitur duplex eſſe earum rerum genus, quæ quidem diuidi & ſecari nullo modo poſſunt, unum φύσει καὶ τὸ καθ' αὑτὸ ἀδιαίρετον, hoc eſt, quod habetur natura & per ſe indiuiduum, in quo Deus & reliquæ mentes à materia abſtractæ reponuntur, alterum priuatione continuitatis indiuiduũ, ut punctum continuatæ quantitatis & momentum temporis. Hæc aũt duo, diuiſiones appellauit philoſophus, cum dicit punctum, & omnis diuiſio, & quod ita eſt indiuiduum ut temporis momẽtum & punctum quantitatem continuans. dicuntur aũt diuiſiones, quoniam ut illo tempus ipſum, ita & hoc quantitas continuata diuiditur, quorum utrique id in categorijs attribuit Ariſt. ut ad punctum (nam & momentum temporis punctum dicimus) in quanto poteſtate contentum copulentur aptenturq; eorum partes ueluti ad communem terminum. quod tamen non de punctu quod lineam finit & terminat, ſed quod continuat, intelligi debet.

Ex quo ſatis apparet Ioannem grammaticum à Themiſt. longe diſſentire, nam ille lineam & ſuperficiẽ habendas eſſe diuiſiones putat, eo quod ratione illius dimenſionis qua carent, ſunt indiuiduæ Themiſtius uero diuiſionis nomine non niſi punctum & temporis momentum intelligit. Sic enim ait ὅταν δὲ λέγω τὴν στιγμὴν ἀδιαίρετον, καὶ τὸ νῦν, ἕτερον τοῦτο τοῦ κατὰ συνέχειαν ἀδιαιρέτου καὶ ἀσυνθέτου ὃ ὅπερ ἐστὶ φύσει καὶ καθ' ἑαυτὸ ἀδιαίρετον. ταῦτα γὰρ τῇ στερήσει τοῦ συνεχοῦς ἀδιαίρετα οὕτω γοῦν αὐτὰ ὁ νοῦς καὶ νοεῖ καὶ ὁρίζεται. Aduertat quoq; diligens lector Themiſtium à uerbis philoſophi, non tamẽ à propoſito digreſſum nos admonuiſſe mentem & ſenſum in hoc conuenire, quod aliquas res appulſu, nonnullas priuatione percipiant, quam diſtinctionem cum præmiſiſſet, materiam hoc ſecundo modo comprehendi authoritate Platonis aſſeruit, cuius quidem uerba etiam ſi aliter referantur à Themiſtio, tamen apud utrunque eandem ferè uim habent. Nam quod in præſentia ex Timæo recitat Themiſtius loquens de materia, ὅ τι νόθῳ λογισμῷ ληπτόν, Sic antea dixerat Plato, λογισμῷ τινι νόθῳ μόγις πιστόν. Hæc autem ſententia non eſt Platoni attribuenda ut γεγραμμένα ſua, ſed Timæo Locro Platonis præceptori, qui ita prius ſcripſerat in libello de natura τὰν δ' ὕλαν λογισμῷ νόθῳ τῷ μήπω κατ' εὐθυωρίαν νοεῖσθαι, ἀλλὰ κατ' ἀναλογίαν, quorum quidem uerborum primam partem in ſuum dialogum nomine Timæum tranſtulit Plato, ſecundam Ariſto. in primum de phyſica auſcultatione uolumen. Verum Themiſtius idem eſſe κατὰ στέρησιν καὶ λογισμῷ νόθῳ comprehendi nobis oſtenderet. quod nã ſit νόθος ἡ ἐνέργεια præclare expoſuit, de qua quidem nonnulla etiam primo de phyſico auditu. dicit Simplicius, ubi declarans quonammodo adulterina cogitatione cognoſcatur materia, à Plotino non parum uidetur diſſentire, quamuis uterque ſe haberi Platonicum uelit. Hæc autem nos omnia in noſtris in Timæum Locrum commentarijs explicare accurate ſtuduimus.

THAMESTII PARAPHRASIS.

Quemadmodũ igitur ſenſus niſi agendi & non agendi vim in ſe continuat, ſed aliquid ſemper faciat, oculorum aſpectus tenebras nũquam ſentiat, nec auditus ſilentium. ſic ſi aliqua exiſtat mens, quæ ad intelligẽtiam & ignorationem nata aptaq; non ſit, ea profecto nec prauas res, nec illas quę forma & ſpecie careant, vnquam intelliget talis habetur poteſtatis mens, quippe quæ res contrarias contrariis modo quodam percipiat, formas quidem cum aliquid agit priuantia, cum nihil agit, ſed poteſt agere. actus enim & potentia modo quodã contraria ſunt. Ergo ſi aliqua ſit mens, quæ ptãtis non ſit particeps, ea nec priuationes, nec mala comprehendit. Qualis eſſe cenſetur illa mens quæ extrinſecus accedit, ac multo magis prima cauſa, quę ab omni ptãte ſolutior liberiorq; eſt. Hac enim ratione ipſa quoq; & id quod maxime eſt, & quod potiſsimum habetur forma, atque ab omni priuatione & deformitate remotiſsimum eſt, intelligit. Quæ cum ſit eiuſmodi, ſe ipſam comprehendit, cuius ſubſtantiã eſſe actum, & re vera ſeparabilem fateri conſentaneum eſt, quæ nec temporis momento menti quæ poteſt, aptetur, coniungaturq;; Huius mentis effectricis, quãquam ea eſt vis atq; natura, vt cõtraria non intelligat, non tamen ob id vilior & contẽptior habenda eſt, quam illa, quæ eadem comprehẽdit. Nam ea mens proculdubio eſt honoratior, nõ quæ plura numero, ſed quæ meliora ac præſtantiora põt percipere. Nec vero in mente effectrice, quemadmodũ in ea quæ poteſtate deſcribitur, res comprehenſibilis à mente diſtinguitur. Sed potius quia mẽs, ideo rõne comprehenditur, & viciſsim quia ratione comprehenditur, idcirco mens exiſtit, præterea aliter in hac atq; in illa verum cernitur, nam hęc ipſa germana potius veritas eſt, nec redditur ex eo verax, quod rem aliam atq; aliam, ſed quod ſe ipſam intelligat. At noſtra mens tenuem illius gerens ſimilitudinem, non ſimplicem veritatem, ſed eam quæ falſitati contrario nomine oppoſita eſt, nobis oſtendit, vt ſi in affirmatione verum, falſum in negatione neceſſario verſetur. Ex quo ſequitur, vt ipſa falſum vero admiſtum ſemper teneat, atque ita ſimul vtrunque contempletur, ac perſpiciat.

NOGAROLAE SCHOLIA.

δεῖ δὲ δυνάμει εἶναι τὸ γνωρίζον καὶ ἐνεῖναι ἐν αὐτῷ uerba Ariſtotelis in hac particula XXV. quorum cum uaria ſit lectio expoſitio quoq; diuerſa eſt, cõueniunt tñ in hoc oẽs interpretes duas à philoſopho conditiones aſſignari, quæ ut mens priuationes & mala percipiat, requirantur prima eſt ut mẽs

poteſtate

poteſtate conſiſtat, altera de qua non parua diſſenſio eſt, καὶ ἓν εἶναι ἐν αὐτῷ, quod eſt ut unum in ea ſit, atque ita uulgo legitur in omnibus græcis codicibus, quam lectionem illum eſſe ſecutum uidemus, qui primo hunc de anima librum conuertit: atque is eſt ſenſus, oportet, ut unum (intellige oppoſitum) in ea inſit. quo etiam modo exponit Diuus Thomas, ſecunda lectio eſt καὶ ἐν εἶναι ἐν αὐτῷ, ut ἐν εἶναι ſit unum tantum uerbum, non duo, & tunc exponit Simplicius ut in eo ſit non ſolum ut ptãte conſiſtat, uerum etiam ut actu intelligat. Ioannes autem grammaticus εἶναι ἐν αὐτῷ τι. πάλιν τὸ inquit, τὸ γινωσκόμενον συνέχεσθαι ὑπὸ τοῦ γινώσκοντος ἐν αὐτῷ. i. in eo inſit ac rurſum ut, res cognita in eo qui cognoſcit, contineatur, cum ipſam cognoſcit. Ego uero (ſi mihi liceat) hunc locum ita corrigerem, καὶ καθόλου εἶναι ἐν αὐτῷ quod ſane fidenter facerem, tum quod philoſophus primo dixerit τῷ εἶναι τινὰ γὰρ γνωρίζει. tum etiam quod poſtea appoſuerit οὐδὲ μὴν τινὶ ἐστὶν ἐναντίον τῶν αἰτίων. Tum quod ſic ſcriptum habuiſſe in ſuo Ariſto. codice Them. iurare auſim, nam cum his dixiſſe mentem illam oportere, ut poteſtate ſit, ſi priuantia debeat intelligere, addidit mox quonam pacto ei inſit contrarium, ſic oſtendens ὁ δὲ ἡ μὲν τῷ σ νοῦς ἅ τε ἀμερῶν ἰνδάλματα ἐκείνου φέρων, καὶ ἀληθὴς οὐχ ἁπλοῦν τι ἐπιδείκνυται, ἀλλ᾽ ὃ τῷ ψεύδει ἀντίκειται, ἀνάγκη γὰρ εἶναι ἐν τῇ καταφάσει τὸ ἀληθές, ἐν τῇ ἀποφάσει γίνεσθαι τὸ ψεῦδος. ὥστε ἀεὶ συμπεφυκμένον ἔχει τῷ ἀληθεῖ τὸ ψεῦδος καὶ συμπαραθεωρούμενον.

ἐναντία γὰρ πῶς δύναμις καὶ ἐνέργεια quod eſt actus et potentia modo quodam contraria ſunt ut dixit Them. Ariſt. autem tertio libro τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ hanc propoſitionem ſimpliciter protulit actum & potentiam eſſe contraria. opponuntur uero ueluti ea quæ ſunt in genere τῶν πρός τι eorũ ſcilicet, quæ (ut uertit Cicero) cum altero conferuntur. Nam oppoſitio potentiæ & actus inter illorum oppoſitiones princeps primaq; eſt. Qui latine loqui cupiunt, ut ille Perionius Gallus hanc propoſitionem fortaſſe ita transferret. id quod re ipſa eſt, ei quod poteſt eſſe, contrarium eſt, quæ quidem conuerſio an propoſitio conueniat, iudicent alij.

Ex hac Themiſt. Paraphraſi ſatis perſpicuum eſt duplicẽ eſſe ueritatem, alteram ſimplicem, alteram falſo ſemper admiſtam, id quod alijs uerbis expreſſit poſtea Ioannes grammaticus, qui primam græce appellauit ὑποστατικήν. i. quæ uim habeat ſubſiſtendi: ſecundam uero ἀντιδιηρημένην τῷ ψεύδει, qđ eſt falſitati oppoſitam

ARISTOTELIS PARTI. XXVI.

Eſt autem dictio, cum quippiam de quopiam dicit, vt affirmatio, atque omnis quidem vera eſt aut falſa. At mens non omnis, ſed quæ eſt ipſius quid eſt ratione cuius & qualis vera, nec quipplam de quopiam enuntiat. verum vt viſio proprij vera eſt. Si autem homo ſit albus aut non, non vera ſemper eſt. Sic illa ſe habent, quę carent materia.

THEMISTII PARAPHR.

Cum vero noſtra mens notionẽ aliquam ſimplicem conſiderat, & formam eius, & rõnem quę quid & quale continet, contẽplatur minime fallitur, quamuis rem ſemper non aſſequatur. Sed veluti oculorum ſenſus, qui candorem tm̃ diiudicat, rariſsime aberrat ac decipitur. Sæpenumero tamen peccat, cum cleonens id eſſe quod eſt album enuntiat. Ita & mens quamdiu conſiſtit in ea notione, quę quid & quale bonũ aut pulchrum ſit, complectitur, nec peccare nec mentiri plurimum poteſt. At cum hoc eſſe bonum, & hoc eſſe pulchrum aſſerit, plerunq; rem externam & alienam tribuit, ac quę huiuſmodi ſunt, iis quæ non ſunt huius generis, permutat & variat. qua quidẽ in re plurima oritur falſitas ac deceptio.

Neceſſe eſt igitur formis inſiſtere, eamq; potiſsimum quærere, quæ materiæ vacua ſit. Nam in ſua verſari proprium mentis munus officiumq; eſt.

NOGAROLAE SCHOLIA.

ὁ δὲ νοῦς οὐ πᾶς. ἀλλ᾽ ὁ τοῦ τί ἐστι κατὰ τὸ τί ἦν εἶναι ἀληθής hæc ſunt propria quædam Ariſt. uerba, et ab eo (ut arbitror, nam apud quenquã alium locupletem philoſophum qui illum ætate anteceſſerit, non reperi) fabricata & inuenta præſertim illa τὸ τί ἦν εἶναι, quæ quidem & latine interpretari atque exponere ſtatui, Sed prius referam, quæ dicant alij. Ioannes quidem grammaticus τὸ τί ἐστι rei ſubſtantiam ſignificare cenſuit: τὸ δὲ τί ἦν εἶναι formam, cui addit Simplicius τὸ τί ἐστι ſubſtantiam rei oſtendere ex materia formaq; concretam, τὸ δὲ τί ἦν εἶναι formam ſolam. Themiſt. uero aliter quam illi, quamuis paraphraſtes uim horum uerborum Ariſtot. ſic explicuit. ὅταν μὲν τοι τῶν ἁπλῶν τι ὅσα μονοειδῆ ἐπιβάλλῃ, καὶ τὸ εἶδος αὐτῶν θεωρῇ καὶ τὸν λόγον τοῦ τί ἦν εἶναι. Nam apud Themiſtium τὸ τί ἐστι formã ſignificat, τὸ δὲ τί ἦν εἶναι rõnem eius quod quid erat eſſe (ut uerbum è uerbo transferam) .i. (ut omnes exponunt) definitionem. Ego uero cum Ariſtotelem loqui aliter uideam, atq; iſti dicunt, aliter locum eſſe exponendum puto, non enim philoſophus τὸ τί ἐστι, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι protulit ut duo diuerſa, ſed τὸ τί ἐστι κατὰ τὸ τί ἦν εἶναι ut ſecunda particula primæ ſit expoſitio. Nam cum uellet declarare mentem eſſe uerã, quæ circa quod quid eſt uerſatur, ne quid nominis, aut uocabuli ſignificationem intelligeremus (duplex eſt enim ipſum quod quid eſt) ſed quid rei, quod genus differentiamq; complectitur, appoſuit κατὰ τὸ τί ἦν εἶναι, hoc eſt quatenus quid & quale continet. Hoc aũt τὸ τί ἦν εἶναι conuertere quidditatẽ mihi non libuit, propterea quod uerbum iſtud ſit ſatis inſulſum & barbarum. modo potius frequenti apud Ciceronem uti uolui, quo ipſe pluribus in locis definitionis partes explicans utitur. Duo tantum in præſentia afferam, quorum alter eſt primo Tuſculana. quõnum, Dicæarchus quidẽ & Ariſtoxenus quia difficilis erat animi quid ac qualis eſſet intelligentia, nullum omino animum eſſe dixerunt. Alter earundem libro tertio. totum igitur id quod quærimus, quid & quale ſit, uerbi uis ipſa declarat.

ARISTOTELIS PARTI. XXVII.

Scientia quæ eſt actu, & res ipſa idem ſunt, quæ vero poteſtate conſiſtit, temporis ordine in vno prior eſt, omnino autem neque tempore. Nam quæ efficiuntur, omnia ex eo quod eſt actu ſunt.

ARISTOTELIS PARTI. XXVIII.

Quod vero ſenſum mouet, ſenſus facultatem ex eo quod ptãte eſt & actu videt efficere, non enim patitur, nec alteratur: quapropter alia hæc eſt motionis ſpecies. nam motio rei imperfectæ actus eſt, actus vero qui eſt rei perfectæ, alius omnino diuerſusq; eſt: atq; ipſum ſentire & intelligere ipſi dicere tantum ſimilia ſunt, cum autem iucundum aut triſte; quaſi affirmans aut negans, inſequitur aut fugit.

PARTICVLA. XXIX.

Atque ipſum delectari & dolere agere eſt medietate ſenſus ad bonum aut malum quia talia ſunt. fuga quoq; & ap pe-

& appetitus qui actu eſt, hoc ſunt & non aliud eſt expetendum aliud fugiendum, nec inter ſe nec à ſentiendi ratione differunt, quamuis ratio eorum diuerſa ſit.

THEMISTII PARAPHRASIS.

Verum tametſi mens ipſa virtute ſenſus lõge melioris notę præſtantiorisq; eſt, complura tamen menti tributa ſunt ea rõne. quã ipſa ad ſenſum habet. Nã quemadmodum ſenſus actio non perpeſsio, nõ alteratio non denique motus omnino eſt, cum motus imperfectæ rei ſit actus, quæ aliud ſemper & aliud recipiat. At ſenſus actio ſemꝑ perfecta. quare aut erit motus aut aliud motionis genus. Sic ipſius mentis in ea quæ ratione comprehenduntur appulſus, atq; eiuſdem habitu iam præditæ ſciẽtiq; ac perito ſimilis in ea q̃ ſciri poſſunt, actio appulſusq; non motio quidem, ſed actus haberi debet. quapropter cum perfectæ rei ſit, ipſa quoque perfecta ſit neceſſe eſt, nam actio eius mentis quæ poteſt, ortui magis quam perfectioni ſimilis eſt. Mens igitur & ſenſus tam in hoc quod modo dixi, quam in appetitione & fuga proportione conueniunt. Sed paulo altius ordiamur. ſenſus interdum hoc tãtum eſt flauum, quandoq; idem eſſe ſuaue, quod flauum eſt, ſimul enuntiat, cum igitur hoc tantum eſſe flauum profert, nec fugit nec ſectatur cum vero hoc idem flauũ eſſe iucundum vt mel enuntiat, experit, cum amarum, quale eſt fel, declinat & refugit. Sed vide, quæſo, num hoc idem de mente dici poſsit, quæ quidem cum ſanitas quid & quale ſit, ſolum intelligit, nec aſciſcit nec reprobat: cum vero eandem ſimul eſſe bonam cogitat & opinatur, eam adamat & cõſequi exoptat. quod igitur in ſenſu iucundum valet, idẽ in mente bonũ, quod item in ſenſu triſte id in mente malum põt. Nam ſenſus ipſe quia ſenſus, nec bonum nec malum: ſed quod voluptatẽ & dolorem affert, tm̃ percipit. boni vero & mali iudicium in ſola mẽte poſitum eſt, in mẽte dico, quam etiam deinceps vna tp̃s intelligere ſæpe retulimus: attamẽ ſenſus iucũdum & honeſtum, triſte item & malum eſſe rem vnam exiſtimat. Ex quo fit vt ſenſus ad iucunda rapiatur, & ſeſe auertat à triſtibus: contra mẽs, quæ eius appetitionibus ſæpenumero repugnans aduerſariaq; eſt, aliud iucundũ & bonum aliud triſte & malum eſſe contendit.

ARISTOTELIS PARTI. XXX.

Animæ vero quæ cogitandi vim habet, viſa quemad modum ſenſa obiiciuntur, ſed cum bonum aut malum affirmat aut negat, ea fugit aut inſequitur, ex quo fit vt anima ſine viſo nunquam intelligat.

THEMISTII PARAPHRASIS.

Animę vero quæ cogitandi vim habet, non aliter viſa quam ſenſui ſenſa offerri ſolent, bonũ vero & malum ſic obiicitur menti, vt iucundum & triſte ſenſui. quare cum viſum cum bono & viſum cũ malo copulat & connectit, ſectatur & fugit, & perſecutio affirmationi negationi declinatio ſimilis eſt. Verum quemadmodum fieri non poteſt, vt ſenſus ſine rebus illis aliquid agat, quæ ſub ſenſum cadunt: ita nec mens, quæ vis eſt animæ noſtræ congenita, niſi pulſetur viſis, quæ ex ſenſu ortũ habent. Et.n. appetitioni mentis & fugæ imaginatio prorſus antecedit. Quod ſi qua exiſtat mẽs, cui nihil deſit, qđ appetat, quæque non ita ſit infirma vt fugere cogatur ea ſane imaginationis auxilium, nequaquam requirit.

Senſus quidem appetitio, libido vel cupiditas, mentis vero deſiderium voluntas appellatur, quarum illa in iucundo, hæc aũt in bono verſatur. atq; vt ſenſus & eius cupiditas re conueniunt, cogitatione vero diſcrepant, ita quoque mens & voluntas ſubiecto ſunt eędem diffinitione autem diuerſæ. Præterea nec ea vis quæ experit, quæ videntur bona, nec quæ fugit cõtraria, inter ſe, nec à virtute ſenſus diſsident, diſcordeſq; ſunt. Pari modo nec virtus quæ vult, & quæ non vult, viciſsim inter ſe, nec à mentis facultate diſſentiunt. Sed vna atq; eadẽ habetur vis, quæ ad ſectandum & fugiendum, eadẽ, quę ad volendum & non volẽdum nata aptaq; ſit. quamuis hæc omnia appetitiones ſint, nam vel cum fugit, fugã expetit, ac cum non vult, id declinare deſiderat, quod aſpernatur.

PARTICVLA. XXXI.

Verum vt aer pupillam talem efficit, ipſa autẽ aliud, & auditus pari modo. Sed ipſum extremum vnum certe eſt, & vna medietas, & plures ipſius rationes ſunt, quo vero diiudicat dulce diſtingui à calido dictum quidem eſt prius, atq; ita dicendum, nam aliquid vnum eſt & ita vnum vt terminus.

PARTICVLA. XXXII.

Atque hæc ſane proportione & numero vnum ſunt, quam ad vtrunque habent & illa inter ſe: quid enim refert, ſi hoc quærat, quonam modo ea quæ ſunt eiuſdem generis, aut contraria diiudicet vt album & nigrum? ſit igitur vt eſt A, quod eſt album ad B. quod eſt nigrum, ſic G ad D. & illa inter ſe. quare commutata proportione, ſi C D vni inſint, ſic ſe habebunt vt A B. ſint idem & vnum, ratione vero non idem, & illa pari modo. eadem autem erit ratio, & ſi A quidem erit dulce, B vero erit album.

ARISTOTELIS PART. XXXIII.

Ac facultas quidem quæ intelligendi vim habet, in viſis & ſpectris formas intelligit, atq; vt ei in illis quid ſequendum & quid fugiendum definitum eſt, ita & ſenſu, cum in viſis ſit, mouetur veluti qui facem ſentit: nam cum moueri ignem videt, adeſſe hoſtem communi cognoſcit. verum quandoq; in animę viſis aut notionibus tanquam videat, ratiocinatur & deliberat futura præſentibus conferens.

ARISTOTELIS PART. XXXIIII.

Ac cum dixerit ibi rem eſſe iucundam aut triſtem, cum fugit aut inſequitur, & omnino in actione verſatur. Verum quoq; & falſum, qđ ſine actione eſt in eodem eſt genere, in quo ſunt bonum & malum quamuis ſimpliciter differant & alicuius ratione.

THEMISTII PARAPHR.

Rurſum aſſumere oportet id, quod iam diximus, ita menti ſpecies viſis inuolutas, vt ſenſui ſenſa, ſimulachris admiſta, offerri & obiici, eaſq; in illis ĩtelligere. Ex quo efficitur, vt mens ſiue adſit, ſiue non adſit ſenſus, appetitum pariter moueat. Nam opinatio boni aut mali quod cogitat, eſt in cauſa cur illud expetendum, hoc vero fugiendum ſit. Siquidem cum quis perſpicit facem, & appropinquare hoſtem intelligit, ſtatim fugit, quãuis ſimiliter & cum nihil videt, conſtitutis ſibi viſis & propoſita opinione idem efficit. Hæc aũt ſunt mentis munera, quæ in actione verſatur. nã ad ipſam mouere appetitionẽ attinet, cum mens illa quæ contemplatione rerum delectatur, tantum conoſcat, & intelligat, tametſi vtraque mens in hoc conuenit, quod vt ſenſus iucundum triſte percipit, ſic mens illa quæ in rebus perſpiciendis verſatur, veri falſiq; notionem habet, pro quibus altera mẽs in actione conſiſtens, bonum & malum comprehendit & iudicat. Differunt tamen, quod verũ ſimplici abſolutaq; ratione verũ ſit, & falſum pari modo.

bonum

bonum vero & iucūdum in eorum genere collocatur, quæ cum altero conſeruntur. nam bonum alicui bonū & iucundum alicui iucundum dicitur. Quapropter altera id quod ſimplex abſolutumq́; eſt, altera vero quod alteri comparatur, intelligit & iudicat.

Nogarolae scholia.

Argumentum à commutata proportione uſus eſt Plato in Timæo, ubi īterprete Cicerone ſic latine loquitur. qū. n. trium uel numerorum uel figurarum, uel quorumcunque generum contingit, ut quod medium ſit uti primum proportione, ita id poſtremo comparatur, uiciſsimq́; ut extremum cum medio, ſic medium cū primo conferatur id quod medium eſt, tum primū ſit, tum poſtremum: poſtrema uero & prima medio ſunt. Ita neceſſitas cogit, ut eadem ſint, quæ deiuncta fuerunt. quo in loco oportet animaduertere, quod Plato dixit πάλιν αὖθις, *ideſt, uiciſsim, dixiſſe antea Timæum Locrum in ſuo de natura libello,* πάλιν καὶ ἐναλλάξ, *Ariſ. uero (ut ex XXXII. particula patet)* ἐναλλάξ *protuliſſe quæ quidem dictio quid nam in propoſito ſignificet (nam & aliud oſtendit) declarat. Euſtratius in cōmentarijs in librum quintum de moribus ad Nicomachum, ubi Ariſtoteles hoc eodem utitur argumentā di genere, quo & hoc in loco. quemadmodum etiam facit & in libris de interpretatione & de priori reſolutione.*

ἡ γὰρ δόξα τοῦ ἀγαθοῦ ἢ κακὸν εἶναι ὁ νοεῖ διωκτὸν αὐτὸ φευκτὸν ποιεῖ. *uerba ſunt Themiſtij quæ ego etiam ſic tranſtuli. Nam opinio cogitati boni & mali efficit, ut illud appetendum, hoc uero fugiendum ſit. plura in hanc ſententiam potes apud M. Tullium uidere Tuſculanarum quæſtionū lib. tertio.*

ὁρῶν μὲν γὰρ τὸ φευκτὸν σωνεὶς ὅτι πολέμιος, φεύγει *ſic in omnibus Themiſtij codicibus tam manu ſcriptis, quàm impreſsis legitur, in quibus tamen arbitror ineſſe mendum, & propterea uerbum* τὸ φευκτὸν *delendum, &* τὸν φρυκτὸν *reponendum. nam & in hac. XXXIIJ. Ariſto. particula ita habetur, & recte quidem.* οἷον αἰσθόμενος τὸν φρυκτὸν ὅτι πῦρ τῇ κοινῇ γνωρίζει ὁρῶν κινούμενον, ὅτι πολέμιος ὁ φρυκτὸς *autem ſignificat facem, quæ in propoſito id ſignificat quod in militari expeditione ſolet accidere, Datur enim nunc & dabatur iam ſignum face uel hoſtis irruentis uel amici appropinquantis, quam quidem rem cū Cæſar & Liuius exprimerent, ignibus dixerunt ſignificatio facta eſt. Hermolai interpretationem præter uates aut ariolos intelliget nemo.*

Aristotelis parti. XXXV.

Quæ vero abſtractione dicuntur, intelligit, quemadmodum ſi ſimum, quia ſimum, non ſeparatim, quia vero curuum, ſi quid intelligebat, actu abſq; carne intelligebat in qua rōne curuum: ita res Mathematicas intelligit non ſeparatas vt ſeparatas, cum eas intelligit.

Themistii paraphra.

Verum mens aliter ea quæ ratione comprehenduntur aliter quæ abſtractione dicuntur, intelligit, lineam dico & ſuperficiem, atq; omnem demum materiam, in qua Geometria verſatur. Nam hæ res etiā ſi naturalium corporum termini fineſq; ſint, eas tamen percipit non comprehenſo vna naturali corpore. quemadmodum ſi mens ſimū à naſo & carne quibus inhæret poſsit, abiungere, id ſane ſine naſo intelligeret, quod ſine naſo non poteſt conſiſtere. At hoc nunc fieri nequit, propterea quod ſimi rō naſum complectitur. Nam ſimitas naſi omnino & carnis curuitas eſt. concauum autem & curuum, lineam item rectam & inflexam. Triangulum & quadrangulum mens per ſe poteſt ſeorſum perſpicere & contemplari, quamuis ſeparatim per ſe non poſsint conſiſtere. cuius quidem rei ea habetur cauſa, quod tametſi res huiuſmodi à naturalibus corporibus nequaq́ ſeiunctæ ſeparatæq; ſunt, earum certe ratio & definitio materiam ad ſe nō rapit nec attrahit. Ex quo fit, vt quæ re ipſa ſeparata non ſunt, mens vi ſua poſsit disiungere, idq; vt quantitatem cōtempletur, in qua quidem perſpicienda nec corpus naturale nec affectiones corporis qđ naturale eſt, vt ſunt calor, frigus, humor, & ſiccitas, ſed interualla tantū & terminos deſiderat. Quapropter Geometria & Arithmetica omnium ſcientiarum à materia naturali longiſsime diſtant, ſemotæq; ſunt. eo qđ cum earum conſtruuntur demonſtrationes, materiam illam conſiderare ſimul non oporteat. quare cum materia non egeant, ſenſum pariter non requirunt. Aſtrologia vero & Muſica procul & ipſæ conantur exiſtere, ſed non æque id poſſunt, quin potius initium & finem contemplationis à ſenſu capiunt. Atq; ea ſane quæ abſtractione dicuntur, ita mens intelligit.

Aristotelis part. XXXVI.

Ea autem mens omnino res ipſæ eſt, quas actu intelligit, vtrum vero mēs quæ à magnitudine ſeparata non eſt, quippiam ſeparatū poſsit intelligere, poſterius videndum eſt.

Themistii paraphrasis.

Illud vero poſterius conſiderandum, an mens corpore incluſa & à magnitudine non ſeparata formas natura abſtractas & ſimpliciter materia carentes poſsit intelligere. quamuis hic locus etiam in præſentia tractandus ſit. cum videatur eſſe conſentaneum, quemadmodū diuina illa mens, quæ ſeparabilis eſt & actu conſiſtit, res materiatas non intelligit, nec id quidem immerito. nam comprehendēdi vim non habet, (nec propterea humana mente abiectior viliorq́; eſt, ſed longe præſtantior quippe quæ etiam ſi interire nullo modo poteſt, non iis tamen rebus quæ poſſunt interire, deterior eſt) Ergo ſi (vt modó dixi) diuina mens res materiam continentes non percipit, conſequens eſſe videtur, vt mens quæ materiæ eſt particeps, res à materia ſeiunctas non poſsit comprehēdere. Quod tamen minime verum eſt. Nam mens humana intelligēdi etiam res illas vim habet, quę à materia prorſus ſolutæ ſunt & liberæ. nam ea mēs quę formas materiatas intelligit à materia eas abſtrahendo & ſeparando, multo magis ſua natura videtur poſſe res à materia penitus abſtractas percipere. Non. n. humana mens diuina mente ea rōne inferior humiliorq́; eſt, quod naturas omnino à materia ſeparatas intelligere nunquam poſsit, ſed potius quod id ſemper non valeat, nec continenter. Atq; hæc ſane agitanda ſæpius exquirendaq́; ſunt.

Nogarolae scholia.

σκεπτέον μὲν ὕστερον *hoc eſt poſterius uidendum & conſiderandum, in libris intellige* τῶν μετὰ τὰ φυσικά, *in quorum ſecundū mentem noſtram aſſerit ſubſtantias abſtractas percipere, ſed modo īperfecto, quippe quę ad ea ita ſe habeat, quæ natura euidentiſsima omnium ſunt, ut ueſpertilionis oculi per diem ad lumen ſolis. Sic. n. ait* ὥσπερ γὰρ καὶ τὰ τῶν νυκτερίδων ὄμματα πρὸς τὸ φέγγος ἔχει τὸ μεθ' ἡμέραν. οὕτω καὶ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ὁ νοῦς πρὸς τὰ τῇ φύσει φανερώτατα πάντων *in nono quoque eiuſdem commentationis, intelligere quidem nos ipſas mētes à materia expertes uerum eſt,*

falſum

falſum autem non eſt, neque deceptio, ſed ignoratio non talis, qualis eſt cæcitas: cæcitas enim perinde eſt, atque ſi intelligendi quiſpiam potentiam omnino non habeat, cum ſic ſcribit. τὸ δὲ ἀληθὲς τὸ νοεῖν αὐτά, τὸ δὲ ψεῦδος οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ἀπάτη, ἀλλ᾽ ἄγνοια, οὐχ οἵα ἡ τυφλότης ἐστίν. ἡ μὲν γὰρ τυφλότης ἐστίν, ὡς ἂν εἰ τὸ νοητικὸν ὅλως μὴ ἔχοι τις. *Verũ quod eaſdem non ſemper, nec continenter intelligamus, id qđ hoc in loco Them. aſſerit, antea Ariſt. docuerat, cuius in lib. XII. poſita ſunt hæc uerba.* διαγωγὴ δ᾽ ἐστὶν οἵα ἡ ἀρίστη μικρὸν χρόνον, οὕτω γὰρ ἀεὶ ἐκεῖνό ἐστιν ἡμῖν μὲν γὰρ ἀδύνατον, *& paulo poſt* εἰ οὖν οὕτως εὖ ἔχει ὡς ἡμεῖς ποτέ, ὁ θεὸς ἀεὶ θαυμαστόν.

ARISTOTELIS PARTI. XXXVII.

Nunc quæ de anima dicta ſunt, ſummatim repetamus. Animam modo quodã res oẽs exiſtere, quæ quidẽ aut ſub ſenſum cadunt, aut ratione comprehenduntur. Verum ſcientia res quæ ſciri poſſunt, modo quodam efficitur, ſenſus item ea, quæ ſenſum mouent.

THEMISTII PARAPHRASIS.

Nunc repetamus per capita, quæ dicta ſunt de aĩa: animam modo quodam res oẽs exiſtere. Rerum.n. aliæ ſub ſenſum cadunt, aliæ rõne comprehenduntur. Verum ſcientia quæ actu eſt, res quæ ſciuntur, & ſenſus res exiſtit, quæ ſubiectæ ſunt ſenſibus.

NOGAROLAE SCHOLIA.

αἰσθητὰ καὶ νοητὰ *conuertere minime libuit, at barbari Philoſophi ſolent, ſenſibilia & intelligibilia. Sed* νοητὰ *quæ animo cernuntur, & ratione intelliguntur,* αἰσθητὰ δὲ *quæ ſenſum mouent, quæ ſenſibus percipiuntur. quæ cadunt ſub ſenſum, & ſenſibus ſubiecta ſunt. ſic.n. in libro de uniuerſitate tranſtulit Cicero. Scias tamen uelim Platonem frequentius,* τῷ νοητῷ τὸ ὁρατὸν *quàm* αἰσθητὸν *opponere, quod patet ex. VI. libro de Rep. cũ inquit,* νόησον τοίνυν ἦν δ᾽ ἐγώ, ὥσπερ λέγομεν δύο αὐτὼ εἶναι καὶ βασιλεύειν, τὸ μὲν νοητοῦ γένους τε καὶ τόπου, τὸ δ᾽ αὖ ὁρατοῦ. ἵνα μὴ οὐρανοῦ εἰπὼν, δόξω σοι σοφίζεσθαι περὶ τὸ ὄνομα, ἀλλ᾽ οὖν ἔχεις ταῦτα διττὰ εἴδη ὁρατὸν νοητόν. *in libro. VII.* καὶ οὕτω δὴ τὸ μὲν νοητόν, τὸ δ᾽ ὁρατὸν ἐκαλέσαμεν. *Verum in Phædone* τὸ αἰσθητὸν καὶ ὁρατὸν *ſimul accipit, &* τῷ νοητῷ *contraria eſſe dicit.*

PARTICVLA. XXXVIII.

Quid autem ſit, cur hoc eueniat, quæri oportet. Scientia igitur & ſenſus in res diuiduntur. is quidem qui ptãte eſt in res quę poteſtate ſunt. is vero qui actu eſt in res, quæ actu ſunt verum animæ partes, quarum altera ſentiendi, altera cognoſcẽdi vim habet, poteſtate ſunt, hęc quidem id, quod ſciri poteſt, illa vero, quod ſub ſenſum cadit. Sed aut res ipſas aut ſpecies ineſſe neceſſe eſt. nã non res ipſas, cum in anima non ſit lapis, ſed ſpecies: quare anima eſt veluti manus. Nam manus inſtrumentorum eſt inſtrumentum. Mens quoque formarum forma: ſenſus item eorum quæ percipiuntur ſenſu, forma eſt.

THEMISTII PARAPHR.

Quo autem modo hæc res ſeſe habeat, & ſi ſatis antea expoſitum eſt, aliud tñ quid in præſentia aſſumere oportet, Res ipſæ aut poteſtate ſunt, aut actu cõſiſtunt, ſic & anima modo poteſtate eſt ſpecies, modo actu. Nam cum ipſa ſenſus & mentis tenet habitum, nõ agit tũ, res ipſæ ptãte eſt, quas habet. at cum agit, res ipſe actu iam eſt. Quapropter præclare dictum eſt, animam quæ ſunt, eſſe omnia. cum ea quæ ſunt, formæ exiſtant. Nam vnumquodque quod eſt, id eſt formæ ratione.

Materia vero potius ipſius ortus cauſa, & cur res gignatur non vt ſit, habẽda eſt. Nam à materia accipiunt corpora, vt continenter labantur & fluant, à forma vero vt quieſcant, atq; eadem aliquo temporis ſpatio permaneant. Ergo recte dictum eſt animã res oẽs exiſtere, quippe quæ rerum oĩum formas tum mente tum ẽt ſenſu percipiat: atq; eadem cum illis efficiatur, quamuis non cum totis & integris rebus. non enim lapis, nõ ignis non terra in anima reſidet. Reſtat igitur vt anima euadat rerum ſpẽs, nec quicquam prohibet, quin rõ rationi, & formæ forma conueniat & congruat. Quapropter aĩa veluti manus ſeſe habet, nam manus inſtrumentorum inſtrumentum eſt, cuius quidem miniſterio aliis vtimur inſtrumẽtis. aĩa quoq; formarum forma eſt, qua reliquas formas recipimus, Nec vero ſolum animã recte eſſe res ipſas aſſeritur, qđ oẽs formas percipiat, atq; comprehendat, verum etiam quod eaſdem imprimat, & quaſi ſignet in materia. Nam ipſa eſt, quæ variis materiam format figuris. Siquidem vita, quæ plurima tribuitur materiæ, ab anima deriuatur. Hæc autẽ vita in animalibus quidem euidentius cernitur, in plantis vero & elementis obſcurius.

NOGAROLAE SCHOLIA.

Ex ultimis huius Paraphraſis uerbis cenſuiſſe Themiſtiũ ſatis conſtat elementa eſſe animata: nam is ita græce ſcribit. ἡ γὰρ ζωὴ παρὰ ταύτης ἡ πολλὴ τῆς ὕλης, φανερωτέρα μὲν ἐπὶ τῶν ζῴων, ἀμυδροτέρα δὲ ἐπὶ τῶν φυτῶν, καὶ τῶν στοιχείων.

PARTICVLA. XXXIX.

Cum autem nulla ſit res, quæ à magnitudinibus (vt videtur) ſub ſenſum cadentibus ſeparata ſit, in formis ſanè ſenſum mouentibus ſunt res illæ quæ rõne cõprehendũtur, & quæ abſtractione dicuntur, quæque ſunt habitus & affectiones rerum quæ ſenſum mouẽt, & ꝓpterea q nihil ſentit, nihil addiſcere põt, nihil intelligere, & cum contemplatur, vna cum viſio contempletur, neceſſe eſt, nam viſa ſunt veluti res ſenſu perceptæ, quãuis materia careant. Verum imaginatio ab affirmatione & negatione diuerſa eſt. nam notionum complexio vera eſt aut falſa. At primæ notiones quanam re different, vt viſa non ſint? An neque aliæ ſunt viſa, ſed non ſine viſis.

THEMISTII PARAPHR.

Quibus nulla videtur eſſe res, quæ à magnitudinibus ſenſum mouentibus ſeiuncta ſit, iis conſentaneum eſt, vt formas quæ animo cernuntur, in ſpeciebus ponant quæ ſenſui ſubiectæ ſunt. Huius generis habentur, quæ abſtracta dicuntur, quæque rerum ſenſu perceptarum habitus affectionesq́; ſunt. Hæc autem materiæ mixta adiunctaq́; ſunt ex quo fit, vt ex materia dependeãt oĩa. argumento, quod qui captus oculis & ſurdus ortus ſit, Geometriam aſſequi nunquam poſsit, non circulũ, non triãgulum cogitatione depingere. niſi forte ea, quę ſenſu pcipit, calida aut frigida, dulcia aut amara bene olentia aut grauiter olentia ſint. Mens quoque vnũ & duo ac denique oẽm numerũ ex rebus ſenſum mouẽtibus colligit. Ex quo fit, vt quoties ipſa huiuſmodi rerũ genus contemplatur, id vna cum viſis contempletur, neceſſe ſit. Nam viſa ita ſe habent, vt res ſubtæ ſenſibus, niſi quod carent materia. Verum quæ complexione dicũtur, & intelliguntur, aſpectris & viſis perſpicue diſcrepant. Nam diei & lucis viſa in anima remanent eadem, quæ tamen varie mens cõnectit & copulat. vt cum dies eſt, lux eſt, aut dies eſt, lux eſt, vel cum dies eſt, lux non eſt, aut

eſt, aut eſto dies, eſto lux, quæ quidem connexiones copulationesq́; tum inter ſe, tum etiam à viſis omnes differunt, Verum quoque & falſum in complexione conſiſtit in imaginationibus non conſiſtit. At ſimplices & primæ notiones quonam modo differant, vt nõ ſint viſa? An hæ viſa nõ ſunt, ſed non ſine viſis tamen. cum fieri non poſsit vt notio & viſum Socratis eadem ſint. Sed viſum eſt forma & ipſius ſenſus veſtigium & quaſi perpeſsio niſi perpeſsionem accipias, vt ſæpius antea docuimus. Notio aũt mentis actio in viſum, qđ ei ſubiectum eſt. ita mens diuerſis modis vtitur ſpectrix & viſis, quæ etiam caſibus & articulis immutat & variat.

NOGAROLAE SCHOLIA.

Aliud ponit diſcrimen Ioan. Gramma. aliud Themiſtius inter ſpectram ſiue uiſum, quod à græcis φάντασμα & εἴδωλον dicitur, & notionem, τὸ νόημα ab eiſdem nuncupatum. Sic enim ſcribit ille in hac. xxxix. particula.

ἀλλ' ὅμως οὐ ταὐτὸν ἐστι φάντασμα καὶ νόημα, τὸ μὲν γὰρ φάντασμα, ἔνυλον πως ἐστι τὸ δὲ νόημα ἄυλον quod eſt uerum phantaſma ſiue uiſum & notio non ſunt omnino eadem, uiſum nãque materiam modo quodam cõtinet, notio uero materiæ expers eſt. An uero phantaſma apud Plato. & Ariſt. idem ſignificet, alias fortaſſe. Nunc quid Themiſtius. φάντασμα inquit, τύπος τίς ἐστι καὶ ἴχνος τῆς αἰσθήσεως, καὶ ὥσπερ πεῖσις, id eſt phantaſma ſeu uiſum eſt forma quædam rei extrinſecus oblatæ, & ſenſus externi ueſtigium, quoniam ab eo ſenſu impreſſa eſt & ueluti perpeſsio τὸ νόημα δὲ, οἷον ἐνέργεια τοῦ νοῦ περὶ τὸ φάντασμα ὑποκείμενον, ideſt. Notio autem mentis actio in uiſum quod ei ſubiectum. Verbum πεῖσις cur Hermolaus uibex uerbere inuſtus conuerterit, ſatis demiror. nam etiam ſi rei fortaſſe conuenire uideatur, uerbo tamen nullo modo congruit præſertim cum ſubiiciat Themiſtius, εἰ μὴ τὴν πεῖσιν νοοίης, ὡς πολλάκις προειρήκαμεν. quam quidem particulã in ſua interpretatione omiſit Hermolaus. phantaſma igitur eſt perpeſsio, non quæ interimit ſenſum, ſed quæ perficit & abſoluit, de qua ſcilicet in ter mente ſæpius antea locutus eſt Themiſtius, tametſi eam non πεῖσιν ſed πάθος nuncupauit. Hæc autem πεῖσις ἀπὸ τοῦ πάσχειν, cuius μέλλων πείσομαι, dicta eſt. πεῖσις quoque perſuaſionem ſignificat ἀπὸ τοῦ πείθειν à quo μέλλων πείσω, ut ex illo Homeri uerſu ſatis apparet ὀδυσ. xix. τῷ δὲ μάλ' ἐν πείσῃ κραδίη μένε τετληυῖα νωλεμέως, ideſt cui cor aſsidue tolerans parebat. Hinc arbitror ego ſumptã eſſe πεῖσιν ἀμαθενὴν, cuius in libello περὶ τῆς ἀοργησίας Plutarcus meminit, quæ tamen quidnam ſit, ſe nõdum comperiſſe Eraſmus aſſerit.

ARISTOTELIS PARTI. XL.

Cum animaliũ anima duabus terminata ſit viribus, altera iudicandi, qđ mentis & ſenſus officium munusq́; eſt, altera loco mouendi. de ſenſu & mente hactenus dictum ſit. De motrice animæ vi quidnam ſit, videndum eſt. Sit ne vna quædam ipſius particula aut magnitudine aut rõne, an anima tota & ſi quædam ſit particula præter eas, quæ dici ſolent, & quas enumerauimus, an vna quædam.

THEMISTII PARAPHR.

Cum animantium anima duabus maxime facultatibus definita ſit, altera quæ deſcernendi vim habet, qđ eſt mẽtis & ſenſus affectio, altera mouẽdi eo motionis genere quod loco peragitur. De mẽte & ſenſu ſatis antea dictum ſit, De vi motrice quidnam ſit, deinceps pertractandum. Vtrum ſit quædam animæ pars, & ea quidem magnitudine aut cogitatione ſeparabilis an tota anima, & ſi pars, ſit ne ab iis quæ dici ſolent, diuerſa, ratione & cupiditate, an harum vna quædam.

ARISTOTELIS PART. XLI.

Sed ſtatim ambigitur, quonãmodo animæ partes, & quot numero dici debeant. Nam infinitæ quodam modo videntur eſſe, non eæ tantum, quas nonnulli rationem, iram, & cupiditatem diſtinguentes affirmant, ſed & ij, qui vim rationis compotem & expertem ſtatuunt. Nam ex differẽtijs quibus has ſeparãt, aliæ quoq; videntur partes, quæ maiori quàm illæ diſtent interuallo, Altricem dico, quæ & plantis & omnibus animalibus data eſt. Necnon & illam quæ ſentiendi vim habet, quam neq; vt rationis expertem, neq; vt rationis compotem facile quis poſsit ponere.

THEMISTII PARAPHRASIS.

Quãquam hac de re magna exiſtit qõ, vtrum animę partes dicendę ſint quę magnitudine & loco diſtent, an plures facultates potius in eodem ſubiecto differentes, quæ non aliter ſe habeant quam pomi dulcedo, ſuauis odor & candor. Si vero ſint partes, quot nã igitur numero eſſe cenſentur? Quod ſiue tantum tres, (vt tradunt nonnulli) aut plures, nam animæ partes numero ferè comprehendi poſſe non videntur, ſi quis huiuſmodi dñas accipiat, quibus iram cupiditatem, & rationem ſeparant, atq; diſiungunt. nam aliæ ſunt animæ partes, quæ quidem quam hæ tres, longius diſtant. Siquidem virtus altrix, quæ tam ſtirpibus & plantis, quã omnibus animalibus tributa eſt, multo magis ab illis diſtinguitur, quã tres illæ inter ſe: Similiter & vis ſentiendi. Hæc enim nec vt rationis compos, nec vt eiuſdem expers omnino ponenda eſt. Nam quia rerum quæ mouent ſenſum differentias diiudicat, & occaſio quędam, & quaſi ſcalarum gradus ad rationem efficitur, ob id mentis particeps, quia vero non minus in beſtiis quam in hominibus viget, hæc etiam carere ratione exiſtimari poſsit.

ARISTOTELIS PARTI. XLII.

Iam vero & vis imaginoſa, quæ quidem ratione ab omnibus aliis diuerſa eſt, qua nam re idem ne ſit, quo illę, an diuerſa eſt, maxime quęritur: ſi quis ſeparatas animæ partes ſtatuat. præterea & appetendi vis, quæ & ratione & diuerſa ab omnibus eſſe videtur, abſurdum ſanè eſt hanc diuellere. nã in ea parte quæ rõnis eſt particeps, voluntas, & in illa quæ eiuſdem eſt expers, cupiditas & ira poſita eſt. Quod ſi in tres anima diuiſa eſt, vnaquæque earum ſuam habebit appetitionem.

THEMISTII PARAPHR.

Prętereà & facultas imaginoſa ab aliis q̃ expoſitę sũt, rõne diuerſa eſt verũ ſi q̃ dictæ ſunt, tres tm̃ habent aĩæ partes, hęc profecto aut rõni aut cupiditati aut irę cõnectẽda eſt. Has oẽs quas enumerauimus, ſequit appetẽdi vis, q̃ cũ à p̃dictis rõne, ptãte & actu prorſus differat, quis eam ex illis tribus vnã ſtatuat? Nã fortaſſe abſurdũ ſit hãc facultatẽ diuellere, ac tum in genere rõnis cõpote, tum in eiuſdem experte collocare, eandem ſeorſum (vt vnaquaq; illarũ eſt) ab eiſdẽ ſeiunctã cõſtituere.

NOGAROLAE SCHOLIA.

ἔτι δὲ τὸ φανταστικὸν ὃ μὴ εἶναι κοινῇ δοκεῖ λόγῳ ἕτερον uerba Themiſtij, quæ fortaſſe poſſent conuerti formæ ratione diuerſa aliaque eſt.

ARISTOTELIS

ARISTOTELIS PARTI. XLIII.

Ac de ea re iam agamus, de qua nunc inſtat ſermo, quid nam id ſit, quod animal loco moueat: nam motu accretionis & decretionis, quæ omnibus datæ ſunt, vis generandi & nutriendi, quæ omnibus ineſt, mouere videbitur. De reſpiratione autem & expiratione, de ſomno & vigilia poſterius conſiderandum eſt, nam hæc magnam habent difficultatem.

THEMISTII PARAPHR.

Sed reuertamur, vnde tam diſceſsimus, atq; explicemus, quæ nam ſit ea vis, quæ animal loco moueat. Nã motu accretionis & decretionis ea faculras (procreatricem dico & altricem) quæ omnibus rebus animatis inſita eſt, mouere videt. Verum de reſpitatione & expiratione à qua virtute ortum habeant de ſomno item & vigilia poſterius videndum eſt. Hæ nãque animalis motus alterationesq́; ſunt.

ARISTOTELIS PARTI. XLIIII.

Verum de motu, qui loco fit, quæ nam ſit ea vis, qua animal moueatur & incedat, cõſiderare oportet, Atq; ipſam non eſſe altricem facultatem ſatis patet. Hic.n. motus alicuius cauſa ſemper efficitur, ac cum imaginatione, appetituq́; eſt, nihil enim quod non expetat, aut fugiat, hoc motu mouetur, niſi violentia adhibeatur. Adde quod & hoc motu cierẽtur plantæ & partem aliquam huic motui idoneam haberent, qua vterentur vt inſtrumento.

THEMISTII PARAPHRASIS.

Verum quod initio propoſuimus de motu, qui loco efficitur tranſigamus, qua.ſ. vi animal ſeipſum moueat & ingrediatur, atque altricem facultatem aĩal hoc motionis genere non mouere ſatis perſpicuum eſt. Nam in iis quæ coacta nulla vi, ſed ſponte mouentur, motus qui loco fit alicuius gratia ſemper agitur, idq́; cum imaginatione & perſecutione aut fuga. At qui facultas altrix imaginationis penitus eſt expers, & propterea appetitũ non habet. Nã omnis appetitio è ſenſu & imaginatione ducitur. Nec vero quamuis animalia, quæ cibũ expetunt, ad cibum moueãtur, ob id tamẽ altricem vim, & appetentem facultatem eſſe eandem putandum eſt. Quod ſane indicant ſtirpes & plantæ, quibus vis altrix ineſt, appetitio non ineſt. quapropter nec ſenſus nec imaginatio in illis apparet. quod ſi altrici virtuti vis mouendi loco adiuncta eſſet, profecto nonnulla plantis inſtrumenta affixiſſet natura ad inceſſum idonea & accõmodata, præſertim cum ipſa præbere temere nihil ſoleat.

ARISTOTELIS PART. XLV.

Similiter nec ſentiendi vis multa enim ſunt animalia, quæ ſenſum quidem habent, manent tamen, ac perpetuo ſunt immobilia. Si igitur nihil incaſſum facit natura, nec in neceſſariis deficit, niſi in his, quæ obleſa & manca, imperfectaq́; ſunt. Verum huius generis animalia perfecta ſunt. & non mutilata: argumento quod & vim habeant gignẽdi, quodq́; & ſtatum & decretionem accipiant. habeãtq́; etiam illas partes, quæ ſunt inceſſus inſtrumenta.

THEMISTII PARAPHRASIS.

Verum nec vis ſentiendi eadem eſt, quæ loco moueat. complura enim ſunt animalia ſenſu prædita, quæ immobilia perpetuo manent, nec loco moueri vllo modo queunt; nam ſi poſſent, eam fruſtra poteſtatem adepta eſſent. At qui horum vtrunq; pariter cauet natura & ne temere aliquid addat, ac ne ex neceſſaris quippiã omittat, niſi in mancis & imperfectis. Verum huius generis animalia perfecta ſunt & abſoluta, non manca nõ obleſa, quod quidem ex eo perſpici poteſt, quod alia generent, qualia ipſa ſunt, creſcant item ac decreſcant.

ARISTOTELIS PARTI. XLVI.

Nec vero intelligẽdi vis, nec quæ vocatur mens mouet. Nam quæ in contemplatione verſatur agẽdũ nihil cogitat, nec de re expetenda aut fugienda quicpiam dicit ac motus declinantis quicpiam aut perſequentis ſemper eſt. Sed nec cum aliquid huiuſmodi contemplatur, fugere iam aut perſequi iubet, verbi gratia, aliquod terribile aut iucundum ſæpius cogitat, præcipit tamen ne timeat, quamuis cor moueatur & palpitet. Sin vero iucundum, alia quædam pars.

THEMISTII PARAPHR.

Iam vero nec ratio, nec quæ vocatur mẽs, ea eſt vis, quæ motu ciet. Nam cum duplex ſit mens, altera, quæ contemplandis rebus oblectatur, de agendis tamen tã fugiendis quam expetendis nihil cogitans, Motus autem qui loco peragitur, ab eo ortum habet, qui vel fugit vel perſequitur, altera vero actuoſa, quæ etiamſi de illis aliquid intelligit, non tamen ipſa motionis. Domina eſt ſi quidem plerunq; accidit, vt rem merito fugiendam concipiat, non fugiat tamen, qualis eſt terræ motus & fera immaniſq́; bellua. Sed quamuis palpitet cor & inhorreſcant pili, animal certe conſiſtit, nec mutat locũ. ſæpenumero etiã vſu venit vt ipſa iucundum aliquid cogitet, & pars quædam corporis voluptate titilletur, totum vero corpus quieſcat ac permaneat. Huius quidẽ rei ea habetur cã, quod homo potiſsimum terribilia & iucunda, nõ modo præſentia & futura, verũ etiam præterita quandoq; cogitet, ad quæ quidem referri motus nullo modo poteſt. Non igitur intelligentia illius motus qui loco fit, Domina eſt.

ARISTOTELIS PART. XLVII.

Præterea mens quoq; iubet & ratio dicit fugiẽdum eſſe aliquid aut perſequendum, non tamen mouetur, ſed cupiditate agit, vt intemperantes ſolent, atq; illum omnino videmus qui medicinam teneat, non mederi, veluti aliqua alia ſit res, nõ ipſa ſcientia agendi per ſcientiam Domina.

THEMISTII PARAPHRA.

Plerunq; etiam perſpicuæ cernimus, cum mẽs iubet & ratio imperat fugam aut perſecutionem, animal tamen non mente, ſed cupiditate moueri, vt intemperantes faciunt. Non igitur mens, nec ſcientia hoc motionis genere animal mouet. nam aliter fieri cernimus, ſiquidem accidit, vt quiſpiam ſit medicus, qui medicinam non adhibet, alius item equeſtrem artem teneat, qui tamen equo non vtatur, quaſi non ars & ſcientia, verum aliqua alia ratio mouendi loco princeps & Domina ſit.

ARISTOTELIS PARTI. XLVIII.

At vero neq; appetitus huius motionis author Dominusq́; eſt, nã continentes quamuis expetant & cupiant, non tamen ea agunt, quorum appetitionem habent. Sed mentem ſequuntur. Verum hæc duo videntur eſſe, quæ moueant aut appetitus aut mens, ſiquis imaginationem veluti quandam intelligentiam ſtatuat. Nã homines magna ex parte inſcienter imaginationes ſequuntur. Atq; in cæteris animalibus non mens non ratio, ſed imaginatio tantum viget. Hæ igitur ambæ ſunt mens & appetitio, quæ mouendi loco vim habent.

Themistii paraphrasis.

Iam vero neq; cupiditas neq; ira p ſe huius motionis dominæ ſunt. nam continentes etiam ſi iracũdia exardeſcant, & cupiditate moueantur, hanc tñ coercent & illam cohibent, cum rõnis imperio pareant, Mens igitur & appetitus duæ facultates videntur eſſe, quæ moueant. Si quis imaginationem ponat veluti intelligentiam. Nam homines magna ex parte imaginationes magis quam ſciãs ſequuntur. Animalia quoq; rõnis expertia quæ etiam carent prudentia, his tantum reguntur, quibus imaginatio mentis loco data eſt.

Aristotelis parti. xlix.

Ea inquam mens, quæ cogitat alicuius gratia, & aliquid molitur & agit, ſed differt ſine ab illa, quæ in contemplatione verſatur. atq; oĩs appetitus eſt alicuius gratia. cuius. n. eſt appetitus, id mẽtis actuoſæ initium eſt: vltimum vero actionis principiũ. quapropter hæc duo recte videntur ea eſſe quæ moueant appetitus & mens actuoſa. nam id ipſum qđ appetitur, mouet, & propterea mens mouet. quoniam id quod appetitur, eius principium eſt. imaginatio quoq; cum mouet, non ſine appetitu mouet,

Themistii paraphr.

Sed cum mentem dico, quæ loco moueat, mentem actuoſam, quæ alicuius cauſa ratiocinetur, vel cõſultet, intelligo. Sed ab illa differt, quæ rebus contemplandis oblectatur (id quod ſæpe iã retuli) quod huic ipſa actio veluti finis conſtituta eſt, actuoſæ vero menti appetitus, qui ad aliquod aliud præter actionem refertur. Nã propoſitum, ad quod contemplatio, appetitusq; dirigitur, actuoſæ mẽtis initiũ eſt. Siquidem cum in id intuetur, de rebus agẽdis cogitat ac delibérat, ipſumq; intelligentiæ habetur extremum, in quo is cõſiſtit, qui conſultat, quonam modo actionis principium finem aſſequatur, atq; vt intelligentiæ initium ſit actionis vltimum, optima igitur ratione in his duobus, quæ ſunt appetitus & actuoſa mens, quæri debet cauſa, cur animalia moueantur & incedant, propterea quod tam hæc ꝙ ille expetendi finis gratia ſunt, nam mens cũ mouet, ob rem aliquã mouet, quã expetit. Quare nec ſine appetitu id facit. Siquidem ſolent reciprocari, quæ cum altero conferunt.

Nogarolae scholia.

Qui Ariſt. aſſerũt in hac particula propoſitione illam ſibi finxiſſe, intellectus extenſione fit practicus, hi nunc facile tanquam mendaces redargui poſſunt.

Aristotelis parti. l.

Vnum igitur qđ primo mouet, eſt illud quod expetitur: nã ſi duo mens & appetitus mouerent, cõi aliqua forma mouerent, nunc vero mens ſine appetitu non videtur mouere, nam voluntas appetitus eſt. Sed cũ motus conſulto efficitur, voluntate etiam fit. appetitus aũt inconſulto mouet. Nam cupiditas appetitio quædã eſt.

Themistii paraphr.

Quod igitur expetitur. i. vnum, qđ mouet, atq; vna illius appetitio eſt, nec mens, nec appetitus, vt quædam diuerſæ res ponẽdæ ſunt. non. n. ſpecies à ſuo genere alia eſt. Verum mens ſuum quoq; appetitum habet. Nam voluntas appetitio quædam eſt. Quod ſi mens & appetitus duæ ac diuerſæ inter ſe facultates eſſent, quæ mouerent, profecto alia quædam communis ineſſet vis, cũius ipſæ participes animal motu cierent. quemadmodũ bipedi & quadrupedi animali commune eſt affixos habere pedes & membra, quibus ingreſſus corpore ſuſtinetur. Nunc vero ſatis apparet mentem ſine appetitu non mouere, cum voluntatem quoq; dictum ſit appetitionem eſſe, appetitum aũt mouere ſine mẽte. Nam ira & cupiditas appetitiones ſunt, quæ quidem inconſulto ſæpius mouent. Hoc autem in intemperantibus perſpicuæ cernitur, quos etiam ſi ad meliora conuertat mẽs, ij tamen deteriora expetunt, ac ſequuntur.

Aristotelis part. li.

Atque omnis quidem mens recta eſt, appetitus autem & imaginatio recta & non recta eſt. quapropter id quod expetitur, ſemper mouet. Hoc aũt eſt aut bonum, aut id, quod apparet bonum quamuis nõ omne, ſed bonum agendum, bonum aũt agendum id eſt, cui accidit, vt aliter ſe habeat.

Themistii paraphrasis.

Atque hæc quidem mẽs, quæ proprie & vere dicitur mens, omnis recta eſt, appetitus vero nõ omnis rectus, ſed neq; imaginatio, ſi remota ſit mens, quam etiã cum mente plerunq; conſtituimus, atque eodem in ordine collocauimus. Quare quod expetitur, ſemper mouet. Hoc autem eſt aut re vera bonum, aut quod boni ſpeciem habet. Sed mentem verax bonum, id quod videt bonum cupiditatem & iram mouet. etenim quod ſuaue iucundumq; eſt, tum apparet bonum, cum cupiditatem vel iram excitat: quamuis non omne bonum mouendi appetitum vim habet. Nam primum bonum & ſi quid eſt ſimplici abſolutaq; ratione bonum, ac perpetuum, id appetitionem non commouet. Hoc. n. fortaſſe omnibus cõmune eſt & alia ratione quæ poſterius conſideranda eſt, expetitum ac deſideratum. Nunc cauſam cur vnumquodq; moueatur animal, inquirimus, quod ſane bonum ad ſingulas res pertinet, cui cõtingit vt ſit ac non ſit nec ſimpliciter bonum, ſed vt aliquando, & ratione huius vel illius ſit bonum.

Nogarolae scholia.

Cum Ariſto. dixerit mentem actuoſam ſine ab ea, quæ res contemplatur, differre: Them. quonam modo id ſit, uoluit explicare ita ſcribẽs διαφέρει δὲ τοῦ θεωρητικοῦ τῇ πολλάκις εἰρημένῃ διαφορᾷ, ὅτι τοῦ μὲν αὐτὴ τέλος ἡ ἐνέργεια, τοῦ πρακτικοῦ δὲ ἡ ὄρεξις ἄλλου τινὸς ἕνεκεν παρ' αὐτὴν τὴν ἐνέργειαν. *quorum quidem uerborum hæc eſt ſententia. mentem quæ cõtemplatur ab ea differre, quæ aliquid molitur & facit. nam primæ mentis actio quæ eſt contemplatio, finis ponitur. non. n. poſtea quam contemplata eſt, aliquid aliud ultra requirit. ſecundæ uero mentis finis eſt appetitio, quæ præter actionẽ ad aliquod aliud impellitur, quod eſt ipſum opus. Hoc quoq; finis rationem habet. Ex quo quidem patet utriuſq; mentis proprium eſſe finem. Non igitur mens actuoſa ſine ab ea diuerſa eſt, quæ in contemplandis rebus uerſatur. Hanc quæſtionem Ioannes Grammaticus in hac particula ſic diſſoluit.* πρὸς ὅ φαμεν ὅτι καὶ ὁ θεωρητικὸς ἕνεκά του ἐστὶν ἀλλ' ὁ μὲν πρακτικὸς τὸ ἕνεκά του ὅ ἐστι τὸ τέλος, ἔξωθεν ἔχει, δεῖ γὰρ πλουτῆσαι πλεῦσαι ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον. ὁ δὲ θεωρητικὸς ἔνδον ἔχει τὸ τέλος. πάντα γὰρ ποιεῖ, ἵνα γνῶσιν προσλάβῃ ὅ ἐστι τῆς ψυχῆς οἰκεῖον κατόρθωμα, καὶ ἐπειδὴ ἀφανὲς τὸ ἔνδον, διὰ τοῦτο οἱ πολλοὶ, ἀργοὺς λέγουσι τοὺς θεωρητικούς, οἷς ἀκολουθῶν ὁ φιλόσοφος τὸ ἔξω μόνον τέλος ὑπέθετο, διὸ καὶ ἐπὶ αὐτοῦ εἶπεν τὸ ἕνεκά του. *quæ quidem uerba cum ſint facilia, transferre in latinum nolui. Ea tamen conſiderent ſtudioſi iuuenes.*

ARISTOTELIS

ARISTOTELIS PARTI. LII.

Atq; huiuſmodi quidem aīæ facultatē, quam appetitum vocamus, mouere perſpicuum eſt. Verū qui partes animæ diuidunt, ſi ratione virtutum diuidūt, & ſeparant, plurimas faciunt, vim alendi, ſentiendi, appetēdi, intelligendi & deliberandi. Hæ.n. facultates magis inter ſe differunt, quamuis appetendi & iraſcendi.

THEMISTII PARAPHR.

Hāc animæ facultatem quam appetitionem nuncupamus eam eſſe, qua loco animalia moueantur perſpicuum eſt. ac partes animæ qui diuidunt, ſi ratione facultatum diuidant & ſeparent, hanc illis quoq; annumerādam eſſe putandum eſt quemadmodū alendi vim ſentiendi, contemplandi, & conſultandi, cum quibus & appetēdi facultas ſumenda eſt, de qua ante diſſeruit. nam hæ omnes longe magis inter ſe differunt, q̄ ira atq; cupiditas, & illę facultates, ex quibus commotiones animi, affectionesq́; naſcuntur ita tres non erunt animæ partes, (vt aſſerunt nonnulli) ſed multo plures cenſendæ ſunt. Verum ad īſtitutum iam redeamus. Vna eſt igitur facultas animalia loco mouens, quam ſæpenumero appetitionē nuncupauimus, ſiue præſit ratio, ſiue cupiditas aut ira dominetur. Nam vt nihil prohibet vnū eſſe ſentiendi principium, quamuis quinque ſint ſenſus, ita nihil obſtat, quin vna ſit appetendi vis, actiones vero tres quas appetitus exerceat.

ARISTOTELIS PARTICVLA. LIII.

Sed cum appetitiones inter ſe contrariæ ſint, quod ſane tum accedit, cum ira & cupiditas cōtrariæ ſunt. Hoc aūt in iis efficitur, qui tpis ſenſum habent. Nam mens futura proſpiciens retrahere iubet, cupiditas vero, eo qđ iucundum adeſt præſensq́; eſt. nam iucundum quo pręſente fruitur, & ſimpliciter iucundum, & ſimpliciter bonum eſſe videtur, quoniam in poſterum non præſentit.

THEMISTII PARAPHRASIS.

Quapropter ſæpenumero accidit, vt appetitiones inter ſe contrarię ſint, idq́; cum ratio contra cupiditatē aut iram repugnat ac reſiſtit. Hæc autem appetitionū pugna in iis animalibus fieri ſolet, quæ temporis ſenſum habent, atque in homine potiſsimum. is enim per ſe tēpus ſentit. cæterę vero animantes ex euentu & fortuito. quippe quę perturbationem qua antea affectæ fuerant, non tp̄s ipſum ſentiant. quapropter nec vlla earum eſt, quæ futurum tp̄s pręſentiat. propterea q̄ ab iis non affici rebus poſsit quæ vēturæ ſint. Niſi forte in formicis & apibus. quæ quidem venturæ hyemis memores cibū recondunt ac reponūt, ſenſum conſequentis tpis ineſſe dixerimus. At ſolus homo ſimul ante proſpectat, & retro atq; à tergo reſpicit, cum mentem ſolus habeat, qua prius & poſterius numerat. Horū numerus nihil aliud q̄ tempus eſt. Ex quo fit, vt Alexan. interpres, qui hoīem dixerit eſſe tpis effectorem & opificem nō male dixiſſe exiſtimetur, cōtra vero cum tempus noſtrum oīno eſſe inuentum faciat, nec eidem propriam vim & naturam tribuat, non recte opinari, nec Ariſto. doctrinæ conuenienter loqui, ſiquidem ad ea animū adhibere, quæ ipſe in naturali auſcultatione tractauerit, neceſſe eſt. Ergo cum mēs contra cupiditatem repugnat ac reſiſtit, tum (vt modo dixi) aduerſi inter ſe & cōtrarij appetitus excitantur, quorum mens quæ cernit futura ſe retrahit & abſtinet, cupiditas vero iucūdū quod adeſt pręſensq́ue eſt, ſequitur. Nam iucundum quod pręſens oblectat, & ſimpliciter iucundum & ſimpliciter bonū ei eſſe videtur, quippe quæ in futurum non proſpiciat.

ARISTOTELIS PART. LIIII.

Vnum quidem ſpecie eſt, quod mouet, id autem eſt, quod expetit quia expetit. quod vero expetitur, id primum omnium eſt. (Nam hoc mouet & non mouetur, eo quod mente aut imaginatione perceptum eſt) at plura ſunt numero, quæ mouent. cum vero ſint tria, vnum quod mouet, ſecundum, quo mouet, tertium item quod mouetur. Sed id quod mouet, duplex eſt, alterum īmobile, alterum, quod cum moueat, etiam mouetur. Immobile quidem id bonum eſt, quod in actione cōſiſtit, quod vero mouet, & mouetur id quod appetendi vim habet. mouetur autem quod expetit, quia expetit, & appetitus motus quidam aut actio eſt, id quod mouetur, eſt animal, quo vero appetitus mouet, vt inſtrumento, hoc iam corporeum eſt. Quare de iis erit indagandum & perſpiciendum, cum de communibus corporis & animæ muneribus diſputabimus.

THEMISTII PARAPHR.

Atq; vna quidem ſpē ea habetur facultas, quæ expetit, atq; vnum pariter id quod expetitur illam aīs: Hoc etiam ſi iam mouet, nō tamen mouetur, propterea qđ aut mente aut imaginatione perceptum eſt. plura autē numero ſunt ea, quæ mouent atq; hæc ſane ſiue vt expetuntur, ſiue vt expetunt, accepta ſint, nihil prohibent. Tria igitur ſunt, quibus remotis aīalia hoc motu moueri minime poſſunt, īmo magis quatuor, id quod mouet, id, quo mouet, & quod mouetur. Verum quatuor dixi, qm̄ id quod mouet, duplex eſt, vnum quod ita mouet, vt nullo cieatur motu, quale eſt bonum actuoſum, alterum quod mouetur, & mouet vt appetitus, qui cum moueatur à bono, animalia pariter mouet. Nam motus qui loco fit, nihil eſt aliud q̄ ipſius appetitus actio, quę in apertum prodit. cum autem ex ſeipſo motionis non habeat initium, ſed ex bono quod agendum eſt, ipſum quidem moueri & mouere fateri debemus. id quod tantum mouetur, animal eſt. Atque hæc quidem ſunt tria, quibus etiam quartum adiungitur, quo appetitus vtitur veluti inſtrumento. Hoc iam corporeū eſt, de qua in libris de communibus corporis & animę muneribus ſubtiliter diſſeretur.

ARISTOTELIS PARTI. LV.

Nunc vero (vt ſummatim dicam) id quod mouet vt inſtrumentum, ibi exiſtit, vbi idem princij & finis rationem habet, vt ginglyſmos. nam in eo concauū conuexumq́; eſt, quorum alterum finis, alterum principiū. quapropter hoc quieſcit & illud mouetur cogitatione quidem diuerſa, ſed magnitudine inſeparabilia. Ex quo fit, vt (quemadmodum in orbe) aliquid ſtare neceſſe ſit, vnde motus origo ducatur.

THEMISTII PARAPHRA.

Nunc per capita & quam breuiſsime fieri poterit, illud explicabimus inſtrumentum, quod ad mouendum loco animal ſibi ipſi appetitus accommodat. Hoc aūt debet in ea corporis parte conſtitui, in qua idē & principij, & finis rationē habere poſsit, quę quidem cogitatione ſunt diuerſa, magnitudine vero inſeparabilia. Huius generis eſt ſedes illa, quæ cor ipſum complexa continet. Cor.n. partis dextræ & ſiniſtræ, ſuperioris item & inferioris initium finisq́; eſt, ad quas dimenſiones mouentur animalia. Nam duo quædam ad inceſſum requirunt, quæ maneant ac quieſcant, alterum externum, cui quidem innitantur & ambulent, alterum interius, circa qđ porrecta viciſsim parte dextra & leua motu cieantur, vt in giuglyſmis fieri ſolet. nam circa īmobilem fi-

bulam alternis vertûtur ginglymi. cuncta.n. aīalia pulſu mouentur & tractu, quippe quę partem leuā & dextram modo extendendo, modo contrahendo greſſum conficiant. Hæ igitur motiones ſunt pulſus & tractus. quemadmodū igitur in medio orbe fixum maneat punctū neceſſe eſt, à quo ille conuerti incipiat & cū torqueri, ita quoq; in medio aīali imobile ſtet aliquid oportet, à quo partium motus ortum habeat.

NOGAROLAE SCHOLIA.

Ginglyſmos quid ſignificet, ita declarat Ioannes Gram. γίγγλυμος ἐστὶ σύνταξις δυοῖν ὀστέοιν, τοῦ κυρτοῦ ἐμβαλλομένου εἰς τὴν κοιλότητα. καὶ ταῦτα μὲν τῷ λόγῳ διαφορά ἐστιν, ἐν ἄλλῳ γὰρ σώματί ἐστι τὸ κυρτὸν, καὶ ἐν ἄλλῳ τὸ κοῖλον· τῷ δὲ ὑποκειμένῳ ταὐτά εἰσιν. *hoc eſt ginglyſmos eſt duorum oſsium conſtructio, quorum alteram rotundam immiſſam ſit in alteram, quod ſit concauum. atque hæc ſane cogitatione differunt, cum in altero corpore ſit rotunditas, in altero cauitas, re uero ipſa eadem ſunt. Plutarchus autem & Alex. (ut hoc in loco refert Simp.) ginglyſmon eſſe opinantur duorum anulorum complexum, quorum alter in alterum īmiſſus eſt, ut unius pars conuexa alterius partem cauam cōtangat, atq; (ut oſtendit Alex.) cum ſtanti fibulæ circumpoſitus eſt anulus, portam quæ extra & intra conuertitur, adiuuat, & cum fibula immobili permaneat ipſe tū anulus dum porta extra & intra conuertitur, contrariis mouetur motionibus, quæ ſequuntur legere, nequaquam pigeat. Hos ſequi uidetur Them. cum ait.* ὥσπερ ἐπὶ τῶν γιγγλυμῶν. περὶ γὰρ τὴν περόνην μενούσαν οἱ γίγγλυμοι παραλλὰξ κινοῦνται. *Ioānes tū Gram. meo iudicio ad Ariſt. propoſitum, qui loquitur de inceſſu animalium magis accedit. illud uero lectorem admonitum uelim, hoc uerbo ginglyſmos ante Ariſtotelem uſum fuiſſe Hippocratem. (Nam hic Ariſt. quingētis fermè annis anteceſſerat) ſiquidem ita ſcribit in lib.* περὶ τόπων κατ' ἄνθρωπον. πρὸς δὲ τὸ γόνυ τὸ ὀστέον τοῦ μηροῦ. τοῖον δ' ἐστὶ δίκραιον, τῷ δὲ δικραίῳ τούτῳ τὸ ὀστέον ἡ κνήμη καλουμένη δεῖ ἐν γιγλύμῳ συνήρμοσται *quo in loco* γίγλυμος *legitur, cum tamen apud Ariſt. & eius interpretes paſſim legatur,* ὁ γίγγλυμος. *ex quibus quidem Hippocratis & Ari. uerbis ſatis perſpicuū eſt Galeno libellum ſcribenti de oſſibus (ſi modo græce ille ita ſcripſerat, (nam non niſi latinum habemus codicem: & eundem male conuerſum) memoriā defeciſſe, qui ita ait ginglyſmum à recentibus medicis unam appellari diarthoſios ſpēm, ſed hanc uocem priſcis non admodum notam atque in eorum ſcriptis ginglyſmoades deprehendi.*

ARISTOTELIS PARTI. LVI.

Omnino quidem (vt dictum eſt antea) qua rōne animal expetere, hac etiam ſeipſum poteſt mouere. At vis quę expetit imaginatione minime caret. Imaginatio autem omnis aut ad rōnem aut ad ſenſum attinet. Atque huius quidem cæteræ animantes participes ſunt. De imperfectis quoq; videndum eſt, quæ nā ſit ea vis, quæ id animalium moueat genus, quibus tactionis tm̄ datus eſt ſenſus inſit ne eiſdem imaginatio & cupiditas, an nō inſit. nam dolorem & voluptatem videntur ſentire, q̄d ſi his perturbationibus commoneantur, ardeant itidem cupiditate neceſſe eſt. At quo nā pacto imaginatio inerit? An dicendum eſt, vt perturbate cōſuſeq; mouent, ita nec definite nec diſtincte eas continere.

THEMISTII PARAPHR.

Ac prorſus quidem (vt diximus) qua ratione animal expetit, eadem mouere ſeipſum poteſt. Verum vis appetendi imaginatiotis non eſt expers, oīs autem imaginatio aut rationis eſt, aut ſenſus.

ARISTOTELIS PARTICVLA. LVII.

Atq; eam quidem imaginationem, quæ ipſius eſt ſenſus. alıis etiam ineſſe animantibus dictum iam eſt. De liberatiuam autem illis tm̄ in eſſe, quibus ineſt ratio. Nā vtrum agat hoc an illud, munus rationis officiumq; eſt, atq; vno neceſſe eſt ſemper metiri, quod enim maius eſt inſequitur. Quare poteſt ex pluribus viſis vnū facere, Atque hæc ſane eſt cauſa cur opinionem habere non videatur, quod eam non habeat, quæ ex ratiocinatione ducitur. Hæc autem illam habet. quapropter appetitus deliberandi vim non habet. Verum appetitus vincit interdum voluntatem & mouet. contra hæc illum, quandoque vt ſphæram appetitus appetitum. cum accidit incontinentia. ſemper tamen qui natura ſublimior eſt principatum magis tenet, & mouet. Quare tribus iā contingit moueri motionibus.

THEMISTII PARAPHRASIS.

Atque hæc quidem imaginatio, quę à ſenſu mattinet, etiā belluis tribuitur. quæ vero rationis eſt, in ſolis hominibus innaſcitur. Nam & in illis ſuum eſt complura viſa ex aduerſo perpendere & comparare, atq; vtrum hoc an illud ſit magis expetēdum, quod ſane rōnis munus officiumq; eſt, atq; vno oportet metiri, quod.n.maius meliuſq; eſt, inſequitur & expetit. Quapropter quēadmodum qui cupit inuenire, quod nam ex quātis inæqualibus maius ſit, is menſurā vnam, verbi gratia: cubitum aut palmum adhibet, ſic quod nā viſum ſit magis expetendum, aſſequitur is, qui menſuram vnam (iucundum dico aut vtile) ſibi conſtituit, nec more belluarum ſpē rei ſtatim agitur, ſed plerunq; connectit ac componit, ſi hōc ſit, illud eſt. Et ſi hoc, rurſus illud, atque ita ex pluribus vnum ratione efficit & concludit. Ex quo fit, vt belluarum appetitio quæ rōnis ſunt expertes à ſimplici imaginatione pulſetur, idcirco opinationem non habet, propterea quod ratiocinatione prorſus careat. At hoīs appetitus q̄nque ſine opinatione, interdum cum opinatione mouetur. Hinc ſequitur, vt non omnis appetitus voluntas habeatur, ſed voluntas oīno appetitio ſit. Verum in hoīe vis illa quæ rōnis eſt expers, eam quę eiuſdem eſt particeps, q̄nque vincit & ſuperat, cōtra interdum. Appetitio aūt quæ valens eſt, imbecillam mouet, nec eius tū impetum ſedat & comprimit, ſed eandem ſecum penitus in orbem trahit. quod quidem cœleſtibus ſphæris euenire ſatis compertum eſt. nam quæ inerrans dicitur, quamuis ſuum cōficiens curſum, errantium ſtellarum orbes iiſdem ſpatiis ſecū ſua volubilitate conuertat, eoſdem tamen non ſirmat, neque ſiſtit. In hac igitur rerum vniuerſitate, qui motus natura præſtantior eſt, is vincit ſemper & ſuperat, ſiquidem qui natura ſupremus eſt, eo magis principatum tenet, quāquam in hominibus interdū accidit, vt vis ſuperior atque excellentior ab inferiori deteriori q; vincatur, vt in incontinentibus ſatis apparet. Atq; ita hominem iam dixeris triplicem habere motum, Duos in appetitionibus poſitos, tertium, qui fit, cum ab illis ambabus viciſsim trahitur, ac retrahitur.

NOGAROLAE SCHOLIA.

καὶ τρεῖς ἤδη τινὰς αὐτὰς κινήσεις εἴποις ἂν εἶναι ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, δύο μὲν τὰς τῶν ὀρέξεων, μίαν δὲ τὴν τοῦ ἀνθρώπου ὑπ' ἀμφοῖν ἀντισπωμένου, *uerba hæc ſunt Them. quibus tres*

duarum

duarum appetitionum motus hominibus ineſſe conatur oſtendere, quod ſane nullus alius fecit Ariſto. interpres, ut ſatis appareat tertium motum philoſophus omittere, niſi quid forte deſit in eius libro. nam etiamſi duos tantum explicuit, motus ulterum quo appetitus uoluntatem, alterum contra, quo uoluntas appetitum uincit & ſuperat, de tertio tamen nulla facta mentione ita concluſit, ὥστε τρεῖς φορὰς ἤδη κινεῖσθαι. Quapropter ne quid deſideretur in Ariſtotele, quamuis ſit audax negotium, tamen hanc particulam ita explicarem ac corrigerem νικᾷ δὲ (inquit) ἐνίοτε καὶ κινεῖ τὴν βούλησιν, uincit quandoque uoluntatem appetitio, quæ quidem uictoria primus eſt motus adderem ego ſtatim quædam uerba, quæ in Themiſtij Paraphraſi poſita ſunt, ποτὲ δὲ τοὔμπαλιν, interdum contra accidit, ut uoluntas appetitum ſuperet, & hic ſecundus eſt motus. Sequitur, ὁτὲ δὲ ἐκείνη ταύτην, ὥσπερ σφαῖρα ἡ ὄρεξις τὴν ὄρεξιν ὅταν ἀκρασία γένηται, ubi tertium declarat motum, qui aliquando efficitur, cum ille appetitus quæ eſt uoluntas mouet appetitum hunc rationis expertem, quem tamen non ſedat nec compeſcit, quemadmodum ſuperior orbis inferiorem, nam etiamſi hic ab illo in occaſum rapiatur, ſuo tamen retro & contrario motu in ortū conuertitur, idq; cum ἀκρασία efficitur, quæ quidnam ſit, ex Ioanne Grammatico ſtatim oſtendam. Non negarim tamē poſſe etiam ita exponi, ut quem dicat ὁτὲ δὲ ἐκείνη ταύτην, ſecundus motus intelligatur, quando uero ὥσπερ σφαῖρα ἡ ὄρεξις ὄρεξιν, tertius: ſed ita legi oportere addita in principio copula, καὶ ὥσπερ σφαῖρα σφαῖραν ἡ ὄρεξις τὴν ὄρεξιν, quæ correctio, ſi magis placeat, ſua uerba Themiſtio relinquenda ſunt, ad quem ut redeam, cum nemini dubium ſit, hominem nō motum à contrariis appetitionibus diſtrahi, particulam illam, quæ in Themiſtio legitur εἰ παντωμένην, mutato genere & caſu in εἰ παντωμένου conuerterem: ut ſit ſenſus, unum autem fieri motum qui eſt tertius, cum ab ambabus appetitionibus homo uiciſſim trahitur retrahiturq́. Hoc autem appetituum certamen & luctam in nobis fieri antea dixerat Plato libro primo de legibus. τόδε ἴσμεν, ὅτι ταῦτα τὰ πάθη ἐν ἡμῖν οἷον νεῦρα καὶ μήρινθοί τινες ἐνοῦσαι σπῶσί τε ἡμᾶς καὶ ἀλλήλαις ἀνθέλκουσιν ἐναντίαι οὖσαι ἐπ' ἐναντίας πράξεις, οὗ δὴ διωρισμένη ἀρετὴ καὶ κακία κεῖται. μιᾷ γάρ φησιν ὁ λόγος δεῖν τῶν ἕλξεων ξυνεπόμενον ἀεὶ, καὶ μηδαμῇ ἀπολειπόμενον ἐκείνης ἀνθέλκειν τοῖς ἄλλοις ἕκαστον. Sunt igitur in homine motus tres, unus ſecundum naturam, qui ſane efficitur, cum ratio ſeu uoluntas, quæ præſtantior eſt ſenſus appetitum uincit & ſuperat, ſecundum uero & tertium ita declarat & duobus diſtinguit nominibus particula. LVII. Ioannes Grammaticus. καὶ ἄλλο ἐστὶν ἀκρασία καὶ ἄλλο ἀκράτεια. ἀκρασία μὲν γάρ ἐστιν ἡ μάχη τῶν παθῶν καὶ τοῦ λόγου, ὅταν μηδέπω μηδὲν κρατήσῃ ἀλλ' ἀμφοτέρωσε ἡ μάχη καθέστηκεν, ἀκράτεια δέ ἐστιν ὅταν τὰ πάθη κρατήσωσι τοῦ λόγου. hoc eſt alius eſt motus ἀκρασία alius ἀκράτεια. ἀκρασία enim eſt, cum inter animi perturbationes, & rationem ipſam exorta eſt pugna, in qua nulla ex parte apparet uictoria, ſed prælium adhuc anceps dubiumq́; eſt, ἀκράτεια uero cum eædem perturbationes rōnem uincunt & ſuperant. an autem hæc Ioannis Grammatici diſtinctio conſentanea ſit iis quæ in libris de moribus cōſcripta ſunt ab Ariſtotele, conſiderent alij.

THEMISTII PARAPHRA. IN LVI. ARISTOTELIS PARTICVLA.

Verum cū imperfecta quoq; loco moueātur aīalia, vt muſcæ & vermes, & quæcunque ſunt huius generis, inquiri ſane oportet, quonam pacto ſine appetitu moueantur, aut quonam modo ſine imaginatione concupiſcant, qua nos ea animalia carere iam diximus. At cū dolorem & voluptatē illis in eſſe cernamus, eiſdē quoq; datam eſſe omnino cupiditatem fatebimur. Verum vbi cupiditas ibi prorſus ſit appetitus, vbi appetitus, ibidē etiam vigeat imaginatio, neceſſe eſt. qua tamen imaginatione eadem animalia ſuperiore libro ſpoliauimus. An quemadmodum nec certo nec rato cientur motu, ita nec certa neq; diſtincta rōne quicpiam cogitant, vt imaginationem quidem habeant, ſed indiſtinctam & confuſam, ſicut & ſenſu prædita ſunt perturbato & imperfecto. Atq; hæc quidem quæſtio ad hūc modū propoſita, diſſolutaq́, ſit.

ARISTOTELIS PARTICVLA. LVIII.

Ea autem vis, quæ ad ſciētiam valet, non mouet, ſed manet cum vero exiſtimatio & rō & vniuerſorum ſit & ſingulorum, illa .n. dicit quēque talem tale oportet agere hæc vero hunc talem hoc tale & ego talis. Iā hæc ipſa mouet opinio, non quæ vniuerſa cōprehēdit. An ambæ mouent? ſed illa quieſcēs magis, hæc vero nō quieſcēs.

THEMISTII PARAPHRASIS.

Verum cum ſit duplex exiſtimatio, altera vniuerſa & generalis, altera, quæ eſt de rebus ſingulis. illa nāque omni philoſopho præclare agendum affirmat, hæc vero me eſſe philoſophum. quæ nam igitur harum exiſtimationū ipſius motus domina eſt? an quæ de ſingulis? an quæ vniuerſa generaliſq́; eſt? an ambæ? Ambas quidem eſſe fatendum eſt: ſed rōne diuerſa. Nam hæc ſtās ac quieſcens, illa vero motioni coniuncta ac connexa. Nam ex illa quæ ſingula eſt, concluſio ſic deducitur. mihi igitur præclare agendum eſt, ac motus niſi quid obſtet & impediat, ſtatim conſequitur.

NOGAROLAE SCHOLIA.

Eadem fere de exiſtimatione uniuerſa & ſingula dicuntur ab Ariſtotele libro. 7. de moribus.

ARISTOTELIS PARTI. LIX.

Omne igitur qđ viuit, & animā habet, ab ortu vſq; ad interitum animam altricem teneat neceſſe eſt. Nam quod genitum eſt oportet, vt accretionem, ſtatū & decretionem recipiat. Hæc aūt ſine alimēto fieri nequeūt. Quare hanc vnam vim altricem in omnibus iis vigere, quæ augeſcunt & diminuuntur, neceſſarium eſt.

THEMISTII PARAPHR.

Atq; omne quidem animal altricem habeat animū neceſſe eſt, id ſane, quod genitum interiturumq́; ſit, quę quidem facultas, quādiu ab ortu ad interitum extenditur vita, ea tandiu durat & permanet, Nam quodcunq; ortu generatum eſt, id augeſcit, conſiſtit ac diminuitur. Hæc autem munera ſine cibo perfici nequeunt. Atque hanc ob cauſam vt altrix vis oībus naturis quę augentur ac decreſcunt, tributa ſit neceſſe eſt.

NOGAROLAE SCHOLIA.

Ἀνάγκα γὰρ τὸ γενώμενον αὔξασιν ἔχειν καὶ ἀκμὰν καὶ φθίσιν. Hæc tria facultatis altricis opera enumerauit antea Timæus Locrus in libello de natura, & quidnam ſit eorū unūquodq; his uerbis explicuit. τροφὰ δὲ πᾶσιν ἀπὸ ῥιζᾶν μὲν τοῖς φυτοῖς, ἀπὸ δὲ τᾶς κοιλίας ἐπάγεται τῷ σώματι, ὃ καὶ εἶναι πλείω τῶν ἀπορρεόντων ἐπιρρέοντα, αὔξα λέγεται, ἀκμὰ δὲ μεῖον, φθίσις, ἡ δὲ ἀκμὰ μεθόριον τουτέων ἐστὶ καὶ ἐν ἰσότατι ἀπορρόας καὶ ἐπιρρόας νοεῖται. quæ ego ita feci latina.

Omnes autẽ cibus à cordis radice & alui fonte in corpus deducitur, q, ſi plenius irrigetur, quam ſit ille cibus, qui defluit, accretio. ſin minus decretio, inter has ſtatus interiectus & medius, qui quidem cibo æqualiter effluente et influente intelligi ſolet: uerũ ἀκμὴν in ſuo Them. codice non habuit (ut opinor) Hermolaus propterea nec hoc uerbum conuertit: quod ſane fuit in cauſa, cur Sueſſanus aſſerere non ueritus ſit, Themiſt. exiſtimaſſe animalis corpus nullo ſuæ ætatis tpe cõſiſtere, ſed ſemper uel augeri uel decreſcere. quippe qui Themiſtium animaduerterit latine loquentem, de accretione tantum, & decretione mentionem facere, cum tñ Ariſtote. & Themiſtius, & hoc in loco & in libello de reſpiratione & alibi τὴν ἀκμὴν ſemper inter duas illas motiones conſtituerint. Verum ἀκμὴν Cicero in lib. de Senectute de ea loquẽs ætate, quæ inter adoleſcentiam & ſenium media eſt, conſtantem uocat ætatem, quã Cornelius celſus conſiſtendi tempus nuncupat. De hoc ſtatus tempore ita ſcribit Plato in ſuæ Politiæ lib. quinto ἆρ' οὖν σοι ξυν· δοκεῖ μέτριος χρόνος ἀκμῆς τὰ εἴκοσι ἔτη γυναικί, ἀνδρὶ δὲ τὰ τριάκοντα; τὰ ποῖα αὐτῶν; ἔφη· γυναικὶ μὲν ἦν δ' ἐγώ, ἀρξαμένη ἀπὸ εἰκοσιέτιδος μέχρι τετταρακοντα έτιδος τίκτειν τῇ πόλει· ἀνδρὶ δὲ ἐπειδὰν τὴν ὀξυτάτην δρόμου ἀκμὴν παρῇ, τὸ ἀπὸ τούτου γεννᾶν τῇ πόλει μέχρι πεντεπεντηκονταέτους. ἀμφοτέρων γοῦν ἔφη αὕτη ἀκμὴ σώματός τε καὶ φρονήσεως. Ariſt. uero lib. 2. Rhetoric. ad Theudectem à Pla. non parum diſſentiens, quamuis de maribus tantum loquatur quouſq; corporis et aĩ duret uigor, his uerbis exponit. ἀκμάζει δὲ τὸ μὲν σῶμα ἀπὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν μέχρι τῶν πέντε καὶ τριάκοντα, ἡ δὲ ψυχὴ περὶ τὰ ἑνὸς δεῖν πεντήκοντα. De hoc ſtatu Gal. lib. primo Aphoriſmo ἀπὸ τῆς ἀκμῆς deducitur ἀκμαῖος quo utitur Ariſtoteles lib. decimo de moribus.

ARISTOTELIS PARTI. LX.

Nec vero ſenſum neceſſe eſt omnibus ineſſe, quæ vitam habeat, nam quorum ſimplex eſt corpus, ea tactu prædita eſſe non poſſunt, nec fieri pot, vt aliquod ſine eo conſiſtat aĩal, nec quę ſine materia ſpecies recipiunt, animal autem neceſſario ſenſum habent. ſi nihil fruſtra faciat natura, nam vniuerſa quæ conſtant natura, alicuius gratia ſunt, aut caſus erunt earum rerum, quæ alicuius gratia fiunt. Si igitur oẽ corpus ingrediens ſenſu careat, interibit, nec ad eum perueniet finẽ, quod eſt nãæ opus atq; effectio. quo. n. pacto nutrietẽ? cũ imobilibus & ſtabilibus illud adſit, ex quo ſua natura poſsint.

THEMISTII PARAPHRA.

At vero vis ſentiendi non oĩbus quæ cibũ capiunt, neceſſaria eſt. non. n. plantę & ſtirpes eam habent. Sed hæc res altius à capite repetatẽ. primus oĩum ſenſuum tactus reliquos antecedat, opus eſt, cũ alij oẽs eius vſum deſiderent, ipſe reliquorum ope nõ indigeat. oĩa igitur quæ viuunt, quæque aut oĩno ex ſimplici, aut ex iis quę ad ſimplex corpus proxime accedunt, concreta ſunt, nequaquam tactu prædita eſſe pñt, quippe qui in contrarietatum contrectabilium medietate conſiſtat. At quæ tactũ non habent, reliquorum itidem ſenſuum expertia ſunt. nam & ob hanc cãm factũ eſt, vt ſenſum natura plantis & ſtirpibus minime dederit, tum quod earum corpus ſimplicis corporis vi & naturæ proximum ſit, tum etiã quod ſpẽm ſine materia recipere nequeat: veluti plantarũ corpus ea mediocritate penitus careat; ac terreſtris naturę ſit magis particeps, quæ quidẽ terra elementorum oĩum ad ſentiendũ ineptiſsima eſt. quòd ſanè indicãt corporis noſtri partes, quæ quo plus terræ continent, eo minus ſentiunt. Quod ſi aliqđ exiſtat corpus vitæ particeps, quod ex ſimplici corpore concretũ ſit, id eadem rõne ſenſum habere nullo modo põt verum ſenſus non ſolum neceſſarius eſt iis, quæ vitam habent, ſed etiam animalibus, quam uis non oĩbus ſimplr, verũ illis duntaxat, quæ incedunt, neq; hoc ſatis, ſed addere oportet, q̃ genita, interituraq́; ſunt. Non. n. prope influẽtem & appoſitum habẽt cibum, neq; ex elementis trahunt, in quibus ſata, plãtataq́; ſint: ſed mutãdo loca ſibi ipſis victũ quærãt, neceſſe eſt, hoc aũt ſi ſenſu careant, quonam mõ conſequi poſsint? Ac niſi quæ accõmodata, & quæ aliena ſunt, p̃ſentiant, qui nam ad res ſalutares accedere, à nocentibus & peſtiferis effugere valeãt? Adde quod nec puncto tp̃is aĩantes ſeruarentẽ incolumes, niſi iis rerum nuntij dati eſſent ſenſus qui & q̃ appetenda, & q̃ euitanda ſunt, oñderent. vt incaſſum natura tam varia aĩantium gña produxiſſe videatẽ, niſi eaſdem cogitaſſet ad ſuum finem p̃ducere. finis aũt vniuſcuiuſq; aĩalis proprius, qđ gñandi vim habet, is eſt, vt tale qd gñet, quale ipm. Ac ſuus quidem tam ſtirpibus & plantis, q̃ oĩbus quæ terræ inhærẽt, conſtitutus eſt finis. nam aluntẽ & ex ſe ipſis gñant, non mutãt tñ locum ad paſtũ capeſſendũ, quem à virtute altrice parabilem ſemper hñt. Verũ aĩalibus, quæ ingrediuntẽ & vim hñt gignendi, quæque extrinſecus cibũ quęrũt, prior accedat ſenſus, quã alia aĩa, quas mens neceſſe eſt. Nam ẽt ſi longe multũq; pręſtet, mens, non tñ vi mentis aliẽ aĩal, ſed guſtatus & tactus. Atq; hoc quidẽ in cã eſt, cur his aĩalibus neceſſario datus ſit ſenſus, q̃ vero nullo gñata ortu ſempiterna ſunt, & mouentẽ loco, iis nulla cogit neceſsitas, vt ſenſus tribuatẽ. Cã eadem quã mõ attulimus, in his ẽt reddenda eſt, qđ natura res hmõi nõ agit temere, ſed oĩa aut alicuius grã, aut vt quæ rebus accidant, quę alicuius cã fiunt, efficere ſoleat, quales ſunt pili & verrucæ, quæ certis corporis partib' inaſcuntẽ: ſempiterna vero aĩalia & ingenita nullum p̃cipuum ſenſus vſum hñt, nec vt aduentitium, nec vt caſu contingentẽ. non. n. cibum requirũt. Præterea ſi habeant ſenſum altera duarũ rõnum habeãt, neceſſe eſt: aut quia aĩæ, aut quia corpori magis conferat. Sed harum neutra afferri põt. aĩa. n. deterius, non melius intelliget ſi ſenſu fuerit perturbata. nec corpus illud adiunctis ſenſibus p̃ſtantius ſit. Quare extrema viuentiũ (plantas dico & ſtellas) ſenſus magis expertia ſunt, illæ quod facultate ſenſus abiectiores ſint, ſtellæ vero magis excellant. Ambæ vero ſenſu priuatæ ſunt, quod additus ad alimentum ſibi ipſis comparandum non requirunt, ſed plantæ terræ ſuccũ prope appoſitum ſemper trahãt, ſydera vero paſtu oĩno non egeant. cętera aũt aĩalia inter has duas naturas media, tã iiſdem magis perfecta quã imperfecta cum poſsint interire, & mouentur loco ſenſum requirunt, cuius munere diu in vita ſeruentur, ac permaneant. Hac rõne nullum huius generis aĩantium corpus ſolitarium ſimplexq́; eſt, ſed ex primis contrarietatib' cõfuſum & tẽperatũ, vt cõtrectabile eẽ poſsit.

NOGAROLAE SCHOLIA.

De Symptomate alibi plura fortaſſe.

Ὅσα δὲ ἀγένητα μόνον καὶ ἀΐδια κινεῖται δὲ κατὰ τόπον, τούτοις οὐδαμῶς αἰσθήσεως ἀνάγκη et paulo poſt τοῖς δὲ ἀϊδίοις ζώοις καὶ ἀγενήτοις οὐ προσηρτημένη χρεία τῆς αἰσθήσεως & quibuſdam interpoſitis, ὥστε ἀμφότερα αἰσθήσεως μᾶλλον τὰ ἀκρότατα ζῶν τά τε φυτὰ λέγω καὶ τὰ ἄστρα. Hæc ſunt Them. uerba, quibus nos aperte docet corpora cœleſtia facultate ſẽtiẽdi oĩno carere quod & antea aſſeruit Plato, ita ſcribens in

Timeo. λεῖον δὲ δὴ κύκλῳ πᾶν ἔξωθεν αὐτὸ ἀπηκριβοῦτο πολλῶν χάριν. ὀμμάτων τε γὰρ ἐπεδεῖτο οὐδέν. ὁρατὸν γὰρ οὐδὲν ὑπελείπετο ἔξωθεν· οὐδ' ἀκοῆς, οὐδὲν γὰρ ἀκουστόν. *Quapropter eum Ioan. Gram. legis hoc in loco dicentem. Platonicos opinari orbes cœleſtes eſſe una cū ſuis aſtris ſenſu præditos, quorum ſententiam tuetur ac defendit, non Plato. ſed Plato. ſectatores intelligere oportet, ac Plotinum in primis (ut alios omittam) qui ſtellas exiſtimat ſuos habere ſenſus, ut noſtras preces exaudiant, quas adhibemus ad ſolem potiſſimum. Sic enim ait lib. quarto enneadis quartæ.* νῦν δὲ ἐπειδὴ μὲν μνήμας οὐ τοῖς ἄστροις πρὸς τῷ ὁρᾶν εἶναι ἰδόμεθα, αἰσθήσεις δὲ ἔδομεν καὶ ἀκούσεις πρὸς ταῖς ὁράσεσι, καὶ εὐχῶν δὴ κλυόντας ἔφαμεν, ἃς πρὸς ἥλιον ποιούμεθα.

Aristotelis part. lxi.

Verum fieri nō pōt, vt corpus quod mobile & genitum ſit aīam quidem & mentē diſcernētem habeat, ſenſum aūt non habeat, nam cur non habebit? id. n. aīæ aut corpori melius erit. Sed nūc horū neutrū dici pōt, illa. n. ob id nō magis intelliget, corpus aūt nō magis cōſiſtet.

Aristotelis part. lxii.

Nullū igitur corpus mobile aīam ſine ſenſu cōtinet, Atqui ſi ſenſum habeat, ſimplex aut miſtū ſit corpus, neceſſe eſt. Sed fieri non pōt, vt ſimplex ſolitariumq; ſit. nā tactus erit expers, quē quidē vt habeat neceſſariū eſt.

Particvla. lxiii.

Atq; hoc idē ex iis percipi pōt. nam cum aīal oē aīatum ſit corpus, corpusq; oē contrectabile, contrectabile aūt id, quod ſenſu tactus percipi pōt, neceſſe eſt ēt vt aīalis corpus ſit contrectabile, ſi ſeruari debeat aīal, nā reliqui ſenſus per alia ſentiunt, vt olfactus, aſpectus & auditus. id vero qđ tangit, ni ſenſum habuerit, hæc quidem fugere, illa autem capere minime poterit, quod ſi ita ſit, vt ipſum ſeruetur animal, fieri nequit.

Themistii paraphr.

Tactus quoq; aīalibus, quæ gignendi vim hīt, ob id neceſſarius admodū eſt, qđ aīal ſit corpus aīa preditum, corpus aūt oporteat, vt ea contangat corpora, q̄ proxima ſunt, ꝑpea neceſſe eſt, vt aīal quoq; vim habeat tangendi, qua ad ſalutē & incolumitatē, q̄ proſint, & noceāt poſsit diſcernere: nō. n. quēadmodū res inaīes, ita et aīalia ſeſe mutuo dñr contangere, eo q̄ nihil ſit mediū, nihil interiectū. Nā hoc aīalibus ſatis nō eſt. Sed requirit, vt eorū tactus ea q̄ tāgit, percipiat, & iudicet. cæteri ſenſus ꝑ alia ſentiunt media, tactus vero ꝑ carnē, aut per id qđ carni ſiſe eſt. Quapropter niſi aīalia res ſalutares, à nocētib⁹ deſtinguāt, has fugere, illas expetere nullo mō poterunt. At q̄ id pſtare nequeunt, ſalua eſſe non pōt. Plātæ quoq; alimētum cōtangūt, ſed earū tactus ad rerum inaīatarum tactionē proxime accedit: quippe quæ terræ inhæreant, & ſedē nō mutent. Ex quo fit, vt neq; vtant guſtatu, nam eo vterent incaſſum: cū ſuccos triſtes effugere nequeant. ita appulſu rerū cōtrectabilium, quæ quidem extraneæ nocētesq; ſunt facile intereūt & moriuntur. aīalia vero prius quā edant cibum deguſtāt: propterea iiſdem tactus admodum neceſſarius eſt.

Nogarolae scholia.

ἅπερ καὶ τῆς ζωῆς ἀπέχου verba ſunt Them. quæ in omnibus impreſsis codicibus ita ſe habent. ea cū inſtituto nō cōueniant, ſic corrigere libuit, ὥστε γὰρ τῆς ζωῆς οὐκ ἀπέχου.

Aristotelis parti. lxiiii.

Quapropter & ipſe guſtatus veluti quidā tactus eſt, nam alimenti habetur ſenſus. alimentum vero corpus, quod tangi pōt. At ſonus & color & odor nō alunt, neq; accretionem nec decretionē faciunt: quare neceſſe eſt, vt guſtatus quidem tactus ſit ꝑpea quod rei cōtrectabilis & quæ vim habeat nutriendi ſenſus exiſtat. Atq; ij quidē ſenſus aīali ſunt neceſſarij, ac perſpicuum eſt fieri non poſſe vt aīal ſine tactu cōſiſtat. Reliqui vero ſenſus alicuius boni cā, non tñ cuilibet aīantium gñi, ſed certo vt ei quod graditur, neceſſario dati ſunt. Nam ſi ſeruari debeat, nō ſolū vt tāgat, verū ēt vt ꝓcul ſentiat opus ē.

Themistii paraphrasis.

Quapropter tactus iiſdē neceſſarius eſt. nā guſtatus ſe hēt vt quidā tactus. guſtatus. n. alimēti ſenſus eſt. alimentum corpus quod tangi pōt. cum alatur corpus & nutriatur corpore. Nec vero ſonus nec color neq; odor nutriunt, nec efficiunt, vt aīal creſcat ac decreſcat. Atq; hi duo quidem ſenſus aīali neceſſarij ſunt, q̄ etiam ſine tactu non poſſe conſiſtere ſatis perſpicuum eſt, ſiue perfectū ſit, ſiue imperfectum. nā quę appellantur ζωόφυτα mediā ſortita nām inter aīalia & plantas cum hos duos habeāt ſenſus, cōicatione quadā ſunt aīalia, cæteri vero ſenſus, alicui & boni grā aīalū generi tributi iā ſunt, nō tñ quibuſlibet, ſed perfectioribus, & iis quæ gradiunt. Nā aīalia ad conſeruationē & ſalutē quæ fugiēda ſunt, & quæ perſequenda eminus præſentiant neceſſe eſt.

Aristotelis part. lxv.

Quod ſane erit, ſi ea facultas, quæ ſentiēdi vim hēt, per medium ſenſerit, cum medium ab eo quod ſub ſenſum cadit, ea ipſa ab illo alliciatur moueaturq;. nā quēmodum id qđ loco mouet, tandiu facit, quouſq; mutare locū efficiat atq; impellens alterum agit, vt deinceps pellat, & motus fit per mediū, ac primum quidem quod mouet, pellit, nō tñ pellit, extremum tm̄ pellitur, & nō pellit. Mediū atq; pellit & pellit, cōplura aūt ſunt media. ita & in alteratione fieri ſolet, niſi qđ q̄ alterant, eodē in loco permanent. vt ſiquis in cera impreſſerit vſq; eo dum mota ſit, impreſſerit. lapis aūt nihil mouet, ſed aqua longo ſpatio, aer plurimū: q & agit & patit, ſi idem permaneat ac & vnus ſit. Quare opinari melius eſt aerē refrāgi & à colore & figura pati, q̄ aſpectū qui egredit, reflecti, quouſq; vnus ſit (in leui aūt vnus eſt) quapropter hic rurſum ita oculorū ſenſum mouet, vt ſi qđ in cera imprimat ſignum, quod vſq; in finē tranſmittatur.

Themistii paraphrasis.

Ex quo fit, vt auditus aſpectus & olfactus in hoc fungendo munere aīalibus tanquā ſatellites miniſtriq; ſint, quippe qui à rebus obtis pulſentur per mediū, à medio aūt moueatur aīal, nā vt in iis fieri ſolet, quæ loco pellunt, ac pellunt, cum per multa media efficitur motus primum quidem pellit, non tñ pellitur, quod extremū eſt, tm̄ pellitur. media vero corpora, quæ modo plura, modo pauciora ſunt, pellunt pariter ac pelluntur. Sic & in alteratione vſū venit, quæ quidem (præterquam qđ in eodem loco permanet id quod alterat) ea plurimum penetrat corpora q̄ pati & affici nata aptaque ſunt, vt ſi quis anulum in cera imprimat, vſq; eo mouet, & ſignū recipit, dum anulus ad ceræ altitudinem peruenerit. lapis vero etiam ſi ſigillum admodum prematur, nulla ratione mouetur. Aqua vſq; eo longe penetrabitur, vt videre anuli ſculpturam per eā facile poſsis. aer plurimū mouetur & afficitur, modo integer ſyncerusque ſit, & vnus permaneat. Quare longe ſatius eſt de reflexione ſic opinari, q̄ aſpectū qui egrediat, reflecti: nā probabilius eſt aerē à figura & colore affici, donec vnus poſsit permanere,

permanere, vt in leuibus corporibus & lucidis euenit, qnapropter idem aer nõ aliter aſpectum rurſus mouet, q̃ ſi ad extremã vſq; cerę partem anuli ſignũ penetret.

NOGAROLAE SCHOLSA.

Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἀλλοιώσεως cum Ariſ. hoc in loco & Themiſt. ἀλλοιώσεως utantur uocabulo, quod nondũ meo iudicio cõmode à latinis expreſſum eſt, quamuis eam appellent alterationem, admonere lectorem uolui exiſtimaſſe Simp. huius nõis inuentorem & architectum fuiſſe Ariſt. nam cum uerba illa protuliſſet philoſophus lib. de phyſica auſcul. Quinto ἡ μὲν οὖν κατὰ τὸ ποιὸν κίνησις ἀλλοίωσις ἔστω, loquẽdi modũ cõſiderãs Simpl. ἔοικεν (inquit) τὸ τῆς ἀλλοιώσεως ὄνομα αὐτὸς ἐπιθεῖναι τῇ κατὰ τὸ ποιὸν κινήσει. quod tamen conſtat eſſe falſum. Nã Plato et ante ipſum Timæus Locrus, cuius Plato auditor fuit ἀλλοίωσιν qualitatis motum nuncuparunt. Sic.n. ſcribit ille in libello de natura μετὰ δὲ ταύτας αἱ τῶ αἵματος τροπαὶ καὶ ἀλλοιώσιες. Plato uero in Theateto, δύο μὲν τοίνυν οὕτω εἴδη, ὅταν δὲ ᾖ μὲν ἐν τῷ αὐτῷ, γηράσκει δὲ ἢ μέλαν ἐκ λευκοῦ ἢ σκληρὸν ἐκ μαλακοῦ γίγνηται, ἤ τινα ἄλλην ἀλλοίωσιν ἀλλοιῶται, ἆρα οὐκ ἄξιον ἕτερον εἶδος φάναι κινήσεως. Idem in phædone, αὐτὸ δὲ καθ' αὐτὸ ὡσαύτως κατὰ ταὐτὰ ἔχει καὶ οὐδέποτε οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἀλλοίωσιν οὐδεμίαν ἐνδέχεται. Idem & in Parmenide & nonnulli alus dialogis.

ARISTOTELIS PARTI. LXVI.

Verũ fieri non poſſe vt aĩalis corpus ſimplex ſit perſpicuum eſt, quod dico veluti igneum aut aereum, nã ſi tactu careat, nullum alium poteſt habere ſenſum. Oẽ enim corpus animatum (vt modo dixi) contrectabile eſt. alia autem elementa excepta terra ſentiendi inſtrumenta effici poſſunt. Omnia vero cũ per aliud ſentiant, ſenſum faciunt, idq́; per media. tactus autem cum eadẽ tangat exiſtit. quapropter & hoc inde traxit nomẽ, quãuis & alia ſentiendi inſtrumenta dum ſentiunt, tactione vtuntur, ſed per alia media. Hic aũt ſolus per ſe ipm videtur ſentire. Quare nullum huius generis eſntum erit aĩalis corpus, non terreum quidem, nam oĩum qualitatum contrectabiliũ veluti medietas tactus eſt, & inſtrumentum ipſius, non modo terræ dfias, ſed etiam calorẽ & frigns ad reliquas, quæ ad tactũ pertinent, qualitates põt recipere. Atq; ob hanc cauſam oſsibus, pilis, atque hmõi partibus non ſentimus, qm̃ ipſius terræ ſunt, plãtæ quoq; eadem rõne nullum habent ſenſum cum & ipſæ terram maxime contineant. Verum niſi tactus inſit, vt alius inſit ſenſus fieri nequit. Hoc aũt inſtrumentum ſentiendi nec terræ eſt nec vllius alterius elementi.

THEMISTII PARAPHRA.

Sed iam ad illud demõſtrandum noſtra ſeſe conuertat oratio fieri nõ poſſe vt animalis corpus, qđ quidem ortu generatum ſit, ſimplex habeatur & ſolitarium, ſimplex dico, quod ex aliquo illorũ triũ conſtet, vt ſit igneũ aut aqueum, ant aereum (Nam diuinum & cœleſte corpus nũc omittamus honoris cã) tactus.n. ex ſimplici corpore non poteſt conſiſtere, ſed ex eo quod temperatione oĩum admiſtum confuſumq́; eſt, quod ſi qua ſenſuũ inſtrumenta ex ſimplicibus elementis conſtare oſtenſa ſunt; ea ſane non eſſe ipſius tactus, ſed aliorum ſenſuũ inſtrumenta, vt aſpectus auditus & olfactus, in quibus aqua & aer vigent, probatum eſt, quæ quidem etiam ſi tactionem requirunt, tamen dum tangunt, non de rebus ſenſum mouentibus, ſed de alio corpore interiecto & medio, cuius vtuntur miniſterio, iudicium ferunt. At tactum res, quæ ſenſum mouent, tangere neceſſe eſt. nã & à tangendo & cõtrectando nomen accepit. Quare.i. concedendũ, quod ex rõne conſequitur, ſi tactus in aĩalibus neceſſario inſit, qui ex aliquo illorum trium eſntorum nõ poſsit exiſtere, profecto nec animalis corpus ex quopiam eorum, quæ enumerata ſunt, conſtare. Anne ex terra dices? Nimirum & ipſius terræ eadem ratio eſt: qm̃ tactus in oĩum contrarietatum quæ tangi poſſunt, mediocritate quæ ſunt calor, & frigus, humor & ſiccitas, ſimplicium elementorum qualitates conſiſtit, quippe qui ex omnibus illis qualitatibus, quas etiam recipere omnes debeat, natura cõmiſtus temperatusq́; ſit. At terra ſua vi oĩum eſntorum ad ſentiendum ineptiſsima, cuius quidem rei argumentum: tum ex noſtris corporis partibus, tum etiam ex ſtirpibus & plantis ſumere poſſumus. Nam membra noſtra & plantæ, quo plus terræ continent, eo minus ſentiunt. Nõ igitur ſimplex animalis corpus. præterea cum animal dico, ortu generatum intelligo. Huic.n. propter neceſsitatem tributum eſſe tactum rõne compertum eſt, qui ſane diuino corpori temere datus eſſet, cum ab omni æternitate eodem tenore moueatur. Verum neq; eidem ineſt guſtatus, nõ olfactus, non auditus nec aſpectus, nam ibi nullus eſt ſapor, qui guſtari, nullus aer, qui ſanare, nullus color, qui cerni poſsit, ſiquidem alicuius rei gratia res perciperet. Sed hoc diuinũ corpus aliud eſt aĩalis genus, longe pręſtãtius atq; dininius, quod alio modo fortaſſe res ſenſui ſubtas cõprehendit, q̃ cãæ q̃ gignunt, ſuas affectiones pcipiãt. Ac nos quidẽ corpus diuinũ aĩal eſſe dicamus, longe excellentius, q̃ vt ſenſu egeat. Sed qm̃ exiſtũt nõnulli, qui hoc ipm aĩal faciant, & id quidem igneum, qđ cibo etiam veſcatur, alaturq́;. Reſpondeant quæſo, qnſnam poſsit aĩal nutriri, ſi in eius ore guſtatus nõ habitet, quo deinde mõ vti guſtatu, ſi tactu careat, quo poſtea alios habere ſenſus remoto tactu, quo demũ corpore ſuſus æquabiliter erit tactns, ſi id ſimplex ſolitariũq́; ſit.

NOGAROLAE SCHOLIA.

ἀλλ' ἕτερον εἶδος ζώου τὸ θεῖον σῶμα, πολλῷ ἄμεινον καὶ θειότερον, καὶ ἄλλον ἴσως τρόπον αἰσθανόμενον τῶν αἰσθητῶν, ἢ περὶ τὰ γινώσκοντα τῶν γιγνομένων, ex his uerbis accipi facile põt corpus cœleſte ea quæ ſub ſenſum cadunt, percipere, non tamen eo modo, quo animalia infra lunam contenta ſuas effectiones ſentiunt. quis uero ſit hic corporis cœleſtis ſentiendi modus, cũ ipſum non explicet Themiſtius, quære an ex Ioanne Grãma. poſsis colligere, ἡ δὲ ἁφὴ τῶν αἰτιῶν ἀπλῶς ... ἐστι διὸ καὶ τοὔνομα τοῦτ' ἔχει hoc uocabulum ἁφὴ tametſi quandoq; reperitur apud Timæum Locrum, nullibi tamen (ſi recte memini) apud Platonem legi quin potius cũ in Theateto ſenſuum nomina recenſeret, tactum & guſtatum omiſit, & nonnulla alia addidit, quæ non ſenſus, ſed ſenſuum affectiones magis ſunt. Sic.n. ait in eo dialogo αἱ μὲν οὖν αἰσθήσεις τὰ τοιάδε ἡμῖν ἔχουσιν ὀνόματα, ὄψεις, ἀκοαὶ καὶ ὀσφρήσεις, καὶ ψύξεις καὶ ἡδοναὶ καὶ λῦπαι καὶ ἐπιθυμίαι καὶ φόβοι κεκλημέναι καὶ ἄλλαι ἀπέραντοι μὲν ἀνώνυμοι (non negarim tamen ἐπαφὴν αὐτὴν ἁφῆς uſurpaſſe in eodem Theateto cum dixit διὰ τῆς ἁφῆς αἰσθάνεται, καὶ μαλακοῦ καὶ τοῦ σκληροῦ, atq; eundem ſenſum in Parmenide ἅψιν uocauiſſe) in Timæo quoq; ubi de ſenſibus accurate diſputat neq; tactus neque guſtatus meminit, ut ſatis ſit perſpicuum Platonem diſſimulaſſe horum duorum ſenſuum nomen & naturam cognoſcere, qui tamen res eiſdem ſubiectus optime nouerit.

ARISTOTELIS PART. LXVII.

Perſpicuum eſt igitur ea animalia neceſſario mori, quæ

quæ hoc ſolo ſenſu priuanť, neq;.n. fieri poſſet, vt hũc ſenſum aliqđ habeat, quod non ſit animal, neq; vt aliqđ ſit animal, quod reliquos ſenſus habeat, hũc nõ habeat. & propterea accidit, vt cætera quæ ſub ſenſum cadunt, amplificata non interimãt aĩal, vt color, ſonus & odor, ſed inſtrumenta tm̄ ſentiendi, (niſi fortuito & ex euentu, vt qñ vna cum ſono impulſio efficitur & plaga) & à viſis quoq; & odore moueãtur alia, quæ tactu deſtruãt, ſapor item qm̄ ei accidat vt vim habeat tangendi, ideo interimat. At contrectabilium rerum exuperantiæ vt caloris frigoris & rigoris animal interficiunt.

Themiſtii paraphraſis.

Senſus igitur tactionis ad neceſſitatẽ nobis à natura datus eſt, quo cum orbata ſunt aĩalia, ſtatim intereunt. Nã iſthæc reciprocantur, vt id habere tactum non poſſit, quod nõ ſit aĩal, neq; illud ſit aĩal, quod tactu careat. Hic ſane oĩum ſenſuum habetur primus, qui aĩali quia aĩal eſt, tributus ſit. Quapropter exuperantiæ aliarũ rerũ quæ ſenſum mouent, non aĩal, ſed ſenſum labefactãt, vt nimius coloris fulgor aſpectũ, magnitudo ſonitus auditum, olfactum pariter intolerabilis odoris fœditas deſtruunt. q̃uis cum dicitur fulgoribus & tonitru aĩal interire, quo nam modo intelligi debeat, obſcurum non ſit. nõ.n. tonitru verberat, nec fragor, ſed ſpiritus & aer cõcutit: præterea nec color, ſed terror à colore iniectus aĩalis corpus cõmouet. Deĩde & illud qđ ab odore excitatũ eſt, non odor perimit. Pari mõ nec ſapor interficit, quia ſapor eſt, ſed qm̄ vitales attingit partes. At qualitates quę tãgi poſſunt, ſi modo tranſeant, aĩal tollunt, non fortuito & ex euentu, ſed quod nimij caloris appulſus & frigoris, ĩmenſaq́; durities interimũt animal, atq; id quidem conſentaneum admodum eſt.

Ariſtotelis parti. LXVIII.

Exuperantia.n. cuiuſq; rei quę ſenſum mouet, ſenſus inſtrm̄ diſſipat, ex quo fit. vt res quæ tangi põt, tactum deſtruat, quo quidem ſenſu terminatur vita. Nam ſine tactu fieri non poſſe vt ſit aĩal, oñſum eſt. Quapropter res contrectabiles cum nimiæ ſunt, non ſolum inſtrm̄ ſenſus, ſed aĩal ẽt perimunt, qm̄ vt hunc ſolũ habeãt aĩalia neceſſe eſt, reliquos aũt habeãt quidem (vt modo diximus) non vt ſint, ſed vt probe effecta ſint, vt aſpectũ, qm̄ in aere & in aqua degunt vt oĩno videant in perſpicuo. guſtatum vero vt cibi ſuauitatem & non ſuauitatẽ ſentiant, expetant, & moueantur. Auditũ vt aliquid eis ſignificetur, linguam vt alteri quicpiam ſignificet.

Themiſtii paraphr.

Nam cuiuſq; rei, quę ſenſum mouet, exuperãtia ſenſus inſtrm̄ deſtruitur ac diſſoluitur. inſtrm̄ vero tactus nõ certam & definitam corporis occupat partem, verũ tota carne & toto corpore æqualiter fuſum diſpſumq́; eſt. Ex quo fit, vt deſtructo corpore aĩal etiam deſtruatur. cæterum (vt dixi antea) ex quinque ſenſibus aĩali ſolum tactus ſatis eſt, vt aĩal ſit, alij quatuor, vt melius ſit affectũ. Si vero diſſipeť tactus vt aĩal nõ ſit amplius neceſſe eſt. Nam oculorum aſpectus animali adiunctus eſt, nõ quia animal ſit, ſed qm̄ in aere, aut aqua, aut demum quia in perſpicuo corpore vitã agit, Guſtatus autem aĩalis ore continetur, in quo cibariorum ſuauium & non ſuauium intelligentia iuditiumq́; ſit, ob id ſane vt hæc effugiat, illa perſequatur & expetat. nã vis altrix ſufficit vt alatur quemadmodum in ſtirpibus & plantis ſatis apparet. Auditus ẽi ſemper patet, vt ei aliquid ſignificetur. lingua in ore ſita eſt duplici fungẽs munere tum guſtandi ſaporis, tum alteri quicpiam ſignificãdi.

EIDEM IVLIO CARDINALI VRBINATI NOGAROLAE CARMEN.

Haec ſuper humanæ natura mentis IVLE
Ipſa vt agat, rerumq́; in ſe ſimulachra receptet,
Explicui, veterum reſerans arcana virorum
Tempore, quo Verona parens me dulcis habebat
Inclyta Benaco atque Atheſi, Baldoq́; ſuperba
Nocte dieq́; tuos cupientem cernere vultus,
Suppliciterq́; tuæ primum ferre oſcula dextræ,
Qui nunc Pontificis Magni Dum iuſſa capeſſis
Vix puer os pulchrum tenui lanugine ſignans
Iuſtitia Ethruſcos populos, Peruſinaq́; frenas
Pectora: Quo lętis tibi plauſibus Apeninus
Aſſultat, lętoq́; fluit tibi murmure Tybris.
Hac iter affectas æterna ad limina DIVVM,
Hac eadem tibi conſtituis virtute, paraſq́;
Supremam in terris ſedem, triplicemq́; coronam.
Scilicet vt magno tandem ſuccedere IVLO
Et totum valeas compeſcere legibus orbem.
Si prius hoc videam quàm me ſæua eripiat mors
Quanta meo cordi ſint gaudia? quanta voluptas?
Sed vereor nimium curis confectus & annis
Ne mea vota leuis ſecum ferat irrita ventus
Interea tecum dum veſcier ætheris aura
Fas mihi, dum tecum hanc lucem, ſolemq́; tueri,
Reſpice iam laude antiqua proprioq́; decore
Orbatam Italiam, magna vnde ex parte camenæ
Exceſſere, atque ad Gallos abiere ſuperbos,
Germanosq́; truces, quos ſæpe inuiſit Apollo
Docta ferens ſtudia, atque artes & carmina ſecum.
Hinc omnis reſonat dulci Germania cantu,
Galliaq́; hinc veteres calamos iucundius inflat.
Ambæ inſultantes Italæ virtutis honori.
Quare age iam fer opem miſeræ & ſuccurre peccanti,
Ne patere Italis prorſus diſcedere muſas,
Sed laribus patris, noſtroq́; ex orbe ruentes
Blanditiis retine, & quæ iam fugere latinis
Finibus exturbata, omni ratione labora,
Vt rapidum linquant Rhodanum, Rhenumq́; rigentem.
Hoc age, namq; & opes tibi ſunt, & maxima virtus,
Et generi ſeries ingentis, auitaq́; regna.
Hoc abſte Xiſtus QVERCENS, *hoc* DIVVS IVLVS
Pacem olim Italiæ moliti atq; otia muſis
Expectant, qui te cœleſti ſæpius arce
Deſpiciunt, charam ſobolem, tantumq́; nepotem,
Gaudenteſq́; ſinu tacito, & dulcedine moti.
Suſpirant, ſolumque tibi & ſua ſceptra precantur.
Fortunate puer, certe felicior illis,
Si per te redeat latijs ſua gloria terris.
Proh quantum tibi debebit tua Roma latini
Roma orbis caput hoc tanto pro munere? quantas,
Quaſque tibi referet grates? quæ præmia reddet?
Ipſa tui cunctis magnum inſpirabit amorem,
Certantim vt ſtudeant tua facta expandere vates,
Cantanteſq́; tuum ſuper æthera tollere nomen.

Hermolai

THEMISTII PARAPHRASEOS, DE MEMORIA ET REMINISCENTIA, LIBER PRIMVS.

Hermolao Barbaro Interprete.

Non eoſdem facile reminiſci, qui facile reminiſcantur. Caput. I.

NVNC de memoria quid ſit meminiſſe, & quas ob cauſas habeatur, & ad quam partem aīæ pertinere poſsit, accurate agendum explicādumq́; eſt. Eadem fere de reminiſcentia quæri & diſcuti oportebit, quippe quum non ſit eadem res meminiſſe & reminiſci. Neq; memoria item quibus eſt præcipua, iiſdem & reminiſcentia eſt, ſed plurimum accidere ſolet, vt memoria præcellant, qui tardo ingenio ſint: reminiſcentia, qui vigore animi, celeritate, docilitateq́; polleant.

Futura & præſentia ad memoriā non pertinere. Cap. II.

QVVM igitur notiora ſint actibus ſubiecta, quemadmodum in libris de ſenſu & ſenſilibus demonſtratum eſt, vbi ex iis quæ inciderint ſenſibus, & quæ conſpectiora euidentioraq́; eſſent, oīs noſtra oratio & cōmentatio prodiit, hoc quoq; loco eundem nobis ordinem perſequendum putamus, vt primum indicemus ea quæ ſubiecta memoriæ ſunt, (ſolet.n.in hoc error intercidere.) Ac primum quidem meminiſſe futura non poſſumus, ſed vel opinari vel ſperare, quo in genere ſcia quędam, ſeu peritia præſagendi habetur, quam nonnulli coniectionem ſiue ad diuinationem appellāt. Sed neq; inſtantia meminit quiſquā, quia ſenſu hæc non memoria continentur. Nam ſenſus, neq; futura, neq; præterita cognoſcit, ſed tantum iuncta & præſentia.

Sola præterita eſſe ſubiecta memoriæ. Cap. III.

RElíquum eſt, vt ſolum præterita dicamus ſubiici & mandari memorię, Id qđ adeſt, quod tenetur, quod vſurpatur ſenſu, qđ cernitur oculis, nemo ſe recordari dixerit: ſed nec qđ cogitatione animi modo contemplamur agitamusq́;, ſed alterum eſt ſentire.i. ſenſu complecti, alterum diſcere ac meditari. Quod ſi ſenſus rerum & ſcia teneatur ſine operibus, ſed extante adhuc ſimulachro, opera appello, vt hoc animal, hoc album, hanc triangulam figuram pagella hac depicta, tūc vere ac proprie recordari & meminiſſe videbimur. Ita & Socra. album eſſe & triāguli angulos pares eſſe duobus rectis meminero: hoc, q̄a aliqñ ſpeculatus ſum, aut cōdidici à docēte hoc vel illo, hic vel alíubi: illud, quia ita acceperi, aut viderim, aut aliquo ſenſu cognouerim.

Quemadmodum in omni memoria adhibere tempus oporteat. Cap. IIII.

SEmper vero animus quotiés meminiſſe vult, (hoc autem eſt aſpicere ad imagines nō aliarum rerum, q̈ earum quas olim acceperit) neceſſario adhibet ꝑteritum tp̄s. Hinc fit vt quum quis aliquid meminit, dicat huius ſe ante hac aliqñ, aut ſenſum, aut intelł̄m habuiſſe. Eſt igr̄ memoria non ſenſus, non imaginatio, nō intelligentia, ſed aliquouis horum habitus aut affectio, quum tp̄s adiungitur, quo facta impreſsio eſt, & derelictum ſpectrum in anima. Recens porro motus quo qđ animam pellit, nō poteſt memoria eſſe, quemadmodū diximus, quia præſentium ſenſus eſt, conſequentium ſpes, præteritarum memoria. Omnis igitur recordatio copulata & coniuncta cum tempore eſt.

Quæ bruta habeant memoriam, & quæ differentia inter memoriam brutorum & hominum ſit. Cap. V.

EX hoc ſequitur his aīalib⁹ memoriam adeſſe, quę ſenſum & notitiam tēporis habeāt nec meminiſſe ea parte aīæ alia q̈ ſenſuali. Nam aſinus qui ſuperiore anno in foueam occiderit, ſi hodie locum videat, recognoſcet, & recordabitur ſe in ſcrobem collapſum. Sed differunt ab homine bruta in eo, ꝙ hō non ſolum meminit ſe vidiſſe aliquando audiuiſſe ve, ſed ēt futurū tp̄s à pręterito diſcriminat. Bruta hoc ſolum cognoſcūt ſe mō corruere: aut olim corruiſſe. Item hō recordari ſe ꝑcipit, hoc brutis negatū. Sed aīantes aliæ memorioſiores cęteris, vt q̄bus purgatior, & abſolutior imaginatio eſt, vt apes & colūbę. Alię cōtra immemores atq; obliuioſę, q̄b⁹ offenſa turbulētaq́; obtinet, vt vermes et muſcę.

Quemadmodum memoria intelligibilium rerum ſit, & in quo diſtet à memoria rerum ſenſibilium. Cap. VI.

CAeterū ambigat quiſpiam aīaduertens ad id q̄d mox dixi, eadē nos aīæ particula recordari qua ſentimus. ſi.n.ita ſit, videbit memoria itelligibiliū gñum nulla eſſe. Quod ſi vſus memoriæ ad eas quoque res pertinet, quæ intelł̄u mēteq́; capiuntur, vt certe pertinet, (nam & ſpeculaminū recordamur, atq; in his potiſsimum frequens noſtra memoria eſt, quæ vñibus notionibus cōtinētur) relinquit nō ſolū in ꝑte aīę ſenſibili, verū ēt in rōnali & intelł̄uali conſtitutā eſſe memoriā. Sed ſoluit, an quēadmodū imaginatio ſiue phātaſia, & viſio ꝑ ſe ſenſibiliū gñum eſt, intelligibiliū & ex accñti, ita & de memoria ſtatuendū eſt, vt ad ſenſilia ꝑ ſe principaliṫq́; ad intelligibilia vero ꝑtinere per accñs dicatur. Mens.n. viſione coniuga vtens qđ quaſi inectit, īplicaturq́; ex viſis & imaginibus, quas actione ſua ſenſus in ea īpreſsit, notas & intelł̄s vñes exprimit atq; afformat. Proinde ſicut ſine opera ſenſuū non pōt cōtingere imaginatio, ita ſine imaginatione nō pōt accipi aut reponi vñe. Quod ſi verū eſt, neceſſario conſequit, quēadmodū oculus elephātū, q̄ Athenis viſit pictus ꝑ ſe cōtemplat, ſed ꝑ accñs q̄ educatus & natus in India ſit. Itē quemadmodū q̄ Soc. videt, hoīem quoq; in vniuerſū intelligit, ita & memoria ꝑ ſe quidē circa effigies in imginatione depoſitas & conſignatas verſat, ſed per accñs notionib⁹. mentis obſeruit. Quāobrē memoria per ſe ad ſentientē aīam pertinet, ad q̈ imaginandi quoq; vis pertinet. Per accñs vero etiā functionibus animi & rōnis miniſtrat.

Qui vſus quantitatis intelligentibus ſit, quum res etiam non quantæ intelliguntur. Cap. VII.

CErte patit aīus, quū quid intelligit qđ geometra, quū triāgulā figurā deliniat. Ille q̈uis nulli ei vſus ſit ad demrōnē cōſtitutę magnitudinis, deſcribit tñ triangulū ꝑfinita certaq́; q̈titate. Nā in eā propōnem, in qua tres anguli eſſe duobus rectis pares probant, nulla vtimur fixa & legitima amplitudine, q̄a ſiue latus pedale ſit, ſiue cubitale, ſiue dodrantile, ſiue palmare, ſiue quocūq; mēſu: eodē mō doceri poterimus duob⁹ rectis æquales eſſe tres angulos. Deſignat tñ & ducit in abaco triāgulus determinata mēſura & ſpē, neceſſeq́; eſt ęquilaterū aut æq̄pedū, aut ſcalarē poni, mō quicunq; & q̈tuſcunq; deſcribit rectilineā figurā obtenter. Idē facit hō quū quid aīo cōminiſcit. Quamuis.n.non de re quāta & diuidua ſed de re alterius generis cogitet, ſibi tamē certam quantitatem præſentat, ad quam ſe dum cogitat

tat

tat refert. Si calidum, ſi odoratum, ſi candidum, ſi quid-
uis aliud inſectile, carẽſq; partibus contemplemur, tñ
opinor ſemper amplitudinem aliquam, vt corpus aut
planitiem proponimus nobis, & quaſi ſubiicimus ocu
lis pro gremio & lectiſternio rei: quam mẽte agitamus.
Sed ſi primariam illam & optimatem naturam, quæ in-
tellectualis dicitur, ſpectare & viſere cupias, continuo
moles quædam & dimenſio conualeſcet & cõſurget in
animo. quam tota ſpeculatione ea identidem reſpicere
& imaginari neceſſe habeas. Recte igitur Platoni viſum
qui obtuſiorem humanæ mẽtis aciem huic cãę tribuit.
Imaginatio, inquit, ſociata implexaq́; aĩo actione eius
turbidat, nec puras & dilucidas reddi patitur. Quod
vero dicimus cũ quantitate intelligi à nobis, quę quan-
titate & corpore careant nõ ita accipiendum eſt, vt ne-
ceſſe ſit ea eſſe quanta: ſed adhibetur quidẽ intelligen-
dis iis quantitas, ſed noſcitantur tamen, vt ſunt & cãdor,
vt diſsipans tumorem, & nigror vt contrahens.

*Quomodo res quantæ intelligantur, quæ differentia inter id
ſit quod ſibi intellectus fingit, & id quod imaginatio
ſibi præſentat.* Cap. VIII.

QVamuis vero quod intellectu apprehenditur
naturæ ſuę ſorte quantum ſit, vt triangularis &
quadrãtalis figura, & cætera eius generis alum
na geometriæ corpora tamẽ infinibile atq; intermina-
tum euadit, ſimulq́; perceptum animo eſt, neq; magni-
tudo iis tanta, aut tanta. v. g. Pedalis aut cubitalis afferri
põt. Item non intelligitur ita, vt æquilaterus, aut ſcãlelis,
ſed ita, vt triangulus, hoc eſt, genus ipſum citra oẽm di
menſum magnitudinemq́;, & in cõe ratio ſola triangu-
li. In imaginatione vero omnia hæc certos dimenſio-
nia & magnitudinis limites præſentiũt, & quanta extrin
ſecus ſunt tanta quoq; intus in loculamentis imagina-
riis ſeruantur. Nihil igitur perſpicere aio poſſumus ſine
phantaſmate, ſed vt ſum pręfatus, imaginatio intelligen
tiæ ſemper cohæret, vt comes aſſeclaq; eius indiuidua.

*Quas ad res intelligendas vtilis imaginatio ſit, & ad
quas inutilis.* Cap. IX.

CAeterum modo cõmodat, mõ incõmodat ima-
ginatio rõcinãti. Cõmodat in mathematicis, vbi
geometria pro menſula & abaco eſt: incõmodat
viſenti & tractanti diuina: quibuſuis hæc figurã magni-
tudinem & colorem affingit, ita committit, vt quę ſtatu
æterno ſunt, & quorũ ſubſtantia temporarias vices non
ſentit, ſine mole & tempore cogitari non poſsint.

*Quod memoria non ſit vis & affectio intellectus, ſed
partis duntaxat ſenſibilis.* Cap. X.

SI igitur omnia è quibus mens vniuerſale ſuum mo
litur, imaginatione contineri videntur: imagina-
tio aũt & memoria ſubiecto eadẽ ſunt, propterea
ꝙ vtraq; rõ affectus eſt ſenſus cõis, vtrumque conficitur
& vt tam memoria, quam imaginatio per accñs intelli-
gibilium generum ſit, & vt notitia motus ac temporis
primum pertineat ad ſenſum, tum deinde ad intellectũ
& mentem. Quo fit, vt non modo hoibus & iis animali-
bus, quibus prouidẽtia & opinatio data eſt, ſed & irra-
tionalibus multis ineſſe memoria videtur. Quod ſi par
te aliqua intellectus ſtatuenda eſſet memoria, nõ poſſet
animalibus mutis contingere, cum multa idcirco me-
moria careant, quia cognitione & ſenſu temporis vacãt.
Semper quidem, vt ante retulimus, quotiens in men-
tem venit alicuius rei quaſi pſentiſcimus nouiſſe nos id
prius, vel ꝙ audierimus, viderimus, didicerimus, vel ꝙ
genere alio paſsi aut affecti fuerimus: at prius & poſte-
rius notę tẽporis ſunt. Manifeſtum igitur eſt in ea parte
animi ponendam & collocandam eſſe memoriã, in qua
conſtituta imaginatio ſit. Sed & illud conſtat eas res p
ſe tributas & mandatas eſſe memoriæ, quæ poſſent ſub
imaginationẽ & ſenſum cadere: per accñs illas quę quã-
quam è genere imaginario non ſunt, tamen ſine imagi-
natione intelligi & ſpectari non poſſunt.

*Quamobrem recordemur rerum abſentium: item imagina-
tionem proprie non eſſe ipſum ſimulachrum, ſed actũ
virtutis imaginantis.* Cap. XI.

SEd quærat aliquis, qui poſsit fieri vt impreſsione
ſola præſente, qua ſimulachrum in imaginatione
depoſitum eſt meminerimus rerum abſentium, &
vtrum verum ſit id quod dicitur, de ipſa re non de ſimu
lachro & impreſsione haberi memoriam. Sed hoc vt fa-
cilius & commodius diſſoluere poſsimus, & lucem iis,
quæ dicta dicendaq́; ſunt, maiorem afferre, paulo peni-
tius intrãda nobis hæc rõ eſt. Quamuisq́; in libris quos
de Anima ſcripſimus fere oĩa perſoluerimus, quæ ad na
turam & potentiam imaginandi ſpectare poſſe videren
tur, non tñ inutile ſaltem fuerit ſuper eo aliqua tam op-
portuno loco repetere. Scire igitur oportet ex actibus,
quos circa ſua quiq́; gñe ſenſus abſoluũt, formari q̃dam
ſimulachra, quæ tanquam ſigilla & picturæ eorum quę
inciderint, inuri nobis atq; in ſenſu principe, hoc eſt, in
corde ipſo conſtitui collocariq́; videantur. Hoc igiť ve-
ſtigium, qđ deſiſtit & remanet etiam abiũcta re ſenſili,
imaginationem ſeu viſionem appello, eaq́; finitur hoc
gñe. Viſio eſt effigies in viſcere primario. i. cordis ĩpreſ-
ſio. Cæterũ non ipſa impreſsio habenda viſio eſt quip-
pe cum viſio actus & adminiſtratio ſit eius virtutis cui
imprimitur, & quæ concipiendi viſa potẽtiam obtinet:
alioquin nihil viſentibus & imaginantibus nobis imagi
natio & viſio haberetur, quia teneretur effigies: imo ve
ræ imaginationes plures ſimul adeſſent, quia plures effi
gies & plures impreſsiones ſimul reperirentur. Pręterea
aut conſtitues viſionem eſſe quum ſimulachrum recẽs
imprimitur, ac in hoc munus inuenti ſunt ſenſus: aut cũ
iam vtiq; eſt impreſſum, ſed aſſeruatur & in theſauris cõ
ditur, at huic officio antiſtita eſt memoria. Ergo ſi ima
ginatio, neq; ſenſus actio eſt, neque aũt memoria, relin-
quitur male ſentire, qui ſequius ſtatuant. Proinde veriſ-
ſimum eſt, quemadmodum in ſenſu tria ſunt ſenſile, vis
ſenſibilis, & actus, qui ex initu admiſſuraq́; illorum tanq̃
fœtus excluditur, & quemadmodum in intellectu tria
item ſpectãtur, intelligibile, vis intelligẽdi, & actus, qui
de ambobus paritur: ita rõ hæc contineri tribus videť,
genere imaginoſo, vi imaginandi, & actu, qui ex vtroq;
oritur: atq; hic proprie imaginatio dicitur. Vt. n. qui præ
ſente re ſenſili ab anima ſenſuali conficitur, poteſt & aſ-
ſolet ſenſus vocari: ita & actus, qui abſente re ſenſili ver
ſatur, ob ſimulachrum eius derelictum & allitum ſenſui
cõmodiſsime imaginatio appelletur. Illud nemo igno-
rat cum impreſsionem, aut effigiem, aut figuram dici-
mus, abuſionem eſſe noĩum: nam proprie impreſsio &
ſigillum receſſu & eminẽtia partium conſtat, qualis for-
ma ea eſt, q̃ quæ ſignantur anulis prætendunt. Hanc
impreſsionem nõ committunt ſenſilia, nec talem ſpẽm
defigunt in ſenſum. Nec. n. effigiantur, aut configuran
tur ſenſus apprehenſis, & hauſtis ſenſilibus. Nam qua-
lis obſecro figura omnino albedini aut colori eſt? qualis
ſapori odoriq;? ſed inopia vocabuli aptioris cogit nos
hoc genus modo impreſsionem, modo figuram, modo
veſtigium dicere. Quid ſit imaginatio iam expoſitum.

Memoria

Memoria imaginationis ſacrarium & conceptaculum eſt, proindeque retentatio & conſeruatio.

Quæ temperaturæ ingeniorum recordari idoneæ ſint, & quæ non idoneæ. Cap. XII.

HIs ita conſtitutis, quoniam in ſenſu principe ſimulachra rerum inſita ſunt, vt diximus, princeps autẽ ſenſus in quibuſdam mollior diluciorq́; habetur, in quibuſdam rigidior: item aliis in motu eſt, aliis quieſcit, neceſſe eſt ſimulachra in eo condita eandem ſequi imitariq́; rationem. Hinc illa numeroſo diſcrimine ingeniorum varietas. Alij hæc alte fixa continent, aliis in ſommo hærent. Ij perdiu ſeruat, illi breui labuntur. Hinc accidere vt alij magis, alij minus memoria valeant. Quidam ita damnati, vt nihil omnino meminerint. Deſultoria & fragilis in paruulo memoria eſt, & in ſene qui ætate præcipiti ſit. In paruulo ꝙ in motu iugi à cremento eſt, in ſene ꝙ natura in eo ad occaſum prona minuitur. Eſt memoria & morbis obnoxia, quorum ſæpe iniuriam ſentiens, aut vniuerſa commoritur obliteraturq́, aut inſigniter laceſſitur. In iis vero, qui ætate media ſunt, quæ cõſtans adultaq́; dicitur, quia ſtatu indeclini & temperato exigunt, firmiſſima & tenaciſſima eſt. Qemadmodum itaque anulus in profugum torrentem defixus nõ ſigillat, ita memoria eorum retinere nõ poteſt qui aut vi ægritudinis, aut fluxu ætatis in motu & agitatu continuo ſunt. Item qui duriuſculos & inflexibiles ſenſus & corneolos habẽt, memorioſi eſſe non poſſum. Nam qui in lapide ſignũ anuli exprimas? Proinde, vt dixi, tam eos qui multum indolent, quàm qui decliues & decrepiti æuo ſunt, obliuioſos eſſe neceſſe eſt, ꝓpterea ꝙ ij acceſſione viriũ cretioneq́; ęſtuant, illi conſumptione diſcõbinationeq́; collabuntur. Eſt enim ſenibus cor, in quo ſummi & principis ſenſus regia eſt, ſimillimum ędificiis & parietinis veteribus, quibus tectoriũ & picturæ in eo exciderint præ ſenio. Habetur in iis cor prægelidum, eoq́; laxatus, & quaſi corruit algore, atque ita ſimulachra rerũ, quæ in eo aſſeruabantur, quęq́; tectorij operis modo illita inductaque fuerant, conſequio ablentur & diffluunt. Laborant vero memoria, tum qui præceleres & impendio volucres ſunt, tum qui admodum hebetes blenique. Alteri ꝙ ſunt humidiores, quàm ſit neceſſe: alteri ꝙ rigeant plus æquo. Item alteri ꝙ liquidiores mobilioresque, quàm vt inhærere & deſiſtere imagines poſſint: alteri ꝙ contumaciores ac tetorridiores, quàm vt plagas & vulnera conſentiant.

Quæſtio quòd quotiens meminimus, non eius potius ſimulachri meminimus, quod habet in nobis præſens: quàm eius quod à ſimulachro refertur. Cap. XIII.

HActenus extra ſeriem euagati ſumus, nunc tempus eſt ad quęſtionem illam cuius gratia errauimus, quaſi ad comparendinum & vadimonium reuerti: ita enim munitiores paratioresq́; accedemus, vt aiunt, & conſeremus pedem. Erat igitur controuerſia hæc nobis propoſita, ſi de memoria ſtatuendum ita ſit, vt diximus, verum hoc ſimulachrum recordetur animus, an illud vnde hoc profectum eſt. Si hoc, nihil igitur quod abſens ſit meminiſſe poſſumus: ſi vero illud, qui poteſt cõtingere, vt cum hoc aſpiciat, non magis huius recordetur, quàm eius quod nõ aſpicit? Iam imago hæc quæ ſentitur, ſiue ſimilitudo alterius rei eſt, ſiue vt quid ſui generis, quod nam aliud meminerimus? Non hoc ipſum potius quod habetur, teneturq́; intus, & quod inuiſimus, quotiens recordatio mouetur: nam qui meminit, ſimulachrum ſpectat ſentitq́;. Quonam igitur pacto meminiſſe poſſumus rei, quæ non ſit præſens? alioquin hoc mõ cernere etiã & audire abſentia liceret. An recte & ſcite diximus, haberq́; ſe res vt oportuit? Quẽadmodum enim animal depictum in ſcheda, & animal eſt: & imago. item ſubiecto vnum, ſed conſideratione & ratione conuarians: quemadmodumq́; ſi quis propoſitam in pergula tabulam contemplaretur, ſolumq́; de picturæ artificio cogitaret, nec id attenderet, quod veri animalis imitatio eſſet, proculdubio ſimpliciter diceret ſe animal ſpectare: ſimul vero animaduerteret ſe animalis veri exemplar videre, tunc imaginem eſſe in tabula non animal diceret. Ita de ſimulachris quæ in nobis ſunt cenſeri oportet, quatenus ipſa ſeorſum ſpectantur, poſſũt ſpectra & viſa appellari: quatenus vero aliud quid tanquam imagines picturæq́; referunt, tum ſubiecta, & alumna memoriæ nuncupantur. Nam quũ ſenſus communis ſimulachrum quod in corde eſt, ita verſat tractatq́;, vt nihil præterea niſi ipſum illud in ſe imaginetur, tum vt dixi, viſioni & imaginationi ſubiicitur: Quum vero ita, vt non ipſum in ſe conſideret, ſed vt ſimulachrum alterius eſt, tunc repreſentatio dicitur, ad memoriam pertinet, & actus talis memoria nominatur.

Vnde eueniat, vt ea quæ quis meminit, aliquando meminiſſe ſe neſciat. Cap. XIIII.

HInc ſolet vſu venire, vt id quod memoria tenere plerunq́; neſciamus vnde acceſſerit, ſenſu ne an alia ratione. Nam & ſpeculantibus nobis occurrunt aliqua, quę neque quando, neque in quo loco, neque à quo didicerimus, venire poteſt in mentem, ſæpeque dubij ſententię ſumus, inuenerimus ipſi eam & cõmenti fuerimus, an à docente aliquo acceperimus: interim ita, vt hæſitemus imaginatio hæc ſit recens ſubitariaq́;, an recordatio & ſuggeſtio. verbi gratia: audiui olim à quodam ſermonem, deinde poſt tempore quam multo ſubit quod audiuerim. Anceps igitur animi mecum dico, author ne ſermonis huius an aliunde percepi, atque ita hoc ipſum veſtigio. Si igitur conſiderando ſcrutandoque recoluero ſermonem illum aliunde peruenisse ad me, tunc fuerit recordatio, alioquin meram conceptionem & cogitationem è re nata exortam dicere neceſſe eſt.

Vnde fit, vt ea quæ quis imaginatur fingitq́;, aliquando meminiſſe & recordari ſe putet. Cap. XV.

EST quando contrarium accidat, vt in Antipherõte orire, ac fere iis qui exceſſu mentis tentantur. Nam ea q̃ ipſi ſecum imaginoſaq́; extremaq́; cõmentatitur, tanq̃ facta & geſta adnarrant, ita vt qui meminerint. Quãobrem alij ea quę ſenſu nouerunt, imaginatos ſe putãt: alij ex aduerſo ea quæ imaginati fuerint, ſenſu conſecutos ſe credunt. Atque hoc fit quotiens id quod non eſt imago; conſideramus vt imaginem: aut econtrario quotiens id quod eſt imago, non accipimus vt imaginem. Meditationes certe reminiſcendo memoriam confirmant & tuentur. Meditari nihil aliud eſt, quàm crebro repetere imagines atque recurrere, nõ vt in ſe ſpectra ſunt, ſed vt imagines aliorum. Hactenus quid ſit memoria, quid meminiſſe, ſatis dictum, quod ſic coniectione breui teſtabimur. Memoria eſt habitus, quo imagines rerum poſt impreſſionem cuſtodiuntur & retinentur, atque hoc non in tota anima, ſed ſenſu primario, & in ea vi, quæ primam notitiam temporis animantibus commonſtrat.

FINIS LIBRI PRIMI.

THEMISTII PARAPHRASEOS, DE MEMORIA ET REMINISCENTIA, LIBER SECVNDVS,

Hermolao Barbaro Interprete.

Reminiſcentiam non eſſe apprehenſionem diſciplinæ, neq; renouationem vniuerſæ memoriæ, ſed partis eius quis eſſet oblitus. Caput. I.

NVnc quid ſit reminiſcentia tractemus. Primũ ea, quę in quæſtionibus populariter ſcriptis deciſa ſunt, vera eſſe conſtituamus. ea ſunt huiuſmodi: Reminiſcentiã non eſſe reſumptionem memoriæ, neq; itẽ aſſumptionem apprehẽſionemúe diſciplinæ. Nõ enim reminiſci aliquis dicitur, quum primum imbuitur notitia rei quã ante neſcierit, ſed hoc diſcere eſt. Item neq; illud reminiſci eſt, diſcere. ſ. & retinere iugi memoria ſine vlla interuentione obliuionis: ſed reminiſci eſt ex aliquo veſtigio conſeruato & incolumi, referre ſe in cognitionẽ eius, quod memoria excidiſſet. Exempli gratia: In ſenſu primate ſita eſt vniuerſa imago & ſimulachrum rei, quam ſenſu perceperis, hoc quandiu ſolidum, purum, dilucudum, inobſoletũq; retinetur, ita vt ab omni parte ſui excitare mentem, & ab ea ſimul collibuerit, perſpici incognoſciq; poſsit, non in eo ꝙ ſimulachrum in ſe, ſed ĩ eo ꝙ aliud præſentat, hoc memoria eſt, de qua diligenter executi ſumus priore libro. Quòd ſi nõ vniuerſum ſimulachrum retinetur, ſed pars manſitat, pars interlita eſt, vel diuturnitate, vel alio caſu aut ĩiuria, vt neq; animum ciere, neq; cieri ab aĩo poſsit quoties ex portione ea quæ ſubſidua eſt, & quæ integra & limpido obmãſit, exuſcitaẽ, & quaſi poſtliminio reuertitur, id quod huic nexũ iniunctumq; olim intermortuũ interceptũq; videbatur, tũ quid tanquã redux redẽptũq; ac reſtitutũ aĩæ haberi id videẽ, dicimur reminiſci. Atq; ita efficitur, vt reminiſcẽtia ſit reparatio prioris memoriæ reuocatioq; non quidem totius, nã hoc diſcere eſt, ſed partis. Nam tota res ſimul elapſa animo eſt, ſi denuo doceamur ꝙ ſimus obliti, hoc non erit reminiſci, ſed diſcere: nam & vt iterum diſcatur, & iterum inueniaẽ eadẽ cõmẽtatio vulgo ſolet cõtingere. verbi cã: Si ex lectione vel auſcultatione verſum illum quis teneat,

Iram pande mihi pellidæ diua ſuperbi.

Eũq; vſq; adeo familiarem prõptũq; habeat, vt ſine vlla cunctatione quotiẽs volet ex tpali facilitate pronũciet, Memoria hæc vocabitur. Si vero initiũ verſus duntaxat meminerit, calcẽ aut obliuio deleuerit, aut anni abſtulerint deinde animus ex initio illo quod adhuc ſeruatur, quaſi admonitus appellatusq;, & reliquias ac veſtigia perſecutus, tũ ſimilitudinẽ & diſsimilitudinẽ ſcrutatus, tandẽ conferendo hæc inuicẽ recolendoq;, in memoriã reponatur eius ꝙ vanuerãt. Reminiſcentia hæc diceẽ.

Reminiſcentiam ſimplicium non eſſe niſi perraro. Cap. II.

EXtis cõſtare arbitror ſimpliciũ nominũ nõ reminiſcentiã, ſed memoriã & diſciplinã haberi, niſi rõne ea reminiſcẽtiã quoq; pertinere ad hæc dicamus, ꝙ ſępe eueniat, vt prima ſyllaba vocabuli obſoletis cæteris teneatur, è qua deinceps in memoriam oblitarum ſcrutinio & cogitatione coorta referimur.

Reminiſcentiam induci per multos motus, qui ordinem & conſecutionem habeant. Cap. III.

AC reminiſcẽtiã quidẽ comitaẽ memoria neceſſario: nã q reminiſciẽ, meminiſſe ad quẽdã modũ videtur, qa partẽ. ſ. repetit prioris memoriæ. Inter reminiſcẽtiã vero & diſciplinã & inuẽtionẽ intereſt, ꝙ qui reminiſcunẽ, maius principiũ momentũq; intus poſsidẽt, q̃ qui diſcũt aut inueniũt. Dixi maius, qa tã qui diſcũt q̃ qui ĩueniũt, certũ initiũ ac ſeminariũ ĩtra ſe gerũt, vñ ij diſciplinã accipiãt, illi ſciam pariãt, qa doctrina oĩs & pitia ex aliq̃ ꝑnotione anticipationeq; gigniẽ.

Quædam ſimulachra neceſſario ſequi, quædam ex aſſuefactione. Cap. IIII.

QVid ſit reminiſcentia indicatũ exẽplis eſt, vt finiri poſsit reminiſcentiã eſſe reducem, & quaſi rediuiuã memoriã, id eſt, renouationẽ memoriæ collapſæ; atq; hoc quẽadmodum conſequi leuiter poſsimus, ꝓprio intuitu patere arbitror. Nã quũ motus aĩæ ita ſe habeant, vt alter alterũ conſequio trahaẽ, ſicubi hoc neceſſariũ eſt, facile cõſtat ſimulatq; origo & initiũ mouerit, ſucceſsionẽ ab hoc ad ſcḋm, deinceps ad tertium, & vſq, ad ſupremũ ituram velut in cathena & gyris, ſi annulus vnus tollatur, neceſſario inſequiẽ proximus, atq; ita alius alio cõmoueẽ ordine & attactu continuo. Idẽ contingit in ſimulachris iis, quæ imprimi tanq̃ veſtigia noſtro aĩo diximus. Quũ primũ. n. ab vno aliquo eorum excitata mens eſt, mouetur continenter à proximo; atq; illud alteri ſubinde originem monendi eam præſtat. exẽpli gratia: Incidit mihi aliqñ ob oculos Coryſcus ſum lyra, ab eo tpe ſimulachrũ lyre ĩpreſſum & conſignatũ in aĩo meo eſt: bono rpe video Soc. inſtitui lyra & fidibꝰ canere: ita ſtatĩ fit vt lyra coryſci mihi veniat in mentẽ, deinde ſubeat & pſona q̃ cecinit. Hoc & alio exẽplo docebimus. Audiſti nunq̃ q modulos eos cõcineret? Animulæ duæ vagulæ migrabãt cute poſita, & hæc de illa q̃ſiit. Quę nũc abitur ĩ loca? Mox ſi aliqđ poſt dieculis alterũ andias eiſdẽ quidem ferre numeris, ſed aliis verbis canẽtẽ, mẽs me prima ſubleuat, mox diuerſus reprimit, extẽplo ſcribit aurẽ ſimilitudo cõcẽtus, atq; ita memineris cantilenam priorem, Animulæ duæ vagulæ, & etiam cantoris.

Ex principio ſimili, vel diſſimili, aut proximo, reminiſcentiam oriri. Cap. V.

HAec ita quũ ſint, neceſſe eſt vt ea diſtinctio recipiaẽ, imaginũ alias natura ſua ꝓximas ſequẽteſq; eſſe, hoc mõ: q meminit ignis, ĩtelligat & calorẽ oportet: & is qui cæſus à Soc. eſt, quoties meminit ſe cæſum à Soc, quaſi neceſſario in memoriã quo loci in quo plagas tulit, refertur. Alias quę nõ neceſſario, ſed ex conſuetudine cõſequantur, & q̃ nõ ſemꝑ ex priorũ & antecedentiũ memoria, ſed ꝓpenſius, & maiori ex parte ſuccurrãt, verbi cã: Accedit ſæpe numero vt enixe cupiens efferre hoc verbũ lupcalia, quaſi exciderit nõ poſsi. Igiẽ tenere id volẽs, refero me frequẽter ad lupũ, qa vtrãq; dictionẽ, lu, ſyllaba incipit: ita hoc cõponẽdo efficiẽ, vt accepto ꝓnunciatoúe lupi noĩe, & ex nota illa ſtatĩ lupercaliũ cõmonear. Alter ſolitus obliuiſci Taurumminiũ, aſſueuit ĩ nomẽ Tauri. Alter idẽ cui hoc nomẽ pleuritis, qui laterũ dolor dr̃, cõtumax eſſe cœpit retractare ſæpius nomẽ pleuræ, q̃ latus ſignificat, vt habito initio eo transferretur ad id qđ cõtinendũ erat. In iis igiẽ (vt dixi) nõ redeũt ſemꝑ ſimulachra quæ ſemel exoluerint, ſed

ſed aliqñ eſt, vt quãuis nomen lupi retineas, tñ recorda
ri lupercalium non poſsis. Illud ſcio poſſe contingere,
vt quidam ſemel appellati executiq; fidelius & firmius
ſeruent, ꝗ alij ſæpius: ex quo oritur vt nõnulli facilius re-
cordentur, quæ vicæ ſimplici viderint, qnam ꝗ cẽties.

Reminiſcentiam aliquando prodire ſine principio, aliquando ex principio non poſſe erui. Cap. VI.

QVum ergo aliquis reminiſcitur, neceſſe eſt mo
ueatur quibuſdam prioribus autegreſsiſq; mo
tibus, quouſq; ad eum motum perueniat, poſt
quẽ motus hic, id eſt, reminiſcentia ſequi ſolet ex aſſue-
tudine atq; exercitatione. Quapropter ex hoc nunc aut
alio principio venamur conſequentia & proxima, ita vt
reminiſcentia argumẽto ſimuliũ, diſsimiliũ, ꝓpinquo-
rum, & cõfiniũ inducantur. Mouẽt porro quædã ex his
pari mõ, quædã ſimul, quædam parte. verbi gratia: Aſpi
cio lyram depictã, ab ea vt priore & ꝑcurrent cõmo-
neor lyre Coryſci, quã ſuperiore anno viderim: atq; ex
hoc rurſum reminiſcor cãtionis eius quã Coryſcus ce-
cinerit. Sane frequẽs, vt nõ occaſione mõ hac, ſed ẽt plu
ribus aliis venire mihi poſsit in mentẽ & lyræ & carmi-
nis Coryſci. Si.n. ſimulachrum columnæ iunctum fue-
rit ſimulachro cantilenæ, recordatio columnę memo-
riã cantilenæ ſuppeditat. Ex ſimilibus quoq; & diſsimi
libus (vt dixi) multa reuertuntur in mentem. Ex ſimili-
bus hoc mõ, vt ſi quũ Soc. ſtatuam videro, admonear.
Soc. ex diſsimilibus, vt ſi candorẽ intuitus recordatusúe
nigritiã meminerim, aut ſi æſtu tentatus, ſubeat algoris
memoria. Ex ꝓpinquis quoq; ita elicit̃ reminiſcẽtia, vt
ſi quis ex eo initio: Multis copiis viri Athenienſes ꝓopta
re vos puto reminiſcatur verborũ quę ſequuntur: Si cõ
ſtare poſſet quid potiſsimũ hoc tpe ciuitati cõduceret.
Præcipuũ itaq; atq; efficaciſsimum in quaq; re princi-
pium eſt, quo inuento, reliqua nullo labore ſuccurrunt.
Principio ſiquidem habito, cætera quaſi nexu quodam
& vinculis inuicem aſtricta vltro ad ſeriem confluunt.

Eandem rõnem eſſe reminiſcendi vetera & recẽtia: item ordinem rerum vſui eſſe reminiſci volentibus. Cap. VII.

QVòd ſi aliqñ contingit, vt principio rei comper-
to, & prima parte orationis obtenta, nihilomi-
nus cætera non ſequantur, nõ eſt cur quiſquã
miretur, qm̃ hęc ſi penitus dilapſa obliterataq; ſunt, cer
te ſequi etiam requiſita non poſſunt. Igitur inueſtigan-
do ij, quibus quid excidit, reminiſcuntur ex aliquo ho-
rum quæ diximus ſupra, ſimili, diſsimili, finitimo, conſe
quenti. At ſi quæ ſunt, quæ interim non requirentibus
nobis, ſed ſæpe reddant atq; offerant ſeſe, fateri neceſſe
eſt ea nulla ex principio aut ſuggeſtione ſimilium, diſsi
milium, conſequentium, finitimorum agnoſci. Vt ſi re-
cordatus quiſpiam numeri quem ceciniſſet Coryſcus
reminiſcat̃ anterioris, certe is nullo huiuſmodi præſidio
vſus videtur in hoc, vt reminiſceretur anterioris. Cæte-
rum hoc inſolẽs eſt, nec temere paſsim fit. Fere.n. ante-
cedere quiddã motus ſolẽt, quos reminiſcẽtia cõſequat̃.

Aliud eſſe reminiſci, aliud iterum diſcere: item vltimũ motũ eſſe, per quem reminiſcentia eliciatur. Cap. VIII.

PLanè quum de reminiſcentia agitur, non perinde
id ſpectandum eſt, quẽadmodũ remotas à nobis
res & tãto ex interuallo repetitas, ꝗ quũ proximas
agnoſcamus, & quas paulo ante ſenſu nouerimus dice-
rimusq; vtpote in quo maior controuerſia ſit. Nã quod
propinque & recens acceptæ animo ſunt, magis pericli
tantur, vt quũ has meminimus diſcere videamur, ꝗ quæ
nobis pridem intellectæ & cognitæ fuerint. Sed vnus
tñ reminiſcendi hęc mos, & rõ vtriſq; generis eadẽ vi-
detur. Nam quẽadmodũ ea quæ nobis proxima ſunt ex
principio aliquo, cui connexa & conſequentia ſint, re-
uocantur in mentem, (conſequuntur.n. vt dictũ eſt, ſeſe
propter conſuetudinẽ motus) ita & ea ꝗ à noſtra memo
ria procul abſunt, & quæ multo ante didicimus initio
quodã motus accepto, ſolẽt ſeſe reddere atq; in memo
riã reuerti. Quapropter oĩs reminiſcentia ex principio
potiſsimũ pendet, atq; in ſumma celeritate abſoluitur.
Quamobrem & eum quo res inter ſe callocatæ & dige
ſtæ ſunt, ordinẽ, motus earum in animo nr̃ tueri, & ea
item facile memoria continẽtur, quæ notatione & diſpo
ſitione diligenti ſunt perſcripta, vt propõnes mathema
ticæ, præſertimq; geometricæ: contra quæ temere ha-
bentur congeſta & cõfuſaneè ac paſsim diſperſa, ægre
cuſtodiuntur. Nã quẽadmodũ ſenſilia quæ coitu certo
& diſtributione quadã iuncta illigataq; ſunt, exquiſite
illaborateq; incernuntur, ſecus ſi in cumulũ & aceruum
cõiectã & indiſtincta viſantur: ita de ſimulachris animi
ſtatuendũ ac ſentiendum videtur. eſt vero dr̃ia inter re
miniſci & iterũ diſcere, & oĩno aliud diſciplina eſt aliud
reminiſcentia. Is qui reminiſcitur ab ipſo ſe mouetur, &
ex principio quodã incolumi & manente intus luſtrat
& veſtigat innexa & iuncta principio. At qui addiſcit,
nõ ex ſe ſed à præceptore docenteq; mouetur. Item is
qui reminiſci vult, quamuis ei ſimul collibuit aliqui re-
ſcire, non ſemper ad iuſſum occurrat, tñ verſando & ſa-
tagẽdo inuenire ac reponi i memoriã eius, qđ volebat,
ſolet. Hoc aũt motu multo & diſcurſu multo contingit,
quoad dũ perueniat̃ admotionẽ eam, poſt quã id ſequi-
tur quod requirebatur. Nã quẽadmodũ ſtillicidia mul
ta quæ præceſſerint, lapidem non ipſa cõminuũt inca-
uantúe, ſed quaſi ſubigunt & molliunt, poſtremũ diſcõ-
binant inforantq; ita iudicandũ in corde eſt: multos id
patitur motus, antequã id quod q̃rimus teneat̃, ſed ſum
mus & vltimus motus ipſe præſentat rẽ, quã conſequi
memoria volebamus. Eſt igitur reminiſci mouentẽ quã
dam facultatem habere inſitã. Facultatẽ voco reliquias
illas Intrinſecus contentas in animo, ꝗ mentẽ appellant
& excitant ad inſtaurandũ & recuperandũ id, quod pe-
rierit euanueritq;. Hoc ĩ ſe ipſo quiſq; ſæpicule cõmittit
experiturq; intimo (vt dictum eſt) & indigete motu.

Ex qualibus locis principijs hic memoria rerum amiſſa facile reuocetur. Cap. IX.

QVamobrem tale principiũ accipi debetur, cuĩ
acelerrimè ad reminiſcentiam loci reſponde-
ant. Locos vero aut initia eſſe ĩ anima oportere
dicimus, qui aut iugatis, ſimilibus, contrariis conſtent,
(quales in dialecticis commentationibus monſtrãtur)
aut qui corporales ſunt, & certa ſede diſpoſiti colloca-
tiq; interuallis. Atq; id cauſæ erit vt cito ex vna re in me
moriam alterius veniatur. verbi gratia: Ex lacte in can-
dorem, ex candore in aerem, ex aere in humorem, ex
humore in autumnum, ex autumno in brumam, quę id
erat ſummũ, cui operã dabatur vt in memoriã rediret.

In reminiſcendo id quod medium eſt, maximum habere momentum. Cap. X.

SAnè videtur ferre ĩ omni genere id quod in medio
eſt, rationem tenere principij: quo inuento facilli-
ma traditu & compertu ſunt reliqua. verbi gratia:
Adſcribũtur literæ octo, A B C D E F G H quibus indicẽ-
tur & reſpondeãt octo notiones, per quas itura ſit mẽs,
dum aliquid veſtigat, cuius rei vſus ſit reminiſci. Litera
E in meditullio eſt, ea obtenta ſi non continuo ſuccur-

rit quod veſtigat, ſaltem ſimul atq; ad H peruenerit, ſuccurrat id oportet: nam quũ primum occupata medietas eſt, & priora & poſteriora iuadere iuxta poſſumus. Sed & nihil prohibet quin & retro agere liceat, & à media in vtranq; partem diſcurrere velicatim & præpoſtere. Nam & poſt literã E, ſaltuatim intelligere literã H, & ab H ad F, regredi tranſiliendo interpollandoq́; poſſumus, deinde referri & reciprocare ad G. Si igitur ea res quam ſcrutamur, in prioribus fuerit, occurret itinere eo quod regit ad H. Si vero in poſticis, dabitur obuia contrariam viam seneuti, quæ ducit ad A. Notiones vero quarũ hęc ſunt ſymbola, hæc ſunt Athenæ, Lycium, ædes Pla. Calendæ, conuiuium Socra. vapulaſſe à Socrate fidicula.

Quod interdum reminiſcamur, interdum non, item cur aliquando plus moueant veteres, quàm recentes imagines. *Cap.* X I.

QVòd ſi accidit vt ex vno principio interim ſequantur, hæc interim non ſequãtur, ea cauſa eſt, ꝙ ex eodem principio multi motus dependẽt. exempli gratia. Ex ili poſſumus in notitiam morbi iliaci & ilei reuerti. Quòd ſi frequentior tibi viſus fuerit ilei q̃ iliaci, illuc potius ex eo principio rapieris attollerisq́;. Nã & q̃ nitida ac ſplẽdida ſunt, amplius q̃ q̃ ſquarroſa & obſcura oculos in ſe cõuertũt. Põt & alia rõ hęc eſſe, ꝙ ſimulachrũ alterũ vetus, alterũ nouitiũ habeaſ: qđ nouitiũ eſt validius cõmouet cęteris partibus. Nam ſi id quod vetus ſe nectũmq́; eſt, ita in animo alte inhæreat vt i habitũ ceſſerit, eoq́; tritũ ei pfamiliareq́; ſit, huius meditatio vicẽ frequẽtis & recẽtis memorię obtinet.

Quòd erret interim reminiſcentia, & quomodo faciat ſolœciſmum. *Cap.* X I I.

QVemadmodum vero quædam ſimulachra ita ſunt cõmiſſa cognataq́;, vt alterũ poſt alterũ naturaliter & neceſſario cõſequatur, vt poſt ignẽ feruor, poſt ſolẽ ſplẽdor: ita quædã ſunt quæ nõ natura, ſed quadã conſuetudine conſtant. Porrò in quo multi & frequẽtes ſumus, & in qđ aſſueſcimus huius nobis minimo minus naturam facimus. Proinde ſicut in natura nõnunq̃ euenta proueniunt, quaſi progreſsiones quædã & errata naturæ: ita in iis quæ ab vſu & cõſuetudine ꝓdeũt, nihil vetat peccata q̃dã ſpectari, vt cui in priore antegreſſoq́; cedit proſpere, i poſteriore & ſequẽte deuius labaſ, & loco illaci i noticiã ilei deflectat. Propterea ſolet cõtingere, vt quũ alicuius nominis meminiſſe volumus, in alterum quod quærimus vicinũ offendamus: itaque oberrantes tunc quaſi ſolœciſmum committimus. verbi gratia: Volebã reminiſci Leophanem, ſuppoſitus eſt ꝓ eo Leoſthenes, ſolœciſmus eſt. Hactenus de reminiſcentia priuatim dictum ſit.

Communia memoriæ & reminiſcentiæ, in omni memoria & reminiſcentia neceſſario adhiberi tempus, aut certum, aut incertum. *Cap.* X I I I.

NVnc vt gñatim atq; in vniuerſum de memoria & reminiſcẽtia diſputemus, noſſe oportet caput & cardinẽ i ambabus eſſe noticiã tẽporis, ſiue illud certũ cõſtitutũq́; habeaſ, vt ſi id qđ mõ memini reminiſcorúe aut heri aut ſuperiore mẽſe aſpexerim: ſiue incertũ indefinitũq́;, vt ſi id qđ memini quodúe reminiſcor, vtcũque prius didicerim, aut diu ſi qđ audierim, viderim, nouerim. Alioquin niſi cõcedaſ ſciam tẽporis ad vtrãque motionẽ pertinere, neceſſe eſt vt hoc quod modo meminiſce aut reminiſci dicimur, nec meminiſſe nec reminiſci eſſe videatur, ſed cognoſcere tanquam è domo & ſacrario pectoris nunc primum promentes.

Vim ſenſualem eſſe quæ intus iudicet de pluri minorique tempore. *Cap.* X I I I I.

POrro de pluri minoriq́; tempore intus iudicat ea vis aĩæ ſenſibilis, quæ ſedem habet in corde. Quẽadmodum.n. quotiens intelligentia magnitudines perſpicit, nõ procedit foras, quemadmodum aliqui de viſu dixerunt, quem proliquatis egreſsisq́; à ſede luminum radiis abſolui reddiq́; autumant, ſed operatur intus & effigies magnitudinum in imaginatione depoſitas & iacentas excitat velicatq́;: ꝙ ſi hoc non ſit, de magnitudine abſente pronunciare non poſſet, nũc pronũciat. Et ſane merito: nihil.n. aliud eſt intelligentia quæ diano ea dicitur, q̃ cum imaginatione actio intellectua coniuncta. Eodem modo de parte illa aĩæ ſenſualis dicendum eſt, vt de breuitate & longitudine temporis intrinſecus decidat, & imaginibus iteſtinis ad id pellaſ.

Quæ differentia inter memoriam & reminiſcentiam totius & partium ſit, item vniuerſalis & ſingularis. *Cap.* X V.

QVum vero in memoria vniuerſæ alicuius orationis particulares oratiũculæ cõſiſtant, neceſſeq́; ſit, vt quotiens ambitũ aut circũductũ aliquẽ lõgiuſculũ memoriter tenemus, partes quoq; eius & clauſulas memoria cõtẽplemur, conſtat.n. integritas oĩs ex partibus: partes hoc loco ſunt membra & inciſa) q̃ro reminiſcentia vniuerſalis à particulari quo differat. An quũ in memoria totius contineatur & pars & in memoria vniuerſalis cõprehendatur ſingulare, neceſſe eſt vt partes prius q̃ totum occurrãt, & quæ minora ſunt, quæq́; ab vtroq; margine intra vniuerſitatem habẽtur, quã quæ bis contraria ſunt? Quæcunq;.n. ita ambiũtur, intusq; ſunt, proportione quadã extremitatibus reſpõdẽt, quatenus mutuo proximãt & ſequũtur, vt Pla. verba illa in Timæo: Dij deorũ quorũ opifex idẽ paterque ego, opera ſiquidẽ vos mea diſſolubiles natura, me tñ ita volente diſſolubiles. Omne quidem iunctum & cõcretum natura diſſolubile eſt. At vero quod bona rõne iũctum atq; modulatũ eſt, diſſolui velle non dei. Quapropter quia facti gñatiq́; eſtis ĩmortales quidẽ nequaquam, nec oĩno ĩdiſſolubiles, nec tñ vnquam diſſoluemini, neq; neceſsitatem fati ſubibitis, quia volũtas mea maior eſt, nexus & vegetatior ad æternitatem cuſtodiẽdã, quã illi vitales nexus, ex q̃bus ęternitas veſtra coaugmẽtata atq; cõpoſita eſt. Igitur vna cũ ipſo toto intelliguntur partes: nã verba illa in fronte. Dij deorum, extẽplo ſe offerunt, quæ intelligentia ſequentium excipit: & hæc rurſus intelligentia reliquorum. Ita poſtremũ quod intelligẽtia capitur, ipſum totum eſt, nam ſingularia ſimul collata acceptaq́; ipſa integritas redduntur.

Semper reſpondere conceptioni rerum cõceptionem temporum, ſiue certum id ſit, ſiue incertum. *Cap.* X V I.

CErte modus qui in rebus & notionibus cernitur, accommodandus & quærendus in tempore eſt. Nã ſicut tẽpus annectitur & copulatur cũ rebus, ita & cognitio iungatur neceſſe eſt. Proinde vt minor res ſe habet ad maiorem, ita & minus tempus ad maius: & pectinatim. vt tota res ad tempus totum, ita & partes ad partes. Atque hoc ex deſcriptione ſubiecta conſtabit: Conſtituantur duo triangula in mucronem inferiore angulo turbinata, ſedita vt alterum in altero contineatur, Id quod continet ſignetur, notis tribus K M N. Id quod continetur aliis tribus A B E, Linea vero A B ſecetur ad punctum C, & ad punctum F, & à ſegmentis lineæ perpetuæ in alterũ eiuſdẽ trianguli, id eſt, minoris latus, qđ cõtrauerſim reſpõdet ad ꝑtes angulos, ducantur,

tur, vocenturq́; linea prior C D. poſterior F G. eodẽ modo ſecetur linea K M ad punctum H & ad punctum L & à locis ſectionum lineæ perpetuæ in alterum eiuſdẽ trianguli, id eſt, maioris latus, quod è regione reſpicit, dirigantur, nominenturq́; ſuperior linea H P inferior L R, atq; hoc ita vt ſectiones vtriuſq; trianguli in eaſdẽ deliniationes concidant. Ac breuius qdem & interius triangulũ referat nobis res, quas intelligemus: extimũ vero & amplius vice eius tẽporis ſit, qđ ſimul cũ ipſis rebus & notionibus ſentitur. Queadmodum igitur qui lineas A B & A E tranſiit, videtur ſimul lineas A C & C D tranſiiſſe, vtpote quæ interiores ſint, & cõtineãtur in A B & B E. ita qui lineas A C & C D peregit, videtur ſimul lineas A E & F G peregiſſe. Quæ. n. collatio habetur lineæ A C ad lineam A E eadem eſt lineæ C D ad lineam B E. nam ꝓportione & parilitate cõſentiunt inter ſe. Vnde ẽt cancellatim, & vicibus cõmutatis, ſicut refert linea A F ad lineam A C, ita refert linea F G ad lineam C D retroq́;. Ita relinquitur vt queadmodũ is qui cognoſcit lineas totas A B & B E ſimul cognoſcat lineas particulares A C & C D. Ita & is qui lineas A C & C D intelligit, ſimul quoque lineas A F & F G intelligat neceſſe ſit. Eodem iure ſtatuẽdum de triãgulo tẽporis eſt. Nam qui lineas K M & M N conficit, videtur lineas quoq; C K & H P confeciſſe, & itẽ lineas K L & L R. Porro linea K M & linea M N tempus illud præſentant, qđ reſpondet rebus quæ ꝑ lineas A B & B E in minore triangulo indicantur, vt intellectu earum tẽpus hoc annexũ accipiamus. Rebus vero q̃ per lineas A C & C D notantur, miniſtrat tempus qđ per lineas K H & P H deſcribit. At negotiis q̃ lineę A F & F G ſignificant, apponitur tempus quod per lineas K L & L R ſignatur. Ita fit vt ſimul & res et tẽpus ſocietate quadã ꝓportionis noſcãtur. Ex iis late patet eos qui recordãtur aut reminiſcuntur ad intelligentiã generũ eorũ quæ recordãtur atq; reminiſcuntur, adiungere tempus ſuum ſolere.

Dupliciter falli eos qui meminerunt aut reminiſcuntur: item tria adhiberi ad veram memoriam & reminiſcentiam, rem, tempus, animaduerſionem. Cap. XVII.

MEmoria dupliciter labitur: Primum ſi eorum quæ recolenda ſint, imagines cõmutet, vt ſi cõtemplatus imaginem Theæteti, imaginem Soc. dicas, tametſi tunc videberis meminiſſe Soc. tñ Theætetus eſt qđ vides. Nihil. n. vetat, quin errare hoc genus poſsis, & meminiſſe qđ nõ memineris credere. Altero mõ fallit memoria, quũ ita accidit, vt cuius re vera meminimus, non tñ meminiſſe nos aduertamus, motione aut morbo aliquo ĩpediti. Qđ qdem & iis vſu venit, qui in aliqd ĩpẽſius intẽti, quaſi obcęcata cogitatione & abducto ĩtus viſu, apertis atq; ĩtegris oculis nõ cernũt ea, q̃ ob os verſant. Atq; ij qdẽ ſomniãtibus ſimiles videntur, qui ſomniare ſe non ſentiãt. Nõ erit igit recordatio aut reminiſcẽtia, niſi tria hæc cõcurrãt, negociũ quod moueat, tẽpus qđ negocio reſpõdeat, & aĩaduerſio. Sane tẽpus mõ infinitũ certũq́; (vt dixi) mõ infinitũ & incertum adiungitur. Certũ, vt quũ ſimplr diſputaſſe me recordor: iudicium vt ſit ita, eſt qđ cõſueuit vulgo dici: Eqdem memini factũ, ſed qñ, non memini qđ tũ ſolẽt, q ſe cauſis ſubſignant, quũ iis de tẽpore facti nõ cõſtat.

Hactenus communia memoriæ & reminiſcentiæ, nunc differentiam et diſcrimẽ earum: itẽ quòd ſolus homo reminiſcendi vim habet. Cap. XVIII.

DIximus ſupra non eoſdem haberi qui facile recordentur, & qui facile & bene reminiſcantur. Diſtat vero memoria à reminiſcẽtia nõ ſolũ ĩ eo, ꝙ prior tempore memoria q̃ reminiſcentia eſt, ſed in eo quoq; ꝙ complures animãtes memoriæ participes ſunt. Reminiſcentia ſoli homini conceſſa ex numero animalium oĩum, quæ ab hoc æui comperta nobis ſint: nã parte qua cogitamus ratiocinamurq́; eadem & reminiſcimur. Et quemadmodum ſyllogiſmus, ideſt, ratiocinatio propoſitionem propoſitioni, id eſt, intentionem aſſumptioni connectit: ita & is qui reminiſcitur, minora maioribus copulat. Qua vi autem ſyllogiſmi ducuntur, ad eãdem exquiſitio pertinet. Exquiſitio porro iis data aĩantibus propria eſt, quibus conſultandi deliberandiq́; rõ. Iis ergo quibus reminiſcentia tribuitur, tribuenda ẽt cogitatio & cõſulatio eſt. Solus homo cogitat & conſultat, ſolus igitur reminiſcendi vim obtinet. Nã & inter initia hoc diximus reminiſcentiã ad rõnem & intelligentiam ꝑtinere. Cõſultare aũt & cogitare virtus alia eſſe poſsit, q̃ mens, animus, ratio, intellectus.

Memoriam & reminiſcentiam eſſe corporeas affectiones: item non eſſe illas in noſtra poteſtate, item melancholicos potiſsimum hoc genere tentari. Cap. XIX.

CAeterum quia imaginatione reminiſci non poſſumus, propterea & ſimulacbra, & ſpiritus, quæ in corde ſunt, reminiſcentiam cõmouẽt, neceſſe eſt hæc corporalis affectio ſit: ita reminiſcentia dicatur motus intelligentiæ in tali viſo. Queadmodũ. n. qui librum vult prælegere, neceſſe eſt in ea ſe vertat, quæ in libro ſunt perſcripta: ita de reminiſcentia & intelligentia iudicandum eſt. Intelligentia cõparatur legenti, cor libro, viſa & phantaſmata literis. Diximus & hoc olim memoriã & reminiſcentiã corporales motus eſſe, cuius rei ſigno eſt, ꝙ ſæpe nobis, quamuis aliud magis ſuſpicãtibus, cogitatio aliqua de repente obrepit, quam intercidere aut reprimere nullo conatu poſſumus, quin deſiſtat, ꝓcedatq́, pertinax & inuitiſsimus nobis erumpat. Pro hinc cũ ſimul humor in corde adagitari cœpit, (qđ fit, quotiens reminiſci aliquid conamur) euenit vt facili ꝑterea ſiſti & ſufflammari nõ poſsit. Ergo ꝑinde afficimur, ac ſi quis nos raperet tranſuerſos, & quãlibet pugnãtes ĩ ſe cõuerteret. Tentãtur validiſsime hoc morob melancholici bilioſiq́;: ſunt. n. ꝑ mobiles ꝓpterea, quia ſpiritu multo & craſſo conceptacula cordis ſui habent referta. Quũ primũ igitur imago aliqua in iis excita eſt, ſtatim exagitantur aliæ cõſequio & ſaſceati ac turmatĩ proſiliũt, ꝓpter mobilitatẽ humoris, qui ſitus in corde eorũ eſt. Sed & illud probat memoriã aut reminiſcẽtiã iuris noſtri nõ eſſe, ꝙ nec qđcunq; collibuit, nec quoties collibitũ eſt, reminiſci ſemper poſſumus. Quãobrẽ vt miſſum telum ſiſtere, aut reuocare non licet, ita quũ reminiſci & veſtigare aliquid volumus, neſcio quid corporeum commouemus, cui affectio hæc cõmiſſa mandataq́; eſt, nec vtra partes noſtræ vllæ ſunt: nec. n. per ſe moueri aliquid põt, qđ incorporeũ ſit: ita rõne recta factum eſt, vt motũ eum rumpere, cũ quis velit, in ſua manu nõ habeat. Et queadmodũ quærent, locũ in codice vt legat, non ſatis eſt adire aperireq́;, aut ſcheidas euoluere, niſi id quoq; quod quærit, inueniat: ita de intelligentia & ſimulachris dicendum, q̃ in corde ſeruantur vt tametſi ea quãlubet tractes verſesq́;, reminiſci tñ nequeas, niſi in illa ipſa offendas quæ requiris. Vnde, vt dixi, euenit, vt ij maxime imaginoſi cogitabundiq́; ſint in qbꝰ redũdatior vis humoris ſtagnat ea ſede, ĩ qua imagines, rerũ locant. Non. n. facile tranquillant agitatione ſemel inita, & quouſq; aſſequent & cõtinent ea q̃ volũt, recto inceſſu ſcaturiũt, idẽtidẽ & ſuboriũtur imagines.

Quamobrem iræ in illis, & metus, & reliquæ eius gn̄is affectiones ſimul paulo commotæ irritatæq; ſunt, exacuunt, accenduntq; ipſæ ſe vltro, & vires obitæ corrogant, conualeſcuntq;, ita vt labore etiam ſummo cōprimi, ſedari, & extingui non poſsint. exēpli gratia: Iudicat ratio iniuriam acceptā eſſe, cor ſtatim iracundia ęſtuat, mox acceſsione ſanguinis feruet, quo tanq̄ auxiliaribus copijs confirmatum recalefactumq; retro concalefacit & exaſperat ſanguinē. Eodem mō metus contrarijs ex cauſis refrictu & contractu cordis pſectus nō facile deponitur. Quod & accidere ſolet ijs, qui in cantibus paulo validius exuibriſſant, aut qui rationem proſam verſamúe cōtenta & exerta voce pnuntiant. Iis quāquam in fine ratio ſua ſit, eoq; & quieſcendum habeant, tn̄ vox impetu concepto, & quaſi ex procurſu longius pcedit, & ceſſantibus ijs aliquādiu poſt ſuperſtes eſt.

Quibus ex cauſis pomiliones, pueri, ſenex, immemores ſint. *Cap.* Xx.

CAeterum illi maxime immemores eſſe deprehēſi ſunt, quibus ſuperiora pportione reliq corporis ſunt vaſta, vt pomilionibus rōne q̄ vis ſenſus primatis grauata ī iis oppreſſaq; pōdere eſt, quodq; in tam obeſa & craſa materia deſignari aut exprimi formæ rerū non poſſunt, ſed quaſi fruſtrantur & diſsiliūt plagę, nec initiis modo imaginibus pręduri & ſpiſsi ſenſus reſiſtunt, ſed ſi quas ob inſignem earum pulſum admiſerint, hauſerintúe, non ita videntur admitterre, vt cū reminiſci volunt, facile ad imperiū ſubeant aut recto itinere ad conditum ſequantur. Sane admodū pueri & admodū ſenes ideo impotētes memoriæ ſunt, quod in motu cōtinuo verſantur. Pueri pter natiuum cremen tum, ſenes q̄ aſsidue minuuntur. Nam in pueris & illa ratio eſt, quod per aliquot annos ſimiles nanis exigūt.

Peroratio. *Cap.* Xxi.

DE memoria, & quid ſit meminiſſe recordariq;, & de tota ea natura, & de parte aīæ, cuius illud officium eſt: item de reminiſcentia, & quid ſit reminiſci, & memoria quemadmodum redintegretur reparetutq; omiſſa, & vnde proficiſcatur, dictum.

THEMISTII IN LIBROS
de Memoria & Reminiſcentia,
Paraphtaſeos, Finis.

EPISTOLA,

HERMOLAI BARBARI
ZACHARIAE FILII PATRITII VENETI IN LIBRVM DE SOMNO ET VIGILIA THEMISTII,

PRAEFATIO ad Hieronymum Donatum. A. F.

OPTAVI *tecum eſſe mi Hieronyme bis diebus, quibus interpretationi noſtræ in paraphraſim Themiſtij ſummam manum impoſui, vt coram communicare tibi omnia ea poſſem, & quod tuum in ijs iudicium eſſet, præſens intelligerem. Ac legiſti tu quidem olim hæc, & quod meminerim, probaſti. Sed ſiue in peius effinxi, & vt ille inquit, ab archetypo decidi, ſiue diſpendium limæ nonnihil profecit, certe in totum alia ſunt quàm quæ vidiſti: quod ſi affuiſſes tu periculum non erat, vt ab iis quæ commutaſſem, detraxiſſemúe laberer. Alioquin in hæc impenſius ſtudium contuli, quàm volebam. Proinde non dubito futuros, qui noſtram diligentiam cauillentur, quaſi tantum curæ argumentum ambitus ſit, & magnæ alicuius de ſe perſuaſionis, quæ profecto in me non ſunt. Nam ſeu quòd ſcimus hæc anteludia quædam & quaſi crepundia eſſe ingenij noſtri, ſeu quòd maiora iu hoc genere cogitamus, dici non poteſt quàm in ijs nec ſatisfaciam mihi, nec placeam. Sed vtinam multorum error aut ſtirpitus velli: aut alleuari poſſet, in quibus cum ſe peripateticos bonos appellent, quia infantiſſimi ſint, nec latine loqui ſciant, nec grecè, (vt quam leuiſſime dicam) tam conuenit cum ea familia, quàm ijs qui multis ſeculis ante Ariſtotelem fuerunt. Certe partim fando aſſiſtendoq;, partim ſcribendo & commentando daremus operam, vt quantum in nobis eſſet recognoſcerent ſe: & intelligerent eos qui à philoſophia eloquentiam ſeparant, minutos plebeioſq; & plane ligneos philoſophos haberi. Nunc perſuaſio ea tam alte dedita in venas eſt, tam pertinaciter inhæſit in viſceribus, tam diſficilem callum obduxit, vt nedum nos qui nec authoritate valemus, nec fere in doctrina quicquam promouimus, ſed quamuis etiam abſolutiſſimus, & qui omnia ad manum innumeratoq; habet, tantas radices ſuccidere aut medicinam adhibere ægritudini tam defletæ non poſſit. De quo quoniam plura paramus alia epiſtola, illud tantum dicturi ſumus, vt hortemur te, non vt tu cum ſtudijs philoſophiæ bonas literas coniungas, (quippe in quo ne admonitore quidem eges) ſed vt alios iſtuc exemplo & ſapientia tua compellas. Nec enim quod in quibuſdam deplorata res videtur, ideo minus laborandum tibi eſt, tum quod ſententia Hippocratis, qui conclamatis & deſperatis negat admouendas manus, ad morbos animi referenda non eſt, quod ij non ſemper incurabiles ſunt: tum quòd vt ratio iſta cum iis nihil proficiat, ab aliis certe peſtem illam defendet. Infinitum enim quantas iacturas facturæ literæ ſint, ſi non habeant qui huc labi obſiſtat. Nos quidem tempus omne quod viximus, & quod deinceps Deum voluptate victuri ſumus illam curam deſtinauimus, vt pro virili parte naturalis philoſophia cum ſtudiis humanitatis in gratiam redeat. Vale. Libellum de Somno & Vigilia, quem ad te vertimus, ſcio tibi pro tua in me beneuolentia non ingratiſſimum fore.*

Venetiis. M. CCCC. LXXX.

THEMISTII PARAPHRASEOS, LIBER DE SOMNO ET VIGILIA.

Interprete Hermolao Barbaro patritio Veneto

Queſtiones ad ſomnum & vigiliam pertinentes. *Caput.* I.

DE SOMNO & Vigilia conſideranda hæc arbitror. Primũ quid ſint & cui parti & poteſtati animæ credita: & vtrum ſoli animæ commiſſa, vt priuatæ eius affectiones, an & corpori quoque promiſcua: & quamobrem tributa aĩalibus ſint: & vtrum vtrunque omnibus, an alteris hoc, illud alteri ſeorſum. Deinde quid ſit in ſomnium, & quare ij qui dormiunt, modo ſomnient, modo non ſomnient. Item vtrum ſomnient quidem ſemper, ſed experrectos memoria non committitur, an ſecus: & hoc ſi eſt, quam ob cauſam ſit. Præterea ſint ne præſcripta aliqua animi quieſcentis, nec ne: & ſi ſint, qua ratione fiant, vtrum ex eo numero ſint quæ aguntur ab homine, an quorum cauſa ſit aliquis deus, aut natura, aut temeritas.

In eadem particula ſomnum & vigiliam collocari. *Cap.* II.

PRIMVM illud haberi pro explorato debet ad eandem animalis partem ſomnum & vigiliam pertinere, tum ꝙ oppoſita inuicem ſunt, tum quòd priuatio eſſe intelligitur vigiliæ. Oppoſita porro & extrema tam quæ artis ſunt, quam quę in natura ſpectantur, in eodem recipi ſolent, & eiuſdem ſubiecto affectiones videntur. exempli gratia: Integritas & oblæſio temperies & intẽperies, morbus & valentia, in eodem corpore ſunt, pulchritudo & fœditas in eodem membro conſiſtunt, firmitas & debilitas in eodem neruo cernuntur, viſus & cæcitas in eodem oculo habentur: ſimilis & in cæteris ſenſibus rõ. Item clarius ex iis quæ ſequuntur liquebit: nam argumento, quo vigilare aliquẽ cognoſcimus, eodem & dormire deprehendimus. Vigilantẽ ſane cognoſcimus, aut quia externo ſenſu aliquo viſu, auditu, olfactu pellaẽ: aut quia inteſtina rõcinatione, cogitatione, imaginatione. Senſus vero vice habitus eſt, inſenſibilitas vice priuationis. In eodem igitur ſubiecto locanda hæc ſunt. Ex quo illud quod volebamus conficitur, ſomnum & vigiliam eodem ſubiecto ſtratoq́; contineri.

Somnum & vigiliam affectiones eſſe corpori & animæ communes. *Cap.* III.

QVum autem ſentire ipſum, neque animæ, neq; corporis proprium ſit (nam ad idem genus, tũ actus, tum potentia pertinet) ſenſus autem qui in actu ſit, eſt quidam animæ motus interuentu & comitatu corporis connaleſcẽs: manifeſtum eſt affectionem hanc (dico ipſum ſentire) nec peculiarem aĩæ eſſe neque item corporis propriam (q̃quidem corpus inanimæ nullam ſentiendi vim obtinet) ſed ſummæ permixtionis. Porro quum vires animæ habeantur diſtinctæ, ita vt altrix abiuncta à reliquis ſit, reliquæ ſeorſum ab hac non poſsint conſiſtere, certum eſt ea quæ angẽtur modo & minuuntur, vt arbores, dormire & vigilare non poſſe, quia ſenſu deficiuntur, de cuius momentis natura ſomni & vigiliæ dependet. Nam ſenſus à rõne vitali, q̃ & vegetalis dicitur eſſentia, & poteſtate interſtitio plurimo & manifeſto diſpeſcitur, etiam ſi non id conſtaret, vtrum ſubiecto & magnitudine differant.

In animalibus omnibus ſomnum & vigiliam viuentibus contingere. *Cap.* IIII.

NAm mihi à lunari circulo caducum ſucceſiuũq; eſt, quod ſi ſomni & vigilię capax ſit, aut ſemper dormiat, aut ſemper vigilet, ſed vtrũq; aĩalibus ſingulis tributum à natura eſt, nullum oĩno aĩal pari eo caret; ſed tm̃ inanima. Quum de aĩalibus loquimur, ſemper excipiuntur diuina: nam eorum actio iugis æternaq́ue nec triſtis oneroſaúe eſt, & vigilia in iis omnis contrarij eſt expers. Nam ſomnus & vigilia, vt ſæpe alias diximus, affectiones ſunt circiter cor, vbi domiciliũ optimatis ſenſus locatur, Præterea quæcunque naturalem aliquam functionem habẽt, ſimul paulo plus laborant, quàm ſua cuiuſque natura patitur, ægritudinem ſentiunt: cumq́; præterea operari non poſsint, dant manus & remiſsionem quaſi laboris merentur. Nam & veterina ſarcinis, & viæ ſpatio defecta offendunt ſe terræ, nec loris vllis aut fuſtibus ad ingrediendum exurgunt. Legendo, ſcribendo, ædificando, demũ agendo quidlibet, aut condendo laceſsimus, & motum ſemper ſubſequiẽ & excipit requies. Poſtremo oculi, aures, manus, pedes, & reliquę partes officiales aliquando à muneribus quæq; ſuis ceſſant. Continenter gerere & adminiſtrare non poſſunt, ſed ſpatio exacto in quantum vires eorum durare & ſufficere operi poterant, vacationem quandam feriarum vice impetrant. Cæterum quum ſomnus vigiliæ contrarius ſit, contrariorum vero quæ interſtitio careant, & quæ ſibi per priuationem & habitum reſpondent, ſi alterum abeſt, alterũ neceſſe adeſſe ſit, ſequitur vt dormire animalia oporteat quoties non vigilant. Quamobrem quemadmodum morbi aliqui, peruigilium & inſomnium afferunt: nam cõperti ſunt, qui nouem dies exertis & inconniuis oculis egerint: & quemadmodum hoc idem ſæpe citra ægritudinem accidit, vt gracilentis & præaridis, qui naturæ ſuæ rõne longas vigilias patiuntur: ita ſomni copia interim inualentibus, interim valentibus contingit. Nam ex his qui febre tentantur inuẽti aliqui ſunt, quos altus ſapor iniuſtum triduũ attinuerit. Paruuli vero & qui tẽperamenti humidioris ſunt, tum propter cibos iunctumq́;, tum propter humorem infantilis ætatis longiſsimo ſomno vtuntur. Hæc ſi ita ſunt, quicquid ſomni capax eſt, idẽ vigiliæ particeps, & retro. Nam ſi ſomnus quædam affectio eſt, & quaſi nodus & vinculum ſenſus: ſenſus autẽ omnis ſentire actu poteſt: omnis vero potentia aliquando in actum referẽ, neceſſarium eſt vt id quod dormit, & quod potentiam habet vt vigilet, excitetur omnino & actu euigilet. Ita nullus fit ſomnus, qui nõ poſsit rumpi, & qui (vt ita loquar) expergiſcibilis non ſit.

Quamobrem animalia omnia dormiant, plantæ non dormiant. *Cap.* V.

ANimalia certe omnia pedeſtria, volatilia, nãtia, ſomno participant. Nam aquatilium genera, & ea quæ molli cruſta integuntur, ſoporari cernũtur: & præterea quæcunque oculos habẽt. Nam & quibus corneoli præduriq; ſunt, & inſecta, dormire inditio ſilentij & cõticeſcentiæ credam apparet: quãquam exiguum quiddam talia, ita vt nos lateant plerunq;. Vtrũ vero ea quibus ſcilicet teſta obducitur, dormiant, nemo quidem adhuc, quod ſciam, fuit, qui viderit aut argumẽto aliquo notauerit, ſed rõne tñ perſuaderi id poteſt. Nã aĩal eo finimus, ꝙ ſenſum obtineat. Somnus vero immobilitas

mobilitas & quodammodo pedica & obligamentum eſt ſenſus: contra exolutio eius vigilia eſt. Non habent vices has plantæ, quia vbi ſenſus non eſt, ibi neq; ſomnus eſſe, neque vigilia poteſt; vbi autem ſenſus eſt, ibi dolor & voluptas: vbi dolor & voluptas, ibi cupiditas. Plantis nihil horum poteſt concedi. Nulla.n.ratio eſt, quæ cogat fateri dolere has, oblectari cõcupiſcere aut ſentire. Neq; item quæcunque aleſcunt, neceſſario etiã ſentiunt: quãquam contra eſt quæcunque ſentiunt, vt neceſſario etiam aleſcant. Sed quemadmodum ſæpenumero docuimus, alimenta hæc quibuſdam habentur, vt plantis. Hoc vero demonſtrat ea ratio, ꝙ vis quæ nutrit munus ſuum nauius & expeditius cõſopitis, quam vigilantibus nobis abſoluit. Nam eo tempore probius & alimur, & corpulẽtia pficimus, vtpote vt quas actiones nihil adminiculentur ſenſus.

In ſomno omnes ſenſus haberi immobiles. *Cap.* VI.

NVnc differendum videtur, quamobrem dormiat & vigilet animal, & ſm quos ſenſus. Si ſm plures eſt, aut ſi ſm vnũ, quiſnam illic vnus ſit, de quo ſomnus aut vigilia pendeat. Sane quum aĩalium quibuſdam oẽs ſenſus, quibuſdam nõ oẽs, ſed guſtus, & tactus ſunt: (eſt.n.latiſsime ſuſus, & maxime communis omnibus tactus, vt in libris de anima dictum eſt) fieri autem non poſsit, vt dormiens animal vllo ſenſu vigilet, manifeſtum eſt animãtes omnes in ſomno affici oportere eodem modo, ideſt, ſumma illa immobilitate inſenſibilitate offundi. Nam ſi dormienti auditus in miniſterio & officio ſit, viſus non ſit, erunt ſimul in eodẽ duæ res pugnantiſsimæ, quia ſcilicet dormiens aliquis ſentiet, quod impoſsibile eſt.

Soporem tactus & immobilitatem ſenſus communis, cauſam eſſe ſomni. *Cap.* VII.

ILlud nũc lubet quærere, vtrum ſenſus omnes æqualiter ſopiantur in ſomno, an ſit præcipuus aliquis, quo ceu ſoporato potiſsimum dormiat animal. Nũ hoc vni duntaxat tribuẽdum tactui eſt? qui & maxime neceſſarius & natura lõge primus eſt ſenſuum, & quod amplius eſt idem ſubiecto cum ſenſu cõi? Nam quum natura ſingulis ſenſibus certa quædam munia penſaq; imperarit, oculis vt intuerentur, auribus vt auſcultarẽt, & cæteris quibuſq; ſua: quumq; non ſolum peculiariter hæc ſenſibus iniunxerit, ſed in commune quoq; rationem quandam in omnes ſparſerit, qua & videre, & audire, & demum ſentire ſe ſentiant: (non.n.viſu videre nos videmus, nec viſu enunciamus aut guſtu diſtare dulcedinem à colore, neq; ſeorſum, neque ſimul vtroq; ſenſu, ſed particula quadam communi, quæ adiuncta ſenſibus omnibus ſit, quam ſimpliciter & proprie ſenſum communem vocamus) hęc autem vna proprie eſt, etiam ſenſorium eius vnum. Verum quãquam hic ſenſus vnus eſt, tamen ratione in plures hiat, quia in tot diſtrahitur, quot genera ſubiecta ſigillatim quinque ſenſuum habentur: nam calor à ſono euariat, & ab vtroque odor & ſapor. Ineſt vero ſenſus cõmunis primum & maxime in ſenſu tactus, ꝙ ſolus hic ſeorſum à cæteris ſeparatus ſpectatur, ab hoc cæteri non ſpectantur, de quibus omnibus affatim in voluminibus de anima explicatum eſt. Poteſt tota ratio ſic concludi, ſomnum & vigiliam ad ſenſum communem & ad eius ſenſorium pertinere, ideſt ad ipſum cor. Et quum ſenſus communis ſubiecto idem cum tactu ſit, neceſſe eſt vt animalibus omnibus vigilia & ſomnus communicari dicatur, quia tactus quoque, vt dixi, communicatus omnibus eſt.

Impotentiã omniũ ſenſuum non eſſe ſomnum, etiam ſi omnes ſenſus in ſomno impotentes redduntur. *Cap.* VIII.

POrro ex iis quæ ſequuntur certiſsimum fiet, ſomnũ non eſſe requiem & pigritiam ſenſuum omnium, ſed ſolius tactus. hoc ita intelligitur. Si non eſt neceſſe, vt ſenſus omnes ſimul in opera ſint, eodem modo non videtur neceſſe, vt omnes ſimul ferientur: ſed.n.primum patet: (nihil.n.cogit is, qui non videt, vt etiam audiat, aut qui guſtet, vt ſimul etiam olfacit) igitur & ſecundum, præſertim quum propenſior ratio videatur eſſe, vt ſimul omnes operentur, quàm vt ſimul quieſcant. Si ergo quod potius ius habet, vt ſit neceſſarium non eſt omnes ſenſus ſimul pelli, ne illud quoque multo magis, cui deterius laceſsitumq; eſt omnes ſenſus ſimul immobiles quieſcere. Quãquam vero hoc ita eſt, tamen tactu ſopito neceſſe eſſe conſequio reliquos ſenſus conſopitos eſſe: nec eo valet hoc vt ſoporatione omnium ſenſuum cauſam eſſe ſomno dicamus, ſed ſolius tactus: Nam quum princeps ſenſuum, & quo cæteri referuntur, afficitur, neceſſario & ſatellites eius affectioni accumbunt. Contra, ſi illi afficiantur, non continuo neceſſe eſt ſenſum principem conſentire. Illud vero argumento eſt ſomnum non ea re conſiſtere, ꝙ ocioſi oẽs ſenſus ſint, quodq; ij actus ſuos exercere non poſſunt. Quum.n.quis animo linquitur & iacet immortuum, quod genus lipopſychiam, ideſt, defectum animæ appellant, quãquam & hoc nexus quidam & impotentia ſenſuum videtur non tamen dici ſomnus poteſt. Idem in delirijs & furore contingit, vt accedente morbo nõnulli neque videant, neque audiant ſæpe, neque omnino aliquid ſentiant, alioquin non ſæuirent in corpus ſuum, nec carnem ſuam dẽtibus peterent, ſi ſenſum aliquem haberent doloris. Præterea duabus veniſ in collo, quæ à iugulo vbi ſcinduntur caput ſubeunt, foris valide apprehenſis collabuntur homines ſenſibus ereptis, nec tamen dormire dicuntur. Proinde impotentia ſentiendi non ea, quæ in cæteris ſenſibus ſit, quia & orbata diminutaq; ſenſibus ſentire non poſſunt, nec tamẽ dormiunt, neq; ea quæ ex aliqua iniuria aut morbo contingat, ſed quemadmodum ſum teſtatus) ea, quæ in primo ſenſorio contineatur, ideſt, in corde vbi primus eſt ſenſus, quæ tum ex laſsitudine aliqua, tum ex longa excubia ſubſequi ſoleat, nimirum talis in impotentia ſenſuum proprie ſomnus eſt. Nam quum ſenſorium illud communis ſenſus impotens & incontinentes ſui reddit, neceſſario & cæteræ officinæ laſſantur, non è diuerſo.

Quis finis, quod agens, quæ forma, quæ materia ſomni ſit. *Cap.* IX.

HIs conſtitutis quærenda cauſa eſt. propter quam dormire animalia ſit neceſſe, & qualis item affectio ſomnus ſit. Ac quatuor quidem cauſarum genera in naturalibus libris enumerauimus: Finalem, cuius gratia omnia conſiſtant & fiant: Agentem, vnde oriatur & inſtituat motus. Rationariam quæ rebus naturam ſuam & ſpeciem largiatur: Materialẽ, ex qua inſita conſtitui & generari oĩa ſoleant. Somni igitur cãæ hæ ſunt: Finis, ſalus, & conſeruatio aĩalis: agens, ſpiritus vitalis qui in corde eſt: materia vapor qui caput ſubierit, deinde in locum inferiorem defluxerit, forma, ſitus & diſpoſitio illa membrorum & partium corporis, quę in dormientibus extra intuſq; cernitur.

De cauſa

De cauſa finali ſomni & neceſſitate eius. Cap. X.

PRimum quum natura nihil cõmitere ſortuito, ſed ſemper agere gratia alicuius ſoleat, quietem vero inutilem eſſe, atq; adeo neceſſariam animalium vitæ conſtet, quia continue moueri cum voluptate non poſſunt, manifeſtum eſt ſomnum ad incolumitatem fuiſſe aĩalibus iũctum & ad quietem. Vnde vaga & vulgo etiam recepta tranſlatio eſt, vt ſomnus quietis noĩe indicaretur, quaſi veritas ipſa ita planè cogeret. Vigilia vero maxime finem attingit: nam ſentiret & ſapere finis oĩbus eſt quibus vnum eorum cõpetit, vtrunq;.n. optimum eſt. Finis autem, eſſe optimum requirit, brutis ſenſus, homini ſapientia & prudentia finis eſt. Videtur vero neceſſarius eſſe aĩalibus omnibus ſomnus, nõ quidem ſimpliciter, ſed neceſsitate illa quam ex poſito & ex adiunctione vocauimus, verbi gratia, extra quam ſi periere ſatius iis eſt. Si.n. aĩalia eſſe debent, & naturam ſuã ſeruare, neceſſario quædam adeſſe iis oportet, quibus poſitis alia ſubinde adiungenda ſint. Nam ſi conſtituatur quid animal eſſe, neceſſe eſt vt alatur, quo conceſſo neceſſarium eſt cibo vaporem ſuſtolli, è quo neceſſario conſequitur ſomnus.

De cauſa agente ſomni. Item omnis motus principium eſſe cor habentibus ſanguinẽ, & carentibus quiddam vice cordis & ſpiritum interiorem. Cap. XI.

NVnc dicendum eſt, quo motu actioneúe corporis eueniat animalibus, vt aut dormiant, aut vigilent: demumq́; de tota ratione agentis cauſæ diſſerẽdum, in quo & prolixiuſculi erimus. Ac primum quidem admoneri noſcentes hæc velim, omnia animalia, ſiue ſanguinem habeant, ſiue exanguia ſint, aut eãdem, aut perſimilem, cauſam ſomni habere. Quamobrem quum de ſanguineis vtpote iũctioribus & cognobilioribus diſputauero, cõi ratione de omnibus obiter diſputatum, & peroratum putent. Principium ſenſus eadem parte proficiſci, qua & principium motus demonſtratum ſupra eſt. Principuim vero in animali locus is videtur, qui inter aluum & caput medius ſit. In ijs itaq; quæ prædita ſanguine ſunt, ea pars quæ circum cor eſt, locum medium obtinuit. Quæcunq; autem ſanguinem habent, habent & cor. Eſt igitur ſentiendi & mouendi principium cor in quo & ſpiritus vitalis & refrigerationis principium continetur. Videtur.n. natura refrigerationem in humido, & reſpirationem ornaſſe ad calorẽ eius partis temperandum ſeruãdumq́;, de quo ſeorſum in loco docebimus. In iis vero quæ carẽt ſanguine & inſectis, & ijs quæ non reddunt nec accipiunt halitum, ſpiritus quidam interior additus, non in corde ſed in eo quod emulum cordi eſt, qui attolli vicibus & ſubſidere cernatur. Atq; hoc maxime deprehẽdi poteſt in iis, quæ generis totipennis ſunt, qualia veſpæ, apes, & muſcæ: nã diuulſis diſiectisq́; iis, pars quæ proxima præciſamento eſt, modo dilatatur modo contrahitur. Qm̃ autem animal nec mouere quicquam, nec moliri ſine intentione virium poteſt, (intendũtur autem vires preſſo & incluſo ſpiritu exteriore) neceſſarium eſt vt animal quod ſpiret, vires illas ſibi extrinſecus corroget: quod vero non ſpiret, intrinſecus. vnde inſecta ea quæ pennata diximus quotiens ſe mouent, quoddam murmur ædunt, quod aura illa iis incluſa intus manẽte ſonanteq́; accidit. Hãc .n. quoties atterunt ad mẽbranam quæ ſepto tranſuerſo ſubdita, cinctum corporis determinat, bõbos illos volando elidunt. Ita ſonus agitatu interioris ſpiritus non anima aut ſpirabilibus vllis viſceribus redditur. Sunt tamen quæ attritu exteriori aeris ſonent, ſed ea tantum quæ ſciſſuram ſub præcinctu continent.

In corde vigiliam & ſomnum oriri, eiusq́; affectiones eſſe. Cap. XII.

CIentur autem omnia aĩalia aut ſenſu familiari, aut peregrino. Familiarem ſenſum appello, qui in interno motu, tanq̃ è domo prõptus abſoluitur, qualis quum ſimulachris quæ intra nos habentur, impellimur. Peregrinum ſenſum voco, qui extrinſecus inuehitur, & à generibus exterioribus venit. Ex iis arbitror cõſtare & quo in loco, & qua primum particula ſomnus & vigilia contingere videantur: nẽpe in illa cuius affectiones hæ ſunt. Porro cordis affectiones ſunt, ac dormientes quidem agitatione cordis quadam mouentur. Ideoq́; & pleraq; agunt, qualia quum vigilant, ſolent, quod certe ſine viſione aliqua aut ſenſu non poſſet contingere. Nam ſomnium quodammodo viſum & ſenſum quiddam eſt, de quo inferius tractabitur. Sed vnde nam fit, vt ſomno excuſſus experrectusq́; inſomnia memineris, ſed quæ per ſomnium ſimilia vigilantium operibus geſſeris, non memineris, declaratum in problematibus eſt.

Quemadmodũ cibi conuertantur in ſanguinem, de quo ſcire oportet, quia precipua rõ ſomni ſunt cibi. Cap. XIII.

HIs definitis conſequens eſt, vt qua motione aut vnde ſomni & vigiliç aĩalibus contingant, aperiatur. Fortaſſe.n. hic locus cãm agentẽ & materialem facilius & diſtinctius monſtrauerit. Clarũ eſt oportere aĩal ſimulatq́; accipit ſenſum, tum primũ ali & creſcere in eo quod aĩal. Nam qñ intra vterum partus eſt nutritur quidem & creſcit, non tñ vt animal, ſed vt planta. Quum autem accedit ſenſus, tunc primum (vt dixi) nutritur & augetur & animal: nã anima ſenſualis & poſterior aduenit. Plane alimentum eſt id, quod ex concoctione poſtremum & nouiſsimum ſubſidet, habẽtibus ſanguinem ſanguis: carentibus ſanguine, quod vicẽ ſanguinis præbeat. Conceptacula ſanguinis ſunt venæ, initium venarum eſt cor: atq; hoc ex cõmentatione diſſectionum liquido indicatur. Deuoratus.n. & ingeſtus per os cibus, indeq́; in locos ſuos. i. in inteſtina & ventriculum collatus euaporatur, & ſurſum reſpirant per venas, per quas deinde permanat ad iecur, ĩ iecinore mutatur, & natura ſanguinis tingitur, à iecinore influit & ſubit ad cor, in corde vincitur & conficitur pleniſsime, inibiq́; ſanguinem perfecte conuertitur. Ac venæ quidẽ aliæ cor adeunt, aliæ à corde proueniunt. Venæ quæ adeunt cor, tanq̃ miniſtræ ac gerulæ ſunt, vt quæ à iecinore ad cor incoctum & imperſectum ſanguinem conuehant, quẽ cor ſuſceptum ſua vi meracũ & abſolutũ ſanguinẽ reddit. At venæ q̃ à corde dependent cõparatæ ad alium vſum ſunt, videlicet vt ſuccus per eas concoctus iã perfectusq́; in totũ corpus diſtribuatur atq; dedatur. Sanè de hoc copioſe agitur in libro de alimento. Nunc in tranſcurſu attingũtur, vt principia motionum earum, de quibus modo quæritur, & vt quidam illud ſit, quo vis & portio ſenſibilis affecta aut ſomnum aut vigiliam miniſtrat planius ſciatur. Nec.n. ſomnus quæcunq; in potentia ereptio ſenſuum eſt, vt retro oſtendimus, argumento eorum qui dementarent aut deficerent animo, aut in ſtrangulatione & aſtrictione venarum iugulariũ viderentur intermori: nã in omnibus iis intercepti ſenſus ſunt, nec tamen obdormiunt.

An imaginatione eorum qui linquantur animo videri inſomnium poſſit, & an morbus ipſe ſit ſomnus. Cap. XIIII.

IAm quum accidat aliquan, vt defeſsi animo videri do aliquid & imaginari dicantur, controuerſiam habet locus quia ſi contingit dormire eum qui ita linquitur, vtique poteſt contingere: vt imaginatio illa ſit ſomnium. Sed.n. primum non eſt, neq; igitur ſecundum. Nam illud conſtat quãquam non ſemper nec omnium, tñ maiori ex parte & complurimum, quæ in ſomnis viderimus excitatos nos comitari ſolet memoria; qui vero tempore quo morbo illo corripitur imaginatus aliquid eſt, demum recreatus nihil omnino commeminit. Porro multa dicunt, qui ita vehementer tentantur, & qui extinctæ animæ ſpeciem præbent, quorũ nihil (vt dixi) reuiuiſcentes exuſcitatiq; recordantur. Quamobrem viſiones eas ſomnia putare nõ poſſumus, neq; ipſam ægritudinem ſomnium, Idem ſentiendum de iis qui delira ſantur, & qui compreſsis iugularibus venis præſocati moribundiq; corruunt: & quia (quod ſæpius dixi) non omnis interceptio aut impotentia ſentiendi ſomnus eſt, ſed ſolum ea quam diuaporatio alimenti committit.

Quando incipiat dormire animal, & quando perfecte conſopitum dicatur. Cap. XV.

PLanè neceſſe eſt id quod in vaporem ſoluitur tabeſcitq;, aliquatenus ſuſtolli, deinde reditum in capeſcere, & ad inſtar Eurypi refluere: nam omne calidum in ſublime natura effertur. Eo loci refrigerãtur à cerebro & conſiſtit, mox reciprocat & deſcẽdit ad cor, & cum qui in eo eſt feruorem refrigerat, duo refrigerato ſomnus obrepit. Ita efficitur vt ſomnus maxime à cibis proficiſcatur. Nam alimonia ad ſummum caput viam molita, quãdiu fluxum cerebro immiſcet, attentat & aggrauat. Hinc ſalebræ illæ verborum incertæ: hinc oculos, nares, caput vergere, erigendi ſe facultatem auferri contingit. Cum vero iam commeant cibi, & incidentes cordi calorem eius irrigant, à quo ſemper vis illa humifica & corpulenta in caput leuatur: tum profundo ſomno demergamur, & altum ſoporẽ flare incipimus. Quàm vero humẽtia & corpulenta genera grauedinoſa ſint capiti, indicium illud eſt, quod quibus ineſt vis ſomnifera, eandem grauedinem capiti afferunt, craſsitudine humoris eius, qui ſurſum reſpirat, ſeu poculenta hæc ſint, ſiue eſculenta, vt papauera, mandragoræ, themetum, proflatus. Ergo hunc in modum ſomnus venit, maxime à vino & à cibis, icciteo quia multa exhalatio eſt quæ indidem attollitur.

Labores & morbos ſomnum inducere: item paruulos plurimũ dormire, ideoq; frequenter incidere in comitialem morbum. Cap. XVI.

ALiquando & ex ſatigatione multa pertentamur ſomno, cuius ea ratio eſt, ꝙ labor diffundit quędam in nobis & tabeſcere facit quę vicem incocti alimenti præbent, niſi dolor colliquamentum id frigidum ſit. Ita inteſtinorum calor qui ex attritu laboreq; exprimitur irrecrementa quædam emollit, quæ ad ſuperiorem locum redundantia ſomnum inducunt. Interdum & morbi hoc faciũt qui ex humidis & calidis excrementis conualeſcunt, quod genus in febre & lethargo cernimus. Homo genitus premitur ſomno per aliquot dies, & infantia magis quam ætate alia, cuius ratio ea, ꝙ tum alimentum omne ſurſum halat. Hoc adeo declarat caput in paruulis, quod portione partiũ inferiorum maximum eſt, quaſi neceſſe fuerit ea membra capacitate auctiſsima eſſe, in quæ plurimum alimoniæ cõderetur. Atque hæc cauſa eſt, quamobrem hæc ætatula morbo comitiali opportuna ſit. eſt.n. peſtis ea perſimilis ſomno, ꝙ & qui dormiũt, & qui ita corruunt ceſſante anima & ſenſu erepto viſuntur. Hinc origo eius morbi per ſoporẽ ferè accidit, & qui infecti eo ſunt, in ſomno frequentius quàm in vigilia collabuntur, propterea ꝙ quum effluentia illa quæ in ſomno ſurſum effertur, loci ſuperioris vi conglatians ritu æſtus reciprocat, ſubindeq; alius ſpiritus continuo ſuffitu alimẽti copiam miniſtrantis attollitur, neceſſe eſt concurſu hoc venas inflari, deinde obrui & obturari meatus ac ſemitas aię. Hæc interclusio & inſtrangulatio offici ſpiritualis, ſonticus & diuinus morbus eſt. Quum igitur in puero ſuperiora oppleta cibis ſeu ſpũ ex cibis expreſſo collectoq; habeantur, temperandum iis vino eſt, quia ſpiritoſum impendio ſit, præſertim atrum. Sed nec nutricibus prębendum nihil.n. intereſt nutrices an alumni hauriant, niſi dilutum & modicum ſit. Vſq; adeo autem ſuperiora pueri plena cibo continent, eoq; (vt diximus) incremento eius partis exuperant, vt longo tempore caput continere nõ poſsint, ſed quinq; menſium ſpatio collũ rigidum & inflexibile habeãt. Plane pueri ſimiles ebriis videntur, ꝙ in vtriſq; larga humoris copia ſuperioribus ſe immiſcet. Eadem ratio conuenire poteſt, quamobrẽ initiis fœtus quieſcere intra partem videantur.

Quòd qui venas conditas habent, item quòd pueri & nani, ſomnolenti ſint. Cap. XVII.

IN plenum ſomniculoſi ſunt qui incertas & cõditas venas habent, & qui capite prægandi ſunt, & pomilionum genus. Priores, quia prætenues & anguſti in iis meatus, per quos à capite remeat ſpiritus, facile obſtipantur addaggerãturq;. exigua.n. & parua modicis acceſsionibus muniuntur. Propterea frigefactis venis (nã & ventres oppleti frigeſcunt) neceſſarium eſt vt eo loci immoretur ſpiritus; donec ſe calor colligat, qui alimẽtum diſsipari diffundiq; faciat. Quanto igitur hic diutius in venis mãſitat, eo ſomnus diuturnior ſit oportet, Quemadmodũ.n. aqua per fiſtulas graciles ducta guttatim & lẽte decurrit, per amplas miſſa celeriter effluit: ita & ſpiritus ille corpulentus per arctiuſculos meatus ægre trãſmittitur. Hac de cauſa ſomniculoſi ſunt, quorum venæ ſunt conditæ. Nani vero & quorũ vaſta ſunt capite, iccirco premuntur ſomno, quia multa in illis euaporatio eſt, quæ ſurſum ad caput feratur: magna enim capita exiguo alimento non implentur, neq; paruis copiis ſaturantur. Ergo quum multa ſit materia, quæ in capite collecta eorum eſt, ſequitur multum eſſe quod decidat & refluat. Porrò vis tanta calore eo, à quo in caput relata eſt, tarde vincitur, & ſero percoquitur.

Quòd melancholici parum dormiant, & multum comedant. Cap. XVIII.

HI autem quorum æditæ, & conſpicuæ venæ ſunt, propter amplitudinem & latitudinem vnitatum ſoporulenti eſſe non poſſunt, niſi quid incidat quod temperiem contrariam inducat neque item melãcholici. Nã quum natura eorum prægelida algioſaq; ſit, euaporatio multa vi caloris inteſtini tolli nõ poteſt, hinc & edaci auiditate ſunt, qui a ſicca & retotrida eorum temperatura eſt. Et præterea ſunt illis corpora ita affecta, vt quo veſcũtur non fruãtur, nec eat in corpus,

ſed-

ſed ſimilia videantur infœlicibus lignis, & quæ ī regione arida & ſiticuloſa naſcuntur. Nam bilis atra: quæ naturaliter frigida eſt, frigeſacit ventrem & iecur, quæ conceptacula nutrimenti ſunt, & alia loca in quibus humor hic redundat.

Quòd contemplantes ſomnus inuadit. *Cap.* XIX.

AT vero quod plerũq; accidit, vt contemplantibus ſurrepat ſomnus, eã cauſam habet, ꝙ quum in motu & ſolicitudine cogitatio noſtra ſit, eoq́; impediatur concoctio, neceſſe eſt craſſa eſſe euaporamenta quæ commeant. Erit igitur ſomnus collecta copia interni caloris in corde, & naturalis reciprocatio ꝓpter eas cauſas, quæ à nobis enumeratæ ſæpius ſunt.

Quemadmodum animal dum dormire incipit, alteraſcat. *Cap.* XX.

QVum vero calor ad ima ſubterfugit, frigeſcunt palpebræ & frigeſactæ comprimuntur & confluunt. Ita quibus palpebræ ſunt, conniuendo obdormiſcunt: nihil.n.aliud cohibet, mouet, intemperat, regit in corpore quàm calor. Frigent igitur ſuperiora in ſomno, & circũquaq; extrema corporis: contra, recaleſunt inferiores loci, vt pedes & interiores vt viſcera, & cætero quæ extrinſecus continentur.

Quòd ſomnus refrigeratio quum ſit, cauſas tamen calidas habeat: & quòd homo ſolus quum dormit, ſternatur iaceatue. *Cap.* XXI.

SEd dubitari poteſt ꝙ à cibo & potu altiores ſomni ingruãt, & ꝙ vina itẽ ſoporiſera ſint, & extera quibus eadem caliditas naturę adeſt, quoniam duo hęc ſibi cohærere non videntur, vt ſomnus refrigeratio & frigidus ſit, & cauſæ nihilominus ſomni ſint calidæ ſolutio: An hoc eo accidit ꝙ quemadmodũ ieiunus & inanis venter calidus eſt ſaturatus friget, ſuffocatur enim & obruitur calor nimietate: quẽadmodum & ignis cõgeſtu lignorum, ita meatus ptinentes ad caput, effluentia alimenti euaporantis frigeſcunt, vbi cibus denſatus & concretus deorſum vice imbris ſunditur: atq; hęc cauſæ eſt, ꝙ homines ex crapula potiſsimum attẽtetur. Deinde quemadmodum aſpergine calida perfuſi continuo inhorreſcimus, quia frigus exterius conducitur in vnum, & ſuffugiente calore margines corporis deſertas libere adoritur: ita illic aſcendentem calorem ad caput frigiditas cerebri in ſeſe collecta, eoq́; iuuantior & animoſior facta ſummis viribus aggreditur, & quaſi in regno ſuo comprehenſum retardat atque debilitat; ita cogit cõcreſcere: poſtremo ſic acceptum domo deuerſus expellit. Ad hæc quemadmodum macerie grãdi poſita ignis reſtinguitur, ita multo cibo ingeſto quaſi offunditur & exoleſcit calor internus, nec ante erumpit quàm paulatim ſubacta & ſublucata ſylua hæc ſit. Contingit enim ſomnus eo more, (quo dixi,) reditu.ſ. corpulenti humoris, quem calor in ſublime per venas leuauerit: nam quum non poteſt diutius eo loci, quo ſubiit alimentum morari, ſed congelaſcens aggrauãq; de arce capitis deductu, ponderis ſui pellitur, effici ſolet vt primum oculi marcentes ſomno decidant: deide ipſa animalia cõſiſtere veſtigiis nõ poſsint, ſed pedibus deuacillent & corruant. Nam calor qui ſubrectos nos tenet in intima cõuerſus deſerit. Ac homo quidem porrectus affuſusq́; iacet quum dormit, propterea ꝙ ſolus animalium erectus incedit. Cadens vero primum quaſi externatur animo, & ſenſum omnem amittit, deinde imaginationibus & viſis illuditur obumbraturq́ue.

Non oẽs cauſas ſomni calidas eſſe: ſed aliquam eſſe frigidiſſimam: item partem cibi fluxiones mouere, partem ſomnum facere. *Cap.* XXII.

SEd an ſolutiones hæ vulgariæ & futiles videntur, nec ad veritatem potius quam ad probabilitatem quandam ornatæ: illa vero ſummatem & ſolidam rationẽ domitionis attingit, quam nos modo executuri ſumus? Cerebrum (vt & alias diximus) frigidiſsimum comparatione reliquarum corporis partium animalibus eſt iis, quæ eam obtinent partem, & iis quæ carent eo quod vice cerebri ſubrogatur. Hoc igitur ſimile generationi imbrium euenire intelligendum eſt: quemad modum.n.quum ex aqua terraq́; humor exhalat, & vi ſolis effertur in ſublime, vbi ſupernum aeris locum ſuburit, frigiditate regionis eius concreſcit, denuo in aquã conuerſus, in terram defluit: ita vapor ad cerebrum viã capeſcens primum frigidus conſiſtit, deinde concremẽta ex eo in pituitam & ſaniem vertuntur, è quo & fluctiones mouentur, quę ob eam rem ex capite oriri probantur. At ea pars alimenti quæ nõ morbifica, nec excremẽtitia, ſed frugi eſt, deſcẽdit, & calorem cordis delata & congeſta refrigerat. Ad refrigerationem vero, & ad ſeram euaporationem gracilitas & exilitas venarum conducit, quæ circiter cerebrum habentur, quibus præ tenuitate earum minus caloris iunctum eſt. Porro vbi calor deeſt, frigus redundat. Et hęc refrigerationis ſomniq́; vniuerſa definitio eſt.

Quando animalia expergiſcantur, & quemadmodum alentis ſanguinis efficiatur diſcretio. *Cap.* XXIII.

EXpergiſcitur animal quum primum abſoluta & profligata concoctio eſt, quumq́; intimus calor qui ambientis frigoris metu in anguſtum ſe contulerit, tandem victis difficultatibus & ſuperior factus è latebra emicat: quod non ante accidit quam ſanguinẽ fæculentum & turbidum à mundo & puro diſcreuerit. Eſt.n.tenuiſsimus & mundiſsimus ſanguis, qui cõmittitur capiti, contra craſsiſsimus & corpulentiſsimus qui inferioribus partibus mundatur. Oĩs autem ſanguinis origo cor eſt, vt hic & alibi diximus. Ex tribus vero ſpecubus, qui habentur in corde, is qui in medio eſt, communis efficitur vtriq; extremo: ac extremi quidem ventriculi ſanguinem ab vtraq; vena recipiũt maiore & minore, quæ ahorte appellatur. Sunt enim duo hæc caua, quibus ſanguis à iecinore icoctus & indigeſtus effluitur, in medio autem cordis ſinu diſcriminatio ſanguinis fit. Sed de his alio loco diſſerendum vberius eſt. Cæterum quamdiu ſanguis ex cibo indiſcretus eſt, ſopor in fuſus edurat, nec ante ſoluitur, quam ſyncerus ea loca quæ diximus, peteſſat: turbulentus membris inferioribus rigetur, quo facto aĩalia quaſi onere depulſo excitantur & velicantur è ſomno. Dictum eſt quæ cauſa dormiendi animantibus ſit, corpulenti ſcilicet vaporis naturali calore ſublati reciprocatio ad principem ſenſuum. Dictum eſt quid ſit ſomnus, impedimentum & nexus primi ſenſorij, ita vt ſentire non poſsit, & quidem neceſſarius nexus, quia conſiſtere animal nõ poſſet, niſi eſſent præſidia quibus tueri & conſeruare ſe poſſet: inter quæ præcipuum eſſe alimentum videtur, ex quo vapor exhalat. Dictum eſt & illud, ſomnum animalibus exhibitum ad ſalutẽ, quæ potiſsimum de quiete contingeret.

F I N I S.

HERMOLAI

HERMOLAI BARBARI ZACHARIAE FILII PATRICII VENETI IN PARAPHRASIN THEMISTII DE INSOMNIIS,

PRAEFATIO ad G. Pontificum Facinum.

DICAVI pridem tibi (vt noſti) interpretatiunculam de inſomnijs, quod pro mea in te beneuolentia, & pro ea ſpe quam de ingenio & doctrina tua conceperam, volens feci. Nunc ceu ſato quodam noſtra adoreola ſine te non poſſit ſtare, Themiſtius noſter te rogat vt ſe transſcribas. Periclitatur enim niſi ſuppetias venis, ne (quæ deſidia & nequitia librarij eſt) anteuortat ſe impreſſorum diligentia, quos præterquam quòd lucriones arginatoresq́; ſunt, mea cauſa feriari iniquum eſt, præſertim tanto operarum diſpendio, quas & præſtinare magno & paſcere ad ſaginam oportet. Ego totus in recognitionem perdius pernoxq́; incumbo, nec ſupereſſe huic oneri vacat, alioquin nec poſſum. Scis quam non ſim pigerrimus, quam oderim nebulones, & qui inſinuatis (vt aiunt) manibus exigunt moleſtæ mundo ſarcina. Sed hæc alias. Tu ſi veneris, (ſed venire te neceſſe eſt, atque adeo ad cōdictum) & librario meo ſuccenturiaberis, & Themiſtium aſſerens, & me tibi arctius vincies. Si igitur per te non ſtat librarius me ↄ, ideſt, ipſum veternum ſucceſſorem accepit, reſignatus eſt: tu (ſi voles) eris accenſus, quāquam non multum operi deeſt. Nec tam fuit ille aſinus, quin plus quam dodrātem laboris exegerit. Phyſica, & libros de Anima, & alia quædam abſoluit, quod ſubſiduum eſt, tibi quædam ſors reſeruat implendum. Tu conſtitue, malis operas in diem vendere, an redimere ſarctam paginam: equidem te optauerim mancipem. Fere enim plus vigilant, qui in rem ſuam procuratores ſunt. Sed iocor: ergo propera, nihil excuſa, omnem veniam negabo, niſi ſumme atque impendio mihi opus eſſet te, careres hac moleſtia. Nunc ea vis eſt, vt etiam ſi ſcierim incommodaturum me tibi, tamen inuerecundum eſſe neceſſe ſit. Quòd ſcribis ſuperiores literas, quas ad te nudiuſquartus dedi, vt iocis eruditulis frequentes probari, certe non diſſimulauerim epiſtolam eam paulo hilariorem fuiſſe, etiam ſi non habuerit (de quibus placeret) ſexcenta. Planeq́; ſi philoſophū ſpectes intemperantiuſculus vt vna ea fui. Neque id vnde mihi acciderit compertum adhuc habeo, alioquin ſobrios credo & liberales iocos non damnaſtis. Et hercules miratus ſum vnde mihi tantum ocij ad ſales, præſertim tam occupato, quam ante hac nunquam. Et niſi quòd ad te ſcribebam, qui cum licuit inſanire, manias & intemperies incidiſſe me vererer. Vale.

Venetiis. M. CCCC. LXXX.

THEMISTII PARAPHRASEOS, DE INSOMIIS LIBELLVS,

Interprete Hermolao Barbaro.

Inſomnia ſenſu non percipi. *Caput. I.*

POST hæc de inſomniis eſt agendum, primumq́ue illud quærendum, cui animę poteſtati compareāt, & vtrū affectio mentis, an ſenſus ſit. His .n. duabus viribus tm̄ noſcuntur ea, quæ ad præceptionem hominis pertinent. Certe neq; mentis neq; ſenſus inſomniū eſt idq́; ita demonſtrari explicariq́; poteſt: Si oculorū officium contuitio eſt, & aurium auſcultatio, & pari ratione ſua ſingulis ſenſibus certa: ſi potentias aīæ functionum & actuum gratia inſtitutas eſſe conſtat: ſi ſenſilium generum quædam communia habentur, vt figura, magnitudo, motus, & cætera iis confinia, quæ pluribus ſubiecta ſenſibus ſunt, quædam impromiſcua & propria, vt color, ſomnus, & ſapor: ſi præterea impoſte eſt, vt aīal dormiens & cōpreſsis oculis cernat, aut alio ſenſu percipiat, clariſsime cōcluditur inſomno nihil ſentire qui dormiunt. Ergo inſomnia quæ ſibi videre dormientes videntur, nullo ſenſus noſcootur.

Inſomnia non eſſe opinionem, nec actum intellectus, item quid præter ſomnium.

Cap. II.

SED neque intelligentiæ, aut opiniones, aut affectio poteſt īſomnium putari. Quū .n. in ſomno, non equi modo & homines, demumq́; ſubſtantię ferè oēs occurrāt, ſed etiam albedo, dulcedo, & huinſmodi, quæ citra in ſenſum opinione comprehendi noo poſſunt, ſunt ſenſus autem feriantur & ociantur in ſomno, efficitur vt inſomoia ad opinionem aut intelligentiam referri non poſsint. Deinde præter viſa quæ obiiciontur in ſomno, ſolemus ſæpenumero intelligere aliud quiddam. Nam quemadmodom vigilantibus ſentiētibusq́; conſiderare interim contingit aliud quiddam, præter id quod ſenſu percipiunt, ita dormientibus non ea modo accidunt quę vocantur ſomnia: ſed etiā p̄ter ſomnia pleraq;. Poteſt .n. accidere vt quis videre in ſomnijs Socratē videatur, & extra hoc animaduertat Socratem ſe videre per ſomnium. Equidē ſæpe viſus ſum mihi comperiſſe librū qoem diu optauerim legere, ſed ſomniare me ſciebam. Amicus alius noſter quū Panſeptum præceptorem ſuum reuocatum ab inferis videret, intelligebat ſe etiam num dormiens ſomnium videre. Iam illud frequentarium eſt, vt inueniſſe theſauros ſomnies, & antequam expertus ſis, deprehendiſſe ſomniū videaris, & adhuc dormiens, illuſum te ſomnio amicis, qui ſibi ſomnianti aſsiſtere viderentur, enarrares. Cæterum in ſomno oon ſemp hoc euenit, vt intelligamus ſomnium eſſe quod videmus, at in opinione ſemper id qđ opinamur opinari nos ſcimus. Itaq; efficitur etiam rōne hac, vt ſomnia io opinionem conferri non poſsint.

Non omne quod dormienti apparet ſomnium eſſe: itē quid ſit propriæ inſomnium, & quid viſum. *Cap. III.*

SImul quoque illud arbitror liquere, non quicquid apparet in ſomno, dici inſomnium poſſe: nam tuno proprie

proprie inſomnium eſt, quum is qui ſomniat exiſtimat vera eſſe quæ ſomniat. Quòd ſi quis ita ſomniat, vt ītelligere poſsit ſe dormire ſomniareq́;, hoc proprie ſomnium non eſt, ſed viſum quoddam atque phātaſma. Ac videntur quidem hæc eſſe inſomnia, ſed non ſunt, immo (vt dixi) viſa potius & phantaſmata. Viſum adeo proprie illud eſt, quum in ipſo vigiliæ & quietis adultæ interliminio poſiti, iſta quæ vere ſenſu hauſimus, & quę ànitio ſomni impreſſa atq; allita noſtro animo ſunt, redduntt & offerunt ſeſe, ita vt videamur aſpicere, & adhuc diſcernere poſsimus formas eas eſſe, quas in prima illa ſomni nebula ſenſu acceperimus. Eſt.n. quædam quaſi vigilia ſomnus is, in quo intelligere & deprehēdere ſomniū poſsimus. Quòd vero ſæpenumero eueniat, vt aliud quiddam præter ſomnia cognoſcatur, experiri facile iis eſt, quibus repetere ſomnia quoties exurgunt curæ ſit. Nam vt ij quibus ſtudium eſt iiſdem verbis reddere & repreſentare memoriter, quæ audierint firmius & facilius recordātur, quam illi ipſi à quibus acceperint, propterea ꝙ alteri præcepta memoriæ colendæ ſequentes, audita & pronunciata quibuſdam locis conſtituunt, alteri ſimulatq́; effati ea ſunt, nihil vltra ſe ad memoriam eius exercent, ita hos melius, quam alios ſomnia meminiſſe contingit, qui recēſendis & recurrendis inſomniis operam dant.

Qua ratione dormiendo inſomnijs fallimur. *Cap.* IIII.

EX iis omnibus illud quoque conſtat eandem rationem, qua morbo quodam aliqui in vigilia falluntur, facere vti in ſomno quoque decipi ſoleamus. Vt enim ſpiritus quidam in ægrotis ad caput viam molitus craſſamento ſuo viſibilem ſpiritum vehementer conturbat, committitq́; vt omnia quæ tuentur gemina videātur, & vt lineamenta albarij operis immaniū belluarum ſpeciem referāt, (nam ſimulacbra deliniaturarum ſine materia intra oculos recepta, & cum ſpiritu viſuali male habito & laceſsito confuſa, formas illas animalium truces præſentant) ita & in ſomno ille idem ſpiritus cauſa eſt erroris. Sed & valentes quoque atque adeo ſcientes interdum falli contingit, vt ſi res nimio tractu remota & longule deſita ſit, aut ſi qua oculi mōtiuncula obſtupeſcant: nam & pedalis ſol ſpectantibus, & terra moueri, & commeare nauigantibus videtur. Quòd ſi hoc verum in ſcientibus & valentibus eſt, quāto in ægro verius ſit, & adhuc in dormiēte propenſius?

Quanquam in ſomnio nihil ſentiant ſenſus, tamen afficiuntur intus. *Cap.* V.

CAeterum ſiue eadem pars animę ſit, quæ imaginetur & ſentiat, ſiue diſcrepent diuerſaq́; habeātur, nunquam ſine viſu aut ſenſu aliquo labimur. Nam hallucinari & obaudire dicūtur ij, qui verum quidem aliquid vident, audiuntq́;, non tamen ita vt videre & audire ſe credunt. Vtrunque in ſomno conſtitutum eſt, neque videri quicquam neque audiri, neque autem omnino ſenſu alio commoueri: ſed num quamuis in ſomno nihil ſentiri ſit vnum, tamen nullo modo ſenſu affici in ſomno non eſt verum? quia formæ ſenſibum generum, quæ animo detinentur impreſſæ euagantur, & obuerſantur in ſomno, & principium ſentiendi petentes, ideſt, cor validæ feriunt, nec magnopere ſequius atque in vigilia laceſſunt.

Quot imaginibus ſomnij modo fallimur, modo non fallimur. *Cap.* VI.

SAnè interdum ita viget animus, vt ludificari ſe ī ſomno ſentiat, ſitq́; hoc quotiens euaporatio non multa deſluit, & tūc ſomnus ille minimo minus vigilia eſt, interdum ita ſoporatur, atque ita in ſeſe mediū recedit vt nihil oīno intelligat: atque hoc euenit quotiēs offunditur redundantia deſcendentis cibi, & tunc quaſi victus addictusq́; manus dat, & ad ea quæ viſa ſunt, quaſi accepta ſenſibus veraque ſint, aſſenſum adiungit.

Inſomnium eſſe potentiæ ſentientis affectionem, non qua ſentiens eſt, ſed qua imaginatrix. *Cap.* VII.

HActenus conſtat inſomnium, neq; ad opinionem neq; ad intelligentiam, neque omnino ad rationem aliquam intelligēdi opinandiúe pertinere, ſed ne ad ſenſum quoque ſimpliciter conſtabit. Nā qui videt, & qui audit, neceſſe eſt ſimpliciter ſentiat: qui vero ſomniat, non ſimpliciter ſentit. Sed tñ ad quendam modum referri poteſt ad ſenſum, quod vti intelligere oporteat, mox conſiderabimus. Primum illud quod clariſsimum eſt, nobis conſeſſum ſit, inſomnium ſenſibilis potentiæ affectionem eſſe: nam & ſomnus, vt demonſtratum ſupra eſt ad eandem particulam pertinet. Nec enim fieri videtur poſſe vlla rōne, vt aīal alia particula dormiat, alia ſomniet. Quum vero probatum in libris de anima ſit imaginandi vim, quam phantaſiam appellant, eandem eſſe ad numerum cum potentia ſentiendi, quāuis eſſentia ratióneq́ue differant: imaginatio autem ſit motio ſenſili abiuncto inita, cuius originem impulſio ſenſus oblata extrīſecus habuit, inſomnium quoque imago quædam & phātaſma eſſe videatur, (nihil enim aliud īſomnium eſt, quàm viſum quod apparet in ſomno, ſiue illud ſimpliciter, ſiue quodam genere cōtingat) indubitabili luce colligitur, inſomnia ſenſualis potentiæ alumna eſſe, vtiq; non quatenus ſenſualis, ſed quatenus imaginaria ſiue phantaſtica eſt.

Cauſa producens inſomnia, & iterum quando erremus aut non in ſomniis. *Cap.* VIII.

QVid ſit inſomnium, & qua ratione concurrant dormientibus viſa, ex iis maxime doceri poſſumus q̄ accidere viderentur in ſomno, quæque ſenſilia, promouent & excitant ſenſum in nobis iacentem. Formæ vero eorum expreſſæ & conſignatæ in ſenſoriis non modo habentur tunc, quum ſenſus in geſtione actuq́; eſt, ſed etiam tunc, quum ab opera diſceſsit, ſenſilibus abiunctis. Ex iis quæcunque intus ſeruantur, niſi penitus obliterentur copia exhalationum, dormiētibus nobis illudunt, & deſcendente ſpiritu, qui vi caloris efferebatur ad caput, iciunt & commouent ſenſum, ita vt ſomnia ſæpe talia eueniant, quæ veris ſimillima eſſe videantur. Quod ſi multa admodum collectio reciprocantis ſpiritus ſit, ita vt ea quæ nobis appareant: qualia nam ſint, animaduertere liquido non poſſumus, tunc errare labiq́ue conſueuimus, & quæ ſimulachra mera & imagines nudæ ſenſilium rerū ſunt, tanq̄ ipſas res vere intueri & cōtrectare nos credimus: ſi vero modica affluētia ſit, & quæ præ ſua copia obruere, aut perſtringere totam aciem mentis non poſsit, ſed iudicium ei incolume & inobſoletum relinquat, tunc nullo errore trahimur viſis, ſed obſiſtimus. Proinde quum ita accidit, ſolemus dormiendo dicere, Videtur quidem hoc Socrates, non tamen Socrates eſt, ſed Socratis ſpectrum. Manifeſtum eſt igitur reditu vaporis immodici deerrare prægrauarique animum, temperato cibo nec falli, nec opprimi. Contra eſt in quibuſdam ægritudinibus, in quibus cauſa hallucinationis non eſt deſcendens ac decidens ſpiritus, ſed ſubiens atque aſcendens.

Poſt receſſum rei ſenſilis imagines & affectiones in ſenſu manere. Cap. IX.

QVam vero abeuntibus & abiunctis ſenſilibus, aliquandiu formæ eorum in opificiis ſenſuum eruentur, pôt vel hinc apertiſsime intelligi, ꝙ queadmodũ telum ſimul de manu iaculãtis receſsit, ſuo quidem motu differre videtur; ſi origo tñ motus ad vĩ refertur, propterea quod ille qui mittit, primorem aerem commouet, qui colliſus ſubinde alium aerem propellit, atq; hic deinceps alium continenti ſerie donec cũ vires ſeneſcant, atq; ita telum quieſcat. Hoc & in aere, vt diximus, locali motu & in humore cernitur. In alteratione quoq; non abſimilis rõ eſt. Aquæ ſeruent ignibus ſubditis, & ferrum candeſcit mollitum flammis; Alia iis admota calorem ebibunt, & hæc in aliis itẽ res tranſmittunt, duratq; ſucceſsio hæc quamdiu prima vis pollet, necdum ſatiſcit aut flaccet. Ita in ſenſu ſtatuendum videtur, alioquin tanto propenſius, ꝙ ſenſum qui in actu cõſtitutus ſit alterationem eſſe quandam olim probauimus. Hæc igitur comotio imaginum non modo vigilantibus nobis, ſed etiam quieſcentibus ſeu leui ſomno, ſeu profundo contingit parte ea, quæ viſa & imagines concipit. Hoc adeo videtur planiſsimum argumento, ꝙ ſi quis cõſpectum ſuum ab aliquo, ꝙ intentiſsime obtutus ſit, conuerterit, comitabitur nihilominus eũ forma rei, quã ſpectauerit, quaſi affectis poſſeſſiſq; priore pulſu oculis. Prohic qui de ſole in opacum ſe conferunt, confutatis præ nimio ſplẽdore luminibus non cernunt. Item ſi quid præcandidum aut viride diutius aſpexeris, quicquid oculis inciderit, videbitur concolor. Sed & ſi oculos contra ſolẽ, aut aliquid quod fulgeat; tendas, deinde conniueas primũ talis aliquis, color videbitur. qualis albedo aut viriditas eſt, tũ is ſe in puniceum conuertet, proxime in purpureũ, atq; ita deinceps in alios, poſtremo in atrum à quo euaneſcit exoleſcitq;. Eodẽ mõ, quæ motu cito mouẽtur obtutus noſtros confringunt, vt ſi profluentẽ rapidum direxeris. Facit porro æſtuatio & vertigo, vt quæ ſtent videãtur moueri. Sed & validus demẽsq; ſtrepitus ſurdaſtros reddit, & odor qui vehementer oboleat odoratum corrumpit. Hæc omnia euenire ita vt dixi, certiſsimũ eſt.

Senſus differentiis leuibus pelli, nec ſolum pati, ſed agere; Item de ſpeculo quod aſpectu ſordeſcit, Cap. X.

VErum quam celeriter ſenſus vel modicas differentias perſentiant, indicio eſt id; quod accidere in ſpeculo videtur, & de cuius rõne quãquã pôt ſeorſum quæri, tñ vſus eius hoc loco tãtiſper is eſt, vt argumento eius ſciatur, viſum non modo pati ſemper & affici, ſed etiam agere aliquid interim ſolere. Nã ſpeculorũ ſulgor aſpectu mulieris præſtringitur tempore mẽſium. Statim.n. ſuperficiem illam quædam veluti nebula ſanguinis obducit, adeo ſi nouitiũ ſpeculum ſit, haud temere maculã eluas, ſi peruetus facile abſtergas. Cã ea quam dixi, ꝙ non ſolum ab aere viſus mouere poſsit, Nam ſplendida mouendi vim habent, de gñe autẽ ſplẽdidorum oculi ſunt. Hoc igitur tempore quo mẽſes patiuntur, (nam & viri ſua menſtrua patiuntur) eodem mõ lumina, quo cæterũ corpus afficimur. Oĩa.n. membra aſpergine mẽſtruorum rigantur, præcipueq; oculi, quia maxime foraminoſi venulentiq; ſunt. Quamobrem tẽpore genitalis profluuij, quod cõmotione & inflãmatione ſanguinea ſolet contingere, obſcurum quidẽ diſcrimen in maſculis eſt, eoq; ſi tum ſpeculum inuiſant, nihil id polluitur, quod euidẽs ſit, ſed tñ polluitur & operitur è linieculа, eo modo quo quum mulieres tuentur. Eſt.n. natura ſeminis & ſanguinis menſtrui eadem, ſed qua candidum illud & quaſi concolor ſpeculo eſt offectio peruideri non pôt. Plane primum inficitur & mouetur aer à ſanguine genituraúe, quę ſuffuſa oculis ſunt, aer infectus alium aerem inficit, qui ſpeculo proximus ſit, ab hoc poſtremum ſpeculo inquinamentum illud allinitur, quod nitorẽ eius hebetat. Queadmodũ igitur candidæ veſtes oẽm notam & ſuccum facillime contrahunt, (nam in puro quoq; atq; mundo oĩs color externus aſpectabilis & conſpicuus eſt, & quęcunque ſordecula quaſi prominet) idem ad ſpeculum refero. Sane æs quod leue eſt inſperſiones & infecturas oẽs exaudibiles facit, quod vero nitidum atq; purum manifeſtas euidentesq; obtinet. Scire autem neceſſe eſt tangi ab aere ferrè idem eſſe quod atteri, oblini, aſpergi, perfundi. Ergo vt leuia corpora egregie perſonant, propterea ꝙ aer in iis elidit̃ icolumis, nec facile diſsilit diſsipaturúe ſic ſpecula munda & ſplendida maculas ſuas habent & perſpicuas, ideo ꝙ offectura in iis ꝓpter terſitudinem in quãdam vnitatem coit, Quamobrem vero maculæ nouis ſpeculis inductæ aboleri ægerrime ſoleant, ea rõ eſt, quo & in oẽs partes ſerpunt, & in profundum deſcendunt; in profundum, ꝙ ſpecula plura ſunt, in oẽs partes, ꝙ terſa. In vetuſtis autem non perinde, ꝙ pertinaciter ſunt, quia non eodem ad hæſu, neq; tam alte figuntur, ſed ſuperficie quaſi marginibus innatant. Ex iis conſtat (qđ volebamus) tenues differentias cõprehẽdi è nobis, eaſq; celeriter excitare, vellicareq; ſenſum. Itẽ non mõ pati viſum, ſed etiam facere. Iis quæ diximus adſtipulari videtur, qđ in vino & vnguentis cõſpicitur. Nã oleũ, qđ in hoc genus miſcetur, ocyſsime iniectos odores capeſcit. Vini quoq; natura mira eſt alienos ſapores in ſe trahendi, non modo earũ rerũ, quibus intus additis corrigi medicariq; ſoleant, ſed etiam earum quę ad dolia extrinſecus iuxtim aut locantur, aut naſcũtur.

Facile decipi qui morbo aut affectu tentantur: item aliquando decipulum intelligi, quia iudicium animi à iudicio ſenſuum diſcrepat. Cap. XI.

AD eam vero conſiderationem, quæ nobis initio inſtituta eſt, vnum ſubiungi oportet, quod & patere pôt ex iis quæ dicta ſunt, abeuntibus ſenſilibus nõ abire ſpectra, ſed detineri & ſeruari depoſita. Itẽ facile decipi & oberrare eorũ ſenſus, qui affectu aliquo pturbati poſſeſsiq; ſint: adeo p̄o vt quiq; alicui vitio addicti ſunt, ita in eo frequens falluntur, meticuloſi in metu, amatores in delitiis ſuis. Proĩde vtriq; tenui ſimilitudine earũ rerũ, quas ij formidãt, illi pepereũt, facile laceſſuntur: meticuloſi ĩminere quæ timeant, leuiter ſuſpicetur, amantes q̃ ament: & quo quis obſtrictius tenetur, eo leuiori ſimilitudine circumſcribitur. Eodẽ mõ qui obiraſci faciles ſunt, demũq; qui quacunq; alia perturbatione aut libidine pertẽtãtur: ꝓpenſius vero quibus ĩmodica hæc ſunt. Quãobrem & febriẽtes mõſtruoſa quædam aĩalia videntur in parietinis cernere quod quidem accidit iis exigua ſimilitudine, quã interpollationes quædã & liniamenta in tectoriis referunt. Cæterũ hic error pro qualitate morbi maior minorúe. Sæpe.n. leuius p̄muntur, q̃ vt ſe de iis, quæ vident̃ videre, falſos haberi nõ agnoſcãt: iteri vſq; adeo tẽtant̃ accũbũtq; morbo vt viſis ducantur & aſſenſionem adhibeãt. Cauſa vero quamobrem hęc fiant videtur ea eſſe, ꝙ nõ vna tantum in nobis iudicandi vis eſt, ſed geminæ. Eſt mẽs quę primatũ obtinet, eſt ſenſus vnde ortũ habet imaginatio.

natio. Huius rei ſigno eſt, ꝙ quum ſenſui ſol videatur pedalis, corrigit aſpectum ratio, quæ intus eſt maiorem eſſe, quam videatur, dictat. Quod ſi vna tantum eſſe potentia, quæ iudicaret de omnibus, non poſſet ſol non tantus putari quantus videtur. Planè non inficior quibuſdam morbis effici, vt ratio quoque atque mens errorem ſenſus ſequatur, quod vſu venit in deliriis ab alienationeque animi, quo tempore & lineamēta moueri & animalia eſſe creduntur.

Iudicia ſenſuum inter ſe contraria eſſe deſidereq́;. Cap. XII.

SEd quid opus eſt dubitare, an ſenſus iudicia à iudiciis animi differant, qñ vel ipſi ſenſus inter ſe perſpicuo euariant? Nam in iis, qui ſuperiores optimatioreſq́; ſunt, exquiſitius iudicāt & coarguūt cæteros. Atq; hoc in viſu & tactu liquet. Si.n. digito vno vicibus ſcalpas, tactui, vnum quod eſt, videbūtur duo: viſui nō videbuntur, ſed vnum, quia viſus acrior & certior tactu eſt. Quòd ſi aut ſolus tactus eſſet, aut vterq; , ſenſus iudicium idem haberet, pronunciarentur duo eſſe quod vnum eſſet. Cauſa autem circumuēctionis & decipuli ea eſt, qm̄ ſenſilia non tantum quotiens mouentur moueri nobis videntur, ſed etiam ſtantia quotiens ipſi in nobis ſenſus mouentur: vtique ſi eodem modo moueanť, quo ſolent à ſenſilibus cieri. Ita litus videtur nauigātibus moueri & recedere dum viſus ab alio impellitur.

Quòd dormientibus & noctu magis, quam interdiu & vigilantibus viſa occurrant. Cap. XIII.

EX iis planum arbitror factum nō modo vigilantibus nobis motiones illas cōtingere, quæ peos ſenſus accipiuntur, qui foras proſpectāt, & quaſi extra corpus ſunt, ſed etiam illas quas ſentimus, quum affectio ea ingruit, quam ſomnū vocamus. Alioquin & tunc impenſius id patimur, quā tēpore alio, quia interdiu excidunt multa & vaneſcūt ſenſibus opere ſuo detētis, & mente variis cogitationibus obruta. Nā paruus ignis luce maioris offunditur. Lætitiæ item & ægritudines modicæ a ceſſu immodicarum & inſignium exoleſcunt. Quieſcētibus vero minima quæque aduolāt, alliuunturq́;, noctu præſertim, ꝙ eo tēpore abſolutis ſenſibus & functionē ſuarum quaſi miſſionē & vacationē habentibus, & calore in viſcera cōdito, motiūculæ oēs inobſoletę & incolumes ad ſenſum principē confluant, deinde æſtu paulum ſedato ſeſe dormientibus reddant.

In ſomno quòd imagines multæ occurrant: item quæ primæ, quæ mediæ, quæ nouiſſima motiones dicantur in ſomno. Cap. XIIII.

CErte hoc intelligi poteſt ſimile vt in fluuiis euenire. Vt.n. humor ibi qui fertur & profluens mouetur, interim inoffenſus abſoluto vertiginū orbe decurrit, interim oſtenſaculo retardatus in multas quaſi propagines ſcinditur dehiſcitq́, & in varias formas ſubinde reſoluitur, idem ſtatuere de motionibus ſenſariis oportet. Motionem appello excitationē depoſitarum imaginum & delationē earum ad cor, per quam vis in eo ſentiendi interpellatur. Quemadmodū igitur eo exēplo, quod modo attulimus, antequam vertigines cōſiſtant, medię formæ multiplices comparēt, ita & motiones imaginum, quæ in ſubiecto ſpiritu: aut in corde, aut in ſanguine cōtinētur, ſi quid obuariauerint. i. ſi ī alterā motionem offenderint, quæ ſuccedat in multas ſimilitudines ſecantur, diuelluntur q́; & eas medio itinere pſentant, antequam in nouiſſimam concedant. Igitur ſenſus primus non ſolū è primis & vltimis motionibus, ſed ab intermediis laceſſitur. Vt enim ſi nubecula primo effigie leonis occurreret, deinde ſe in varias animaliū figuras verteret, poſtremo ſimilitudinem hominis referret, non modo formas leonis & hominis videremus, verūetiam animalium eorum, in quæ medio trāſitu abiiſſet, antequam hominem redderet, ſeu iucundæ illæ allubeſcenteſq́; . ſeu contra ingratæ alioquin infenſæq́; oculis accidiſſent: Ita & in ſomno non ſolum extima à ſenſu primo, ſed & intermedia viſitantur, ſiue ea terriculamētis & portentis ſimilia ſint, ſiue placida & tranquilla, & quæ ſtatum naturæ contineant.

Quòd ſtatim à cibo non ſomnient animalia, item quòd nec pueri, item quòd modo ſomnient animalia modo non ſomnient, item de turbatis & tranquillis inſomnijs. Cap. XV.

AT vero ſtatim à cibo nō ſomniant animalia, neque quum primum egreſſa in lucē ſunt, vt infantes, quia multa dū agitatio motioq́; eſt propter alimentarium calorem. Quamobrem quemadmodum humore aliquo vehementer commoto, aut nulla effigies redditur quæ appareat, aut redditur quidē aliqua, ſed laceſſita & tortuoſa vſque adeo, vt alia oīno videatur eſſe quàm ſit, quieſcente autem & ſtagnāte res in eo ſimili colore, & incolumi forma reſpondent: ita dormientibus eueniunt viſa, & motiones à ſenſibus quādoque vt peruideri non poſſint, ꝙ multo fluxu alimoniæ obruūtur, quandoq; diſtortæ, præpoſteræ, & monſtroſæ, & omnino deterrima ſomnia, qualia quæ melāncholicis & temulentis & febrientibus accidunt. Quum.n. morbi hoc genus ſpirituoſi vaporulentiq́; ſint, commotionem & perturbationem plurimam afferunt: ſimul vero à fluctu conſtitit & diſcretus ſanguis eſt, iiſq́; ſanguinem obtinent, ſignificationes à ſenſibus omnibus venerunt incolumes, & diſtincta digeſtaq́; ſomnia ſunt, ita vt ad ſimilitudinem veri expreſſa occurrant.

Quòd ſynceris inſomnijs animus modo obſiſtat, modo conſentiat. Cap. XVI.

AC inſomnia quidem idcirco exiſtimantur vera, quia quum tam ea quę inuehit oculorum ſenſus, quàm ea quæ aurium, & cæteri ſenſus renunciāt, ſecundum quietem ad locum principem integra ſynceraq́; tranſmittuntur, neceſſe eſt, vt videantur plane cerni, teneriq́; ac pfecte ſentiri. Eo.n. ꝙ motiones ſui quęque generis, ad principiū ſentiendi meracæ & inobſoletæ perueniunt & vulnerant cor, fieri nō pōt, quin videri videre, audire, ſentire, nō ſecus atq; in vigilia oporteat. Proinde animus tunc iudicia comitať ſenſuū. verbi gratia: Si in illa viciſſitudine digitorū, de qua diximus ſupra, non fallitur viſus, ſed tactus, neq; vtique in ſomno animus vniuerſus falletur, ſed pars tm̄ ea quæ ſenſui tactus reſpondet. Ita altera eius portio, id eſt, vis tactoria per ſomnum vnam rem duas eſſe pronunciat: altera, id eſt, viſibilis conſtanter obſiſtit, & quaſi vigilans teſtatur vnā rē eſſe, que videantur duæ. Quòd ſi non fallitur ea pars animi, qua videmus, quippe q́ exquiſitior & quaſi rōnabilior ſit, quam pars ea qua tangimus, longe hoc fidentius adiungendū & tribuendū mēti eſt, vtpote in qua ſedes & domiciliū iudicij ſit. Nec temere ſopori accumbit, niſi defluxus ſpirituoſi oris exuperet. Ac conſentiret quidē ſemper in ſomno aīa, & imaginibus quæ à ſingulis ſenſibus orirētur, fidem adiungeret, niſi virtus aliqua potior & vegetior contrairet. Quale enim quicque eſt, qd̄ ſenſus apportat, tale à primo ſenſu etiā iudicať, habeturq́;. Quapropter quūt actus ſæpe quod vnum eſt, duos eſſe renūciet, & viſus ſolem pedalē eſſe

ſemper decernat, (niſi quæ alia ratio haberetur, quæ quaſi intercederet) neceſſarium eſſet, vt animus ſemper iudicia ſenſuum aſſertione ſua approbaret: atq; ita ſemper vnam rem duas eſſe conſtirueret, & ſolem pedaneũ ſciſſeret. Nunc continetur quædam vis in nobis quæ efficit, vt quãquam pedalis appareat, non tñ videatur pedalis. Non.n. oẽ quod apparet etiã videtur, niſi quũ langore corporis ſoporata vis illa arbitra eſt, vt ſæpenumero diximus, aut quũ nõ moueẽ motu legitimo nec ſuo.

Motiones in ſenſibus factas inducere ſomnia, item quæ actu earum quæ potentia ſint, item ſomnia explanatoria vltimis ſomnis afferri. Cap. XVII.

QVemadmodum vero dictum eſt, vehementes affectus facere, vt quiuis in ea re cui aſſicitur, facile capiatur: ita & ſenſuũ motiones in ſomno, & cætera quæ in ſenſu contingunt, videntur committere, vt dormientes mentientibus ſomnüs etiam à tenui ſimilitudine cogantur accedere. Nam quum dormientibus nobis ſpiritus vel ſanguis reciprocat ad cor, vna & motiones illæ imaginariæ ſenſuum commeant, quæ in materia ea tanquam in ſubiecto ſuo conſiſtunt. Ceterum aliquæ actu, aliquæ potentia cõtinentur, hoc eſt, aliquæ cunctantur, necdum mouent: aliquæ præſto ſunt, & principium ſentiẽdi ad repreſentationem & notitiam ſui appelãt. Vt igitur quæque prior accedit & intrat locum, ita prior extimulat, & prior ſe aſſerit, hac aſſumpta abolitaúe, ſequentes ſuo quæque ordine rogantur & inferunt ſeſe. Declaratur hoc hmõi exemplo: Fingat quis ranas quinque in dolium ſalis cõiectas, deinde eas ita diſponat, vt vnam in ſummo, vnam in imo, tres medio ſpatio; atq; oẽs inter ſe paribus interſtitiis collocet, hoc eſt, vt extimarum alteram ad os & labia dolij, alteram ad fundum, medias in medio ſitu interuallis & proportionibus ſuis cõſtituat, ita tñ vt omnes operiantur ſale. Simul igitur cœperit ſuprema pars ſalis tabeſcere, rana quæ parte illa condebatur, prima vendicabitur, & prima ſuperficiem obtinebit, & prima vſurpabitur conſpectu: tum deinde ſequentes ſerie, qua ad eas colliquatio ſteterit, ita prodibunt in lucem: quum vero in imum diffuſio decubuerit, tũc emerget quæ ſepulta inibi fuerat. Eadem conditione ſunt ſimulachra ſenſilium & motiones, quæ in ſomno verſantur: quæ prima incurrunt, prima animum exercent & commouent: at quæ potentia contineri & tardius percutere dĩximus, quia tum ſanguis is, qui corpulentior ſurſum halauerat, & prohibebat offerri ſimilitudines veras, ſimul attenuatus dilutusq; habetur, inſomnia exquiſitiora explanarioraq; repreſentat. Hinc eſt vt nouiſſimi ſomni afferre nobis ſoleant cõſtantiores & certiores imagines. Quum.n. quaſi refrixit ac deferbuit cauſa illa quæ imagines rerum turbabat, neceſſe eſt, vt ea quæ olim ſenſibus accepta eo tempore deferũtur ad cor, puriora, ſynccerioraque videantur.

Animam ſopiri alimoniæ, nec tamen ſemper ſopiri: item non idem eſſe aliqua apparere & videri. Cap. XVIII.

EA igitur conuariatio & commutatio phantaſmatum, quæ in ſomno accidit, conferri poteſt ei quę in nubibus contingit, cuius & ſupra mentionem habuimus. Nam & illæ cum modo effigiem hominis referant, mox ſe tranſitu ocyſſimo in centauros conuertunt. In vniuerſum quicquid apparet in ſomno, vt dictum inter initia eſt, ex reliquis & veſtigiis eſt inhærẽtibus earum rerum, quas quis vigilans ſenſerit, geſſerit, cogitauerit. Digreſſo autem ſenſili atq; obducto, ſi vis illa, quæ in nobis principatum iudicij & pontificiũ obtinet, etiam dormiendo ſoluta ſit, nec copia defluentis ſanguinis obteratur, ludibria ſomniorũ detegimus, & hoc quod videtur Coryſcus, ſcimus Coryſcum nõ eſſe; ſed ſpectrum Coryſci, ita tũ quoq; animus verum Coryſcum intelligit: ſi vero penitus merſa, effuſaq; ſit, tum ſimilitudo rei creditur ipſa plane res eſſe. Nec ita mouet vt in vigilia aſſolet, ſed ita, vt vigor animi totus iacens ſepultusq; omni eius ſenſu linquatur. Tanta vis ſoporis & ſomni eſt, vt diſcerniculum hoc mẽti eripiat. Quemadmodum igitur ſi quis oculo digitum ſubderet, nec ſciret digitum ita ad motum committere, vt omnia ei gemina apparerent, tunc nõ modo apparerẽt gemina, ſed etiam viderentur crederenturq; gemina: ſi vero id ſciret apparerent quidẽ gemina, ſed videri aut credi nõ poſſent: ita in ſomno, ſi quis intelligat obdormire ſe, & præterea aliquid ſomniet, apparebunt quidem ei quæ ſomniat, ſed ſecum dicet, quãquam apparet hoc Coryſcus eſſe, non tñ eſt Coryſcus. Nam ſæpiſſime hoc euenit, vt quis dormiendo dicat intus ſomnium eſſe quod videt. Quòd ſi dormire ſe neſciat, dabit manus, approbabit, & adhibebit aſſenſum.

Imagines rerum abſentium modo in ipſis ſenſorijs, modo in corde verſari. Cap. XIX.

AT vero eſſe vt dicimus, & motiones imaginarias & figuras & ſimulachra ſenſilium diuerſari in primo ſenſu, .i. in corde, etiam rebus abiunctis & ceſſantibus, de quibus oĩs ludificatio & commenta oĩum ſomniorum prodeant, clari demonſtratur argumento quod ſubiungitur: Id quod in ſecundis eſt, longe magis aſciſcendum & aſcribendum eſt primo. Sed in cæteris ſenſoriis etiam ocioſis & vacantibus reliquię & veſtigia quædam rerũ ſeruantur. Multo igiẽ æquius eſt in corde hoc concedi, vnde illa proficiſcuntur, & cuius beneficio functionibus ſuis ſuperſunt. Eſſe autem hæc in ſenſoriis experiri manifeſtarie quiuis põt, ſi adhibeat animum, & animaduertere ad id conetur, quod nobis à ſomno recens excuſſis ſolet accidere. Nam plerunq; viſa & motiones, quæ ſe modo quieſcẽtibus obtulerant, continẽter vel excitatos expergefactosq; comitãtur, & aliquandiu poſt deſiſtunt. Nam quũ quis in ſomno datus, & videre ſomnium occipiens caſu aliquo expergiſcitur, ferre ſem p accidit, vt ei ſimulachra quędam ob oculos ſtare obuerſariq; videantur. Pueris certe noctu à ſomno, quidem recentibus, ſed plane vigilantibus aſpectantibusq́ue multæ ſeſe imagines pręſentant, quæ paſſim vagari & moueri videntur, ita vt illi ſe præ metu ſępe intra inuolucrum expauidi occulant. At hæc nihil aliud ſunt, quam motus à ſenſilibus profecti impreſſiq́ue oculis.

Definitio inſomnij, & quæ inſomnia videantur quum non ſint. Cap. XX.

EX iis oĩbus ratiocinatione certa colligitur, ſomnium eſſe viſum, quod ẽm quietem occurrit, quoties vis quæ iudicat obligata deſertaq; languore corporis eſt. Quapropter neq; viſa ea & terriculamẽta, de quibus paulo ante habita oratio eſt, propriæ inſomnia eſſe poſſunt, neque aliud quicquam quod ſenſibus excubantibus & ſolutis appareat: neque item quicquid occurrit in ſomno inſomnium eſt, niſi ratio ea quæ iudicat, poſſeſſa omnis & bruta ſit. Nam quod nonnulli experiuntur in ſomno, vt quodammodo cernant, deguſtent, exaudiant, vulſi & contrectati preſentiant, ſed lãguide alioquin & quaſi de lõginquo, nõ poteſt inſomnium

nium putari. Qui.n.ita leuiter obdormiſcunt, vt quaſi in collimitio ſomni & vigiliæ ſint, ſi quis ſtrepitum moueat, aut lumen obtinens prætereat locum in quo quieſcunt, fieri ſolet vt ſtrepitum & lucem oculis accipiant, quaſi vtrunq; incolumi fieri ſentiant, eoq́; & excitatus aliquis dicat: Tu quid perſtrepis? aut nunquid tu cũ lumine accedebas? ita me hercule videre ſomnium videbar: cæterum non fuit ſomniũ, ſed geſta hæc ſunt. Proĩde vt ſe habet is qui ſimpliciter vigilat, ad eum qui aliquatenus vigilat, ita ſenſus ſimpliciter ad aliquatenus ſenſum. Ac illi quidem in ſomno palpebras non conducunt, ſed diſcuneatis exiguo calle oculis, & dehiſcentibus dormiũt. Quũ ergo accenſum lumen in cubiculo viderint, arbitrati eſſe inſomniũ, expergiſcuntur, & lumẽ verum fuiſſe dignoſcunt. Sed & gallinaceorũ cãtus & latratus canum exaudiuntur in ſomniis, & exiſtimantur inſomnia, quę mox expergiti aſaduertũt ſomnia nõ fuiſſe. Iam vero comperti, qui quum dormirent ad ĩter rogatum reſpõderint, ſed ij experecti, reſpondiſſe ſe nõ meminerint. Certe conſtat, qui ita dormiunt, quãquam ſolutos habere ſenſus videntur, nõ tamen vigilare ſimpliciter, alioquin ſomno excuſſo recordarentur: neque ſimpliciter dormire, alioquin percunctantibus non reſponderent. Ex hoc genere nihil poteſt ſomniũ vocari, neque ſi quid aliud poteſt præter ſomnium in ſomno vere intelligi: qualis ea deprehenſio ſiue iudiciũ eſt, quo quis dormire ſe quum dormit, ſentit, ſed ſimulachrum viſumúe, quod ortum & profectum à ſenſibus in dormitione animalibus affertur, in eo ꝙ dormiunt, hoc proprie ſomniant eſſe & appellari debet.

Quamobrem aliqui nunquam ſomnient, & quamobrem quidam ſomniare ſero incipiant. Cap. XXI.

PRoduntur certe qui nunquam quicquam ſomniarint in vita. Exempla etiam ſunt alios ad multam ætatem non ſomniatos eſſe, cauſa eadem, quæ facit vt & infantes quoq; non ſomnient, neq; cæteri ſtatim à paſtu. Quorum.n.ita conſtat temperamentum, vt ad ſuperiorem locum plurimis è cibis fluxus ſuccedat, neceſſe eſt vt quum delatu ad ima humoris eius multæ motiones citentur, nullum his phantaſma aut viſum appareat. Proficiſcẽte vero ætate cõcocta & ſubacta materia nihil ꝓhibet, quin ſomnia illis poſsint reſtitui. nã immutatione vel ętatis vel affectionis alicuius ſecuta, neceſſariũ eſt naturã quoq; ipſam & tẽperamẽtũ mutari.

FINIS LIBELLVS DE INSOMNIIS.

THEMISTII PARAPHRASIS, DE DIVINATIONE PER SOMNVM,

Interprete Hermolao Barbaro.

An exiſtimandum ſit aliquam diuinationem haberi per ſomnum. Capue. I.

DIVINATIONEM In ſomno aliquam eſſe quæ dormientibus nobis prouenire dicatur à ſomnijs, neq; pertinaciter reſiſtendum, neq; temere aſſentiendum puto. Nam ꝙ aut oẽs aut plurimi arbitrãtur, ineſſe aliquid diuinitatis ĩ ſomno, & viſa pleraque occurrere prænuntia futurorum, argumẽto eſt, huiuſmodi perſuaſionem quę vſq; adeo infixa hominũ mentibus ſit, & fere gentium firmata conſenſu, ab experientia & rerum euentis ortum aliquem habuiſſe. Accedit, ꝙ fere nemo eſt, cui euenire ſigna aliqua dormienti non ſoleant. Nonnullarum etiam rerum præſenſa eſſe quædam in ſomno atq; pręſcita credi par eſt, quippe qđ omnino ratione non careat, nec fere vllum inſomnium incidat, ex quo addiuinatio, aut coniectio, aut interpretatio aliqua duci non poſsit. Parte alia quum nulla grauis & efficax rõ videatur, vnde iſthæc diuinatio proueniat, efficitur vt difficile ſit homini docto fidem ſuam in hoc obſtringere. Nam putare deum eſſe qui mittat ſomnia, præter alias rationes quibus infirmari hoc cõfutariq́; poteſt, illa eſt efficaciæ exploratæ, ꝙ ſubabſurda res ſit ſignificationes futurarum rerum per ſomnia non optimis ſapientibus, ſed ſine lege vlla, ac fere peſsimis quibusq́; & abiectiſsimis hominibus euenire. Porro ſublata origine hac, nulla pręterea poteſt idonea alia vel fingi. Nam quod dicitur quoſdam eſſe in Boriſthene & Gadibus, qui vaticinentur futura, adhuc rationis incompertę eſt, & hercules maius quiddam quam vt in hoc captus ingenij noſtri ſufficiat.

Somnia alia cauſas rerum eſſe, alia ſigna, alia fortuita, & quemadmodum ſint ſigna. Cap. II.

NECESSE igitur eſt ſomnia aut cauſas earum rerũ quæ ꝓuidentur putari, aut ſigna intelligi, aut oĩno haberi fortuitam. Mẽbra hæc vel omnia cõgruunt ſomnijs, vel duo ex his, vel vnum. Cauſam accipio, vt lunam, quæ cauſa eſt vt ſol deliquio obſcuretur: & defatigationem, quæ cauſa eſt vt quis in febrem incidat. Signum deliquij eſt, quum ſubit planeta & ad interuẽtum tendit: ſignum febris eſt ſcabrities linguæ. Fortuita res eſt, inambulante me ſolem delinquere, quia neq; cauſa neq; ſignum deliquij inambulatio mea poteſt videri. Quapropter fortuitæ res neq; ſemper, neq; maiori ex parte viſuntur. Probãda itaq; partitio ea eſt, ſomniorum alia pro cauſis, alia eſſe pro ſignis, alia temere ac vice fortuita euenire. Signa ſunt per quæ affectiones aliquæ animi aut corporis notantur: nam & medici fidi, & qui paulo peritiores ſunt, ægrotantium ſomnia diligenter exquirenda & ſpectanda percipiunt, vtpote quæ in morbis plurimum referant, & ad ſalutem & ad coniectationem euentus. Decernunt autem ita ratione recta artifices & operarij alioquin, ſed qui ſuper aliquid tamẽ meditari philoſophariq́; habeant. Nam motiones quæ interdiu & ſm̃ vigiliam contingunt, niſi admodum euidentes amplificatæq́; ſint, deliteſcunt & offunduntur in curſu & adumbratione maiorum. At in ſomno contrarium euenit, vt exiguæ motiones, præſertim ſilentio noctis, inſigniter & valide feriant. Indicium huius rei, ꝙ fere nemo eſt, qui non ſit in ſomno expertus, quã modico ſæpe ſtrepitum exaudito acceptoq́; auribus, fulminare, aut tonare crediderit. Interim tenui pituita diſtillante, guſtare mel aut dulcem alium ſaporem videmur. Interim partibus corporis quibuſdam leuiter calefactis, ſuper ignes ambulare & audiri putamus. Excitati vero animaduertimus ita eſſe rem, vt eſt. Quamobrem quũ rerum omnium minuta & languida initia ſint, clarũ eſt vt principia morborum & affectionum quæ continentur in corpore, parua eſſe imbecillaq́; oportere. Ea ſemper in ſomno ſeſe manifeſtius produnt, quam in vigilia. Dictum eſt quemadmodum ſomnia poſsint ſigna intelligi.

Quemadmodum ſomnia poſſint eſſe cauſæ actionum noſtrarum. Cap. III.

NVnc quemadmodum cauſæ poſsint cenſeri, & quæ ſint illa qnæ poſsint, diſſeremus. Primum illud conuenit, ſomnia cauſas noſtrorum actuũ potius quam alienotum videri. Vt.n.plerũq; qui acturi aliquid ſunt, aut qui modo id agunt, aut qui iam egerunt abſolueruntq́;, illud ipſum per ſomnia ad eundem modũ contuẽtur & gerunt, quia diurna cogitata cœptaq́; ad talem motum qnaſi viam quãdam præparant: ita è conuerſo frequentarium eſt, vt viſa per ſomnium principia ſint rerum quæ interdiu molimur, qnia mens nocturnis motionibus mollita imbutaq́;, ad eas actiones potiſsimum ſeſe accommodat, quarum ſimulachra in ſomnis imaginata eſſet. In hunc modum ſomnia aliquando ſigna rerum ſunt, aliquando vt cauſæ actionum habentur.

Quæ ſint fortuita & temeraria ſomnia. Cap. IIII.

REliquum genus fortuitum eſt, & temere proueniẽs, præſertim quoties ardua illa extremaq́; vebementer, & ſupra oẽm fidem hominis poſita ſomniamus: demum ea, quorum origo ſita in nobis nõ eſt, vt naualis pugnæ eius, quæ in terra. Perſidæ commiſſa ſit: poſtremo ea oĩa, quæ à nobis procul gerũtur. Plane de iis eo modo ſtatuẽdum eſt, quo ſtatuitur, quũ quis procedentibus nobis obuius venit: quẽ mõ peregre commorantem cogitabimus. Quid.n. prohibet in ſomno, quin decerni idem poſsit ſane: imo vero in ſomno iuſtius? Quẽadmodum igitur ea cogitatio mẽtioúe, neq; ſigno, neq; cauſæ poteſt fuiſſe, quamobrem nobis amicus occurrerit: ita neq; ſomninm cauſa, aut ſignum eius rei, quæ euenerit dicendum, etiam ſi eo modo prorſus quo apparuerat euenit, ſed tota ea ratio fortuita eſt, & caſu conſiſtit. Eo fit, vt plurima ſomniorum mentiantur, quia quæ fortuita ſunt, neque ſemper, neq; propenſius accidunt.

Somnia non venire à Deo, item quòd melãcholici aliquando præſagiant. Cap. V.

GEneratim vero quum & bruta quoq; ſomnient, dici non poteſt venire cœlitus ſomnia delegante Deo, neq; ad eum finem adiuncta hominibus fuiſſe. Sanè quãquam diuinitus non mittuntur, ſunt tñ quæ poſsis dæmonia dicere: nã & natura dæmonia eſt, non diuina. Huius rei argumento eſt, ꝙ parte plurima indocti & gregarij ſomniare & vaticinari videntur futura, vt intelligatur non ſomniare illos authore Deo, verum prout quiſq; natura blatero, loquaxq́; eſt, aut melãcholicus, ita viſionibus & inſomniis multiplicibus vtitur. Porro quum plurimis & variis viſis horum animus pulſetur, non eſt vt ſit mirandum euadere interim ex iis aliqua, quæ perdixerint. Nam & qui totum diem iaculantur, aliquando collimant, & præmium capiunt: vetus adagium eſt. Si ſæpe iactaueris aliquando Venerem iacies. Idem de ſomniis videtur, ſi quando id conſequitur, quod cui apparuerit ſecundum quietem.

Quòd pauca ſomnia euadant: item non ſequi ſemper, quorum ſigna præceſſerint. Cap. VI.

NEc vero diſſentaneum eſt pauca euadere ex iis quæ obiiciuntur & monſtrantur in ſomno, quũ nec ea quoq; ſomnia, q̃ ſigna affectionũ corporis ſunt, ſemper eueniant. Nam neq; ex oĩ præſagio ſuæ tempeſtates ſequuntur, vt imbres, aut venti, qnos ſignificatio aliqua è cœlo prætenderit. Si.n. validior & vehementior motus, quam ſit is quem ratio prognoſtica denunciat, prorumpat, tum ſignificatio aut præmonitio futuræ hyemis nulla fuerit. Pari modo interim morbum incurrit, qui viſus in quiete ſit ambulare per cœnum: nam humores qui putruerint & agitari acceperit in ſomno, facile ſentiuntur. Item qui ſuper prunas ire ſe ſomniat, aliqñ eſt, vt paulopoſt corripiatur febri: aliqñ contra euenit, vt qui hæc viderint in ſomniis, non tñ decũbant, ꝙ natura in iis præpotentior cauſis illis ſit, quæ ægritudinem afferunt, eoq́; ſubactis, aut diſſolutis humoribus intercludat aditum morbo. Quoties porro luna coronas circa ſe habet, præſagiantur flatus & pluuiæ, & tñ viſitata ſunt, nec inſecuta quæ imminebant, quaſi reciprocantibus, ac pedem referentibus cauſis, & ambiente contraria motione impulſo. Iam cõſilia quæ ſumma alioquin & optima rõne inieris plurima in irritum recidunt, & eliſa maioribus aliis diſſoluũtur. Prorſus non omne fit, quod fieri debetur periclitaturq́;: neque idem eſt fieri quicquam debere & futurum eſſe, ſed progreſsiones & principia paſsim ſunt, è quibus euẽta ſua nunquam ſpectantur, & ſignificationes rerum multæ, quas nulla conſecutio approbet.

Democritum ſomnia imaginibus à corpore fluẽtibus tribuiſſe, Peripateticos motionibus quibuſdam. Cap. VII.

SOmnia vero quorum principia hęc non habentur, ſed quæ à nobis, aut temporibus, aut locis abiũcta, aut magnitudine & genere aliena, aut ſi qua oĩno ad nos vicinitate ſocietateq́; referuntur, non tñ principia eorum continemus. Huiuſmodi ſomnia ſi quando prænuntia alicuius euentus ſunt, fortuito cõmittuntur, & nulla rõne naturæ. Nam & Democritus hoc volebat; qui dormientium animos pulſari cenſet extrema & aduentitia imaginum viſione, quæ tanquam membranæ à corporibus direptæ continenter fundarentur & fluerent. Ex iis alias eſſe beneficas, alias ſequioris ingenij, perindeq́; maleficas & magnitudine & pernitie portentoſas. Has accedere in ſomniis ad homines, & ſignificare quæ præſentirẽtur futura. Eſſe vero, quibus ſimulachra hæc adueniat meditantia, cõmentantiaq́;, & voces mittentia: alioquin quæ in ſomno tñ intelligentibus ſentiantur. Quamobrem optabat Democritus imagines optimatis notæ ſortiri. Nos quoq; tametſi ſimulachra eſſe vlla, quæ volitare vltro citroque & vagari per auras poſsint negamus, tñ motiones aliquas eſſe concedimus, quæ nos vice ſimulachrorum exerceant. Illas ex initijs quibuſdam earum rerum prodire, quæ dicenda nobis agendaúe ſint, mox aere primum mutato, tum deinde per aurium foramina, & narium meatus tranſmiſſas ad cor ſacere, vt in ſomniis futurarum rerum exitus prænoſcere videamur. Vt.n.ſi quis humorem aut aerem primo commoueat, ea pars quæ ita commota eſt, ſubinde aliam commouet, fitq́; hoc diutius, authore etiamnum ceſſante abiunctoq́;, ita nihil obſtat, quin motus quidam & ſenſus attingere ad animas quieſcentes dicantur, ab his rebus profecti, & à quis Democritus ſimulachra decedere & exuuias illas mitti commotus eſt.

Quòd præſcita noctu potius, & ſtolidis, quàm ſapientibus præbeantur. Cap. VIII.

SAnè motiones eæ, quę ita perueniunt ad animã, nõ poſſunt alio tẽpore ſenſum ſui, q̃ noctu ampliorem inuehere, cum ĩterdiu ad ſenſum delatæ obiter exoleſcant, & facillime diſſoluantur. Eſt enim aer noctis ab omni turba liberior, quia tempus ad ſilentius conticeſcentiusq́; eſt. Proinde in ſomno etiam minima ſenſum laceſſunt.

ſaceſſunt:nam motiunculæ & ſtrepitus puſilli, dormientem amplius quàm vigilantem videntur ciere. Motus igitur hauſti ſenſibus, & viſa ex iis concepta, identidéq; ad principium ſentiendi transfuſa, præſenſionem futurorum dormientibus afferunt. Atque hæc ratio eſt, quã obrem ſomnia hæc ſatuis potius quam prudentibus ꝓbeantur. Alioquin ſi deus nobis viſa hæc dat, non ſecundum quietem & noctu modo, ſed etiam diu & ſapientibus daret. Quòd ſi ita vt diximus ꝓuidentur in ſomniis futura, ratio eſt, vt contéptiſsimis quibusúe ſtolidiſsimisq́; præſagire contingat. Ineſt.n.iis mens ſilenta deſertaq́; & cogitationibus vacua, quarum plenus philoſophãtium animus eſt, & quarum agitatione ſolitarius & ocioſus eſſe non ſinitur.

Quot ecſtatici futura præuideant, & quòd de amicis uera ſint ſæpe ſomnia. Cap. Ix.

QVoſdam vero eſſe, qui quum exceſſu mentis tẽtantur, prædicant futura. Id cauſæ eſt, ꝙ quũ inteſtinis & propriis motibus non inſeſtentur, eminus vellicantur & alienos excipiunt, ita vt ea maxime ſentiant quæ extrinſecus gerantur. Eſſeité aliquos quibus ſomnia de neceſſarijs & amicis certiſsima eueniant, inde proficiſcitur, ꝙ de neceſſarijs ſuis impenſe ſolitus quiſq; eſt. Vt.n. de longinquo ij vice mutua ſe agnoſcunt, ita motiones quæ in corde ſeruantur, rerum quas ſamiliares charasq́; habemus, notiores nobis ſunt, & promptius ſe reddunt.

Quot melancholici & phanatici futura præſentiant. Cap. X.

MElancholici adeo præ naturæ ſuæ vehementia ſimiles venatoribus videntur. Vt.n. illi & cõiectatione & relo quaſi poſsident feram, antequam accedant manũq́; tollant: ita melancholici pernicitate animi rapida præcipites quaſi anticipant & anteuortũt futura. Quòd.n. imaginationes in ijs volucres & deſultoriæ ſunt, leui pulſu excitę, tanquam ſigno dato, & quæ his proximæ ſunt, demumq́; vniuerſæ prorumpunt. Vt.n. poemata Philegidæ, quia nec perſonarum ac narrationum diſparilitate interpollantur, ſed conſequentia annexaq́; ſunt, & ſeriem quandam cohibilem continent, facile audimus, & properantes abſoluimus, ac ſi Venerem quis à principio diceret, & aduſq; exitum premeret; ita inſani & phanatici viſiones ſuas quas perinde colligatas continentesq́; & permobiles habent celeriter recurrunt, quo fit vt ſimilia percipiãt, & conſequentia longe antea peruideant vt inſtantia. Tanta porro in iis concitatio eſt, vt motus ij alio motu elidi aut ſufflaminari non poſsint.

Quis artificioſiſſimus ſomniorum interpres ſit. Cap. X I.

EXquiſitiſsimus vero ſomniorum cõiector is, qui ſimilitudines rerum acutiſsime poteſt perſpicere & diſcernere, nam recta claraq́; ſomnia interpretari cuiuſuis eſt. Similitudines accipio, quæ nobis ſecũdum quieté variæ obĳciuntur, & velociſsime transformantur, vt quæ de rebus rñdent in profluente. Si.n. vehementior motus ſit, ſimulachra in eo veris rebus diſsimilia & tortuoſa reddũtur. Idem in ſomno ſtatuimus, ſi redundãtior & concitatior materia ea ſit, quæ à ſummo capite ad ima cordis deſert ſimilitudines expreſſæ aut puræ haberi non poſſunt, qm̃ multa cõmotio ſinceritatem ſomniorũ conſundit, & conſtantiã viſionũ intercipit. Nimirũ vterq; exercitatiſsimus & acerrimus ſuerit, & qui formas illas in torrente præpoſteras, incõditas, diſtortasq́; ſciat diſtinguere, & veris exẽplaribus reddere, vt hoĩs hanc, illam equi deſignet, quarum tñ neutra incolumis abſolutaq́; cernatur: & qui hoc ipſum præſtare explanandis & explicandis inſomnijs poſsit. Quid ſit ſomnus, & quid ĩſomniũ, quamobrem vtrũq; aĩantibus iunctum: item qualis nam diuinatio ea ſit. quæ proficiſcatur ex ſomnijs, dictum iam eſt. Nunc de communi animalium motu agendum videtur.

F I N I S.

SERIES CHARTARVM

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T.

Omnes ſunt quaterniones præter * N P Q R S terniones, O & T duerniones.



Venetiis, Apud Hieronymum Scotum.
M D LIX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE